

GONZÁLEZ DE SANTALLA, Tirso (S.I.)

Tomus secundus Selectarum

disputationum ex universa theologia
scholastica : id est tomi secundi pars
prima, continens disputationes selectas
de praedestinatione et Trinitate... /
authore... Thyrso Gonzalez de Santalla,
Societatis Iesu... -- Salmanticae : Apud
Lucam Perez..., 1686

[16], 388, 232 p., @4, @4, A-Z8, 2A8,
2B2, A-08, P4 ; Fol.

Texto a dos col.

1. Escolasticismo 2. Eskolastizismoa 3.
Predestinación 4. Predestinazioa 5.
Trinidad 6. Trinitatea I. Título

R-6320 Ejemp. deteriorado, afectando a
port., a pie de imp. y a primeras p. --
Datos tomados de CCPB, 36893. -- Enc.
perg., deteriorada. -- Ex-libris autógr.
en h. de guarda: "Este libro es del
P[adr]e Fr. Lorenzo Julio religioso
irlandes de la Prov[inci]a de Irlanda"

Este libro es del P. Fr. Lorenzo Gualdi
Religioso Irlandés de la prov. de Irlanda



TOMVS SECVNDVS SELECTARVM DISPVATIONVM.

EX VNIVERSA THEOLOGIA SCHOLASTICA
ID EST TOMI SECVNDI PARS PRIMA,
CONTINENS DISPVATIONES SELECTAS
DE PRÆDESTINATIONE ET TRINITATE.

*IN PRIORIBVS SPECIALITER ADSTRVITVR NECESSITAS
scientiæ mediæ ad conciliandâ infallibilitatem prædestinationis, & efficaciam gratiæ cum
nostra libertate, aduersus impugnationes omnes Recentium Thomistarum: ostenditurque om-
nipotentissimam Dei potestatem ad flectenda liberè hominum corda non fundari in pote-
state physicè prædeterminandi, sed in omnipotenti facilitate pulsandi varijs & miris mo-
dis liberum arbitrium per auxilia indifferentia, etiam per vnicuiusque variatis circumstantijs,
quæ sit, adhuc metaphysicè, possibilis eventus, in quo nullum per scientiam mediæ appa-
reat efficax ad exprimendum à voluntate creata consensum liberum. Vbi etiam late disse-
ratur de præfinitionibus diuinis; & stabilitur, ad libertatem nostram requiri, quod Deus
auxilium congruum exequatur per decretum indifferens. Fusèque monstratur, repugnare
Deo decretum efficax intentinum finis, quod non sit eiusdem immediatè executivum: nec
non præfinitionem efficacem poenitentia ante prævisum absolutè peccatum; neque componi-
cum simplici & sincera voluntate saluandi omnes, quod nullus de facto saluetur, quin fue-
rit efficaciter præelectus ad gloriam ante merita absolutè prævisa: ac proinde electionem
efficacem ad gloriam, vt coronam, regulariter, & vt plurimum fieri post prævisionem ab-
solutam meritorum, neque aliter sensisse Augustinum. Vbi etiam vindicatur schola Socie-
tatis ab imposturis Pseudo Philaletis, vanum Thomistarum triumphum de scientia mediæ
temerè iactantis, apertèque demonstratur, Augustinum nullibi propositionem hanc retra-
ctasse: Vt velimus, suum esse voluit & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo: in qua ille
merito censet, doctrinam Societatis contineri; sed in illa semper constantem perstisisse.*

IN POSTERIORIBVS AVTEM

*SPECIALITER PROBATVR, IDEO SECVNDAM PERSONAM PRÆ TERTIA ESSE
Verbum, & Filium, quia ratione suæ proprietatis personalis, vt præcisè ab omni prædicato abso-
luto, seu ratione formalitatis productæ, est de genere representativo, & est imago Patris: quod
non habet Spiritus Sanctus; quamvis ex vi suæ processionis procedat vt Deus, & formaliter acci-
piat naturam diuinam non minùs primariò quàm secunda persona. Insuper late ostenditur, poten-
tiam processionis seu principium quò agendi ad intra consistere adæquatè in relativo: & relationes
rationis per se & per se esse distinctas à ratione & hanc in Deo realiter multiplicari: & ni-
hilominus non sit in alia: indeque omnimodam æqua-
litate in confessionem sunt in qualibet,
perficitur filiatione, &*

Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title.

Main body of faint, illegible text, appearing to be a list or a series of entries.

DE VIBRI...
CONTIENS...
ID EST...
EX AMIA...
DISP...
L...
I...

SEFECTVVAI

REGIA...
Z...
I...



ILLVSTRISSIMO, NOBILISSIMOQVE
 DECANO, ET CAPITVLO SANCTÆ METROPO-
 LITANAE, ET PATRIARCHALIS ECCLESIAE
 HISPALENSIS.



INGRATVS Sane audirem, Viri clarissimi, si in Patro-
 no huic operi praefigendo diu haesissem; cum opus sip-
 sum sponte sua properet, vt tot Heroum vmbrae no-
 sine lucis fauore excipiat. *Multa*, inquit Plinius, *ideo*
pretiosa sunt, quia Templis dicata. Verum opus hoc His-
 palensis Ecclesiae Artis dicatum, eiusque tholo appe-
 lum, vel hoc nomine minus pretiosum apparet: si-
 quide temeratio impulsu audeat altius evolare, quam
 humilis ingenij fortuna patiatur. Hoc tamen scilicet
 uisum, si arrogans, si superbum sit, vobis ad nobilem culpam vertetur: cum eo
 amore, eaque beneficentia me iam dudum prosequamini, vt hac humanissima
 comitate fretus, quamvis ea videat aborti, volu me hoc vobis fausta temeritate
 dicatum velim; quod cum incomptè, ineleganterque sit elaboratum, non vnicui
 Meccenatem, sed plures, sed nobiles, sed egregios sibi consciscere prudenter sta-
 tuit; quod fiet, vt sereniore fronte evolvatur. Verum dum modo vobis placere me-
 creatur, et si caeteris displiceat, votis meis abundè satisfactum est.

Am... in hoc... Theologiae... de flagrant, quosque
 caliginè, in arduumque divinae
 limies, ad excelsi affulgent, vt
 splendeant, necesse sit.
 tas, meque iam diu
 Verum innumeris
 sui; ipsa rami-
 commendat:
 nicam,
 et
 em,
 qu

Regantiusque de pingere tabellam, quam inclyto Senatui offerre de-
 am. *Qui tarde fecit, diu noluit*, ait Seneca; ast ego diu, magisque volui, quia
 tarde feci: nihil enim offerre putare, si cito offerre; ideoque bis offero, quia sero.
 Tam ut illud vobis dicarem, maxime impellebat eximia ipsa Hispalensis Ca-
 pituli magnitudo, quam ego propius, saepeque inspexi, ut propius obstuperem
 quamque ut fontem lucis, sapientiae flumen, pietatis oceanum miratur orbis
 cuius in nobili ceteru effloruere, florereque semper micantissimi Heroes, qui in ex-
 alius dignatum fastigium enixi fuerunt: ideoque Antistitum, sapientum, virtu-
 rum, seu elegantis officina resplendet; & maiestate, splendeat, magnificentia inter
 omnes Hispaniae ceteru palmam arripit. Inque suo egregio throno sedentes
 olim venerata est Pios, Maximos Laureanos, Leandros, Ifidoros. Ceterum non
 emendicatis hisce splendoribus eges, Ceteru nobilissime, ut mirè affulgeas: à te
 ipso petis regiam magnitudinem, pietatem florentissimam, dignitates, litteras,
 omne decus.

Deinde prodierat meum aliud volumen sub umbra Illustrissimi D. D. Am-
 brosj Sparola & Guzman, Hispalensis Ecclesiae quondam faustissimi Principis:
 cuius in favillis ardet pietas, ardet exemplum, ardet fama, quam vel extincti ci-
 neres accendant. Non illi egregium, venustumque marmore sepulchrum con-
 stituere opus est: in omnium namque memoria sepelitur: ipsaque pro epitaphio
 est. Unde non viatoribus ad tumulum siltendum est; sed tumulus ipse silit, ut
 viatores audiat alloquentes: *Hic situs est Magnus, placet hoc fortuna sepulchrum.*

Verum si qua pars est magnificentiae illustre cadaver condere vellis, solumque
 fatum deplorare; modum accipere: *Pro tumulo ponas orbem, pro tegmine caelum,*
Sydera pro facibus, pro lacrymis Maria.

Cum igitur Hispalensi Hierarchae opus iam consecratum haberem, Illustrissi-
 mum Capitulum aliud qua si devotio iure sibi vendicabat; quod ego libentissi-
 me dedico, quia praetiosiora vobis debeo. Me namque apud florantem urbem
 vestram concionantem, sacraque Missionum munera gressum meum, anno
 1669. à magnanimo Principe Illustrissimo

anno 1672. tum etiam 1679. ab Illustrissimo
 manissimè excepistis, in anima
 accendistis omnes, a manu
 effluxit exemplum
 vestro è pectoribus
 praebere.

Ceterum

habere

feris

nec

nec

rumque annuistis: eoque magis effloruit hæc erga me singularis comitas, quo nulli unquam extra Missatum solemniter aditum ad suggestum illum patere, co-
pertum erat.

Ultimus, qua religione, quo zelo, qua pietate omnes in nobile agmen colle-
cti occurristis felicissimæ Agarenorum turbæ, numerum ferè quadragesimum in-
explenti, quæ concionum, veritatisque pondere cõvicta, & cœlitus illustrata ad
salutares vndas quasi inhianti ore currebat? Quæ Mahometicum Paradisum
averno horridiorem; Paradisum, in quem cœu in scopulum innocētia colliditur:
Paradisum, non voluptatis, ut desipiunt, sed doloris, sed ærumnarum; Paradi-
sum, ubi mors, & quidem æterna, dominatur; Paradisum, qui à vero Paradiso
nil nisi terribilos fallacesque serpentes assumpsit. Turba, inquam felix, quæ
monstrum hoc pro orthodoxa fide, virtute, cœlo commutavit: utque denuò nas-
cerentur, in limpidissimis Baptismatis vndis naufragium fecere antea cætæ vitæ
flagitia: indeque enata vitæ felicitas, ut ad portum salutis appellerent. O fortuna-
tos homines! qui per faustissima servitutis vincula ad amantissimam libertatis
gram devenere: qui que dimidiam prius Lunæ spheram colentes in nocte iace-
bant; nunc verò orto veritatis iubar, Soli micantissimo litant: Proh gloriosum
Hispalensis Ecclesiæ Senatum! qui perditissimas mentes è tenebris ad splendo-
rem, vel per fidei caliginem revocasti.

Nec solum eluxit hic vestra erga miseros pietas, erga me beneficentia, latius
adhuc diffusa est. Errabat hinc inde dira pestis, terribilissimæ, florentissimas
Beticæ urbes lamentabili strage depascēs, exhaustas incolis Regionis luxit His-
pania. Desonabat undique instar procellæ tabes; ideoque miseri accollæ velut
fulmine tacti, insperatoque vulnere, non sanguinem, sed horrorem profundus
res iacebant. Nubes pestiferæ rote madent: heu! quàm altè assurgunt calami-
tes! Non iam per vicos infelix Bætica perit, sed per populos, per vrbes, per Re-
giones. Aer horrida sanie infectus, necesse cum defertens, eas ubique Pagorum
civitatumque spargebat, cogebatque oppressos incolas, ut non possent vitali res-
piratione tam carere, quin simul cum aere mortem haurirent. Mors armata
in omnibus sic sedet, ut tyrannum luculenter ageret: In his parvo in vul-

tu; in his totum pæne corpus vulnus est
d. quia immedicabilis. Illorum tu-

perbiret, inflare tuque, quia im-

berirent, quàm quos ta-

nt; cadētium gemit-

tor, ab illis mo-

strage miscen-

caelestique

Ergo cum vrgans malum finitimis iam Pagos, vrbesque invaderet, Hispa-
lensis vrbis ræcena & sonitu, & ære tu quatiēbat. circumturres it vaga pestis, adi-
tum quærens, cunctisque imminens. Verum licet hæc extra munitam civitatē
ingrueret, sævior alia pestis intra urbem exundabat. Etenim phalerata scænicorū
turba mentes dulci elegantique tabe inficiebat. Illa corpus solū modo ferit; hæc
ad animā vsque descendit, vt immortale vulnus impingat: ab illa fugiūt omnes,
quia terret; ad hanc plerique confugiunt, quia demulcet, etiā dum vulnerat, sy-
renarum instat, quæ cum blando sonitu nuptas è littore devinxerint, in scopu-
los, in syrtes collidendas rates cient, vt lullibrio sint ventis & vndis.

Igitur hanc animarum pestem procul avertere fas erat, vt corporum tabes
profligaretur. In hoc qua potui energia institi, totisque viribus incubui; sed qua
ope? quo auxilio? quo; nisi vestro, qui omnes simul cū Præsule ornatissimo curā
adhibuistis immortalem, vt scænicum agmē fugaretur. Itaque sedulitate vestra
actū est, vt pestem illā vrbis excuterent. Ideo vobis grates referre iuvat quàm ma-
ximas, vosque alloqui animosa illa Tullij oratione: *Tandem aliquādo Quirites, scelus
anhelantes, pestem Patriæ nefarie molientes ex urbe eiecimus.* Itaque scænicæ lue fugata,
nec imminens alia pestis civitatis limina pulsare, eiusve Pagos pervagari ausa
est, horrescens cives, qui ita pestem excuterent; abiitque victa, quasi à prima ta-
be fugam didicisset.

Amisit ergo Deus votis, diligentia, zeloque Hispalensis Capituli, cui hoc
insigne pietatis facinus deberi fateor; funditus enim pestē everit; nec Bætis pla-
cidissimam oram, Hispalimque hæctenus invadere tentavit; nec vnquam eius ex-
cella penetralia calcare audebit (vti credo) dum modo à sacro scænicorum tur-
bas expellendi voto non desistat; celo ibi ostendente, aditam in urbem istius ab
aditu illius pestis pendere. Cumque quandam nominis affinitatem cum Hispa-
niæ præferat Hispalis, fortunatissimam, ab ætumnisque liberam fore Hispa-
niam nostram monstrat. Deus, si infamen Gomædorum turbam à suis finibus
arceat, & à publicis theatris relegaret.

Ingratas forte ianibus vestris laudes attigi; cæterum iniuste egimus, si reli-
quum una virtutum agmen intactum reliquissim, ne in vnam offendere-

rem; nunc vero iam silentio mulcor, q

no Senatus verba feci. Cui tota mi-

mea immortale pignus hoc huius

licet magnificentius, el-

Ergo vivite diu fœli

& Religionis glori-

AUTHOR LECTORI.



*N*E Mireris, benecole Lector, quod post primam, tertiamque Sele-
ctarum mearum partem sub initium anni 1680. prelo commissas,
nunc demum secundam, quartamque in verso ordine atque praposte-
ro in lucem producam. Erat tunc animus, spesque firma satis, fi-
dem meam quanto citius exolvendi, exhibito secundo suscepti operis
tomo, quem ut ad optatum finem deducerem, moliebatur pauca,
paraveram plura. Enim vero multiplici negotiorum, tum ad animarum salutem;
tum ad Almam nostram Academiam spectantium, molimine hinc inde distractus, ac
pene etiam obrutus, intercepto labori manum ultimam apponere ea celeritate, quam
spe, animoque conceperam, omnino non potui. Apposui tamen, sero nimis, fateor; ac si
tibi labor iste probeatur ut rectus, excipiat ut utilis; cito me illum absoluisse diffi-
cabitur nemo; cito namque fieri, quae recte sunt, verus edocet, firmatque pronun-
tatum.

Dum autem in unicum corpus tres simul tractatus, videlicet, de Praedestinati-
one, Trinitate, & Pura Natura, cogere, & concinnare meditabar, animadverti, hanc
secundam partem reliquis duabus mole longe grandiore et vastiore, si omnes illi tra-
ctatus in unum volumen convenirent. Placuit itaque illam in duos tomos di-
videre, secundum, scilicet, & quartum. In hoc tomo tractatum de Praedestinatione, &
de Trinitate damus; tractatum de Pura Natura, cum disputationibus de Gratia ei
annexis, in quartum tommum rejicimus. Quare qui unum, eumque ordine secundum,
tomum speraveras, quartum pariter excipies; ut vel inde facilius des veniam in-
terposita mora, quandoquidem cum faenore promissa restituo.

Suberat autem opus istud censuram, suffragiumque virorum plane illustrium,
qui tunc Theologiae laurea, pluribusque in scholastico pulvere triumphis inclarescebant
in hac nostra Academia Salmantina: quae, ut est Hieronymi praestantissimorum feracissi-
ma, iam nodatres suos, ac sapientissimos Doctores suscipit in editionibus Ecclesiae cal-
minibus

1700
Hos in P. I. *Alacum de la Cueva* & *Aldana*, Epif-
scopum in sine Vallis-Oletani San-
ctae Sacrae Interpretem; & in nostra
per Illustrissimum, ac Reveren-
tissimum, priusque
Torem Prima-
Aguirre, prius
Doctrina

Cardinalitatis Purpuram fuisse et merito sine exaltatis obnotissimam, miramque pietatis, sapientie, eruditionisque præstantiam, qua Republicam litterariam decem magnis voluminibus illustravit; præsertim vero ob præclarum illud opus, quod in defensionem Cathedrae Divi Petri contra Declarationem Cleri Gallicani anno 1683. in lucem edidit. Faxit Deus vestra superstite Nestoreos annos peragat incolumis, tum ad Universalis Ecclesie bonum atque præsidium, tum ad Hæreticorum, præsertim Iansenistarum extremam perniciem, quorum dogmata, etiam nunc, personata licet fronte, caput erigentia, eruditissime inspectatus est tomo tertio Theologiæ S. Anselmi: tum denique ad Academiae nostræ decus, ornamentumque Hispaniæ totius, quam iam dudum illustrare molitur quinque iustis voluminibus Conciliorum omnium Hispanorum, Epistolarum Decretalium, plurimumque monumentorum sacrae antiquitatis, hucusque magna ex parte latentium, quarum omnium specimen, compendiariumque notitiam protulit hoc ipso anno, Regique nostro Carolo Secundo dicavit. His igitur clarissimorum Heroum suffragiis præmunitus prodeat labor iste, hac etiam felicitate mora prolixitatem compensaturus, quod tantorum nomina Censorum in ipsa operis fronte exhibere potuerit, et faventissima eorum fortuna ad gratulari, quam interminabili cælestique felicitate cumulet immortalæ Numen, cuius in maiorem gloriam hæc omnia conspirent.

LICENTIÆ SUPERIORVM ET APPROBATIONES CENSORVM.

LICENTIAE ILLVSTRISSIMI EPISCOPI SALMANTINI,

Regij Senatus Castellæ, Domini Cancellarij Vniuersitatis, & Provincialis Societatis Iesu, & approbationes Censorum eadem omnino sunt cum ijs, quæ habentur in principio primi tomi; quia totum Selectarum opus in tres partes distributum, simul reuisum, & approbatum est, & facultates necessariæ ad ipsum edendum obtentæ sunt; vt constat ex reuiforum Censuris exhibitis primo tomo.

ERRATA.

ERRATA CORRIGENDA INVENIES A

operis post 1

INDEX DISPUTATIONVM, SECTIONVM, ET PARAGRAPHORVM, QUÆ IN HOC TRACTATV DE PRÆDESTINATIONE CONTINENTVR. NUMERVS PAGINAM DENOTAT.

DISPUTATIO I.

De essentia prædestinationis, p. 1.

Sect. 1. Quid prædestinatio significet, & quibus modis accipitur? ibidem.

Sect. 2. Celebris Augustini definitio expenditur, pag. 3.

Sect. 3. Quid sit prædestinatio secundum D. Thomam, & quomodo cum providentia comparatur, pag. 5.

Sect. 4. Inferuntur aliqua ex dictis circa existentiam, & proprietates prædestinationis, p. 6.

DISPUTATIO II.

An prædestinatio sit actus intellectus, vel voluntatis, an utriusque? pag. 8.

Sect. 1. Authorum placita, ibidem.

Sect. 2. Quisnam sit actus intellectus, in quo D. Thomas prædestinationem constituit? p. 9.

Sect. 3. Expenditur, an repugnet impetium intellectuale à iudicio distinctum, & hac ratione falsam sententiam Thomistarum? p. 10.

Sect. 4. Ostenditur, prædestinationem non consistere in imperio Thomistico, p. 11.

Sect. 5. Resolvitur questio, pag. 12.

DISPUTATIO III.

Ad questionem 22. & 23. de providentia, & prædestinatione, utrum scientia media sit necessaria ad negotium prædestinationis, pag. 14.

Sect. 1. Scientia media est essentialiter requisita, si Deus eligat homines efficaciter ad gloriam, ut coronam ante prævisa merita, ibidem.

Sect. 2. Evertitur fundamentum à priori Thomistarum, & exponitur, quo pacto debeat explicari concordia nostræ libertatis cum illa electione, si detur, pag. 17.

Sect. 3. Solvitur obiectio contendens, ex collectione infinitæ auxiliatorum indifferentium posse Deum habere effectum sine scientia media.

cam infallibilitatem conversionis liberæ sub aliquo ex illis, pag. 26.

Sect. 8. Offenditur cum Eximio Doctore, frustra Thomistas adducere in favorem suæ sententiæ D. Augustinum, qui nullibi gratiam efficacem explicuit per prædeterminationem, sed semper per vocationem congruam, cui homo resistere possit, pag. 31.

Sect. 9. Solvuntur argumenta, quibus recentiores Thomistæ contendunt, scientiam mediam non esse necessariam ad providentiam, & prædestinationem; quia scientia media affirmat suum obiectum sub conditione decreti indifferentis, quod tamen decretum videtur repugnare, p. 35.

Sect. 10. Continuatur materia præcedentis, ubi dicuntur multa circa naturam decreti, quo Deus applicat omnipotentiam ad concurrendum ad actum peccati, pag. 43.

Sect. 11. Solvuntur argumenta facta à Gonet contra decretum indifferens, quod scientia media assumit pro conditione, pag. 48.

§. 1. Solvuntur argumenta contententia, decretum indifferens subtrahere à Deo rationem causæ primæ respectu determinationis liberæ nostræ voluntatis: ubi demonstratur authoritatè, & ratione, omnipotentiam præparari per eiusmodi decretum ad concurrendum in actum liberum, p. 49.

§. 2. Solvuntur argumenta contententia, decretum indifferens tollere, vel saltem limitare perfectum Dei dominium in voluntatem, & cogitacionem hominis, pag. 56.

§. 3. Repelluntur reliqua inconvenientia allata à Gonet contra decretum indifferens, pag. 59.

Sect. 12. Deregitur levitas argumenti, quo illusterrimus Caramuel necessitatem scientiæ mediæ impugnat, pag. 63.

Sect. 13. Inferitur ex dictis, quam innani conatu Pseudo-Philalethes vanum Thomistarum triumphum de scientia media iactaverit, & detestatur eius manifestæ imposturæ contra Societates, pag. 64.

si sit iste Author, & quam indigno doctorum ibidem,

postura, quæ Pseudo-Philalethes medium mediam esse (inquit) aliquid effective ab-

ubi
sciens
Set
ex-

INDEX DISPUTATIONVM,

§. 2. defensores scientiæ mediæ in initium fidelis, & primam radicem discretionis esse ex nobis, p. 71.

§. 5. Quarta impostura Pseudo Philalethis, defensores scientiæ mediæ non excludere dependentiam gratiæ ab operibus sub conditione prævisis, sed solum ab operibus presentibus, aut saltem absolute futuris, pag. 75.

§. 6. Quinta impostura defensores scientiæ mediæ in eo se à Semipelagianis discernere, quod hi asserent, fidem dari his, quos Deus prævidit credituros ex naturæ viribus; illi vero ex viribus gratiæ, pag. 76.

§. 7. Sexta impostura Pseudo Philalethis, Patrem Anatum obiectionem errantium sumpsisse pro solutione Augustini: ubi ostenditur, Augustinum nunquam retractasse hanc propositionem, in qua advertarij fatentur contineri doctrinam Societatis: ut velimus, & tuum esse voluit, & nostrum: suum, vocando, nostrum, sequendo, p. 78.

§. 8. Detegitur inanitas trium rationum, quibus Pseudo Philalethes probat, scientiæ mediæ evertere libertatem, pag. 84.

§. 9. Infertur ex dictis perperam Pseudo Philalethem contendere Molinæ discipulos deficere in explicando concursum gratiæ, vi cuius Deus discernit bene operantem à non operante, p. 85.

§. 14. Detegitur deceptio, quam passus est M. Ferre, qui ex vna parte vere fatetur, sententiam Societatis contineri in doctrina de vocatione congrua tradita ab Augustino, q. 2. ad Simplicianum, & ex alia falso affirmat, illam doctrinam fuisse ab Augustino retractatam, pag. 89.

§. 15. Solvuntur argumenta, quibus Illustrissimus Godoy contendit, scientiam mediæ non esse necessariam ad conciliandam certitudinem prædeterminationis, gratiæque efficaciam cum nostra libertate, pag. 91.

§. 1. Primum argumentum ab auctoritate Augustini, ibidem.

§. 2. Secundum argumentum petitur ab omnipotentissima Dei potestate, & quæ magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, pag. 96.

§. 3. Tertium argumentum petitur à læsione divinæ libertatis in prædestinando, & divini domini in convertendo, pag. 99.

§. 4. Quartum argumentum desumptum quod ex nostra sententia videatur sequi limitationem solum esse certam certitudinem scientiæ; non autem certitudinis, pag. 103.

§. 5. Ultimum

DISPUTA

An collectio
meta
futu
cie
tur

§. 1. Status quæstionis, & Auctorum placita, pag. 106.

§. 2. Eligitur, & probatur sententia affirmans, collectionem fundare metaphysicam infallibilitatem, pag. 107.

§. 3. Ostenditur, in præsentia materia non valere argumentum à singulis ad omnia, p. 109.

§. 4. Solvuntur reliqua argumenta, p. 112.

§. 5. Exponitur quæ pax in moralibus recte congregat necessitas ad aliquod extremum, ut cum libertate ad singula determinate, p. 115.

§. 6. Denique ostenditur, impossibile esse metaphysice eventum, in quo voluntas creata nulli auxilio indifferenti totius collectionis appareat in tali conditionato consentiens, p. 119.

§. 7. Solvitur difficilis obiectio, pag. 121.

§. 14. Epilogus totius disputationis, & dilucida nostræ sententiæ explicatio, pag. 124.

DISPUTATIO V.

An cum unico auxilio, variatis circumstantijs, in omni eventu sit Deus proxime potens convertere libere voluntatem? pag. 127.

§. 1. Explicatio sententiæ Societatis, & manducatio ad resolutionem quæstionis, ibidem.

§. 2. Resolvitur quæstio affirmative, p. 128.

§. 3. Solvuntur obiectiones contra nostram rationem, pag. 131.

§. 4. Solvuntur aliæ obiectiones, pag. 134.

DISPUTATIO VI.

An sit possibilis præfinitio officæ nostri operis liberi independens à scientiæ mediæ ineffendo; dependens tamen in operando, pag. 139.

§. 1. Aliqua præsupposita ad quæstionem, ibid.

§. 2. Multiplici ratione ostenditur repugnantia talis præfinitionis, pag. 141.

§. 1. Probatur conclusio ab auctoritate ibid.

§. 2. Prima ratio repugnantie talis præfinitionis, pag. 142.

§. 3. Secunda ratio, p. 143. §. 4. Tertia ratio, p. 145. §. 5. Quarta ratio, p. 146. §. 6. Quinta ratio, p. 147. §. 7. Sexta ratio, ibid. §. 8. Septima ratio, pag. 148.

§. 3. Præcluditur evasio contendens, voluntatem creatam posse impedire deum illud au-

quo
evet

quo

SECTIONVM, ET PARAGRAPHORVM.

tionē in Impedibili, quamvis nequeat acquirere
carentiam talis præfinitionis, pag. 158.

Sect. 8. Solvitur argumentum à paritate contri-
deus, possibilem esse banē præfinitionem Dei ante
tecedenter ad scientiam mediā : volo efficaciter,
ut existat contritio Petri, vel per auxilium indis-
ferens, si apparuerit per scientiā mediā congruū,
vel per auxilium prædeterminans, pag. 160.

Sect. 9. Solvitur argumentum peticum à parita-
te decreti divini, quo, supposita scientia mediā,
Deus prædefiniat nostram operationem, non de-
terminando mediā, vel præscindendo à mediā
indifferenti, vel prædeterminanti, pag. 162.

Sect. 10. Solvitur argumentum peticum à pari-
tate scientiæ mediæ reflexæ, pag. 163.

Sect. 11. Reliquæ obiectiones, pag. 164.

DISPUTATIO VII. ad quæst. 23. art. 6.
An possit dari decretū ab intrinseco efficax pure
intentivum finis à solo Deo ponendi? Vbi multa
spectantia ad illam quæstionem, an Deus eligat
ad gloriam ut coronam ante absolutam prævisio-
nem meritorn? pag. 167.

Sect. 1. Sensus quæstionis, & Authorum pla-
cita, ibidem.

Sect. 2. Nostra sententia negans possibilitatem
illius decreti pure intentivi, pag. 169.

Sect. 3. Præcluduntur evasiones nostræ ratio-
nis, ibidem.

Sect. 4. Reijcitur modus, quo aliqui Recentiores
distingunt ordinē intentivū ab executivo, p. 171.

Sect. 5. Reijcitur modus, quo P. Ripalda expli-
cat decretum pure intentivum finis, pag. 172.

Sect. 6. Impugnatur modus distinguendi ordi-
nem intentivum ab executivo traditus à P. Alde-
rete, pag. 175.

Sect. 7. Impugnatur reliqui modi distinguendi
ordinem intentivum ab executivo, pag. 177.

Sect. 8. An cum nostra sententia componatur,
Deum elegisse homines ad gloriam ut coronam,
ante merita absolute prævisa? pag. 180.

§. 1. Quamvis intentio antecedēs gloriæ sit im-
mediate executiva gloriæ, potest defendi, ne-
cessariam esse novam voluntatem executivam
supponentem merita, ibidem.

§. 2. Reijcitur sententia, quæ dicitur, quod
ante

P.

ne
nem.

Sect
dente
à De.

Sect. 2. Prima pars nostræ sententiæ. Deus velle
re, & proprie eligit efficaciter homines ad gloriā
ante absolutam prævisionem meritorn, ibidem.

Sect. 3. Secunda pars nostræ sententiæ : Deus
non eligit omnes prædestinatos ad gloriam ut
coronam electione antecedenti omnino absolu-
ta, pag. 193.

§. 1. Authores pro nostra sententia, ibidem.

§. 2. Præmittitur ad probationem nostræ sen-
tentiæ, Deum sincere, & ex animo velle quantum
est ex se voluntate beneplaciti omnes homines re-
cte operari, & salutem æternam obtinere, ibid.

§. 3. Præmittitur secundo, voluntatem salvan-
di omnes esse volitionē virtualiter indivisibilem
communem prædestinatis, & reprobis, p. 196.

§. 4. Conficitur ex dictis prima probatio nostræ
sententiæ : quia cum voluntate generali salvandi
omnes non componitur, quod communiter docēt
assertores electionis efficacis antecedentis, nempe
neminem de facto salvari, qui non fuerit speciali-
ter electus electione formali absoluta ante prævi-
sionem meritorn, pag. 197.

§. 5. Convelluntur responsiones, quæ nostro
argumento adhiberi possunt, pag. 198.

Sect. 4. Quo pacto nobilis Recentior compo-
nat cum voluntate generali, quam Deus habet
salvandi omnes, quod nullus de facto salvus fiat,
nisi antecedenter electus, pag. 202.

Sect. 5. Inferitur ex dictis, falsam esse senten-
tiam asserentem, Deum non habere voluntatem
virtualiter indivisibilem salvandi omnes homi-
nes, nullo excepto, pag. 205.

Sect. 6. De lege ordinaria Deus non eligit effi-
caciter ad gloriā, nisi post prævisa merita, p. 206.

Sect. 7. Ostenditur, Deum de lege ordinaria
non eligere prædestinatos ad gloriam ut coronam
ante prævisionem absolutam meritorn, quia ne-
quit assignari connotatū, vel mutatio ad extra, per
quam Deus compleatur in ratione intendentis
efficaciter gloriā ut coronam, pag. 209.

Sect. 8. Expenduntur fundamenta à ratione
sententiæ adstruentis electionem efficacem ante-
cedentem, ostenditurque nullum eorum esse effi-
cax, pag. 211.

Sect. 9. Expenduntur fundamenta Sacræ Pa-
ginæ pro nostra sententia, pag. 214.

Sect. 10. Solvuntur fundamenta contrariæ sen-
tentiæ perita ab autoritate Sacræ Paginæ, p. 215.

Sect. 11. Mens Augustini, & Massiliensium er-
ponitur, & ostenditur, nihil Augustinum
docuisse, quod sententiam negantem ele-
ctionem efficacem ad gloriam, quam tradi-
tione præcedentem, pag. 219.

robandum, nul-
antecedentem
gloriam

Et ad gloriam & coronam ante prævisionem absolutam meritorum? pag. 227.

Secl. 1. An electio repugnet titulo incompossibilitatis cum libertate nostra? ibidem.

S. 1. Proponitur ratio à priori pro sententiâ affirmante illam electionem coherere cum libertate, ibidem.

S. 2. Proponitur ratio communis, qua P. Vazquez, Lessius, & alij probant, illam electionem collere libertatem: & cõmunis eius solutio, p. 229.

S. 3. Proponuntur specialia argumenta, quæ videntur probare illam electionem pugnare cum libertate, pag. 232.

Secl. 3. An repugnet absolute electio absoluta antecedens ad gloriam vt coronam, eo quod collat causalitatem meritorum? pag. 234.

Secl. 3. Proponitur peculiaris ratio, qua probari videtur, non posse homines eligi efficaciter ad gloriam vt coronam ante absolutam prævisionem meritorum, pag. 238.

Secl. 4. Quomodo præcedens ratio solvi possit? pag. 240.

Secl. 5. Illatio circa electionem B. Virginis, pag. 241.

DISPUTATIO X.

An prius præfiniverit Deus numerum formalem prædestinatorum, quam numerum materialium? p. 242.

DISPUTATIO IX.

An scientia mediâ antecedat prioritate à quo voluntatem collativam auxilij efficacis? p. 245.

Secl. 1. Sentus quæstionis, & Authorum placita, ibidem.

Secl. 2. An hæc antecessio sit necessaria, vt Deus speciale beneficium conferat prædestinatis, ibi defenditur pars negativa, pag. 147.

Secl. 3. Scientia mediâ vere, & proprie dirigit ad collationem auxilij congrui, & habet prioritatem à quo respectu decreti collativi ipsius, pag. 250.

Secl. 4. Quamã directio, & antecedentia scientiæ mediæ respectu decreti conferentis auxilium congruum debeat admitti? pag. 251.

Secl. 5. Solvitur quædam obiectio, cuius occasione ostenditur, non adigi Scriptores Societatis ex decreto R. P. N. Claudij Aquaviva ad defendendas præfinitiones ex se ab intrinseco efficaces circa nostros actus liberos, pag. 252.

Secl. 6. Solvuntur obiectiones impugnantem directionem scientiæ mediæ, eiusvè antecessionem respectu decreti conferentis auxilium, p.

DISPUTATIO

An Deus conferens auxilium

ratione scientiæ r

equi per decr

equi vnice

an ad lib

gruum;

diff

S.

Secl. 2. Prima ratio ostendens non salvari libertatem sine decreto indifferenti collativo auxilij; quia sine hoc decreto nequit voluntas nostra impedire præfinitionem, pag. 267.

Secl. 3. Ostenditur amplius, voluntatem non manere liberam ad dissentium, quando ponit consensum per auxilium vnice pendens à præfinitione, pag. 271.

Secl. 4. Probatur alia ratione nostra conclusio, pag. 273.

Secl. 5. Solvitur fundamentum à priori sententiæ contrariæ, pag. 274.

Secl. 6. Solvitur fundamentum Patris Quiros, pag. 276.

DISPUTATIO XIII.

An Deus conferat prædestinatis auxilia congrua ex præfinitione efficaci operum? pag. 279.

Secl. 1. Referuntur Authorum placita, & reflectuntur aliqua sententiæ minus probabiles, ibid.

Secl. 2. Patris Vazquez sententiâ de præfinitione concomitanti proponitur, & impugnatur, pag. 280.

Secl. 3. Proponitur, & impugnatur sententiâ P. Ribadeneyra de decreto concomitanti, p. 281.

Secl. 4. Præfinitio efficax nequit esse essentialiter prærequisita ad agendum, pag. 283.

Secl. 5. Solvuntur obiectiones, pag. 285.

Secl. 6. An præfinitio efficax possit esse principium immediatum operis liberi, pag. 289.

Secl. 7. An præfinitio efficax, quæ nec sit prærequisita, nec principium immediatum, coherere cum libertate prout adstruitur à Patre Suarez, pag. 291.

DISPUTATIO XIV.

Præambula ad statuendam repugnantiam præfinitionis. An hæc duo inter se coherere possint, Deum præfinire efficaciter nostros actus liberos, & libertatem esse essentialem actibus liberis

Dei? pag. 293.

Secl. 1. Ostenditur illa duo inter se non coherere, ibidem.

Secl. 2. Solvuntur obiectiones, pag. 294.

Secl. 3. Præcluduntur alie evasiones, p. 297.

Secl. 4. Solvuntur aliqua alie obiectiones contra non-amentem, pag. 298.

nitio-
liber

§. 4. Quarta ratio contra præfinitionem operis liberi ab intrinseco efficacem, pag. 310.

§. 5. Enervatur quædam evasio, & ostenditur, non posse oriri ex intentione finis (solum electionem materialem medijs), pag. 311.

§. 6. Præcluditur quædam evasio, pag. 314.

§. 7. Ratio pro repugnantia præfinitionis, pag. 315.

§. 8. Sexta ratio repugnantia præfinitionis efficacis, specialiter militans contra præfinitionem formalem, quæ sit intentio efficax nostre operationis libera in seipsa, pag. 316.

§. 9. Confirmatur sexta ratio repugnantia specialiter impugnans præfinitiones formales amantes operationem nostram in seipsa, pag. 317.

§. 10. Septima ratio ostendens, præfinitionem efficacem formalem pugnare cum libertate, p. 320.

§. 11. Octava ratio, pag. 322.

§. 12. Instaurantur rationes præcedentes, ibid.

§. 13. Nona ratio repugnantia, vbi ostenditur pugnare cum libertate quod auxilium vice pendeat à præfinitione, pag. 323.

Seçt. 2. An sufficienter solvi valeant obiectiones contendentes, Deum posse efficaciter præfinitre nostra opera libera præfinitione simpliciter, pag. 324. §. 1.

§. 2. Solvuntur alia obiectiones, & exponitur quo pacto scientia media dirigat ad decretum collativum auxilij congrui, pag. 328.

§. 3. Solvitur alia obiectio, & explicatur, quo pacto sine præfinitione ab intrinseco efficaci operis liberi, Deus conferat auxilium efficacem, non collaturus, si videret inefficax, pag. 329.

§. 4. Exponitur quo pacto possimus impedire scientiam mediam reflexam, per quam Deus affirmat, se collaturum auxilium sufficiens, si per scientiam mediam directam præviderit fore efficacem; & negaturum, si præviderit fore inefficax, pag. 330.

§. 5. Solvuntur reliquæ obiectiones, pag. 331.

Seçt. 3. An speciali titulo repugnare videatur præfinitio formalis, quæ sit intentio efficax nostri consensus liberi necessitans Deum ad eligendum auxilium congruum, quo obtineat illum finem, pag. 331.

§. 1.

ner
co.

§.
Hone.
appli
quod

§. 4. Tertia ratio dubitandi, quia si semel intentio efficax supponens scientiam mediam, potest esse pure intentiva nostri actus, ac proinde coherens cum libertate etiam videtur, quod præfinitio independens à scientia media inefficax, & dependens ab ea in operando, foret pure intentiva, & coherens cum libertate, pag. 341.

Seçt. 5. An sufficienter solvi possint fundamenta, quæ adduci solent ad probandam possibilitatem præfinitionis formalis supponentis scientiam mediam, pag. 342.

§. 1. Proponuntur fundamenta illa, ibidem.

§. 2. Enervantur præcedentia fundamenta sententia affirmantis, pag. 345.

Seçt. 6. Ultimum iudicium nostrum de præfinitionibus, varijs conclusionibus explicatum, pag. 349.

Seçt. 7. Quomodo præfinitio simplex concordanda sit cum libertate nostra? pag. 352.

Seçt. 8. Quomodo possint molliri difficultates contra præfinitionem simpliciter formalem positæ seçt. 3. pag. 354.

DISPUTATIO XVI.

An Deus possit præfinitre penitentiam ante prævisum absolute peccatum? pag. 361.

Seçt. 1. Eligitur sententia negans; & probatur multiplici ratione: & enervatur fundamentum sententia contraria, ibidem.

Seçt. 2. Ostenditur singulari ratione, Deum non posse præfinitre penitentiam ante prævisum absolute peccatum, p. 363.

Seçt. 3. Præcluduntur effugia adversariorum, pag. 365.

Seçt. 4. Solvuntur alia obiectiones contra rationem, qua probavimus, Deum non posse efficaciter præfinitre penitentiam ante prævisum absolute peccatum, p. 371.

Seçt. 5. Instauratur nostra ratio specialiter contra Prædeterminatores, pag. 375.

Seçt. 6. Breviter proponuntur validiores rationes ostendentes, Deum efficaciter præfinitre penitentiam ante prævisum absolute peccatum, ibidem.

Seçt. Vlt. Solvuntur fundamenta sententia adstruentis intentionem efficacem penitentia ante prævisum absolute peccatum, pag. 377.

DISPUTATIO XVII.

De effectibus prædestinationis, pag. 381.

Seçt. 1. An permissio peccati sit effectus prædestinationis? ibidem.

§. 2. An iustitias, & merita interrompant effectus prædestinationis?

INDEX DISPUTATIONVM.

SECTIONVM, ET PARAGRAPHORVM, QUAE IN TRACTATV
de Trinitate continentur.

P. significat paginam illius tractatus.

DISPUTATIO PRIMA:

De processionebus divinis, pag. 1.

Sect. 1. An processionēs divinae sint immēdiatē per naturam, praescindendo ab intellectu, & voluntate? *Ibidem.*

Sect. 2. Concluditur ex dictis, processionēs in Deo esse formaliter per actus intelligendi, & amandi, & ideo esse duntaxat duas, pag. 3.

DISPUTATIO SECUNDA.

Cur secunda persona potius quam tertia sit Verbum? pag. 4.

Sect. 1. Praemittitur ad dicenda, Verbum in divinis dici relativē, pag. 4.

Sect. 2. Nequit salvari, secundam personam potius quam tertiam esse Verbum, quia ratione proprietatis personalis ut virtualiter distincta à natura, sit de genere representativo, *ibidem.*

Sect. 3. Examinatur sententia affirmans, ideo secundam personam esse Verbum, quia est divinae mentis notitia, à qua omnes divinae personae redduntur intelligentes, p. 7.

Sect. 4. An saltem ideo Verbum procedat per intellectum, quia est formalis sapientia, qua Pater denuo redditur intelligens? p. 9.

Sect. 5. An ideo secunda persona potius quam tertia sit Verbum, quia est intellectio passiva, à qua obiecta denominantur intellecta, & obiectivē praesentia? p. 11.

Sect. 6. Praemittitur ad resolutionem quaestionis, quomodo in creatis comparentur inter se verbum mentis, & intellectio, pag. 13.

Sect. 7. Proponitur genuina D. Tho. sententia circa verbum mentis, & intellectionem? p. 16.

Sect. 8. Commodum sententiae D. Thomae ad explicandum, cur secunda persona potius quam tertia sit Verbum, pag. 18.

Sect. 9. Solvuntur obiectiones contra sententiam D. Thomae, p. 19.

Sect. 10. Redditur legitima ratio cur secunda persona potius quam tertia sit Verbum, pag. 21.

Sect. 11. Nostra sententia de verbo mentis & intelligere creato brevi proponitur, pag. 22.

Sect. 12. Alia quaestio proponitur, pag. 23.

DISPUTATIO

Cur secunda persona eiusque pro-

Sect. 1. ma qua sti

Sect.

minis

Sect. 3. An ideo secunda persona potius quam tertia sit Filius, quia accipit naturam secundam? p. 36.

Sect. 4. Colligitur obiter ex doctrina Concilij Florentini ratio, cur secunda persona potius quam tertia sit Filius: & explicatur, quo pacto Pater & Filius sint unum principium Spiritus Sancti, p. 39.

Sect. 5. Solvuntur fundamenta sententiae affirmantis, ideo Spiritum Sanctum non esse Filium, quia non accipit naturam secundam, pag. 43.

DISPUTATIO QUARTA.

An ideo Verbum sit Filius, quia procedit per intellectum, cuius est assimilare: Spiritus vero non ita, quia procedit per voluntatem, cui non convenit assimilare? p. 46.

Sect. 1. Proponitur sententia D. Thomae, *ibidem.*
Sect. 2. Impugnatur modus, quo Caeteranus, Ferrarientis, & alij Thomistae explicant sententiam D. Thomae. *Ibidem.*

Sect. 3. Impugnatur modus, quo P. Arrubak explicat sententiam S. Thomae, pag. 50.

Sect. 4. Examinatur modus, quo Eximius Doctor sententiam D. Thomae explicat, & praesentem difficultatem expedit, p. 52.

Sect. 5. Ostenditur, non ideo Verbum potius quam Spiritum Sanctum esse Filium, quia procedit per primam potentiam naturae divinae, pag. 55.

Sect. 6. Proponitur sententia P. Vazquez, & quid in ea à nobis desideretur? p. 58.

Sect. 7. Redditur vera ratio, cur Verbum potius quam Spiritus Sanctus sit Filius, eiusque processio sit generatio, pag. 59.

Sect. Ult. Solvuntur obiectiones, pag. 65.

DISPUTATIO QUINTA.

An Verbum per se procedat ex cognitione solius essentiae, & attritionum, an totum Tri-

93

sibi

affix

SECTIONVM, ET PARAGRAPHORVM.

Sect. 4. Probatur vera sententia, pag. 78.

Sect. 5. Solvuntur fundamenta sententiæ affirmantis, p. 81.

Sect. 6. An Verbum per se procedat ex cognitione possibilium in seipsis? p. 83.

Sect. VII. An sicut Verbum procedit ex cognitione possibilium, ita & Spiritus Sanctus ex amore eorum? p. 84.

§. 1. Proponitur sententia affirmans, Spiritum S. non procedere per se ex amore possibilium, licet Verbum procedat ex cognitione eorum, p. 85.

DISPUTATIO SEPTIMA.

An Verbum per se procedat ex cognitione futurorum contingentium, & Spiritus Sanctus ex amore eorum? p. 88.

Sect. 1. Exercitur fundamentum, quo aliqui probant, Verbum non procedere ex scientia visionis: ubi an decreta libera supponant personas constitutas? ibidem.

Sect. 2. Ostenditur, Verbum ex nulla scientia contingenti per se procedere, p. 91.

Sect. 3. Solvuntur obiectiones, p. 92.

DISPUTATIO OCTAVA.

An, si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, distingueretur ab illo? p. 96.

Sect. 1. Præmittuntur aliqua certa, & proponitur utilitas, & status questionis, ibid.

§. 1. Præmittuntur certa circa processionem Spiritus Sancti, ibid.

§. 2. Utilitas, & status questionis, ibidem.

§. 3. Quid sit, aliquid sequi per locum intrinsecum? p. 99.

§. 4. Resolvitur duplex dubium circa questionis intelligentiam, p. 100.

Sect. 2. Eligitur, & probatur sententia communis, ibid.

Sect. 3. Solvuntur Scoti fundamenta, p. 102.

Sect. 4. Nobilis Recentioris opinio examinatur, p. 106.

DISPUTATIO NONA.

An dentur in Deo potentie notionales, seu potentie, quæ sint virtus agendi ad intra? p. 109.

Sect. 1. Proponitur, & rejicitur sententia negativa Aureoli, ibid.

Sect. 2. Solvuntur Aureoli fundamenta, p. 112.

Sect. 3. Solvuntur fundamenta Patris Augustini, p. 114.

Sect. 4. Solvuntur fundamenta Patris Thomæ, p. 116.

Sect. 5. Solvuntur fundamenta Patris Bernardini, p. 118.

Sect. 6. Solvuntur fundamenta Patris Alberti, p. 120.

Sect. 7. Solvuntur fundamenta Patris Gregorii, p. 122.

Sect. 8. Solvuntur fundamenta Patris Johannis, p. 124.

Sect. 9. Solvuntur fundamenta Patris Petri, p. 126.

Sect. 10. Solvuntur fundamenta Patris Pauli, p. 128.

probandi ab auctoritate Patrum, p. 127.

§. 1. S. Thomas hanc sententiam tenuit in aliquibus locis, p. 125.

Sect. 3. Secundum caput idem probandi, quia alioqui essentia verè & propriè generaret, p. 126.

Sect. 4. Tertium caput, quia principium quo est verè, ac propriè principium, ac proinde debet realiter distingui à termino, p. 128.

Sect. 5. Ex eo quod essentia divina sit forma, à qua Pater redditur similis, & æqualis Filio, non bene arguitur, etiam esse formam, à qua Pater redditur potens generare, p. 132.

Sect. 6. Quartum caput idem probandi, quia Pater, & Filius producant Spiritum S. per spirationem activam tanquam per principium quo agendi, p. 134.

Sect. 7. Quintum caput probandi, virtutem generandi consistere adæquatè in relativo; ex eo quod paternitas, ut talis, est generatio activa per se subsistens, id est, generatio generans; ac proinde generatio potens generare, quæ per seipsum sit potentia generandi, & exercitium activum generandi, p. 139.

Sect. 8. Sextum caput idem probandi, quia cum Pater non generet, quatenus est Deus, & quatenus est unum cum Filio, sed quatenus est Pater, & persona distincta à Filio, debet generare per virtutem generandi distinctam à Filio, p. 140.

Sect. 9. Solvitur prima obiectio, ubi exponitur, quomodo paternitas possit esse tota ratio producendi Filium, quamvis non præcontineat totam perfectionem Filij, pag. 141.

Sect. 10. Solvitur secunda obiectio, cuius occasione exponitur, quomodo Filius procedat per intellectum, quamvis intellectio essentialis neque sit principium quo, neque productio activa Verbi, p. 142. §. 1.

§. 2. In Deo præter intellectum absolutum datur notionalis, & qualis ille sit, p. 143.

§. 3. Cur præter intellectum absolutum detur in Deo intellectus notionalis, cuius munus sit esse virtutem productivam Verbi, & actionem productivam ipsius, p. 144.

§. 4. Quomodo inter se cõparentur intelligere, & dicere, seu intellectio & dictio, ubi vindicatur sc̄t̄tia Scoti ab impugnationibus P. Vazq. p. 145.

§. 5. Proponuntur duo modi, quibus explicari posset, productionem activam Verbi esse formaliter intellectionem relativam, p. 147.

§. 6. Uterque modus id explicandi difficilis p. 147.

Sect. 11. Solvitur tertia obiectio, ubi de per-

fectiore obiectio, ubi cur pot-

est sit perfectior, quã

namvis illa con-

p. 150.

ostendi-

ant, nõ

de-

poter
co

Sect
or

INDEX DISPUTATIONVM,

debet esse id, quod agens agit sicut virtute proxima productiva, sed satis esse, quod genus evadat similis, in principio remoto, vel productivo termini, vel pure communicativo sui ad terminum, mediante virtute realiter productiva, quam postulat, p. 151.

Secl. 14. Solvuntur reliquæ objectiones, p. 154.
DISPUTATIO XI.

An actio notionalis, sive productio activa consistat in relativo, an in absoluto, an in utroque? p. 166.

Secl. 1. Referuntur Doctorum placita, ibi.

Secl. 2. Eligitur sententia affirmans, actionem generandi, seu generationem activam esse idem adæquate cum paternitate, & distingui realiter à productione passiva, & primo probatur ab autoritate, p. 157.

Secl. 13. Confirmatur autoritate Bessarionis Patriarchæ, & S. Tho. distinctio realis inter generationem activam, & passivam. Et exponitur per quid constituentur divine personæ, p. 158.

Secl. 4. Ostenditur à ratione, generationem activam in divinis distingui realiter à termino genito, & consequenter identificari adæquate cum paternitate, p. 164.

Secl. 5. Solvitur præcipua difficultas contra nostram sententiam, p. 168.

DISPUTATIO XII.

An relationes divine ut distinctæ virtualiter ab essentia, dicant perfectionem? p. 169.

Secl. 1. Eligitur, & probatur sententia affirmans, p. 170.

Secl. 2. Alijs rationibus probatur eadem veritas, p. 173.

Secl. 3. Probatum autoritate Patrum relationes divinas ratione sui dicere aliquam perfectionem distinctam virtualiter ab essentia, p. 176.

Secl. 4. Ostenditur perfectionem relativam, quam dicunt relationes, ut distinctam ab essentia, multiplicari realiter in divinis; ac proinde dari tres perfectiones personales relativæ inter se realiter distinctas. Vbi quid sit bonitas transcendentialis, quæ est passio entis, p. 177.

Secl. 5. Proponitur præcipua ratio, qua Scotus contendit, relationes divinas ratione sui non dicere perfectionem: & instatur, ostendendo, quod sicut cum eo, quod essentia sit entitas infinita, componitur, quod relatio addat perfectionem relativam, ita cum eo quod essentia sit perfectio infinita componitur, quod relatio addat perfectionem relativam, p. 182. §. 1.

§. 2. Ratio Scoti solvitur ubi, relatio

non superaddere essentia perfectionem infinitam in genere entis, non autem superaddere perfectionem infinitam in proprio genere v. g. in genere paternitatis, p. 184.

Secl. 6. Solvitur secunda ratio Scoti, ubi exponitur definitio perfectionis simpliciter simplicis tradita ab Anselmo, & ostenditur relationes esse perfectiones simpliciter simplices, p. 185.

Secl. 7. Solvitur tertia ratio Scoti, p. 188.

Secl. 8. Ex eo quod relatio ratione sui dicat perfectionem, non sequitur, quod aliqua perfectio sit in Patre, quæ non sit in Filio, neque sequitur unam personam secundum esse minus perfectam, quam omnes simul, p. 189.

§. 1. Proponitur difficultas, ibi.

§. 2. Prima huius difficultatis enodatio, affirmans, essentiam eminenter continere perfectionem relationum, ac proinde per illas non perficitur formaliter, nec constituitur aliquid intensivè perfectius, ibi.

§. 3. Præmittitur ad genusnam difficultatis solutio, essentiam formaliter perfici per relationes, & Deum, ut Trinum, esse quid intensivè perfectius, quam Deum, ut præsum à relationibus, p. 190.

§. 4. Solvuntur objectiones contendentes, essentiam divinam non perfici formaliter per relationes, p. 194.

§. 5. Ideo, quamvis relationes ratione sui dicant perfectionem, nulla est perfectio in una persona, quæ non sit in alia, neque omnes tres personæ simul sunt quid perfectius, quam una; quia in qualibet persona sunt omnes personæ illam perficientes, quatenus omnes perficiunt naturam divinam, p. 196.

§. 6. Solvuntur objectiones contendentes, perfectionem unius personæ in alia, non rectè salvari, nullam perfectionem esse in una persona, quæ non sit in alia, p. 198.

Secl. 9. Solvitur fundamentum Thomistarum desumptum à magnitudine, quæ in Deo non multiplicatur, p. 205.

Secl. 10. Solvuntur argumenta recentis Scriptoris, p. 206.

Secl. 11. Solvitur ultimum argumentum. Vbi an

relatio
sua
essentia

essentia



DISPUTATIONES SELECTÆ EXTRACTATV DE PRAEDESTINATIONE.

DISPUTATIO PRIMA DE ESSENTIA PRAEDESTI- NATIONIS.

SECTIO PRIMA:

*Quid prædestinatio significet, & quibus
modis accipiatur?*



PRAEDESTINARE, unde verbum
prædestinare derivatur, mul-
tiplicem habet significatio-
nem tam in sacris, quam in
profanis litteris. Alijs autem

duas so apud
em sic

3) dùm illud Machab. 6. de Eleazaro, quod de-
stinavit in corde suo non admittere illicita
3) propter vitæ amorem.

2) Particula ; præ , vt animadvertit
Tolet. in epist. ad Rom. annotat. 8. tam apud
Græcos, quã apud Latinos non solum antece-
dentiam temporis, sed antecedentiam dignita-
tis, seu ordinem significat. Prædestinatur enim
quod prius tempore destinatur : prædestinatur
etiam, quod præ alijs destinatur : sicut præeli-
gitur, quod ante eligitur, & quod alijs in ele-
ctione præfertur. Verum ex communi consen-
su Theologorum cum Alensi t. p. q. 16. art. 1.
x. cum D. Thom. vbi nuper dicit antecessio-
æternitatis ad tempus, dicit scilicet Deo
natur, vt idem fit ; Deum prædestinare, ac
indefinitè.

in nominis signifi-
a Deo prædesti-
ore sunt, vt
ditionum

na-

7-

d

facturus fuit, ab æterno destinasse. Vnde sola peccata excluduntur à prædestinatione sic supranid, quod P. P. passim affirmant, dum aliterunt, Deum præscire quid peccata, non autem prædestinare, latiusque patere præscientiam, quam prædestinationem. Vnus pro multis sufficiat August. cap. 10. de prædest. sanct. dicens: *Prædestinatio est, quæ sine præscientia esse non potest. potest autem esse sine prædestinatione præscientia, prædestinatione quippe Deus ea præscit, quæ fuerat ipse facturus. præscire autem potest etiam, quæ ipse non fecit: sicut quæcumque peccata.* Hinc quia Deus causat supplicium æternum, quod peccata puniunt, dicitur etiam illud prædestinasse. Sic loquitur C. Valentinum sub Lotario can. 3. *Confitemur prædestinationem electorum ad vitam, & prædestinationem impiorum ad mortem.* Sic August. lib. 15. de Civit. cap. 1. ubi distinguit duas Civitates, unam prædestinatam ad vitam æternam, alteram ad ignem æternum.

4 Licet autem prædestinatio in hac significatione generaliter extendatur ad omnia bona, etiam naturalia, quæ Deus ab æterno decernit in tempore fieri: specialiter tamen solet restringi ad opera gratiæ, ut idem sit prædestinare, ac aliquid gratuitum decernere: & in hoc sensu, videatur prædestinationem accepisse D. Thom. 3. p. q. 24. art. 1. ubi inquit: *Prædestinatio est quadam divina præordinatio ab æterno de his, quæ per Dei gratiam fienda sunt in tempore.* In eodem quoque locutus August. videtur, dum passim prædestinationem appellat *Gratiæ præparationem*, ut cap. 10. de prædestinat. Sanctor. inquit: *Nihil aliud est prædestinatio, quam gratiæ præparatio.* Et rursus: *Inter gratiam porro, & prædestinationem hoc tantum interest, quod prædestinatio est Gratiæ præparatio, Gratia vero iam ipsa donatio.* Qui loquendi modus adeo frequens est apud August. ut P. Annatus in apolog. Scientiæ Mediæ pag. 257. doceat apud illum pro eodem sumi prædestinationem, & gratiæ præparationem: idque optimè deducit ex *conclusionem* cap. 17. de *Bono perseverantia.* Nomine autem gratiæ vulgo P. Vazq. 1. p. disp. 89. n. 59. intelligi dona gratiæ, quæ sunt medium ad comparandam vitam æternam; non verò ipsam æternam vitam, repræsentantque eos, qui confundunt electionem ad gratiam cum prædestinatione, existimantes hanc versari circa finem gloriæ, sed circa medium. Verum negari etiam prædestinationem ad gloriam, nam in prædesti-

Qu

nos prædestinavit in suum Regnum, & Gloriam. Vnde ex eo quod August. universaliter pronuntiet, prædestinationem esse gratiæ præparationem, malè inferitur, non esse præparationem gloriæ: oppositum enim potius deberet inferri, ut argueretur optimè P. Ruiz disput. 4. sect. 2. num. 13. nam apud Augustin. & alios 1 P. Gloria est præstatißima gratia, quia licet reddatur meritis, attamen gratis data sunt merita, eo fine, ut illis Gloria redderetur: proptereaque tota series prædestinationis, & præmij gratis confertur: vnde Rom. 6. dicitur, *Gratia Dei Vita æterna.*

5 Et confirmatur ex Fulgentio fidelissimo Augustini Discipulo, qui lib. 1. ad Monim. cap. 20. inquit: *Nec enim alia est eius prædestinatio, quam operum eius æterna præparatio.* Atqui vita æterna est maxime opus Dei: ergo æterna eius præparatio strictè est prædestinatio. Consultatur P. Peravius rom. 1. de Dogmat. Theolog. lib. 9. cap. 12. ubi contra P. Vazq. late probat, illi eos, qui dicunt, Augustinum loqui de prædestinatione ad Gratiam, & non ad Gloriam.

6 Iuxta posteriorem acceptionem sola subiecta dicuntur propriè prædestinari: hæc enim sola mittuntur, & diriguntur ad finem, non autem eorum accidentia: quia hæc vel sunt finis ipse, ad quem subiectum dirigitur, vel medium, per quod dirigitur: Præterea *unum* (vi inquit D. Thomas in primum dist. 40. q. 2.) *illud propriè dicitur dirigi in aliquod, quod non habet in se.* Vnde in illud vadat; ideo propriè subiectum, scilicet homo, vel Angelus non dicitur prædestinari, nisi ad id, quod proprijs viribus consequi non potest, scilicet ad Gratiam, & gloriam, eaque propter meritò dixit Damascen. *Prædestinationem esse eorum, quæ non sunt in nobis.*

7 Quamvis autem iuxta hanc significationem propriè dicatur aliquis prædestinari tum ad gratiam, tum ad gloriam, ut ostendit Ruiz disput. 4. sect. 2. & 3. nihilominus in communi sensu Authorum absolute, & sine addito illi tantum prædestinatio, qui te ipsa.

futurus est sermo. Cuius obiectum, seu subiectum est suppositum rationale creatum, terminus vero via æterna: media autem opera gratiæ, & alia omnia, quibus in salutem dirigitur.

SECTIO SECUNDA.

Celebris Augustini definitio expenditur.

Prædestinatione sic strictè sumptâ definit Aug. de bono persever. cap. 14. his verbis: *Prædestinatio sanctorum nihil aliud est, quam præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur.* Vbi non modo dicam difficultatem ingerit, quænam sit illa præscientia, an conditionata, an absoluta? Quisdam voluit esse scientiam conditionatam, per quam Deus cognoscit, qua serie auxiliorum homo fit rectè operaturus; & usque ad finem perseveraturus: cui scientiæ si adiungatur decretis auxilia illa conferendâ, homo intelligitur prædestinatus: atque adeo dicunt, iuxta Augustin. prædestinationem consistere in complexione scientiæ, Medii, & decreti conferentis scientiæ illam auxiliorum, & hominem à vita rapiendū dum est in gratia. In quo sensu præscientiâ accepit P. Molina dum in presenti Augustini definitionem explicans, inquit: *Prædestinatio est ratio ordinis, seu mediæ in Deo, quibus prævidet creaturam rationalem, perducendam in vitam æternam, cum proposito cum ordine exequendi.*

9 Quæ opinio si conformis foret Augustini menti, expediret explicare illam definitionem: artior autem ei non consistit, & Augustinū loqui de præscientiâ absoluta: Quod probo primò ex ipso contextu, in quo continetur prædestinationem divinam non tollere utilitatem prædicationis. Idque probat ex eo, quod iuxta Apost. *Deus operatur in nobis velle, & operari* Et iuxta Evang. Ioannis, *Nemo credit in Christum, nisi ei fuerit datum à Patre*: Quin propterea tollatur utilitas prædicationis, & ad credendum, &

non fit
re
An
vu
i
a
fi

10 Quod confirmatur ex cap. 18. & 19 de prædestinatione sanctorum; ubi negat aliter præsciri initium fidei, quam, quibus prædestinatum. Vbi necesse est sermonem esse de præscientiâ absoluta essentialiter supponente prædestinationem; non verò de conditionata, quæ omnino indepēgens est ab illa, ut potè anteverrens omni liberum Dei decretum. De quo consuli potest P. Annatus disp. 3. cap. 14. num. 74.

11 Secundo, quia Prosper eodem modo coniungit præscientiâ cum prædestinatione, cum tamen sermone habeat de præscientiâ absoluta: nam in responsione ad capitula Gallorum responsione 7. ita loquitur: *In malis operibus nostris sola præscientia Dei intelligenda est, quia sicut præscientia Dei prædestinavit, quæ ipse facit, & ut faceremus delicta ita præscit, tantum non etiam prædestinavit, quæ nec ipse facit nec ut faceremus exigit.* Quis autem non videat hęc sermonem esse de præscientiâ absoluta; nam per conditionatâ non præscit quid ipse facit, sed quid faceret, vel quid facerentus. Denique, quia idem August. dicit, prædestinationem esse præscientiâ, quia novit Deus quid futurus sit, ut si loqueretur de conditionata, dicere debuisset, novit Deus, quid talis homo futurus esset, si talem gratiarum seriem haberet.

12 Alij ergo cum P. Lessio supponentes loqui de præscientiâ absoluta, dicunt Augustinum tantum velle dicere prædestinationem non solum esse præscientiâ, non totum operum futurorum hominis, sicut iuxta Pelagij scientiam dicendum erat, sed etiam præparationem, & voluntatem eam conferendi, præsentem ea præparatam, homo non potest ea habere, & in illa definitione præscientiâ esse veluti genus, quia est inherens ad reprobos; & prædestinatos. Quasi diceret (inquit Ruz. disp. 7. sect. 7. num. 2.) *prædestinatio est scientia præscientia, & ultimo determinata, ut exequatur dilectionem Dei, quæ libere decrevit quibusdam hominibus conferre talia beneficia, quibus certissime liberarentur.*

13 Hæc tamen expositio textui non congruit, primo nam præscientiâ illa est beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, & certum non est communis electis eam rebus. Secundo, quia Pelagius advertebat quod in operum liberi arbitrij, quibus tamen præscientiâ August. ergo est prædestinationem esse sufficientem.

tiam, in qua August. collocat predestinationem habuit decretum efficax saluandi homines pro priori ad eorum merita absolute preuisa: definitio autem Augustini hoc non supponit: siquidem predestinatio, de qua loquitur, est illa, quae necessario infer, ut ex eo quod Deus tribuat hominibus beneficia suae gratiae, quibus certissime liberentur, ut patet ex textu adducto, & alijs statim adductis. Atqui predestinatio, includens, vel supponens illam electionem ex hoc non infer, ut, cum ad illud factus sit, ut Deus habuerit decre, ut conferedi homini auxilia, quae per deum Mediam prouident, ut fore efficaciat ergo, &c.

14. Hac ergo expositione reiecta, alia quaerenda sunt, duae mihi occurrunt, quae videntur ad Augustini mentem, primo namque dici potest, *praescientiam, & preparationem*, apud August. idem significare, Deumque ab aeterno praescire beneficia suae gratiae, quibus homo in tempore ab aeterno interitum liberabitur: atque adeo, praedestinationem nihil aliud esse, quam gratiae destinationem, ut ab aeterno existentem in cognitione divina.

15. Quae expositio colligitur ex lib. de bono pecc. cap. 18. prope finem, ibi: *Praedestinasse est hoc praescisse, quod fuerat ipse facturus.* Et ex cap. 17. *Hac Dei dona si nulla est praedestinatio, quam defendimus, non praesciuntur a Deo praesciuntur autem: hac est igitur praedestinatio, quam defendimus.* Et cap. 19. ut probet, Antiquos PP. veluti Ciprianum, & Nazianzenum, praedestinationem non ignorasse, inquit: *Num quid autem, qui quam eos daturus est ita confessos istam Dei gratiam, ut auderent negare eius praescientiam, quam non solum docti, sed indocti etiam agnoscunt? Porro si haec ita Deum noverant dare, ut non ignorarent eam daturum se esse praescisse, & quibus daturus esset non potuisse nescire, proculdubio noverant praedestinationem.* Denique lib. de praedest. Sanct. cap. 10. inquit: *Praedestinatione Deus ea praesciuit, quae fuerat ipse facturus.*

16. Quod autem idem sit praeparatione, ac praescire apud August. colligitur ex cap. 17. de bono perlever, post init. *Ita igitur dona, quibus cumque Deus donat, proculdubio daturum se esse praesciuit, & in sua scientia praeparauit. Nam, in futurum, ut non potest, ut disponere, hac est nisi praedest. praescientie*

absoluta, non potest dici, Deum in sua praescientia praeparasse, quia ex vi illius motus fuit ad habendum decretum conferendi dona gratiae: nam praescientia absoluta praesupponit, non autem praesupponitur ad illud decretum. Quid rursus est opera sua in praescientia disponere, nisi per scientiam dispositionem operum suorum praevidere: nec enim, ut vult P. Ruiz disp. 55. sect. 9. num. 3. *in sua praescientia opera disponere, est ex vi scientiae Mediae habere decretum, quo reddat absolute futura opera sua iam enim probatum est, Augustinum loqui de praescientia absoluta supponente opera iam fixa.* Denique, quia apud August. Deus praedestinatione cognoscit: ergo praedestinatio est praescientia. Antecedens constat ex cap. 17. de praedest. Sanct. *Electi sunt utique ante mundi constitutionem praedestinatione, qua Deus sua futura opera praesciuit.*

17. Nec novum videri potest, quod dicamus, praescientiam, & praeparationem esse idem; siquidem in causa famuli P. Ruiz disp. 9. sect. 1. explicans illud Apost. *Quos praesciuit, & praedestinavit*, asserit, idem esse praescientiam, & praedestinationem apud Paulum; & duplici voce eundem conceptum obiectivum clarius explicasse.

18. Secundo potest dici, praeparationem ibi significare decretum, quo Deus ab aeterno disposuit conferre in tempore creaturis rationalibus ea beneficia, quibus certissime liberentur. Ita exponit Fasolus quaeft. 22. art. 1. d. num. 3. asserens cum Gregorio, idem esse apud August. praeparationem, dispositionem, & propositum, omniaque ad voluntatem proprie pertinere. Quo supposito dici valet August. in ea definitione coniunxisse duplicem definitionem praedestinationis a se assignari solitam, addendo ordinem infallibilem ad gloriam; in quarum altera praedestinationem per solam praescientiam operum, quae Deus facturus erat, explicabat, in altera vero per gratiae praeparationem, & ex utraque unam confecit: ita tamen, ut quaelibet ex illis particulis sit sufficiens definitio, ut sensus sit, *praedestinatio est praescientia beneficiorum Deo, quibus &c.* Et etiam est

non est
nec
mi-
gere
est

prædicta aliqua directio rerum causativa, quæ tendat in res futuras, non præcisè vt obiectum, sed vt effectum: hoc autem quadrare nequit præscientiæ absolutæ, quæ cum res factas propria differentia temporis supponat, nequit eorum principium: vnde nostri DD. communiter docent, scientiam visionis non esse causam rerum contra Prædeterminatores oppositam alienas, vt habes apud Albeldam 1. p. disp. 28. sect. 2. n. 11.

20 Responderi potest primo, vt prædestinatio sit causa gratiæ, satis esse, quod illam causet ratione illius, quod importat in recto, nempe scientiæ necessariæ Dei, vel ratione decreti, quod supponit: ad modum quo D. Th. qui prædestinationem in actu intellectus constituit, nihilominus q. 6. de Veritat. art. 1. ad primum docet, prædestinationem quandoque appellari electionem, & propositum, eo, quod præsupponit electionem, & in actibus animæ præcedens includitur in actu sequenti virtualiter.

21 Secundo dici potest, præscientiam de qua August. esse quidem absolutam, non tamen esse propriè scientiam visionis, quia vt animadvertit P. Ruiz disp. 1. sect. 6. n. 5. non omnis scientia absolutæ rei vt futuræ est propriè scientia visionis, sed ea dumtaxat, quæ rem inuenitur in se ipsa: scientia autem, de qua August. potest esse scientia cognoscens futura in decreto, si sermo sit de futuris soli Deo liberis, vel in complexo decreti, & Scientiæ Mediæ, si sermo sit de futuris nobis liberis: hæc autem potest esse causa rerum.

22 Aliæ particule definitionis facile expediuntur: per beneficia Dei, intelliguntur non solum auxilia gratiæ internæ mortificationis, & externæ protectionis, sed etiam nostri actus salutares, quibus gloriam consequimur; hi enim sunt propriè beneficia, imo comprehenditur potissimè ipsa æterna beatitudo, per quam perfectè liberamur à seruitute peccati, vt probat P. Ruiz disp. 4. sect. 2. *Quibus certissime liberantur*: in hac particula involuitur Scientia Mediæ: cum enim auxilia gratiæ non sint in rinfecè efficacia, tota ipsorum infallibilitas sumitur à præscientiâ conditionata.

est quædam ratio ordinis aliquorum in salutem æternam in mente Divina existens. Dicitur ratio, quia est actus practicus Divini intellectus, quo iuxta D. Thom. Deus ab æterno ordinat executionem mediorum, quibus finis præminentus obvineatur. Hinc Capreol. in primum d. 40. quæst. 1. accuratè observat, Div. Thomam non dicere, ordinem, qui est in creaturis, vt conceptum à Deo esse prædestinationem, sed rationem illius ordinis. Propterea autem dicitur, creaturam rationalem transmitti ad finem vitæ æternæ, quia ad illum proprijs viribus pervenire non potest. *Ad illud autem, ad quod non potest aliquid pervenire virtutè sua nature*, inquit Angelicus Doctor, *Oportet, quod ab alio transmittatur, sicut sagitta à sagittante mittitur ad signum.*

24 Prædestinatio secundum omnes Theologos cum Div. Thoma in præsentî, & quæst. 6. de Veritat. art. 1. est pars providentiæ; est autem providentiâ, actus, quo Deus per media proportionata res in finem dirigit, vt ex Div. Thoma. definit in præsentî Fastolus; ille enim quæst. 2. artic. 1. asserit, *Providentiâ esse rationem ordinis rerum in finem.* Prædestinatio vero est actus, quo Deus creaturas intellectuales per supernaturalia gratiæ media dirigit in finem vitæ æternæ infallibiliter obtinendum.

25 Differt itaque prædestinatio à providentiâ vt expendit D. Thom. in opusculo de præscient. & prædest. Primo, ex parte subiecti, quia cum Providentiâ Dei sit omnium rerum; prædestinatio vero est solum voluntatem habentium, vt hominum, & Angelorum. Secundo, ex parte finis, nam cum providentiâ respiciat ordinem uniuscuiusque boni ad quilibet finem, prædestinatio est tantum eorum, quæ homo viribus suis consequi non potest, nempe respectu gratiæ, & gloriæ.

26 Terrio, ex modo tendendi in finem, nam cum in qualibet ordinatione ad finem duo possimus considerare, scilicet ipsam ordinem, vel exitum, & eventum ordinis, quia non omnia, quæ ad finem ordinantur finem consequuntur: Providentiâ ordinem in finem respicit tantum: vnde per Dei providentiâ omnes homines ad Beatitudinem ordinantur: sed prædestinatio respicit etiam exitum, vel eventum ordinis: vnde non est, nisi eorum, qui iam consequuntur, vt inquit Angelicus 1. q. 6. de Veritat. art. 1.

Itaque potest primo, prædestinatio sit pars integralis? Resp. vt docet ille in prædestinatio
um: pars
autem

autem integralis non includit in suo intellectu totum, cuius est pars, ut anima non includit hominem; pars vero subiectiva includit totum potentiale, cuius est pars, ut homo includit animal. Unde prædestinatio comparatur cum providentia tanquam species cum genere, & ideo Div. Thom. postquam quæst. 22. egit de Providentia ut sic, in hac quæst. 23. descendit ad providentiam circa electos, quæ prædestinationi appellatur.

28 Dices, D. Thomam hic art. 1. asserere prædestinationem quantum ad objecta esse quandam partem providentiæ: ergo sentit providentiam esse velut totum integrale, cuius una pars circa unum, & alia versetur circa aliud. Respond. negando consequentiam. Idcirco enim ex parte actus non ponitur prædestinatio pars providentiæ, quoniam actus Divinus nec partis, nec totius rationem habet: ad hoc autem ut prædestinatio esset pars subiectiva providentiæ Divinæ ex parte actus, opus erat ut Providentia Divina ut sic esset ratio communis contrahibilis per varios actus inter se distinctos, quorum unus esset providentia electorum, v. g. alius providentia reproborum, &c. Quod in Deo locum non habet, ut ipse qui per unam, & indivisibilem formalitatem respicit omnia objecta. Dicitur ergo pars quantum ad objectum, quia actus ille indivisibilis non distinguitur ratione in plures, nisi per ordinem ad objecta, & quia Providentia se extendit ad omnem finem, prædestinatio vero solum ad finem gloriæ, qui tanquam pars subiectiva continetur sub fine ut sic.

29 Dubitabis autem secundo, qua ratione discrimen statutum à D. Thom. inter providentiam, & prædestinationem; quod scilicet illa non semper attingatur suum finem, secus ista: qua ratione, inquam, possit componi cum eo, quod docet 3. contra Genr. cap. 9. & 1. p. q. 22. art. 2. ad primum: Videlicet, nihil esse in rerum natura, quod Dei subterfugiat providentiam, & cum eo quod docet ibidem, nimirum, ea omnia, quæ à Deo providentur, evenire: si enim Providentia Dei non semper consequeretur suum finem, multa eam subterfugerent. Propter hanc rationem Caiet. 1. part. q. 22. artic. 1. censet, Doct. Ang. si cum locis allegatis mutasse sententiam, quæ prius docuerat in primâ dist. 40. q. 1. art. 2. & q. 6. de Verit. art. 1. additque merito id fecisse, eo quod Providentia ad voluntatem Dei consequentem spectet perimpletur.

31 Verum hæc D. Thomæ, nec vult inquit P. Vazotularem comm

tia in rebus provisus positum eo modo, quo ad Divinam Providentiam spectat, certum esse, & infallibilem, & cassari non posse, ut in eo cap. asserit S. D. nil tamen inde concludi, quia bifariam aliqua ordinantur in finem per Divinam Providentiam. Primum præcisè quia hæc disponit, ut habeant ea, quibus ad suum finem pervenire possint. Secundo, quia non solum disponit, ut habeant ea, quibus ad finem pervenire possint, sed ea, quibus se ipsa perveniant; utroque autem modo Divina Providentia est infallibilis: Cæterum erga reprobos se habet illo primo modo, non autem secundo.

32 Adde ex P. Vazq. ubi sup. n. 18. ea, quæ Deus providit, infallibiliter evenire, quia id, quod Deus providit, semper statuit voluntate efficaci: non dicitur autem Deus providere finem, sed media ad illum: unde non oportet, ut eius providentia sit efficax circa finem, quando nimirum iste dependet ab arbitrio agentis creati, cui Deus se attemperat; non tamen propterea sequitur aliquid subterfugere Dei Providentiam: aliud enim est, omnia, quæ eveniunt, sub Divinam Providentiam cadere, aliud, omnem finem ab illa intentum se ipsa evenire. Primum, semper accidit. Secundum, deficere potest: & quamvis finem hunc salutis reproborum primario intentum Deus non consequatur, obtinet tamen alios, ut ostensionem divitiarum gratiæ suæ in vasa misericordiæ, aliosque nobis oculos; non permitteret autem peccata, nisi sciret illos fructus à se colligendos ex eorum permissione.

33 Ad rationem Caiet. resp. cum Providentia duo includat, scilicet volitionem finis aliquo modo, & volitionem mediorum ad finem; respectu mediorum spectare ad voluntatem consequentem; respectu autem finis ad voluntatem dumtaxat antecedentem, qua vult omnes homines salvos fieri: ac proinde de conceptu providentiæ ut sic solum esse respicere efficaciter ordinem in finem, præscindendo ab eventu consecutionis finis, ita ut hanc sequi neque includatur in conceptu Providentiæ, nec ab illo excludatur.

SECTIO QUARTA.

ordinaverit in eum finem; consequens manifestum est secundum definitiones Augustini, & Thomæ, aliquos ab æterno fuisse prædestinatos. Id quod ad fidem spectat, sumpta prædestinatione pro infallibili providentia, qua Deus creaturam rationalem ad Beatitudinem perducit, præscindendo ab eo, an prædestinatio importet, vel non importet electionem efficacem ad Gloriam ante prævisa merita, ut constat ex illo Act. 13. *Crediderunt quotquot erant præordinati in vitam æternam.* Et ex illo Rom. 8. *Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificavit; quos autem iustificavit, illos & glorificavit.* Item ex alijs pluribus. Aliquos etiam Angelos esse prædestinatos constat ex prima Pauli ad Thimoth. ubi Angelos appellat, *Electos ad Gloriam.* Et ex illo Math. 18. *Angeli eorum semper videntes faciem Patris mei.*

35 Hinc merito ab omnibus reprehenditur Catherinus, qui asseruit, plures res ipsa consequi salutem, qui prædestinati non sunt. Non tamen sententia hæc meretur notam erroris, quam illi inurit Sotus in cap. 9. Epist. ad Roman. non enim in re, sed in modo loquendi Theologicè, erravit: existimavit enim, nullum dici prædestinatum, qui non sit efficaciter electus ad Gloriam ante prævisa merita, & plures de facto salvari, quin ita fuerint electi: ac proinde particula *Præ*, apud ipsum non significat antecedentiam temporis, sed dignitatis; ut idè sit esse prædestinatum, ac esse præ alijs electum illa specialissima electione; accepto autem nomine prædestinationis in hoc sensu non est periculosa illa doctrina. Modus tamen loquendi opponitur Patribus & Doctoribus asserentibus, illam particulam significare antecedentiam æternitatis ad tempus, ut vidimus sect. 1. & propter hæc reprehenditur.

36 Interrogabit aliquis, an saltem in alia rerum serie fieri possit, ut quis salvetur, quin sit prædestinatus? Affirmat P. Quirós, quia potest Deus conferre homini auxilia, quæ prævidet fore efficacia ad consequendam salutem. In eodem modo collaturus, quamvis prævide de inefficacia, unde quæ illa con-

ferat ex intentione gloriæ, sed ob alios fines, nec autem non prædestinaret hominem illum, quin illum non destinaret ad finem vitæ æternæ.

37 Respondeo tamen casum illum esse impossibilem, si standum sit definitioni Augustini. Tum quia licet Deus non conferret illi homini auxilia ex intentione gloriæ; nihilominus illè per beneficia gratiæ certissime liberaretur: ac proude ab æterno Deus prævideret, per beneficia suæ gratiæ certissime liberandum, eaque beneficia præpararet: hoc autem est prædestinare: ergo, &c. Tum quia fieri non potest, ut homo finem vitæ æternæ per media gratiæ obrineat, quin Deus illa ordinaverit in eum finem, ad quem suapte natura ordinatur, eo saltem affectu, quo vult, auxilia sufficientia collata reprobis esse propter finem vitæ æternæ. Et ratio est, quia ubi res aliqua est propter aliam, sicut Gratia est propter gloriam, ad quam est ius per modum hæreditatis, implicat Deum velle, ut res illa existat, quin velit, ut existat propter aliam, ac proinde quin ipsam ad aliam ordinet. Quod autem Deus esset collaturus illa auxilia, quamvis videret fore inefficacia, non probat fieri posse, ut homo salvetur, quin illum Deus dirigat in gloriam, eo saltem affectu, quo de facto dirigit reprobos: sed solum probat, posse salvari, quin dirigatur speciali affectu.

38 Inferitur secundo, prædestinationem esse actum immanentem intellectus, vel voluntatis Divinæ, qui Deum denominat intrinsecè prædestinantem, & creaturam extrinsecè prædestinatam. Unde nihil ponit formaliter in prædestinatio, ponit tamen aliquid effectivè, quatenus est principium beneficiorum gratiæ quibus homo liberatur. Inferitur denique prædestinationem esse æternam, quia actus immanentes Dei in tempore non incipiunt: & differre à gubernatione, nam ut docet D. Thom. quest. 22. art. 1. ad secundum, Providentia, cuius prædestinatio est species, dicit causam, gubernatio vero effectum: illa rationem æternam, per quam Deus gubernat, ista

temporalem eius executionem.

DISPUTATIO SECUNDA AN PRAEDESTINATIO SIT ACTVS INTELLECTVS, VEL VOLVN- TATIS, AN VTRIVSQUE?



AEC quaestio, ut animadvertunt PP. Suarez, & Vazquez, non parum habet de nomine, ac proinde in ea praecipua cura debet esse, scire quo pacto loquatur Doctores, praesertim quid-

sentiat Div. Thomas.

SECTIO PRIMA

Authorum placita:

P R I M A sententia docet praedestinationem consistere in solo actu voluntatis. Ita Scotista cum Scotus in primum dist. 40. q. unica, & ibidem Bonavent. Gregor. Aureol. & alij. Sequuntur haec sententia P. Vazq. 1. p. disp. 87. cap. 3. P. Suar. lib. 1. de Praedest. cap. 17. Lessius de Praedest. sect. 1. P. Arriaga, Martinon, & alij.

Differentia autem est inter hos AA. nam quidam ponunt praedestinationem in efficaci electione ad Gloriam ante praevisa merita: alij in decreto eius collativo post praevisa merita: alij in decreto conferendi media, quibus infallibiliter obtineatur finis gloriae antecedenter solum intentus voluntate generali, & efficaci: ter amatus post praevisa merita: & ita loquuntur Lessius num. 1. & Vazq. num. 14. Alij volunt, praedestinationem includere voluntatem efficacem mediorum, & finis, ut Scotus, cuius sententiam defendit Smisingus disp. 6. de Provid. num. 29. Item Petavius tom. 1. lib. 9. cap. 1. n. 10. consentit P. Suar. qui num. 15. asserit, si Praedestinatio tribuatur voluntati, ponendam esse in tota praeparatione gratiae, & gloriae, quae intelligitur in Deo a 1. decreto electionis ad Gloriam usque ad omnem voluntatem mediorum, & ultimi finis, qui est ipsa gloria ut executioni mandanda. Quam sententiam probant eae AA. autoritate Scripturae, & PP. referentium praedestinationem ad actum voluntatis.

2 Secunda sententia docet praedestinationem, & providentiam consistere in solo actu intellectus, & voluntatis. Ita omnes sententia praesentium, & quorundam in-

6. Meth. cap. 2. quaest. 7. Valent. tom. 1. quaest. 22 punct. 1. & quaest. 23 punct. 2. Granad. hic ut. 5. disp. 2. P. Ruiz disp. 1. sect. 6. Fastolus q. 23. art. 1. num. 9. Salas, & alij apud ipsos: qui Auctores inter se non conveniunt: nam quidam eorum volunt, praedestinationem esse actum practicum, qui post intentionem finis dicitur ea, quae eligenda sunt. Ita Fastolus: Thomista vero dicunt, esse actum imperij subsequenter electionem mediorum, & moventem ad voluntatem executivam cum quadam intimacione, ut videtur re est apud Alberti. disp. 69. num. 36.

3 At P. Ruiz ubi sup. num. 10. & disp. 3. de Provid. sect. 9. affirmat, Praedestinationem, & Providentiam esse iudicium intellectus affirmans existere Dei. volitionem decretivam de fine gloriae, & de ordinatione mediorum ad ipsum; & eo ipso affirmans creaturam rationalem ad illum infallibiliter perducendam. Probant vero hanc sententiam, quia praedestinatio est species providentiae; haec autem ad intellectum refertur a Patribus, & Scripturis, ut probat ibi Ruizius.

4 Tertia sententia docet, praedestinationem partim consistere in actu intellectus, partim in actu voluntatis. Ita P. Molina 1. part. quaest. 22. art. 1. disp. 1. & quaest. 23. art. 1. disp. 2. Becanus cap. 14. quaest. 2. Herize disp. 22. ca. 6. Arrubal disp. 63. num. 15. & 18. & disp. 70. num. 3. & alij apud ipsos. Haec sententia, cum sit inter duas praecedentes media, ab utraque sumit fundamentum: si autem quaeras, quinam sint isti actus? Resp. ex mente Patris Arrubal, Molinae, & Herize esse cognitionem mediorum congruentium ad finis affectationem, & propositionem illis conferendi. Unde cognitio illa in intellectu de sententia intentionis voluntatis.

8 Molinae cap. 14.

SECTIO SECUNDA.

*Quisnam sit actus intellectus, in quo Div.
Thomæ prædestinationem
constituit?*

AD intelligentiam huius dubij supponendum est primo, imperium in sententia D. Thomæ esse actum intellectus, & supponere actum voluntatis. Ita docet 1. 2. quæst. 17. art. 1: Quod sit actus intellectus, probat, quia imperans ordinat eum, cui imperat, ad aliquid agendum, intimando, vel denuntiando, sic autem ordinare per modum cuiusdam incitationis, est proprium rationis. Hinc artic. 5. dicit, imperium nihil aliud esse, quam actum rationis ordinantis cum quadam motione ad aliquid agendum: & art. 2. ad primum, vim appetitivam eatenus dici imperare motum, quatenus movet rationem imperantem. Quod autem supponat actum voluntatis, probat, quia movere imperando est, movere quantum ad exercitium; primum autem movens in viribus animæ quoad exercitium actus est voluntas: unde cum secundum movens non moveat nisi in virtute primi, sequitur hoc ipsum, quod ratio movet imperando, esse ei ex virtute voluntatis.

6 Animadvertit autem, dupliciter posse rationem aliquid intimare, vel denuntiare, vel per actum, qui exprimitur per verbum indicativi modi, ut si quis alicui dixerit, *Hoc est tibi faciendum*, vel per actum, qui exprimitur per verbum imperativi modi, ut cum alicui dicitur, *Fac hoc*, per quem actum ratio intimat aliquid alicui eum ad hoc movendo.

7 Secundo supponendum est Div. Thomam concedere hunc actum imperij non solum in aliquo respectu aliorum, quod solet appellari *imperium æconomicum*, & civile, sed respectu ipsius, quod solet nuncupari *Monasticum*: & insuper asserere, hunc actum imperij respectu sui supponere electionem; non tamen determinare immediate ad actum imperatum, sed medio actu voluntatis, cui *usus* dicitur.

2. q.

acti unquam constat ex 1.

art. 1. afferens hominem per actum intellectus imperare suis potentijs.

8 Denique supponendum est D. Thomam 1. 2. q. 17. & 2. 2. q. 47. asserere ex Philo- sopho 6. Ethicor. res actus pertinere ad prudentiam, vel formaliter, vel præsuppositivè. primum est consilium, quod situm est in indagatio- ne mediorum ad finem, & collatione eorum ad invicem, & pertinet ad virtutem intellectus præ- dicit, quæ Græcè dicitur *Zavulu*. & cuius est iudicium, seu sententia, id est, conclusio con- sultationis, & pertinet ad virtutem aliam, quæ dicitur *synesis*, id est, *perispicacia*. Tertius est imperium, quod pertinet ad virtutem, quæ Græcè *Gnomi* appellatur: & hunc actum dicit Phi- losophus esse præcipuum prudentiæ, & a iudicio distingui. Unde D. Thom. 1. 2. q. 22. art. 1. ad secundum dicit, secundum Philosophum prudentiam proprie esse præceptivam eorum, de quibus Evulua rectè consultatur, & cogne- sis rectè iudicat.

9 Si autem quæras, quisnam sit ille actus, de quo in secundo præsupposito, qui *usus* appellatur, Resp. lex eodem D. Thom. 1. 2. quæst. 16. art. 1. esse motionem, quæ volun- tas applicat potentiam executivam, *Uti nam- que est applicare aliquam principium actionis ad actionem*, ut definit ille art. 2. Iam verò ap- plicare potentias Animæ ad operandum pe- dat secundum ipsum ad voluntatem: ac proin- de usus primo, & principaliter est actus volun- tatis, tanquam primo movens, rationis et di- rigentis, aliarum autem potentiarum tanquam exequentium. Et hanc esse Doctores S. firmem testatur duo Thomistarum, Principes Capreol. & Caiet. ille in primū dist. 1. quæst. 2. conclu- sione. 8. iste 1. 2. quæst. 16. art. 4. & P. Vazquez ibidem disp. 49. num. 26. Observandum autem est obiter, illam applicationem voluntatis non habere denominationem usus, donec ad ipsam sequatur operatio potentie executive, ut enim inquit S. Thom. ibi quæst. 17. art. 3. in corp. *Usus utentis comparatus est cum actu eius, quo quis vivit*.

10 His suppositis mihi probabilis videtur, apud D. Thom. prædestinationem con- sistere, non in iudicio intellectus cognoscen- te convenientiam mediorum ante ipsorum ele- ctionem, quod in nobis est post consultatione, et ratione pratico, quo Divinus intel- lectus ratione efficaci perducendi ad finem per hæc media, ordinat uti- liter, & propterea in prædestinationem suppone- re actum utentis dis-

D. Thom. At providentia est principalis actus prudentiae secundum doctrinam eiusdem 1. p. q. 22. art. 1. ad quam aliae dicitur ordinantur, scilicet memoria praeteritorum, & intelligentia praesentium, quatenus ex praeteritis memoratis, & praesentibus intellectis providemus de futuris: ergo praedestinatio est principalis actus prudentiae. At qui iste est imperium: ut constat ex tertio praesupposito: & probat ulterius Angelicus D. 2. 2. q. 4. art. 8. ex eo quod cum Prudentia sit ratio agibilia, ille debet esse principalis actus prudentiae, qui est principalis actus rationis agibilia: ille autem est huiusmodi, qui magis appropinquat operationi, quae est ipsius finis: hic vero est actus imperij: ergo de primo ad ultimum Praedestinatio est imperium.

11 Confirmatur primo, quia ibidem expressè docet ex illis tribus actibus prudentiae iudicium spectare ad rationem speculativam: ergo cum iuxta eundem Praedestinatio spectet ad rationem practicam, nequit consistere in iudicio. Secundo, quia iudicium intellectus divini, quod seclusis imperfectionibus correspondet iudicio à nobis post consultationem formato de convenientia mediocum, convenit Deo pro priori ad intentionem Gloriam, cum ante omne decretum liberum cognoscat per scientiam simplicis intelligentiae, vel per Scientiam Mediam efficaciam mediocum ad cuiuslibet finis consecutionem. At praedestinatio iuxta S. Thom. 1. p. q. 23. art. 4. supponit illam intentionem: ergo non consistit in iudicio de convenientia mediocum.

SECTIO TERTIA.

Expenditur an repugnet imperium intellectuale a iudicio distinctum, & hac ratione sit falsa sententia Thomistarum.

13 **E**X duplici capite solet ea sententia impugnari. Primo, quatenus asserit dari imperium intellectuale à iudicio distinctum. Secundo, quatenus asserit, dari in Deo respectu sui, quasi necessarium sit divinum intellectum aliquid imperare, ut illud omnipotenti exequatur. De primo cap. in hac sect. de secundo dicemus in seq.

14 Igitur ex prioribus capitulis iam impugnant P. Suarez cap. 16. & P. Vazq. 1. refert, & sequitur 3. n. 59. Comm. intellectum nem.

15 Huic tamen objectioni facile occurrunt Thomistae ex D. Thomà 2. 2. q. 83. art. 1. Vbi docet, orationem esse actum rationis, & cum sibi obiecit hanc difficultatem, responderi, intellectum ut speculativum habere illos dumtaxat actus, ceterum ut practicum, seu quatenus executionem respicit, habere alios duos, nempe orationem, quae à superiore petit, & imperium, quo inferiori praecipit. Et lect. 7. in lib. 1. de interpret. ait, ab oratione enuntiativa, quae est propositio vocalis, significari conceptum, in quo est verum, vel falsum; ab oratione autem vocali imperativa, aut deprecativa non significari conceptum, in quo est verum, vel falsum, sed ordinem rationis ad hoc consequentem.

16 Mihi valde probabilis apparet haec doctrina, quam etiam ex nostris plures sequuntur, quos citat P. Ribad. disp. 18. de Praedest. num. 7. proinde censeo, imperium, quo superior praecipit subdico, importare actum, qui nec sit simplex apprehensio, nec iudicium: nam illa est simplex quaedam notitia ordinata ad asserendum aliquid; istud vero intrinsecè asserit veritatem, aut falsitatem: Imperium vero non ordinatur ad asserendum, cum sit posterius iudicio affirmante obiectum esse convenientem, nec asserit veritatem, aut falsitatem consistentem ipsi conformitate, aut difformitate cum obiecto, ut patet ex modo imperandi, nam qui imperativè dicit, *Hoc est faciendum*, non dicit falsum, quamvis res non fiat; sed consistentem in conformitate cum appetitu recto secundum illud Philosophi 6. Ethic. cap. 2. Active virtutis veritas est, quae appetitui recto consentanea est, ut expendit P. Valent. tom. 2. disp. 2. quest. 124. punct. 1.

17 Probatur autem possibilitas huius actus: nam sicut Imperium vocale est externa locutio, qua superior intimat subdico, quid facere debet, quin aliquid affirmet, vel neget: ita imperium mentale debet esse interna locutio, qua interiori intimatur quod faciendum est. Neque est ratio, cur magis repugnet interna locutio, in qua nec verum, nec falsum reperitur, quam externa.

18

P

Omnia

19 Dices primo, ex P. Vazq. 1. 2. disp. 49. n. 14. petitionem esse iudicium intellectus, quo inferior ut talis exprimit desiderium suum, quo desiderat aliquid tanquam indigens à superiore obtinere: sed contra quia per hoc præcise, quod quis cognoscat, se habere desiderium imperandi aliquid ab alio, non propterea loquitur ipse, aut ab eo aliquid periri.

20 Dices secundo, ex P. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 1. de orat. cap. 3. num. 13. Orationem purè mentalem, quam interiori experimur, dum aliquid à Deo petimus, non aliter fieri posse, quam per contemptus ipsarum vocum, quos non ultimos appellant: nemo enim, inquit, loquitur interiori aliter, quam exprimendo mentalia verba in eo idiomate, quod novit. Eandem solutionem reddit lib. 1. de Prædest. cap. 16. n. 8. loquens de imperio. Sed contra primo, nam licet dum interiori aliquid petimus, apprehendamus verba illius idiomatis, in quo solemus loqui; nihilominus falsum est, eam locutionem sit esse in vocibus, & non transire ad objecta: alioqui idem dici posset de quacunque alia locutione interna, quia experientia non magis favet uni, quam alteri.

21 Contra secundo, quia illa interna locutio quomodoque fiat, nihil affirmat, aut negat: ergo iam potest dari intellectualis locutio distincta à iudicio. Denique, quia nos non negamus illum actum imperij, & petitionis esse propriè cognitionem; repugnaret enim esse actum intellectus, & non esse intellectiōnem; sed dicimus esse cognitionem, nec purè apprehensivam, nec iudicativam, sed habentem peculiarem modum rēdendi: contra hoc autem non militat ratio P. Suar. ut eum legenti constabit.

SECTIO QVARTA:

Ostenditur, Prædestinationem non consistere in Imperio Thomistico.

22 **P**ROBATVR autem hæc veritas: quia cum imperiū illud iuxta Thomiam non sit necessariū ad intentionem finis, sed ad electionem mediorum. Quod si necessarium ad negotium prædictum, non potest esse nisi effectum efficacie, quæ est in Deo, & non in homine.

teff
ter

ficaciter amet motum extrinsecum potentiarum, ille ponetur: nam si bruta, in quibus imperium illud non admittetur; per appetitum efficacem sufficienter determinant potentias exteriores ad motum, cur homo per efficacem volitionem hoc non præstabit?

24 Confirmatur secundo, quia vel illud imperium foret necessarium per modum moventis quoad specificationem, vel moventis quoad exercitium: neutro autem modo est necessarium: non primo, quia movere quo ad specificationem, est movere, quoad propositionem obiecti, ad hoc autem sufficit iudicium consultationis, quo proponitur convenientia mediocritatis: non secundo, quia movere quoad exercitium pertinet ad voluntatem tanquam ad primum movens, ut docet D. Thom. 1. 2. q. 9. art. 2. videtur enim alijs potentijs, cum volumus: ergo, &c.

25 Unde inferes nec in nobis, nec in Deo usum activum esse necessario distinctum ab electione mediorum: nam supposita intentione efficaci finis, & cognita utilitate mediorum, potest voluntas per actum electionis immediate determinare potentias executivas ad eorum positionem, in qua determinatione consistit usus activus.

26 Dixi non esse necessario distinctum: ceterum potest esse in nobis, quia non est necesse, ut potest electionem mediorum statim sequatur eorum executio. Unde intellectus reflectens supra electionem factam, iudicat, necessarium esse ut impleatur, & hoc iudicio pratico determinat voluntatē ad usum activum, & probabile est D. Thomam nomine imperij intellexisse hoc iudicium practicum.

27 Quamvis autem in nobis non sit necessarius ille actus imperij, sæpè tamen intervenit, quia cum humana voluntas postquam media elegit, difficultatibus arceatur ab eorum executione, potest per imperium rationis se ipsam stimulari, & veluti exhortari ad operandam. Et sic David Psalm. 114. dicebat: *Convertere anima mea in requiem tuam.* Et Psalm. 102. *Benedic anima mea Domino.*

28 Ex quo sequitur, in Deo esse omnino inutile illud imperium; quia cum Deo non magis sit difficilis mediorum executio, quam in electio, non potius ad unum, quam ad alterum debet esse utilis. Atqui ad eligendum est neque velle. Imò est impossibile, ut per quendam fictionem, hoc ipso se ipsum in seipsum per quendam fictionem cognat.

scriptura Gen.
ita est
ium

libus imperet: ea metaphorica locutione solum significat, tam facile Deum omnia fecisse, quam facile est alicui dicere, ut aliquid fiat: vel solum explicat efficaciam eius voluntatem, ut exponit Saar. hic cap. & num. 6.

SECTIO QUINTA

Resolvitur questio.

30 **N**OSTRA sententia sit, bifariam nos posse loqui de predestinatione, vel prout ab Augustino & alijs PP. definitur, vel proprie, & Theologicè, quatenus est pars subiectiva providentiæ, seu providentiæ efficax perducens creaturam rationalem per media gratiæ in finem gloriæ. Si primo modo de illa loquamur, non potest dari, in quo consistat, nisi proferendo in medium aliquam definitionem, qua admissa inquiratur, quem actum importet, cum non debeamus in Theologia rerum definitionibus aliter uti, quàm ipsæ significant, quamque à veteribus accipi solent, ut rectè admonuit Ioannes Theologus in Concilio Florentino sess. 21. in fine, & cum iuxta varias definitiones varij possint actus assignari.

31 In primis ergo constat iuxta definitionem Augustini explicatam disp. 1. sect. 2. sufficienter salvari predestinationem in præscientia absoluta beneficiorum gratiæ, quibus certissimè liberantur quicumque liberantur. Quod comprobatur ex illo Pauli Rom. 11. *Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit.* Nam hoc *præsciuit*, ut inquit August. cap. 18. de bono perseverantiæ, non rectè intelligitur, nisi *predestinavit.* Quod aperte probat ex contextu.

32 Constat rursus iuxta eandem definitionem sufficienter salvari in decreto efficaci præparandi ea beneficia: nam licet D. Th. quaest. 23. art. 2. ad tertium, præparationem referat ad actum Divini intellectus: nihilominus videtur magis spectare ad voluntatem, ut inquit P. Saar. lib. 1. cap. 17. n. 8. quia voluntarium agens per propositum & voluntatem suam est proximè preparatum ad agendum. Id quod colligitur ex alia definitione, quam omnes Scholastici referunt ex August. ut sit *prop miserendi*: constat enim, propositum per ad voluntatem.

33 Iuxta aliam in qua ex Augustino præsentia, & decreto colliguntur

supponere voluntatem intentivam gloriæ; præcedere executivam, proindeque versari rectè solum circa media: licet possit appellari præparatio gratiæ ad gloriam, non tamen propriè dici ipsius gloriæ præparatio: hoc ergo munus solum convenire potest voluntati intentivæ, & executivæ ipsius; & cum præparatio gratiæ in eodem sensu sumatur; utraq; debet consistere in actu voluntatis. Et sic facile cuique erit per alias discurrere definitiones.

34 Si autem de prædestinatione Theologicè sumpta loqui velimus, assero, importare formaliter actum intellectus, & voluntatis. Antè probationem suppono ex P. Ruiz disp. 14. de Prædest. sect. 9. num. 4. omnes Scholasticos præter Aureolum eodem modo discurrere de Providentiæ, ac de Prædestinatione, ut vel utraq; vel neutram dicant importare actum intellectus.

35 Igitur quod importet actum intellectus probant Thomista, ex D. Tho. quaest. 6. de Verit. art. 1. Quia *predestinare* est, ordinare creaturam rationalem ad finem vitæ æternæ: ordinare autem unum in aliud est propriè intellectus. Sed contra, quia ut rectè argumentatur Scotus, voluntas etiam propriè ordinat unum in aliud, dum vult unum propter aliud: quod ex ipso, D. Thoma. probat Saar. lib. 1. de Legib. cap. 5. num. 13. quia 1. p. q. 107. artic. 1. dicit, unum Angelum per voluntatem suam conceptum referre ad alium, & ita loqui illi.

36 Melius ergo probatur. Prædestinatio est formaliter providentiæ, sed hæc importat actum intellectus: ergo & illa. Probat Min. quia providentiæ est pars principalis providentiæ: at hæc importat formaliter actum intellectus, cum sit virtus intellectualis, ut docent omnes cum D. Thoma 2. 2. q. 47. art. 1. ergo &c. Maior est expressa Aristotelis *Æthic. c. 5. & 12.* & D. Thom. q. 5. de Verit. art. 1. & 1. p. q. 22. art. 1. *Nam munus prudentiæ, inquit Philosophus, est ordinare res in finem:* hoc est etiam munus providentiæ, quæ ideo à Div. Thoma definitur: *Ratio ordinandorum in finem.*

37 Explicatur Munus prudentiæ est curare, & præscribere ea que instantia faciendæ sunt, quibusque in quietate utitur, quæ erudendo colliguntur

longè cognoscens, ut ex Cicer. August. Boetio, & Isidoro refert P. Ruiz disp. 1. de Providentia. sect. 1.

38 Quod verò providentia actum voluntatis includat vltra actum in intellectus, fundatur; quia non censetur quis providus per hoc practice quod practice cognoscatur quæ media adhiberi oporteat ad finis executionem. Vnde Damascenus lib. 2. Fidei, cap. 19. dicebat, Providentiam esse voluntatem Dei, per quam omnia, quæ sunt, convenientem gubernationem suscipiunt.

39 Utraque pars nostræ conclusionis comprobatur ex illa definitione, quam omnes Theologi suscipiunt ex Boetio; iuxta quam *Providentia est ipsa Divina ratio in summo omnium Principe constituta, quæ cuncta disponit.* Id enim importat cognitionem dirigentem, & voluntatem exequentem.

40 Assero secundo, prædestinationem formaliter versari circa media, & supponere rationem nostram intensionem finis. Est expressa D. Thom. in præf. art. 4. & q. 22. art. 1. ad tertium. Et probatur nam prædestinatio est formaliter providentia, & providentia est formaliter prudentia; sed hæc non versatur circa finem, sed circa media; ergo nec illa. Probat. Min. quia cum triplex sit actus prudentiæ, recte consilia, si recte iudicare de inventis per consultationem, & applicare consilia, & iudicata ad operandum, ut ex Aristotele docet D. Thom. 2. 2. q. 47. art. 8. certe si primus actus versatur circa media, etiam reliqui. At teste Philosopho tertio Ethic. & D. Thom. 1. 2. quæst. 14. art. 1. consilium non est de fine, sed de his, quæ sunt ad finem; ergo, &c.

41 Quæ doctrina certa est apud Philosophos morales cum Aristotele 6. Ethic. & cum D. Thoma 2. 2. q. 47. art. 6. qui propterea dicunt, prudentiam supponere virtutes morales per quas appetitus se habeat ad bonum; & idcirco dixit ibi Philosophus, oportere omnem prudentem esse virtuosum, quia cum unusquisque iudicet prout est affectus, nequit habere verum iudicium prudentiæ, nisi sit affectus erga virtutem. Consultatur D. Thom. q. 5. de Veritate art. 6. & P. Lessius lib. 1. de iustit. & iure cap. 1.

42 Sed explicandum refertur qui ex parte intellectus, & Respon. Hic est quod

da esse, ne frustreretur intentio. Quæ scientia cum cum moveat ad electionem mediorum, practica est, & proportionata ad constituendam prædestinationem: & correspondet iudicio practico, quod inhumanis est conclusio consulario nis.

43 Peres, quid sentiendum de sententia Ruiz relata sup. pōnentis prædestinationem in actu iudicii supponente electionem efficacem mediorum, postquam iuxta ipsum nõ sequitur alia volitio. Respond. esse falsam, quia cognitio Divina eatenus movet ad operandum ad extra, quatenus movet voluntatem ad applicandam omnipotentiam; cum ad illam spectet determinare immediate potentias executivas, ut supra vidimus ex D. Thoma. Vnde cum illa cognitio iam supponat omnem actum voluntatis, nequit ad operandum movere, ac proinde non est practica prout ad providentiam requiritur. Vnde inferes, quod licet aliqua scientia habita in decreto possit esse causa rerum, nempe illa, quæ habetur in decreto intentivo, post quod sequitur executivum, non tamen illa, quæ habetur in isto.

44 Sed obijcies, prædestinationem & providentiam debere importare illum actum intellectus, qui est præcipuus prudentiæ: hic autem non est iudicium præcedens electionem, sed imperium illum subsequens, nam ut inquit Aristoteles 6. Ethic. cap. 10. *Non est idem Synesis seu sagacitas, ac prudentia: prudentia namque præceptiva est, finis enim ipsius est, quidnam sit agendum, aut non agendum, præcipere sagacitas autem vis iudicandi dicitur.* Resp. cum P. Vazq. 1. 2. disp. 49. cap. vltim. Aristotelem eo loco per præceptum non intelligere propriè actionem imperandi, sed iudicium practicum, quo prudentia præscribit id, quod agendum est, in quo se habet instar Magistri imperantis, & præcipientis: nam ibi agit de iudicio, & præcepto, quod est ante electionem, & quo ducitur voluntas ut eligat: hoc autem non potest esse imperium, quod iuxta Thomistas post electionem sequitur, nec illud potest esse præcipuus actus prudentiæ, cum tota difficultas virtutis in bona electione consistat; ideo autem ait sagacitatis esse præcipere, quia ipsa non deducit per consultationem iudicium de agendis, sed de illo per prudentiam ducto prompè iudicat quasi reflexè, an iuxta prudentiæ rectè fuerit ita iudicatum.

A Ad iudicium illud non habere præcipientis, donec in actu se præcipientis, quod est prudens est, qui practicum hic & nunc, ut & iure cap. 1. voluntatis, quæ non

denominat prudentem, non consistere in solo actu intellectus, sed addere actum voluntatis, ex

quo ad rem nostram deducitur, idem dicendum de Providentia, & Praedestinatione.

DISPUTATIO TERTIA AD QVAESTIONEM XXII. ET XXIII. DE PROVIDENTIA, ET PRAEDESTINATIONE.

Verum Scientia Media sit necessaria ad negotium Praedestinationis?



SUPPONIMVS ad id necessarium esse scientiam simplicis intelligentiae, per quam Deus cognoscit, sibi possibile, & honestum esse creaturam rationalem ad vitam aeternam

efficaciter dirigere: necessariam item esse scientiam visionis ad ipsius complementum, quia nequit reddere gloriam, ut coronam nostris meritis debitam, nisi per scientiam visionis videat ea merita. Dubium ergo est, an ad hoc negotium necessaria sit scientia conditionatorum, per quam independenter à decreto actu existenti Deus cognoscit, hominem cum tali serie auxiliorum ex natura sua indifferentium recte operaturum, & in iustitia perseveraturum usque ad tale tempus, si ei conferantur, & Deus paratus sit concurrere, seu omnipotentiam indifferentem applicet ad utramque contradictionis extremum; ita ut pro conditione assumatur liberum arbitrium creaturam cum proxima indifferentia ad utrumque, quae coalescit ex cognitione indifferenti, & auxilio sufficienti, & ex applicatione omnipotentiae facta per decretum indifferens, & coniungibile cum alterutro contradictionis extremo. Quam scientiam Schola Societatis Mediam appellat, nimirum inter scientiam simplicis intelligentiae, & scientiam visionis; quia supponit scientiam simplicis intelligentiae, & convenit cum illa in hoc quod est non esse liberam, sicut enim liberum non est Deo cognoscere veritates necessarias; ita liberum non est Deo cognoscere veritates contingentes conditionatas, ad quorum existentiam unice determinatur creaturam sub conditione

proxime indifferens ad utrumque
Petrus sit peccaturus si Deus
natur in tali occasi
cienti, & re
haec en

neque ideo Deus ab aeterno cognoscit, quod Petrus peccabit si ponatur sub tali hypothese, quia decreverit ut eliceret actum peccati sub illa hypothese, sed quia Petrus positus sub illa hypothese pro nutu suo se determinabit ad actum peccati, potens se determinare ad actum oppositum. Iustus, quia antecedit scientiam visionis, & convenit cum illa in eo quod utraque est contingens; licet differat, quod scientia visionis supponit liberum Dei decretum, nimirum decretum producendi causas actus liberi, cuius existentiam absolute affirmat, & decretum indifferens concurrenti ad illum actum; scientia autem media antecedit omne liberum Dei decretum, ab illoque est independentens. De hac scientia late egi como primo: & nunc illam suppono. Potest autem haec quaestio agitari, & in sententia dante electionem efficacem ad gloriam ante merita absolute praevisa, & in sententia illam negante,

SECTIO PRIMA.

*Scientia Media est essentialiter requisita, si
Deus eligat efficaciter homines ad gloriam
ante coronam ante praevisa
merita.*

VT Coronam, inquam, dandam ob nostra merita, quae simpliciter poterint obtineri: nam ad gloriam esse certum est, Deum posse efficaciter eligere, independenter à Scientia Media, cum illam necessitate ad

Resp. voluntas. Contra Prædeterminatores cū Mag. Alvarez disp. 7. & 41. de Auxilijs, & Albel. 1. p. disp. 44. 45. & 47. à n. 36. licet enim non omnes Doctores Societatis admittant illā electionem, nemo tamen illam admittit, qui ad eius concordiam cum nostra libertate non iudicet esse necessariam Scientiam Mediam. Consultatur P. Ruiz disp. 55. de Prædest. à sect. 6. ubi probat Augustinum, & alios Patres per hanc scientiam conciliasse prædestinationem cum libertate.

3 Probatur autem nostra conclusio: Deum eligere efficaciter hominem ad gloriam, ut coronem ante merita absolute prævisa, est Deum efficaciter velle, ut homo habeat merita, quibus eum finem consequatur, & velle, ut post ipsa illi conferatur ea corona. At nequit Deus hoc efficaciter velle, nisi habeat Scientiam Mediam: ergo, &c. Reliqua sunt conspicua. Minor probatur: nequit Deus efficaciter velle, ut homo per merita obtineat gloriam, nisi propriori ad illam volitionem cognoscat, se habere auxilia, quibus homo pulsatus infallibiliter recte operabitur (alioquin imprudenter ageret, suam intentionem efficaciter exponens frustrationi) hoc autem nequit cognoscere, nisi habeat Scientiam Mediam: quia auxilia, quibus homo præmoveri debet ad operandum liberè, nequeunt esse intrinsece efficacia, seu prædeterminantia, sed debent esse indifferentia, & coniungibilia cum alterutro contradictionis extremo, ut suppono ex nostris principijs, & probavi ex Tridentino Concilio, & Senonensi t. 1. disp. 17. Vbi autem auxilia sunt ex se indifferentia, nequit Deus cognoscere, se habere media, quibus infallibiliter homo sit permovendus, nisi pro illo signo habeat iam scientiam de aliquorum efficacia, vel saltem cognoscat, se illam habiturum pro alio signo: si enim neutrum cognoscit, cæco modo procedet, & imprudenter se geret intendendo efficaciter finem, quin propriori ad illam intentionem cognoscat, se cogniturum esse alicuius medijs efficaciam: quod postea magis explicabitur.

4 Argumentator secundo: electio efficax ad gloriam omnino in dependens à Scientia Media reverteret libertatem: profore (contraria, nam ex liberè obtineatur)

liberè, sed necessario perseveraret. Probatur: nam manere cum potestate antecedenti ad imperseverantiam, est formalissime manere cum potestate antecedenti ad faciendum, ut existat à parte rei imperseverantia. At homo ea electione prædestinatus non maneret cum hac potestate: ergo, &c. Probatur minor: implicat existere à parte rei imperseverantiam, quin coexistat cum illa electione, vel eius carentia: atqui homo sic prædestinatus non maneret cum potestate antecedenti ad faciendum, ut illa imperseverantia coexistat cum tali electione, nec ad faciendum, ut coexistat cum ipsius carentia: ergo non maneret cum potentia ad faciendum, ut existat.

5 Consequentia huius discursus est legitima; alioquin maneret homo ille cum potestate ad faciendum, ut existat imperseverantia, quin coexistat cum illa electione, nec cum eius carentia; & cum hoc sit chymæra, maneret cum potestate antecedenti ad chymæram. Maior est exterminis nota, cum inter duo contradictoria non detur medium. Minor quoad primam partem est manifesta, quia homo non habet potentiam antecedentem ad frustrandam electionem efficacem Dei: quoad secundam vero probatur: quia nequit homo prædestinatus manere cum potentia antecedente ad faciendum, ut imperseverantia coexistat cum carentia illius electionis, nisi maneat cum potentia antecedenti ad faciendum, ne existat illa electio; atqui non manet cum tali potentia: quia electio illa est suppositio antecedens, & omnino independens à nostra libertate iuxta adversarios, ut autem inquit August. lib. 1. Retract. cap. 11. in fine: *In potestate nostra non est, nisi quod nostram sequitur voluntatem:* ergo, &c.

6 Et confirmatur: quia homo subiacens illi electioni, neque habet potestatem ad ponendam imperseverantiam coniunctam cum electione efficaci ad gloriam: neque habet potestatem ad ponendam imperseverantiam coniunctam cum carentia talis electionis, quia dum subiectum est sub vna forma extenus est absolute potens coniungere suum exercitium cum carentia talis formæ, quatenus est potens impedire existentiam talis formæ: homo autem non est potens impedire existentiam illius electionis omnino antecedentis. Neque denique habet potestatem ad ponendam imperseverantiam in quo neque sit coniuncta cum

seus carentia; cum statim
ergo homo subiacens
estatem absolutam,
tam.

Recentes
poten-
dum
se;

le: & hoc vocant manere cum potentia ad imperfeverantiam in sensu diviso præcisivo. Sed contra primo: quia licet imperfeverantia possit secundum se à nobis considerari, quin consideremus electionem illam, nec eius carentiam; in re tamen nequit existere, quin coniungatur tum vno è duobus illis contradictorijs: ergo nequit voluntas manere cum potentia antecedenti ad imperfeverantiam ponendam in re, quin maneat cum potentia ad illam componendam cum vno è duobus contradictorijs: ergo si cum neutro potest componere, nequit absolute ponere. Contra secundo, quia sicut potentia ad ponendam imperfeverantiam in sensu composito electionis esset potentia ad componendam imperfeverantiam cum electione: ita potentia ad ponendam in sensu diviso debet esse potentia ad dividendum ab electione: implicat autem imperfeverantiam ab electione dividere, nisi illam coniungend. cum carentia electionis: ergo si voluntas manet cum potentia ad imperfeverantiam in sensu diviso, manet cum potentia ad dividendam imperfeverantiam ab electione, & illam coniungendam cum carentia eius: at hoc repugnat in illa sententia, quia solum à nobis possumus dividere ea, quæ à nostro consensu dependent: illa autè electio iuxta adversarios est à nostro consensu omnino independens, cum solum supponat scientiam simplicis intelligentiæ à nostra libertate proxius independentem: ergo, &c.

8 Quare licet prædestinatum damnari sit possibile in sensu diviso; nihilominus in sententia Thomistarum, prædestinatus nequit habere potentiam liberam ut damnetur, sicut cæcus non habet potentiam liberam ut videat. Ratio est, quia prædestinatus non magis potest à se dividere electionem, quam cæcus possit cæcia em: at propterea iste non habet potentiam liberam ad videndum: ergo nec ille, &c. Quia propter prædestinatum d. mnari, solum est possibile in sententia Thomistarum relative ad Deum potentem potentia antecedenti dividere ab illo electionem efficacem; non autem relative ad ipsum.

9 Ex quo inferitur, tunc solum salvari libertatem per possibilitatem oppositi exercitij in sensu diviso, quando supposito connexa cum nostra operatione est consequens, & nostra libertate dependens, quam scilicet sumus impedire. Sic voluntas habet potentiam antecedentem in sensu diviso, quia potest non quidem suppositione, ita antea cind.

merita, dicunt esse suppositionem aliquo modo consequentem respectu nostri, ac proinde nos ponere potentiam antecedenti illam à nobis dividere, quatenus potentia antecedenti possumus à nobis dividere Scientiam Mediam, cui ipsa ut fundamento innitur.

10 Argumento tertio: Prædestinatus illa electione Thomistica necessario, & absque aliqua sui libertate caret privatione eius electionis, cum necessario, & absque aliqua sui libertate habeat electionem: nec pro libero suo potest eam privationem habere: sed qui necessario, & absque aliqua sui libertate caret aliqua forma, nec illam potest prohibito suo habere, non habet potentiam liberam antecedentem ad coniungendam illam formam cum aliquo exercitio suæ libertatis, ut ex terminis apparet notum: ergo prædestinatus ea electione Thomistica, non habet potentiam liberam antecedentem ad coniungendam privationem illius electionis cum imperfeverantia finali. Tunc sic, a quo prædestinatum habere potentiam liberam antecedentem ad ponendam à parte rei imperfeverantiam finalem, est formalissime habere potentiam liberam antecedentem ad coniungendam illam imperfeverantiam cum privatione electionis efficacis ad gloriam, & consequenter ad coniungendam eam privationem cum imperfeverantia: ergo prædestinatus ea electione Thomistica non habet potentiam liberam antecedentem ad ponendam à parte rei imperfeverantiam, ac proinde necessario perseverat. Minor probatur, nam prædestinatum habere potentiam liberam ad ponendam à parte rei imperfeverantiam finalem, est habere potentiam liberam ad coniungendam illam imperfeverantiam cum omnibus essentialiter requisitis ad ipsam: nam hæc duo se habent ut definitum, & definitio: at vnu ex requisitis ad imperfeverantiam finalem est privatio illius electionis efficacis ad gloriam, & auxilij ad perseverandum orti ex illa iuxta Thomistas: tunc quia sicut iuxta ipsos electio efficax, & auxilium prædeterminans sunt prærequisita ad perseverantiam, ita eorum carentia ad imperfeverantiam: tunc quia licet illa non forent prærequisita ad perseverantiam, tamen eorum carentia ad imperfeverantiam, cum implicatio nem istam elicere, reat electione efficax.

tantia; ac proinde non libere perseverat.

11. Denique ut alia omittam, impugno Thomistas ex eo, quod iuxta illos reprobus non haberet potentiam liberam ad perseverantiam finalem, & argumentor sic: homini habenti potentiam liberam ad perseverandum potest Deus præcipere, ut perseveret: sed in illa sententia non potest præcipere reprobis ut perseveret: ergo, &c. Probat minor: Reprobis necessario, & absque sui libertate caret electione efficaci ad gloriam, & auxilio prædeterminante, ad perseverandum essentialiter requisito iuxta adversarios, nec illud potest pro suo libito habere: atqui homini necessario, & absque sui libertate carenti auxilio essentialiter ad perseverandum requisito, & illud impotenti habere pro libito suo, nequit Deus præcipere, ut perseveret: ergo, &c. Probo minorem: quia homini illi nequit præcipere, ut coniungat cum perseverantia eiusmodi auxilium, hoc enim esset impossibilia præcipere: at præcipere illi homini, ut eliciat perseverantiam, est illi præcipere, ut illam coniungat cum eiusmodi auxilio: nam est præcipere ut coniungat perseverantiam cum auxilio quæ sunt omnino idem. Probat minor, quia elicere perseverantiam est, illam coniungere cum omnibus ad perseverandum præ requisitis: & per se unum ex illis est electio illa efficax, & auxilium prædeterminans.

12. Confirmatur: quia Deus præcipiens reprobis, ut eliciat perseverantiam, præcipit ut illam eliciat modo non chymérico: atqui eam elicere, non coniungendo cum auxilio prædeterminante, est elicere modo chymérico, quia est elicere sine aliquo essentialiter ad eleciendum requisito: ergo præcipit, ut eliciat coniungendo cum auxilio illo. Confirmatur secundo, vel Deus reprobis carenti auxilio prædeterminante præcipit, ut eliciat perseverantiam cum solo auxilio sufficienti, quod habet, vel cum illo, & auxilio prædeterminante, quod nec habet, nec pro sua libertate potest habere: quodcumque autem ex his faciat, præcipit chymericam. Quo ad primū patet, quia cum Deus illi non præcipiat, ut possit perseverare, sed ut actualiter perseveret, & ad hoc sit prærequisitum petere auxilium prædeterminans, ut operetur cum solo

cipere ut operetur
aliter re-

23. *Impossibile est me habere in mea potestate effectum nisi habeam actu, vel in mea potestate quidquid est necessarium ut effectus fiat.* Consultatur ibi à c. 10. ubi plane demonstrat, non inveniri auxiliū sufficiens in eo, qui caret auxilio prædeterminante, si hoc sit ad operadū prærequisitum: & c. 16. prope finē postquā late examinaverat omnia argumenta Thomistarū, fatetur Modestissimus Author: *Nihil se invenire, quod vel apparenter, vel verisimiliter sibi illā repugnantiam cōponeret:* id ipsum docet opere de vera intelligentia auxilij efficacis c. 44. p. 241. ijs verbis: *Dicimus nullū auxilium esse simpliciter sufficiens etiam ad p. se, quod indiget ad operandū alio præveniente auxilio, quod homini non datur, neque est in potestate eius habere illud, quod credimus ex terminis per se notari.*

14. Nec mirum hoc fuisse Suariz iudiciū, quandoquidē Ioannis Vincētius insignis Dominicanæ Familiæ Theologus in dissolubilem reputavit hanc difficultatē, & ideo à suorū castris discessit quo ad hanc partē, asserens, posse quidem Deum phisicē prædeterminare, non tamen hoc esse necessariū, ut homo operetur, quia alioqui dum caret prædeterminatione, non haberet auxilium sufficiens. Ita refert Ledesma de aux. art. 11. *S. inter discipulos.* Verum planē in consequētē, quia si homo carens auxilio prædeterminante non haberet auxiliū sufficiens ad perseverandum, casu quo prædeterminatio foret necessaria: ergo licet necessaria non sit, tolleretur libertatem. Patet consequentia, quia licet ipsa non sit necessaria ad perseverantiam, eius tamen carentia est necessaria ad imperverantiam, cum sit impossibile istam elici ab homine prædeterminato ad perseverandū. Atqui homo sic prædeterminatus prædeterminatione non prærequisita, nec habet, nec potest habere pro sua libertate carentiam illius prædeterminationis: ergo nō habet potentiam sufficientē ad imperverantiam; ad proinde necessario perseverat.

SECTIO SECUNDA.

Evertitur fundamentum à priori Thomistarum, & exponitur, quo pacto debeat explicari, ut concordia nostræ libertatis cum illa electione, si desit.

15. Thomiste, ut libertatē salvent in prædestinato. r. rrunr tāquam ad asy- lum divinæ voluntatis, q. 19. art. 8. & 1. cō- utrum divina volū- tem imponat, & 1. p. gent. cap. 19. ubi hoc nia. Et in præsentia q. de certitudine præ-

hæc conditionalis sit vëra, si Deus prouiderit, vel voluit, hoc esse futurum, hoc erit, minime sequi, quod illud eveniret necessario, sed quod eveniet, prout à Deo provisum, & volitum fuerit; nimirum libere, si Deus voluit evenire libere, & necessario, si voluit evenire necessario: Nam cum voluntas Divina sit efficacissima, inquit Angelicus Doctor, non solum sequitur, quod fiat, ea, quæ Deus vult, sed quod eodem modo fiat, quod Deus ea fieri vult. Videatur Albeda disp. 75 à n. 34. & Ferrar. ad illud c. 94.

16 Admittimus libenter hoc Divi Thomæ principium; cæterum ex illo neutrum potest colligi, Deum independentem à Scientia Media posse efficaciter velle, ut homo libere operetur, eumve eligere ad gloriam ante prævisa merita. Quia enim Deus voluit, ut aliqui effectus evenirent necessario, & alij contingenter; ideo (inquit artic. 4. quæstion. 22.) quibusdam effectibus preparavit causas necessarias, ut evenirent necessario, alijs vero causas contingentes, ut evenirent contingenter secundum conditionem proximarum causarum; ergo si Deus voluit ut effectus eveniret libere, debuit illi preparare causam proximam se habentem ad opposita, & non determinatam ad unum: siquidem iuxta Divum Thomam quæst. 14. artic. 13. circa medium corporis, illa est conditio causa proxime contingens: ergo ad effectus liberos non potuit preparare auxilia prædeterminantia; hæc enim sunt determinata ad unum, & voluntas illis præmota non se habet ad opposita. Atqui si independentem omnino à Scientia Media eligeret efficaciter homines ad gloriam, cogereur illis preparare auxilia prædeterminantia: ergo negata Scientia Media, non posset Deus iuxta principia Divi Thomæ eo modo eligere homines ante prævisa merita: fætemur ergo si Deus velit efficaciter actum fieri libere, evidenter sequi, illum faciendum esse libere. Cæterum negamus hoc posse velle, si careat Scientia Media.

17 Quod confirmatur: nam potius ex eo quod Deus velit voluntatem nostram operari libere sequitur, Deum velle ut operetur per media indifferentia, quibus ipsa resistere; & dissentire valeat; ut enim ostendit rom. 1. disput. 1. disput. 36. Concilium Tridentinum, definiunt, ut faciamus, etiam operemur, resistere, & dissentire non possent.

ficaci, & prædeterminanti resistere, & dissentire nõ possumus, ut probavi ea disp. 17. & illam Concilij doctrinam prius tradiderat D. Thomæ quodlib. 1. art. 7. ad secundum ijs verbis, Deus movet omnia secundum modum eorum, & ideo divina motio à quibusdam participatur cum necessitate, à natura autem rationali cum libertate, propter hoc quod virtus rationalis se habet ad opposita; & ideo sic Deus movet mentem rationalem ad bonum, quod tamen potest huic motioni resistere.

18 Præterea ut probavi t. 1. d. 36. sect. 5. & 8. & ostendit P. Suarez lib. 5. de grat. à cap. 43. usque ad 50. ex communi consensu Patrum, & antiquorum Theologorum ad libertatem requiritur, quod voluntas de terminet se ipsam, & non determinetur ab alio: id quod perspicue docet S. Thom. locis ibi citatis, præsertim in 2. dist. 39. q. 1. art. 1. ubi ait: Ipsa quidem potentia voluntatis, quantum est in se, est indifferens ad plura, sed quod determinate exeat in hunc actum, vel in illum, non est ab alio determinante. Sic habet editio novissima Parisiensis operum D. Thomæ facta anno 1659. correctæ à R. P. F. Ioanne Nicolai Ordinis Prædicatorum, & ita legendum evincit Petrus à Sancto Ioseph in defensione S. Thomæ aduersus quosdam Recentiores, qui phisicam prædeterminationem illi falso affigunt, disp. 1. f. 3. Antiquæ editiones ob errorem typographi habebant, non est ab alio determinatæ. Et hanc fuisse mentem Angelici Doctoris patet ex fidelissimo; & literalissimo eius interprete Capreolo in 2. dist. 24. q. 1. art. 3. ad sextum, ubi ex sua, & D. Thomæ, & reliquorum Theologorum mente inquit: Voluntas quantum est de sua natura est ad opposita, ipsa tamen ratione sua libertatis se determinat ad id, quod vult, & ita non indiget alio determinante. Et ratio à priori est, quia ad libertatem requiritur quod voluntas relinquatur in manu consilij sui; non relinquatur autem, si nihil posset eligere nisi mediante phisica prædeterminatione; ut enim sapienter inquit Sapientissimus Bellarminus lib. 4. de grat. & libero arbitrio cap. 14. Quomodo relinquatur in manu consilij sui, qui omnibus actionibus suis determinatur ab alio, non potest esse nullo modo potestate ex efficaciter.

pluisse, quò pacto cohareat cum immutabilitate, & efficacia Divinae providentia, quod effectus provifus evitabilis fit absolute, & simpliciter, sed solum studiisse salvare contingentiam; nempe per respectum ad causam proximam, quæ secundum se non est determinata, licet supposita efficaci providentia actus non fit illi evitabilis. Quod dictum graviter ferunt posteriores Thomistæ ex hoc capit. impugnantres Scientiam Mediam, quia Divus Thomas illa vius non fuit ad explicandam hanc difficultatem. Additque Caieran. nihil se in alijs Doctoribus legisse circa illam, nisi ea, quæ communiter dicuntur defensu politico, & diviso de necessitate consequentia, & consequentis, quæ intellectum non quietant: statim vero impugnat communem solutionem, qua dici solet, actum esse evitabilem, & inevitabilem; evitabilem quidem secundum se; inevitabilem vero prout est provifus: licet enim hoc fit verum, inquit, non tamen solvit nodum: quoniam actus eveniens defacto est iam provifus ab æterno: & esse provifum, vincit conditiones eius secundum se, & consequenter actus eveniens est simpliciter, idest, omnibus consideratis, inevitabilis, & secundum quid, idest solitarie sumptus evitabilis: sicut prolectio mercis tempore naufragij est simpliciter volita, quia omnibus consideratis, est volita, & secundum quid est nolita, quia secundum se displicet.

20 Vt autem constet quòr difficultatibus irreciti sint, qui Scientiam Mediam non agnoverunt, operæ præstium erit in medium proferre solutionem adhibitam huic difficultati ab hoc insigni Doctore. Igitur postquam rei difficultatem exaggeravit, putat, non aliter solvi posse, quam asserendo, Deum ex sua altiori, quam cogitare possimus, excellentia, sic rebus, eventibusque provide-
re, ut esse provifum ab eo sequatur aliquid altius, quam evitabilitas, vel inevitabilitas; ut sic ex passiva provisione eventus neutrius combinationis alterum membrum oporteat sequi. Itaque iuxta Caieranum, hæc non est bona consequentia actus provifus esse est

ergo est inevitabilem, fatentur Thomæ
contra Thomæ

21 Est autem ratio, quæ Caieranum compulsi, indisolubilis, nisi recurramus ad Scientiam Mediam, quia hæc negata evidenter videtur sequi, eventum provifum, & efficaciter à Deo præstium, inevitabilem esse nobis, nam hæc conditionalis est omnino necessaria; & omni causæ inevitabilis: *Si Deus præstium efficaciter Petri perseverantiam, ille perseverabit.* Deinde in sententia negante Scientiam Mediam, Deum hoc præstium, est inevitabile ipsi Petro, quia est suppositio antecedens respectu illius, omnino independens ab eius libertate, cum nec illa electio, nec auxilij efficacis collatio dependeat ab aliqua dispositione positiva, vel negativa arbitrij, ut testatur Alvarez lib. 3. respons. capit. 6. ex communi sententia suorum: ergo absolute, & simpliciter perseverantia est inevitabilis Petro: nam quod mihi inevitabile est ex aliqua suppositione, absolute mihi inevitabile est, si talis suppositio fit absolute mihi inevitabilis. Hinc omnis suppositio antecedens aufert libertatem consequentis ex ea necessario illati iuxta principia Societ. nam si est antecedens, non est in mea potestate impedire ne ponatur, nec positam tollere; si autem infallibiliter inducit effectum, non est in mea potestate fatere, ne semel existens illum inducat; ac proinde effectus illius omnino est mihi inevitabilis.

22 Vt ergo cohareat libertas prædestinati cum electione illa efficaci ad gloriam, opus est fateri, suppositionem illius electionis non esse omnino antecedentem respectu nostri, sed quodam modo consequentem, quia dependet à Scientia Media; ac proinde non minus est nobis evitabilis, quam illa. Unde licet perseverantia finalis, ut subest illi electioni sit necessaria; non tamen est necessaria absolute; sed ex suppositione à me impedibili, nempe ex suppositione consequenti, quæ necesse est ut cum hoc auxilio perseverem ex suppositione quod fieri à Deo provifus cum eo perseveraturus. Hinc actus præstium necessario eveniet necessitate consequentia, quia valet est præstium: ergo eveniet; non tamen necessitate consequentis, quia potest impedire antecedens, ex quo necessario inferitur; ac proinde licet consequentia sit necessaria, consequentia est liberum. Frustra autem Tho-

berum. Frustra autem Thomæ d. 2. de auxili. vultur illa sit consequentia, & absolute, quia relative sup...

23 Hanc concordie rationem colligo ex Capreolo illam tradente ex mente Divi Thomae in primum dist. 40. quaest. 1. art. 3. ad argumentum contra tertiam conclusio- nem. Vbi reddens rationem, cur praedestinatus libere salvetur, etsi non possit mutari de praedestinato in reprobum, nec cum praedestinatione componere damnationem: *Quia praedestinatus, inquit, post taliter facere, quod ipse nunquam fuerit praedestinatus.* Item ex Viatorino lib. de Sacram. p. 2. cap. 22. in medio, ubi sic ait: *si mutaretur eventus, quod fieri potest, nec mutaretur, nec cassaretur providentia, sed potius nunquam fuisset praesens.*

SECTIO TERTIA.

Solvitur obiectio contendens ex vi collectionis infinitae auxiliorum indifferentiam posse Deum habere illam electionem sine Scientia Media.

24 **S**UPPONIT haec obiectio impossibilem esse metaphisicè eventum, in quo nullum detur in tota collectione auxiliorum indifferentium, cum quo voluntas convertenda sit. Quae suppositio valde probabilis est, ut constabit sect. sept. hoc autem suppositio videtur, Deum posse efficaciter eligere hominem ante praevisa merita, quamvis careat scientia Media, quia per scientiam simplicis intelligentiae securus est, sibi in tota collectione non de futurum aliquod auxilium cum quo homo actu convertatur: quod videtur insinuasle Div. Thom. q. 6. de veritate art. 3. in fine corp. ibi: *In eo, quem Deus praedestinat, tot adminicula preparat, ut vel non cadat, vel si cadat, resurgat.*

25 Sed contra, quia Deum decernere decreto executivo collationem auxilij, quin ante decretum noverit quem sit fortunae effectum, & expectare rei eventum absolutum, ut concedat novum auxilium in defectum prioris, est Deum caeco modo, & quasi tentando procedere, & quod homo convertatur cum auxilio determinato, erit mere fortunatum, & casuale respectu Dei; ac proinde ille modus est Deo indignus. Secundo, quia vel Deus ante praevisa merita praefigit praedestinato terminum vitae, vel r
supposita illa electione erit
facere, ut illum D
gis confer
pravis
inst

instanti. Ponamus ergo illum eripiendum & vita in instanti C. & restitisse auxilijs collatis in instantibus antecedentibus ante B. iam non superest nisi B. vel tunc ergo necessitat illum Deus ad conversionem, & sic ipse irritam facit suam electionem, per quam voluerat, ut Petrus libere salvetur: vel non necessitat? & tunc ipse Petrus potest electione frustrare, quia potest resistendo auxilio conversione omittere.

26 Posset hic aliquis dicere Deum in ultimo instanti posse adhuc rebellem expugnare voluntatem, quia si concedat unum auxilium, & videat cum illo non converti, poterit pro posteriori naturae aliud fortius admoveere, quod si nec cum hoc convertatur, admovebit aliud, & sic perseverabit in conferendis auxilijs pro diversis signis donec suavi extorqueat consensum; nec videtur conraditio in hoc involvi: nam voluntatem non converti nunc cum auxilio A. & converti cum B. non videntur contradictoria, quia dum voluntas dissentit auxilio A. virtualiter dicit, se nolle converti ob illud motivum: ergo per eiusmodi dissensum solum excluditur assensus respiciens illud motivum, non vero assensus respiciens aliud.

27 Sed contra, quia licet gratis concedamus in hoc non involvi repugnantiam, sustineri adhuc non debet illa doctrina; nam si collectio infinita auxiliorum fundat metaphisicam infinitabilitatem conversionis, nequit tota poni simul in voluntate, quia illam necessitaret, ac proinde frustraretur electio amans conversionem liberam: ergo supposita illa electione cogeretur Deus determinare numerum aliquem auxiliorum conferendum Petro in ultimo instanti: implicat enim esse necessitatum ad conferendum numerum aliquem, & non esse necessitatum ad determinandum, quifnata debeat esse ille numerus: quia si est necessitatus ad non conferenda infinita, ergo nequit facere, ut Petrus in ultimo instanti accipiat, non tot, quin plura: ergo tenetur facere, ut accipiat tot & non plura. At posita quacumque collectione finita, potest adhuc Petrus resistere: ergo non potest frustrare electionem.

28 Ad autoritatem Respondeo Deo coloci solum voluisse explicare suam stinationis, quae sic iur cum
si, ut non in
solum, p.c.

SECTIO QVARTA.

Ostenditur, Scientiam Mediam esse necessariam ad prædestinationem, etiam in sententia negante illam electionem.

CONCLUSIONEM probo: quia prædestinatio est providentia efficax circa prædestinatos, connexionem habens cum ipsorum salute, ut enim vidimus disp. 1. sect. 3. ex Div. Thoma in hoc differt à providentia, quod hæc ut talis præcisè respicit ordinem mediorum in finem, non tamen postulat exitum ordinis, illa vero utrumque petit: atqui hæc providentia efficax necessario requirit Scientiam Mediam, imò illam includit, quia importat scientiam de efficacia mediorum, & voluntatem ea conferendi, ut diximus disp. præc. sect. ult. ergo, &c.

30 Confirmatur primo: quamvis negetur illa electio efficax; prædestinatio iuxta Augustinum est, *preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, &c.* id est decretum conferendi beneficia gratiæ, quibus homo certissime liberetur: hoc autem decretum debet supponere saltem prioritate logica scientiam infallibilem, per quam Deus cognoscat hominem, cui talia, vel talia conferat beneficia, illis re ipsa liberandum: nam ea prædestinatio postulat ut independenter à decreto præparante eiusmodi beneficia, Deus cognoscat illis infallibiliter liberandum; alioquin dum confert illa beneficia, non esset certus de salute prædestinati, contra id, quod ea definitio postulat: illa autem Scientia debet esse Media, quia nec potest esse simplicis intelligentiæ, cum beneficia illa non habeant infallibilem connexionem cum salute prædestinati: nec visionis; cum hæc non sit independens à decreto conferendi illa beneficia.

31 Confirmatur secundo: quia prædestinatio debet importare ex parte Divinæ Voluntatis, saltem decretum conferendi auxilia, quibus homo re ipsa salvetur: at implicat, Deum conferre talia auxilia, quin independenter ad hoc decreto cognoscat quem effectum sunt sortitura; quia de ratione perfectissimi providentis est, ut non conferat media, quibus re ipsa obtineatur finis, quin cognoscat per illa media obtinendum independenter à decreto conferendi, ne licet qui conferunt

faciter finem, secus si solum intendat in efficaciter. Sed contra, quia licet in efficaciter intendat, magna tamen est eius imperfectio applicare media ad consecutionem finis re ipsa secuturi sine cognitione illius eventus: nam hoc ipso finis consecutio erit fortuita, & casualis, sicut fors alearum. Replicabis; illa esse imperfectioem eius, ut cognoscentis; non tamen ut providentis. Sed contra, quia ad rationem perfectissimi providentis, ut talis, spectat, quod media à se adhibita non pertingant ad finem consecutionem, vel ab illa deficiant, quin id præcognoverit, ut ita eventus non sit illi casualis, & postea illum facti poeniteat. Imò ad rationem perfectissimè providentia requiritur, ut ante quodlibet liberum decretum cognoscat omnem veritatem contingentiem conditionatam cognoscibilem per Scientiam Mediam, ne post liberam determinationem resulcet imprevisa, & inopinata aliqua rerum combinatio, & habitudo, quæ Deo perfectè voluntaria non sit.

33 Omitto aliam probationem petitam ex eo quod prædestinatus speciale beneficium accipiat præ Reprobo: quæ specialitas non videtur posse salvari, quin auxilium conferatur cum præscientia futuræ efficacitæ: omitto, inquam, quia tangit difficultatem postea discutiendam. An directio Scientiæ Mediæ requiratur, & sufficiat, ut Deus speciale conferat beneficium ei, cui tribuit auxilium, cum quo re ipsa operatur, licet phisicè non sit maius auxilio collato non operanti.

SECTIO QVINTA.

Solvitur obiectio 1. & 2. ubi exponitur quædam hæc sit hypothesis; sub qua Scientia Media affirmat suum obiectum.

34 **P**LVRA obijcere solent Prædeterminatores, præsertim Albel. disput. 45. sect. 3. contra necessitatem Scientiæ Mediæ ad prædestinationem, quæ latro calamo dissolvit B. Fassel. quest. 14. artic. 13. à num. 529. Ego ea tantum seligam, quæ majoris sunt momenti, nam multa procedunt ex sinistra nostræ sententiæ intelligentia, & sola illius expositione evanescent. Obijcies ergo primo ad probandum Scientiam Mediam non esse necessariam ad providentiam, per quam obtinet infallibiliter nostrum consensum ad prædestinationem

ediam certam non affirmantem prædestinationem

hoc

si detur cum eiusmodi providentia: ergo hæc non importat Scientiam Mediam. Probatur consequentia, quia si eam importaret, destrueretur Scientia Media, quia perinde foret affirmare Petrum convertendum si detur ei auxilium A. cum providentia ad conversionem requisita, ac affirmare convertendum, si detur cum scientia affirmative conversionem sub illa hypothesis; illa namque conditionalis reflexa est omnino necessaria, ac proinde pertinet ad simplicem intelligentiam.

35 In primis hoc argumento vti non possunt Prædeterminatores, qui licet dicant auxilium prædeterminans esse necessarium ad conversionem, nihilominus cum M. Alvar. lib. 1. resp. cap. 3. & disp. 7. de Auxil. concedunt in Deo scientiam conditionatam contingentem, non quidem mediam inter liberam, & necessariam, sed liberam, fundatam scilicet in decreto absoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti: qualis est scientia, qua Christus Matth. 11. prædixit, futuram poenitentiam Tyriorum, si apud ipsos facta fuissent miracula, quæ facta sunt apud Iudæos; simili namque arguendi forma possumus contra ipsos probare, illam scientiam non fuisse liberam, quia vel Deus cognovit, Tyros convertendos sub conditione, quod illa miracula fierent, eum providentia prædeterminante, & sic illa scientia foret necessaria: vel sine ea: & sic foret f. Na.

36 Sicut ergo Adversarij dicere debent, illam scientiam, ex parte hypothesis præscindere ab auxilio prædeterminante, & eius carentia, solumque affirmare conversionem sub conditione miraculorum; ita nos dicimus, Scientiam Mediam ex parte hypothesis solum respicere auxilium indifferens, & reliqua, quæ constituunt voluntatem proxime potentem operari, & sub hac conditione affirmare eam convertendam.

37 Dices: ex parte hypothesis saltem simpliciter includi ea, quæ ex parte Dei concurrunt ad conferendum auxilium. At ex parte Dei concurrunt providentia efficax actus: ergo hæc includitur. Respondeo, ex parte Dei solum includi, ea, quæ sunt necessaria, vt existat auxilium: providentia autem efficax circa actum ad hoc non est necessaria, sed sufficit providentia, quæ possit componi cum omnibus, cum quibus potest conferri auxilium, nempe providentia completa simpliciter collativum.

38 Medi

quo homo est re ipsa operaturus: ergo cum Deus dicit: *Si dederò auxilium, Petrus operabitur*, debet intelligi: si dederò cum Scientia Media de ipsius efficacia. Probatur consequentia, quia omnes causæ, quibus operatio indiget in statu absoluto, debent necessario comprehendi in statu conditionato sub illa particula *Si*: consequens autem est absurdum: ergo, &c.

39 Respondeo Scientiam Mediam esse simpliciter necessariam ad providentiam, non quia sic necessaria à priori ad habendam voluntatem collativam auxilij; sed quia Providentia est quasi totum resultans ex scientia de efficacia mediæ, & voluntate illorum collativa: hoc autem totum complectitur duas partes, quarum neutra ex conceptu suo debet habere prioritatem per modum principij per se respectu alterius. Hinc concessio antecedenti distinguit consequens: est necessaria, vt Deus conferat auxilium per modum circumstantiæ concomitantis eius collationem, vel per modum circumstantiæ solum per accidens antecedentis, & dirigentis ad collationem auxilij, concedo: per modum circumstantiæ necessario antecedentis instar principij per se, nego consequentiam: quia ex parte hypothesis non debent poni omnia, quæ sunt necessaria ad existentiam effectus, alioquin etiam poneretur eius productio, quod constat esse f. Ilum: sed ea ad summum, quæ sunt necessaria per modum principij mediæ prærequisiti, vel immediati: inter quæ Scientia Media non numeratur. Vnde solum debet poni ex parte conditionati; hoc modo: *Si dederò Petro auxilium, ille operabitur, me præscientem hæc Veritatem*: ac proinde Scientia Media reflectit super se ipsam.

40 Deinde dico ex parte hypothesis solum debere poni ea, quibus voluntas indiget per modum prærequisiti ad ponendum actum; non autem ea, quibus Deus indiget ad conferendum auxilium modo perfectissimo: iam vero licet ad hoc Deus indigeat Scientia Media, non tamen nostra voluntas illa indiget, vt operetur: ergo, &c.

41 Dices: voluntas indiget ad conferendum auxilium in omnibus: sed indiget Deum ad conferendum, ex propria scientia. Nu. 24. & omnia, conferendum, ex propria scientia. Nu. 24. quod Deum non conferat ea libera.

Medi

non data, & approximata: non aurem illa, qua necessaria non sunt titulo producendi absolute effectum, sed titulo illum producendi cum aliqua perfectione propria agentis, qua in effectum non derivatur. In presenti autem Scientia Media de efficacia auxilij non est necessaria simpliciter ex parte Dei, ut illud producat, & cum eo concurreat ad actum nostrum: effici enim per impossibile illa careret, posset totum hoc praeferre vi suae omnipotentiae, & scientiae simplicis intelligentiae, per quam redditur summe proportionatus ad illius productionem per inde ac posset, si per impossibile non foret Trinus: solum ergo est necessaria illa scientia, ut Deus producat auxilium cum infallibilitate antecedenti consensus consequentur, quae infallibilitas non est perfectio derivanda in effectum. Quamvis autem concedere operationem ipsam supponere essentialem Scientiam Media de ipsa ut futura sub illo auxilio sub quo defacto ponitur; nihil contra nos: quia hinc solum sequitur Scientiam Media esse essentialiter praerequisitam, ut Deus faciat cum infallibilitate, & securitate, ut voluntas nostra ponat operationem honestam cum auxilio determinato: & hoc est verissimum. Hinc autem non potest inferri, ex parte hypotheseos poni aliquid essentialiter conceptum cum operatione; quia ex parte hypotheseos solum ponuntur ea, quae sunt per se praerequisita, ut existat actus primus proximus creaturae ad operandum; non autem ea, quae sunt praerequisita ut Deus faciat actionem liberam honestam creaturae existere per medium indifferens determinatum. Iam vero ut existat ille actus primus proximus non requiritur Scientia Media securitatis operationis liberae: sed tantum requiritur, ut Deus per medium indifferens determinatum faciat illam operationem existere.

42 Obijcies secundo ex Al. el. sup. ex nostra sententia sequi non esse necessariam praedestinationem, & specialem providentiam ad perseverandum usque in finem, quod est contra Tridentinum Sess. 6. Can. 22. decernens: *Iustificatum sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseverare non posse*. Sequela probatur, quia in nostra sententia fieri potest, ut Deus videat Petrum cum auxilio A. perseverantem sub simili, &c. auxiliaturum, ut perseveret, & aliter convertatur, & aliter non convertatur.

requiri auxilium speciale, de quo Concilium? Ergo loquitur Concilium de auxilio in respectu indifferenti, ac proinde specialitas illa non debet desumi per comparationem ad auxilium cum quo reprobus non perseverat; nam contingere potest, ut hoc sit entitative aequale, imo maius quam illud, cum quo praedestinitus perseverat. Dicitur ergo illud auxilium speciale, vel per comparationem ad ipsam gratiam iustificantem, & auxilium, quo acquisita est, ut ait Molina in concordia disput. 14. memb. 13. vel per ordinem ad illud, quod ex debi. providentiae ordinariae conferretur, ut vult Ripalda disp. 117. n. 27. semper tamen auxilium quo iustus perseverat, in ratione gratiae, & beneficii est maius quam auxilium reprobi. Quare licet auxilium Petri praedestinati sit physicè aequale auxilio Pauli reprobi; est tamen speciale in ratione gratiae, & beneficii: & Deus decernens illud Petro conferre cum praescientia futurae efficaciae, Petrum praedestinat, quia ei confert beneficium, quod certissime liberetur; nam, ut inquit Augustinus lib. 1. q. 2. ad simpl. *Causa Deus misericordiae, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respiciat*. & ut ibidem dicit: *illi electi, qui congruenter vocati*. Quamvis ergo utriusque conferretur auxilium physicè aequale, voluit tamen miseretur, & non alterius, utriusque eligeret, & non alterum, & ratio est, quia, ut inquit Bellarm. lib. 1. de Grat. & lib. arb. cap. 13. §. *at contra. Ad gratiam non solum spectat motio, sive excitatio interna, sed circumstantia loci, temporis, personae, &c.*

43 Qui propter licet per Scientiam Media Deus videat Petrum perseverantem cum auxilio physicè aequali auxilio Pauli reprobi, non tamen cum gratia, & providentia aequali, sed potius affirmat operaturum operatione proveniente ab speciali providentia, quia affirmat Petrum sub conditione illius auxilij operaturum, sed hoc praesciente, ac proinde conferente speciale beneficium. Unde Scientia Media supra se ipsam reflectens ex parte consequentis respicit specialem providentiam, licet non ex parte antecedentis, seu hypotheseos. Consultatur P. Suarez lib. 1. de Grat. cap. 12. lib. 5. cap. 52. & in opusc. lib. 13. de Auxilio cap. 20. ubi ostendit, contingere posse, ut ex duobus hominibus aequali auxilio pulsatis, unus alter convertatur, & aliter non convertatur.

pr

SECTIO SEXTA.

Solvitur tertia obiectio contendens, ex necessitate Scientia Media ad predestinationem sequi, hanc dependere à nostris meritis.

44 **O**BIECTIO tertio: Prædestinatio non dependet à nostris meritis, ut docent omnes Theologi cum D. Thoma hac q. 23. art. 5. si autem penderet à Scientia Media, penderet etiam à nostris meritis conditionatis, quæ sunt obiectum illius. Quod tamen esse absurdum constat ex illo Pauli ad Rom. 9. eum nondum nati fuisse, vel aliquid boni egissent, vel mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, &c. Quo testimonio videtur Augustinus lib. 2. contra duas Epistolas Palagij cap. 7. paulo ante finem ad probandum, Deum non moveri ex meritis, vel demeritis conditionatis ad prædestinandum, vel reprobandum, his verbis: Profecto desipitis, qui dicente veritate, non ex operibus, sed ex vocante dictum est: nondicimus, ex futuris operibus, quæ Deus illum futurum esse præsciebat, iacob fuisse dilectum: atque i. a. contradicimus Apostolo dicenti, non ex operibus; quasi non posset dicere, non ex præsentibus, sed ex futuris.

45 Confirmatur primo: quia si prædestinatio dependeret à Scientia Media, hoc ipso dependeret à consensu, & electione nostræ voluntatis per eam prævisâ, sicut tamquam à conditione; quia quod pendet à scientia, pendet ab obiecto scientiæ. Hoc autem est contra August. cap. 17. de Prædest. Sancti dicentem: Nam quid est, quod ait Apostolus, sicut elegit nos ante mundi constitutionem? quod profecto si propterea dictum est, quia præcivir Deus credi vros, non quia facturus erat ipse credentes; contra istam præscientiam loquitur Filius Dei dicens: non vos me elegistis, sed ego eligo vos.

46 Confirmatur secundo, quia in nostra sententia verum est, ideo Deum prædestinare Petrum per hæc auxilia, & non Paulum, qui prævidit Petrum consenturum cum illis, & non Paulum: ergo datur ratio prædestinationis ex parte voluntatis creatæ in nostra sententia contra communem Theologorum.

47 Confirmatur tertio: quia si prædestinatio dependeret à nostris meritis, non posset Deus independenter omnino à nostro consensu libero præparare nobis media efficaciam ad salutem: At hoc est contra doctrinam Augustini c. 10. de prædestinatione Sancta dicens: Quod promissit Deus filiis Abraham, qui eius fidem, sequerentur, non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promissit. Cuius rationem subdit: Aliiqui ut Dei promissa implerentur, non in Dei, sed in hominum est potestate. Quod ipsum docet cap. 12. de Corrept. & Grat.

bene usum medijs, quibus illum potest ad salutem dirigere, & Paulum non ita, poterit ab hac cooperatione prævisa rationabiliter moveri, ut illum potius, quam illum dirigat in salutem: ergo posita Scientia Media dabitur ex parte Petri ratio prædestinationis.

48 Confirmatur quarto: si Scientia Media foret necessaria ad prædestinationem, non posset Deus independenter omnino à nostro consensu libero præparare nobis media efficaciam ad salutem: At hoc est contra doctrinam Augustini c. 10. de prædestinatione Sancta dicens: Quod promissit Deus filiis Abraham, qui eius fidem, sequerentur, non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promissit. Cuius rationem subdit: Aliiqui ut Dei promissa implerentur, non in Dei, sed in hominum est potestate. Quod ipsum docet cap. 12. de Corrept. & Grat.

49 In primis obiectio ista instatur contra adversarios: quia in ipsorum etiam sententia implicat, Deum eligere hominem efficaciter ad gloriam, nisi ante hanc electionem cognoscat merita futura sub aliqua conditione, nempe sub conditione auxilij prædeterminantis, quia nisi haberet media, cum quibus cognosceret hominem infallibiliter elicitorum esse merita, illum non eligeret ad gloriam, ut coronam: sicut ergo merita illi prævisa sub conditione prædeterminationis non sunt in ea sententia ratio prædestinationis, ita nec in nostra sententia merita prævisa sub conditione auxilij indifferentis.

50 Possent huic instantiæ Adversarij respondere, disparem esse rationem in sua, ac in nostra sententia: nam in nostra, scientia illa conditionata est libera nobis, & à nostra electione dependens: unde si electio Divina penderet ab illa scientia, penderet à nostra electione: at in ipsorum sententia, scientia conditionalis assumens meritum sub conditione prædeterminationis, nobis libera non est: unde licet electio Divina pendeat ab illa, non propterea pendeat à nostra electione. Sed contra: quia licet hoc discrimen sit verum, nihil proficit Adversarijs: nam iuxta ipsos ut nostra operatio sit causa meritorea, non est opus quod scientia in cognoscens sit nobis libera, ut patet in rationis habitum merito determinatum merito en act

ter, ret, dare, ser ex mover dum De

108

sem ratio in nostra sententia, etiam militat.

§ 1. Directe autem ad argumentum respondeo, Scientiam Mediam solum esse necessariam ex parte Dei prædestinantis, quatenus nequit efficaciter intendere gloriam, ut coronam ante merita absolute prævisa, quin habeat media, quibus positis infallibiliter obtrineatur finis: vel quatenus nequit conferre beneficia gratiæ, quibus homo infallibiliter convertatur, quin cognoscat eorum efficaciam, non esse autem necessariam ex parte hominis prædestinati, ut scilicet Deus cognoscat in illo aliquid, quo moveatur ad ipsum prædestinandum. Ne enim docet Augustinus cap. 2. de prædest. Sanct. & cap. 9. de bono persevera. Nullus est laude, aut vituperio dignus propter illa, quæ faceret, si hoc vel illo modo vocaretur ad operandum bene, vel tentaretur ad operandum male, sed propter illa, quæ aliquando facit, ad quæ vnicuique Deus attendit, unde interdum hominem rapit è vita dum est sanctus; quia prævidit lapsurum; si diutius viveret iuxta illud, *Raptus est re malitia, &c.* Tantum abest, ut à peccato futuro sub conditione moveatur ad reprobandum; & à merito conditionato ad prædestinandum.

§ 2. Quare ex parte prædestinati nulla potest assignari ratio prædestinationis. Quod vel inde patet, quia nullus est homo adeo malus, de quo non videat Deus bonum operationem sub conditione alicuius vocacionis, quam illi potest tribuere; nec adeo bonus, de quo non videat peccatum sub conditione alicuius tentacionis, quam illi potest permittere; imo nullus est, de quo non videat utrumque: si ergo attenderet ad opera conditionate futura, in quolibet reperiret simul meritum prædestinationis, & reprobacionis, nec in vno potius quam in alio rationem inveniret.

§ 3. Quam solutionem colligo ex D. Thoma in præsent. q. 23. art. 5. ad primum, ubi assignat rationem cur non detur ex parte prædestinati ratio prædestinationis: *Quod usus gratiæ præscitus non est ratio collacionis gratiæ, nisi secundum rationem causæ finalis.* Quia scilicet Deus non dat gratiam, quia homo futurus est sanctus, sed ut sit sanctus. Ex quo sequitur, usum gratiæ præscitum non habere meritum, quia res ipsa est eiusdem cuiusdam causæ finalis, quæ non est nisi in actu.

gratis detur potest dari accommodata ad usum, licet gratis, ut revera datur. Nec inde fit ut detur propter usum liberum, tanquam propter meritum, sed tanquam propter finem: prævenitur autem homo per gratiam, ut habere possit primum usum libertatis suæ, & ut illud habeat, si velit: & inter dum datur, ut infallibiliter habeat ex proposito Dei mere gratuito. Illa vero infallibilitas non est ex tali necessitate, sed ex infinita Dei præscientia, & providentia. Hac ille.

§ 4. Dices: licet ad prædestinandum Deus non moveatur à perseverantia futura conditionate, tanquam à causa meritoria; ut tamen tua ab illa, ut à causa finali: hoc autem sufficit, ut ex parte prædestinati detur ratio prædestinationis, quia causa finalis est vere ratio, quare existat electio; quam finalizat. In primis instatur argumentum in perseverantia futura sub conditione prædeterminationis. Deinde respondeo, rectum usum gratiæ prævisum per Scientiam Mediam esse finem, propter quem datur gratia; id est ad quem ordinatur, non tamen à quo movetur Deus ad eligendum hunc; potius quam illum. Quod non solum existimo verum propter rationem D. Thome eo art. 5. in corp. quia scilicet non potest assignari causa Divina voluntatis ex parte actus volendi, sed solum ex parte volitorum, in quantum scilicet Deus vult unum esse propter aliud. Quod ipse satis significanter exprellerat q. 19. art. 5. in fine corporis dicens: *Quod Deus vult hoc esse propter hoc, sed non propter hoc, vult hoc.* Non solum inquam; ob hanc rationem, sed quia, cum in singulis hominibus videat Deus merita conditionata, hæc nequeunt esse ratio, cur unum præ alio eligat. Ex quo patet discriminè ad exemplum adductum in tertia confirmatione, nam patris illi non habere in sua potestate voluntatem utriusque filij, ut eam quod vellet, inclinaret: unde ex præscientia diligentia adhibenda ab vno, & non ab alio prudenter moveretur, ut unum potius, quam alium destinaret ad studia. At Deus, ut inquit August. C. 26. de Grat. & lib. arb. *Sine dubio habet humanorum cordum quæ placet inclinacionem omnipotentissimam potestatem.* Quare respectu cuiuslibet hominis videt media, quibus infallibiliter convertatur, si eis pulsatur, ac proinde quod vni præ alio, quam alteri tribuat illam vocacionem; cur quæ non vult perseverantem ex solo ipsius beneplacito dependet. Ex his promissis solutione ad auctoritates in

deus Augusti
contendere,
à præ-
tribus
arbi-

arbitrij solius; quia alioqui non esset gratia: nam ut inquit Apost. Rom. 11. *Si gratia iam non ex operibus, alioqui gratia iam non est gratia.* Quem locum expendit optimè P. Vazquez disp. 191. num. 115. Quod autem id solum contendat, patet ex his, quæ ibi adducit; quia enim Pelagiani recurrebant ad merita arbitrij tanquam ad rationem propter quâ Deus prædestinat unum præ alio, existimantes Deum alioqui fore acceptatorem personarum, apponit exemplum Iacob, & Esau, erga quos diversimode se habuit Deus, unum eligens, & alium relinquens antequam quidquam boni, vel mali egissent; quia vero recurrebant ad opera, quæ facturi erant, eos convincit testimonio Apostoli, qui Deo vocanti tribuit hanc discretionem, non autem futuris operibus. Et insuper eos vtrique exemplo gemellorum, quorum alter sine Baptismo, & alter baptizatus moritur: Vt vobis auferretur (inquit) omnis vestra caliginis latetia, propterea geminos tales proposui, ne diceretis Deum, sicut de Iacob, & Esau contra Apostolum dicitis, opera eorum futura præscivisse, quomodo enim præscivisset, ea futura, quæ illis in infantia morituris præscivisset potius non futura? Ergo Pelagiani, quos ibi convincit August. testimonio Apostoli loquebantur de præscientia absoluta meritorum solius arbitrij.

56 Quamvis autem loquerentur de præscientia conditionata (ut revera loquuntur Semipelagiani, contra quos disputat Augustinus de prædest. 8. & cap. 10. de bono perf. qui ut effugerent argumentum Augustini recurrebant ad merita conditionata, ubi non poterant obtinere absoluta) nihil tamen inde contra nostram sententiam: tum quia Semipelagiani volebant opera conditionata esse rationem, cur unus præ alio eligatur; tum quia opera illa iuxta ipsos non videbantur futura sub conditione virium supernaturalium gratia, sed præcise sub conditione virium naturalium arbitrij, ut constat ex Augustino cap. 17. de bono perf. Virumque autem in se fiat Scholasticè ait, quæ negat merita conditionata sufficere v. propter illa aliquid decernatur in premitium: & asserit, nullam operationem conducentem ad salutem posse elici ab homine, quin præveniatur auxilio gratia.

57 Hinc ad primam confirmationem respondeo, illa solum confici, prædestinationem dependere à scientia media, & consequenter à nostro consensu conditionate furo, tanquam à consensu Dei ad præde-

Authoritas
Deum
homo

bant Semipelagiani asserent es fidem non esse donum Dei, ut constabit ex dicendis postea de causis prædestinationis. Solum itaque contendit Deum non aliter videre hominem crediturum, nisi quia illum prædestinavit ad fidem, id est, quia decrevit illi conferre vocationem congruam, quæ ita suadeat, ut persuadeat, quam ipse appellat altam & secretam, Epist. 107.

58 Ad secundam confirmationem respondeo: illam causalem esse veram, si denotet conditionem sine qua non necessariam ex parte Dei ad eligendum, secus si denotet causalitatem meritoriam ex parte hominis. Constat à me dicta tom. 1. disp. 36. sect. XI. num. 69. pag. 550. ubi ex P. Molina explicui, prædestinationem non fieri sine præscientia, non tamen secundum præscientiam conditionatam. Tertia iam est soluta. Ad quartam admitto sequelam: nego tamen illam esse contra Augustinum, quippe qui nihil aliud eo loci intendit, quam fidem esse donum Dei, quod de sua prædestinatione promissum, quia prædestinavit filios Abrahamæ, ut crederent: quæ prædestinatio locum non haberet, si fides esset opus solius arbitrij, ut volebant Semipelagiani, ut enim inquit August. *Promissit Deus, quod ipse facturus fuerat, non quod homines, scilicet viribus proprijs.* Solum itaque intendit, Deum non ita promississe fidem, sicut Astrologus promittit futuram eclypsim, quam de sua tantum præscientia promittit, cum eius causam apud se non habeat: sed longe aliter, qui cum fidei causam, nempe gratiam, in sua habeat potestate, non potest illam promittere, nisi de sua prædestinatione, id est, de decreto preparandi eam vocationem, quæ faciat ut homo credat. Vide à me dicta tom. 1. disp. 37. sect. 6. Vbi hæc obiectio latè discussa est.

SECTIO SEPTIMA

Solvitur obiectio contendens scientiam mediam tollere à Deo libertatem prædestinandis ostendit urque hoc absurdum non sequi, quodvis administratur, collectionem infinitam auxiliorum indifferentium non fundare metaphysicam infallibilitatem consensionis libera sub aliquo ex illis.

disp. 113

peccato. Et altera eorum fuit determinate veritas: ac non secunda: ergo prima: ergo ante omne liberum decretum novit Deus Iudam damnandum, si crearetur: hac autem scientia supposita impossibile fuit illum prædestinare: ergo necenariario reprobavit. Respondeo negando sequelam. Ad eius probationem, concedo totum præter ultimam consequentiam. Ratio ergo cur licet reprobaverit Iudam, quavis ex suppositione illius scientiæ non poterit prædestinare, est, quia illa scientia est libera ipsi Deo; potuitque ab ipso impediri: ideo enim pro priori ad decretum creandi Iudam novit, illum damnandum si crearetur; quia sub illa conditione novit, se collaturum ipsi hoc auxilium, quod de facto contulit: unde sicut loco illius potuit tribuere aliud, cum quo esset operaturus; ita potuit videre, illum esse salvandum, si crearetur. Quamvis enim scientia media tendens sub conditione omnium, quæ necessaria sunt ex parte actus primi ad operandum, non sit libera Deo; tamen scientia tendens sub conditione remota, ultra quam debet à Deo liberè poni alia, ut voluntas sit expedita ad utrumque; illa est libera Deo, qualis est scientia affirmans peccatum sub conditione creationis.

60 Dices: ergo scilicet non potuit prædestinare Iudam ad conversionem ex suppositione, quod per scientiam mediam præviderit ipsum non convertendum cum hoc auxilio: siquidem hæc scientia non est libera Deo. Respondeo primo, ex suppositione scientiæ mediatæ de inefficacia auxilij A, & in sensu composito eius, Deum non posse prædestinare Iudam per auxilium A ad conversionem, quia in sensu composito illius scientiæ, Iudas non potest se convertere; cæterum sicut Iudas præscindendo ab illa scientia, & in sensu diviso illius, potest se convertere, ita Deus potest illi convertere dependenter à consensu libero eius, iuxta ea, quæ dicimus ad argumentum sequens num. 63. & 64. & latè diximus tom. 1. disp. vltima, sect. vltima. Secundo respondeo, admissio antecedenti, & distinguendo consequens: per illud auxilium præcise, admitto: quia ex suppositione, quod novit, non convertendum cum illo, non potuit illud præcise conferendo efficere, ut converteretur: conferendo aliud, nego: quia ita novit non convertendum cum hoc auxilio, ut simul novit convertendum cum alio: unde potuit supposita illa scientia præbere auxilium B, & sic præ-

vertere hominem tribuendo præcise auxilium sufficiens. Dices: Iudas potuit se ipsum convertere cum illo præcise auxilio, cum quo de facto convertitur non est: absurdum autem videtur, quod in his circumstantiis, in quibus Iudas potuit se ipsum convertere, non poterit Deus facere ut converteretur. Respondeo id absurdum non esse; nam quod supposito eo auxilio, & negato omni alio possit Iudas se convertere, & tamen nequeat Deus facere ut convertatur, provenit ex eo, quod semel collato auxilio, & oblato concursu, solus Iudas manet liber ad faciendum ut existat, vel non existat conversio: Deus autem facta ea suppositione, iam non manet liber, sed determinatus, ut simultaneè concurrat ad illum actum, quem voluntas elegerit: ac proinde iam non potest convertere Iudam, quia hoc non sonat, posse præcise concurrere simultaneè modo non libero, & pro nutu alicuius: sed posse facere, ut voluntas convertatur eam impellendo vocatione congrua ad consensum: quod tamen præstare nequit ex suppositione, quod voluerit conferre præcise illud auxilium, cum quo noverat non convertendam. Quod autem solus Iudas facta ea suppositione maneat liber ad determinandum consensum, nascitur ex natura libertatis: nam hoc ipso, quod voluntas relicta sit in manu consilij sui, nequit supposito actu primo proximo indigere prædeterminatione Dei ad hoc ut exeat in actum secundum, ut enim sapienter loquitur Bellarm. lib. 4. de Grat. & lib. arb. cap. 14. *Quomodo relinquatur in manu consilij sui, qui in omnibus actionibus suis determinatur ab alio, cui resistere nullo modo potest?*

61 Ex quo patet, non esse idem Deum posse liberè convertere hominem, & hominem posse liberè convertere se ipsum; nam illud convenit Deo pro priori ad collationem auxilij, catenus enim potest convertere hominem, quatenus potest media vocatione congrua facere ut convertatur: ut enim inquit August. cap. 16. de Grat. & lib. arb. *ille facit ut velimus bonum, de quo dictum est præparatur voluntas à Domino*; istud vero non convenit homini, nisi supposito auxilio, & cæteris prærequisitis. Si autem hæc duo non sunt idem, patet non esse absurdum, quod facta aliqua suppositione possit homo se ipsum convertere, & Deus non possit facta eadem facere pro suo ut convertatur. Vide circa hoc argumentum, quod citavi tom. 1. disp. 17.

37. sect. 4. à n. 34. nem sectionis. Et

non habet libertatem prædestinandi, nisi quatenus habet libertatem conferendi illud auxiliium, cum quo per scientiam mediam prævidet hominem convertendum libere: ergo si nullum eiusmodi auxilium prævideret, non posset illum prædestinare ad gloriam, ut coronam. Atqui ex nostra sententia sequitur possibile esse metaphysice illum casum; cum enim omnia auxilia moventia ad libere operandum, debeant esse intrinsece indifferentia; potest voluntas singulis resistere: posse autem resistere singulis, est posse resistere omnibus: ergo ex nostra sententia sequitur possibilem esse casum, in quo Deus nequeat prædestinare hominem. Hoc autem est absurdum, quia ut inquit August. in Enchirid. cap. 98. inicit: *Quis tam impie desipiat, ut dicat Deam malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, & quomodo voluerit non posse in bonum convertere?*

63 P. Ripalda in manuscriptis de prædest. fatetur, possibilem esse metaphysice casum, in quo nullum auxilium appareat efficaciter per scientiam mediam: contendit tamen, adhuc in illo eventu posse Deum convertere hominem, non quidem potestate independenti à consensu libero hominis, sed potestate ab illo dependenti: sicut enim nullum est auxiliium, cum quo homo non possit se ipsa salvare, ita nullum est, cum quo Deus non possit illum salvare: ac proinde sicut homo in illo casu posset absolute converti, ita Deus posset illum absolute convertere.

64 Est hæc responsio probabilis; eiusque probabilitatem promovit tom. 1. disp. VI. ima, sect. VI. ima à num. 71. quia in eo figitur, in quo voluntas est proxime potens se convertere, præscinditur à scientia media de inefficacia illius auxiliij, & sicut voluntas creata potest determinare conversionis existentiam: ita potest facere, ut Deus conferendo illud auxilium, illum converterit: quia implicat voluntatem converti cum auxilio sibi à Deo donato, & quod Deus per collationem illius auxiliij illum non converterit. Si autem loquamur de voluntate creata ut subest scientiæ mediæ de inefficacia auxiliij, sub hac reduplicatione non potest se convertere; & sic non est mirum, quod sub eadem reduplicatione nequeat Deus illum convertere. Et quamvis ea impotentia sit consequens respectu voluntatis creata; quia tamen impossibile est, ut illa posito auxilio se convertat, quin Deus posito auxilio concurrat ad conversionem, & faciat ut convertatur: voluntas potest converti à consensu

que dixi tom. 1. disput. 17. à num. 137.

65 Sed age admittamus, Deum non habere potestatem simpliciter talem convertendi voluntatem mediante aliquo auxilio, quando videri illud fore inefficax. Ac proinde fore ut non posset convertere libere voluntatem, si esset possibilis eventus, in quo per scientiam mediam nullum appareret auxilium congruum. An admittendum erit ex sententia Societatis sequi possibilem esse metaphysice eventum, in quo Deus nequeat libere convertere voluntatem?

66 Aliqui RR. hanc sequelam absurdam reputantes totis viribus inficiantur possibilitatem illius eventus. Ego tamen licet existimen casum repugnare, ut ostendam disp. seq. arbitror sententiam Societatis non esse ad hanc opinionem restringendam: sed independentem ab illa sufficientissime solvi argumentum Thomistarum. Antequam autem solutionem adhibeam, ad moneo, ex Augustino non posse probari, ideo impossibilem esse illum casum, quia in omni eventu possit Deus prædeterminare voluntatem ad consensum liberum, ut contendunt Thomistæ: sed quia Augustinus impossibile iudicavit, inter tot, &que diversas, & fortes vocationes, quibus Deus potest hominum pulsare voluntates, non reperiri aliquam, quæ futura sit congrua. Ut constat perspicue ex eius doctrina lib. 1. ad Simplician q. 2. Vbi pro illis omnibus, qui ita vocantur, ut non consentiant, hanc regulam generalem tradit: *Si vellet Deus illorum misereri, posset ita vocare, quomodo illis aptum esset, ut & moverentur, & intellexerent, & sequerentur: nam cuius miseretur, sic eum vocat, sicut scit ei congruere ut vocantem non respiciat, & postmodum subditurum ergo alius sic, alius autem sic mouetur ad fidem, eademque res sæpe alio modo dicta moueat, & alio modo dicta non moueat, aliaque moueat, alium non moueat: quis audeat dicere, defuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret, voluntatemque coniungeret, in qua Iacob iustificatus est: Vbi notandum est minime dixisse, non defuisse Deo modum, quo ipse Deus mentem Esau determinaret, sed quo ita illum vocaret, ut ipsemet suam mentem, & voluntatem determinaret ad credendum, & volendum: ergo loquitur de modo vocationis congruo, non de terminante quoad exercitium actus, & de illo dicit: *Quis audeat dicere: Deus non voluit* in quo*

potest sit ipsa duritia? Ac si dicat (vt exponit P. Suar) nunquam esse posse tantam duritiam, quia aliqua valeat vocatione emolliiri, & ideo quod negetur talis vocatio, in diuinam potestatem esse referendum: vnde statim subiungit: *Cum enim Deus deserit non sic vocando, quomodo ad fidem moueri potest, quis etiam dicat quodum quo ei persuaderetur, vt crederet, etiam omnipotenti defuisse?* Ergo Augustinus non probat impossibilitatem illius eventus ex eo quod Deus possit trahere voluntatem media predestinatione, sed ex eo, quod cum possit varijs & miris vocare modis, impossibile est, vt inter tot non detur aliquis congruus. Hinc lib. 1. contra duas Epist. Pelagianorum cap. 19. inquit: *Voluntatem nostram trahi varijs, & miris modis, vt velis Et cap. 5. de correct. & grat. Homines diuersis & innumerabilibus modis vocari. & moueri ad recte operandum*: ergo potestatem Dei ad conuertendam voluntatem non explicuit per potestatem predestinandi, nam hic modus trahendi vniuersalis esset respectu omnium, sed per potestatem congrue vocandi, qui multiplex & varius est: ergo si ex mente Augustini repugnat ille casus, non valet argumentum a potestate frustrandi singulas vocationes, ad potestatem frustrandi omnes: ac proinde Auctoritate Augustini perperam videntur Adversarij.

68 Igitur ad argumentum bifariam, potest sufficientissime responderi. Primo asserendo cum Augustino, illum eventum omnino repugnare: de quo late disputatione sequenti. Secundo admitendo possibilitatem pure metaphysicam illius, & negando absurdum esse, quod Deus in aliquo casu pure metaphysico, & moraliter infinitis repugnantem nequeat pro libito suo efficere, vt voluntas conuertatur omnino libere. Nam Thomistæ conficientes hoc argumentum supponunt, idem esse voluntatem posse resistere singulis auxilijs, ac posse resistere omnibus. Si autem hæc duo sunt idem, sanè omnia argumenta, quibus Schola Societatis ostendit ad libertatem requiri, vt auxilium, quo trahitur voluntas ad consensum liberum, sic de se indifferens, probant possibilitatem illius eventus, ac proinde hæc nequit esse contra Dei dominium, cum involutatur in ipsa potestate Dei ad conuertendam libere vol

non determinet voluntatem: quia vt inquit D. Thom. in 2. dist. 39. q. 1. ad 1. *Ipsa potentia voluntatis indifferens est ad plura, sed quod determinate exeat in hunc actum, vel illum, non est ab alio determinante, sed ab ipsa voluntate.* Quod ipsum docet aperte alijs in locis adductis à Bellarm. lib. 4. de grat. & Lacro arbitrio, cap. 14. Id etiam Augustinus, & alij Patres, & omnes Scholastici constantiter docent, quorum testimonia proferunt P. Fatolus tom. 2. q. 14. ar. 13. à num. 156. P. Ruiz disp. 59. de scientia, & P. Ripal. tom. 2. disp. 104. n. 46. & 47. eadem enim expressione, qua D. Thomas affirmant, ad libertatem requiri, vt voluntas non determinetur ab alio: in potestate autem vocandi per auxilia, quæ non determinant voluntatem, & quibus ipsa resistere possit, inuoluitur formaliter possibilitas illius eventus, quia per se voluntatem posse resistere singulis auxilijs indifferenteribus, est posse resistere omnibus, in quo consistit possibilitas illius eventus.

70 Quare tantum abest, vt illa possibilitas sit contra Dominium Dei supra nostram voluntatem, vt potius sit de conceptu illius dominij: ac proinde Deum velle, vt voluntas maneat libera, est formalissime velle, vt sit metaphysice possibilis ille eventus. Potestas itaque proxima Dei ad conuertendam voluntatem libere non dicit perfectionem quoad omnia sui constitutiva, sed præcise, quoad id, quod importat in recto; nam in recto dicit potentiam infinitam Dei ad mouendam voluntatem varijs, & infinitis modis: de obliquo autem dicit scientiam mediam de futuro consensu: quia est potestas ponendi media indifferencia infallibiliter inductura consensum, hæc autem potestas inuoluit scientiam mediam, aqua illa infallibilitas consensus præuenit; scientia autem media de futuro consensu non est perfectio Dei secundum id, quod addit scientiæ simplicis intelligentiæ, quia vt sic potuit non esse in Deo Vnde vt sapienter scripsit Exitius Doctor in opusc. lib. 3. de Auxil. cap. 14. n. 16. Ex possibilitate illius eventus nihil sequitur contra diuinam omnipotentiam, sed solum sequitur voluntatem vere, ac proprie manere liberam posita quacumque vocatione ad opus moraliter bonum.

71 In huius rei confirmationem adducam optimam instantiam contra Thomistas, nam illi cum D. Thoma 1. par. q. 64. ar. 1. docent, Ange esse inflexibiles, & immotiviter ad Deum, quod semel elegerint, non est, quod lapsam in peccatis

peccatum, ad poenitentiam excitare non possit: nec iniuriosum erit omnipotentiae Dei, quod in aliquo eventu pure metaphysico nequeat voluntatem aliquam rebellem trahere ad alienandum relinquendo illi perfectam libertatem.

72 Quamvis autem in illo eventu non poterit Deus convertere voluntatem relinquendo ei libertatem ad omittendam simpliciter conversionem, poterit nihilominus simpliciter convertere illam, non solum omnino necessitando, sed relinquendo libertatem sufficientem ad meritum; nam in factis probabilibus multorum sententia apud P. Suarez, disp. 45, Metaphys. sect. 4. n. 5. qualitates non habent minimum intensionis: ac proinde possibilis erit actus charitatis magis ac magis remissus, sine termino. Iuxta hanc autem sententiam poterit Deus necessitare voluntatem ad unum ex infinitis actibus honestis inaequalibus in infinitum versus minimum: & tunc esse metaphysice infallibile, voluntatem elicituram actum meritorium, quia infallibile foret, non elicituram minimum, quia minimus non esset possibilis; quocumque autem alio elicitio meretur, quia poterit alium elicere imperfectiorem.

73 Ad Auctoritatem Augustini respondeo, impium & insipientem fore, qui negaret Deum posse voluntatem quantumvis rebellem convertere. Primo, quia factum necessitando certum est, in omni eventu posse. Secundo, quia licet metaphysice sit possibilis casus, in quo non possit convertere non necessitando, certum est de facto posse, quia de facto habet infinitas vocationes congruas ad liberè trahendam quantumcumque voluntatem. Id autem nobis constat tum ex scripturis commendandis potestatem Dei ad flectenda hominum corda. Vt Prover. 21. ver. 1. Math. 39. Roman. 9. ver. 18. & 21. Hierem. 18. ver. 6. Psal. 134. ver. 6. tum ex ratione, quia certum est saltem esse moraliter infinites repugnantem illum casum: non existit autem de facto eventus ita repugnans; & sufficit esse impossibile hoc modo, ut stultus, & imprudens foret, qui negaret, Deum absolute posse liberè convertere aliquem hominem. Aliud enim est possibile esse metaphysice eventum, in quo non possit aliud absolute non posse. Primum prudenter asseritur secundum impietatem & stultitiam dicentis stultitiam quidem; quia stultus est, qui affirmat existere illud, quod est moraliter summè repugnans, sicut stultus foret, qui affirmaret, omnes homines simul futururos, quod se vero, tum qui tere plenissimum

sine aliquo fundamento Deo denegare; quod omnes sapientes ipsi concedunt.

74 Quod si rem intimè & penitus inspiciamus, Deum, non posse tunc convertere liberè voluntatem, nihil aliud est, quam Deum non posse convertere, sub conditione quod velit relinquere illam in manu consilij sui cum plena indifferentia ad utrumque: quod autem Deus voluntatem adeo rebellem, quae videatur dissensura singulis auxilijs indifferentibus, nequeat convertere, si velit conservare illa omnino iura libertatis, nullam arguit imperfectiorem in Deo, neque defectum potestatis; quia id provenit ex essentia libertatis; in cuius conceptu essentialiter imbibitur possibilitas illius eventus. Unde idem est Deum posse producere causam liberam, ac illum eventum esse possibilem; & quia est magna Dei perfectio posse producere causas liberas, est magna perfectio Dei, quod sit possibilis ille eventus pure metaphysice: licet foret magna Dei imperfectio, si casus ille esset moraliter possibilis, quia hoc procederet ex defectu potestatis divinae ad pulsandam voluntatem maioribus, & maioribus auxilijs indifferentibus in infinitum. At quod sit metaphysice possibilis, non provenit ex defectu potestatis Dei ad movendum; sed ex natura, & essentia libertatis creatae, quae constituitur per decretum liberum Dei relinquendi hominem in manu consilij sui, & non praedeterminandi ipsum ad aliquod extremum contradictionis determinatè. Unde quod Deus nequeat praedeterminare voluntatem ex suppositione quod voluerit illam relinquere in manu consilij sui cum indifferentia proxima ad utrumque, idem est ac non posse praedeterminare ex suppositione, quod voluerit non praedeterminare, quae est impotentia consequens.

75 Quapropter idem est Deum non posse convertere liberè voluntatem creatam ex suppositione quod nullum auxilium indifferens ex tota collectione apparcat congruum, ac Deum non posse facere aliquid impossibile, nempe quod voluntas illa coniungatur conversionem liberam cum non conversione: seu Deum non posse facere praedeterminando ut ponat operationem, quae essentialiter peccati non praedeterminari, seu quod non possit convertere voluntatem nostram ex suppositione quod

est illam non
caccie illam no
eo. are

existere Deo impellenti ad conversionem, sed
necessario rapiatur ad illam.

SECTIO OCTAVA

*Ostenditur cum Eximio Doctore frustra
Thomistas adducere in favorem / ut sententia
D. Augustinum: qui nulli gratiam effica-
cem explicuit per praedeterminationem;
sed semper per vocationem con-
gruam, cui homo resistere
possit.*

76 **E**Ximius Doctor P. Franciscus Sua-
rez tom. posthum. de vera intelli-
gentia auxilij efficacis cap. 3. pag.
168. respondens ad argumenta perita ab au-
thoritate scripturae sacrae, quibus Thomista
moderni contendunt non posse sine auxilio
praedeterminante explicari infallibilitatem praed-
destinationis, & efficaciam divinae potestatis
supra voluntatem creatam; & quibus contem-
dunt dari auxilium per se efficax, & praedeter-
minans voluntatem, responderi ijs verbis: Ad
quae nos (inquit) generatim dicimus, Calvi-
num haereticum his testimonijs abuti, ut sua-
deat voluntatem ita moveri a Deo in omni-
bus suis operibus, ut sua libertate uti non si-
natur. Cui ipsimet Catholici Doctores res-
pondent, perperam in patrocinium sui erro-
ris talia testimonia congerere, quia Deus sa-
pientia sua & potentia, potest omnia illa ef-
ficere circa voluntatem humanam; & opera
eius, nullam ei necessitatem imponendo. Eo-
dem ergo modo nos respondemus nihil ex
eisdem locis colligi auxilium vel motionem
Dei vi sua sola praedeterminantem hominis
voluntatem, quia sine tali praedeterminatio-
ne facere potest Deus ea omnia, quae in illis
locis proferuntur; & alioqui praedeterminatio
illa voluntatis ad unum necessitas quaedam esse
videatur contraria libertati. Vnde Augustinus
illis eisdem locis contra Pelagianos viens, so-
lum ex illis colligit necessitatem praeventivae
gratiae, & vocationis congruae, non autem au-
xilij ex se praedeterminantis.

77 Postea vero cap. 37. postquam
adduxit auctorem Augustini testimonia, quibus ad-
versaria potest, ut probent gratiam efficacem
esse quantitati. *efficacem* *physice*

69 *Nam*
videtur
possidit
num sel.
in xil

fallibiliter consequatur effectum; propter
quem a Deo praestatur.

78 Secundo addit, ex hac sola
generali veritate dictos Auctores male in-
terre peculiarem modum ab ipsis excogita-
tum de efficaciae talis motionis. Duobus
enim (inquit) modis potest intelligi quod
talis motio voluntatem praemovens infalli-
biliter habet effectum. Primo quia illa motio
seu entitas, quidquid illa sit, ita est natura
sua determinata ad unum in agendo, ita
quoad specificationem, quam quoad exerci-
tium, ut semel impressa voluntati, eodem
modo illam determinet, & secum trahat ad
agendum. Secundo potest talis efficacia in-
telligi per infallibilem quandam directionem,
excitationem, & inclinationem voluntatis
ad agendum: quae infallibilitas non in sola
physica vi agendi talis qualitatibus fundetur,
sed in infinita Dei sapientia, & praescientia
cum voluntatis proposito dandi hominibus
auxilium opportunum. Qui ergo ex solo il-
lo generali principio certo in doctrina Au-
gustini, quod Deus habet in thesauris suae
sapientiae, & providentiae praeventivae au-
xilia, quibus voluntatem hominis trahat, quod
vult, inferunt, priorem modum efficacitatis
de mente Augustini, male colligunt a superi-
ori ad inferius affirmativè, seu ab amplo ad
non amplum (ut Summistae dicunt) oportet
ergo ut illationem illam vel ratione probent
esse necessariam, demonstrando alium mo-
dum esse impossibile, vel ex Augustino ali-
quid afferant, quo illam insinuet. Et quidem
ad introducendum priorem probationis mo-
dum aliqui conati sunt negare Deo praescien-
tiam futurorum contingentium sub condi-
tione. Quia revera illa sublata, est impossi-
bile dari auxilium praeventivum habens in-
fallibilem connexionem cum effectu, nisi il-
lum habeat ex vi naturalis modi agendi per
physicam determinationem. Verumtamen id
allegari non possunt, quia illam praescientiam
evidenter tribuit Deo divina scriptura, &
maximè iuxta sensum, & expositionem Au-
gustini, de cuius doctrina nunc specialiter
tractamus, ut in alijs opusculis de illa ma-
teria fuse a nobis ostensum est. De alio verè
genere probationis ex doctrina Augustini
nihil peculiare afferunt ad illam consequen-
tiam hyperfandendam, praeter generalia verba
sata, quae revera sufficientia non sunt, ut ex
scendi const

79 in pag. 260. addit: rerrid
vivi, & diffici-
esse nuri-
rbo deter-
lum voce
phy-

physicæ prædeterminationis ad explicandâ
 efficacitatem illius gratiæ præveniētis, quæ
 à nostra voluntate infallibiliter obrinet no-
 stram liberum consensum: ego enim hacten-
 us illum modum loquendi non reperi, quâ-
 vis diligenter quaesierim; neque ab adver-
 sarijs profertur Augustini locus, in quo illa
 forma loquendi usus fuerit. Non est autem
 Augustino imponendum in re tam ardua &
 difficili quidpiam, quod ipse expresse non
 dixerit, maxime si periculum alicuius erro-
 nis involvat. Et confirmat non parum hanc
 lecturam, quod Augustinus in locis quam
 plurimis in omnem partem se vertit, ut hanc
 efficaciam explicet, & varijs modis, & locu-
 tionibus eam declaravisse, & nihilominus
 nunquam fuisse usum illis vocibus præde-
 terminationem significantibus, cum tamen
 viderentur non solum apta, & claræ, sed
 etiam necessariæ ad declarandam illam effi-
 caciam, si talem esse credidisset, qualem nunc
 illi noni Theologi illam docent. Hæc ibi
 Eximius Doctor,

80 Quia verò adversarij, responde-
 re solent, quamvis apud Augustinum non re-
 peritur gratia ab intrinseco efficax sub ijs ter-
 minis, vel sub terminis physicæ prædetermi-
 nationis; reperiri tamen sub terminis æquiva-
 lentibus; contra contendit Eximius Doctor
 ibidem, talem sententiam neque terminis æqui-
 valentibus reperiri apud Augustinum. Idque
 probat, ex illi celebri sententia, qua frequenter
 & S. Doctor, & Concilium Arausicanum, &
 alij Patres eiusdem temporis videntur: *Præpa-
 ratur voluntas à Domino.* Hoc enim modo
*facit Deus ex nolentibus volentes, & ex re-
 pugnantibus consentientes, quia præparatur
 voluntas à Domino,* inquit Augustinus lib. 4.
 contra duas epistolas Pelagianorum cap. 9. in
 fine. Sic etiam *cum plures audiunt verbum
 veritatis, alij volunt credere, alij nolunt, quia
 illis præparatur voluntas à Domino,* ait idem
 August. de Prædest. Sanct. c. 6. atque hoc modo
 efficacitatem præveniētis gratiæ ubique po-
 nit in præparatione voluntatis. Constat autem
 (inquit Eximius Suarez) ex vi & proprietate
 vocis longe aliud, & generalius esse præparari
 voluntatē, quàm determinari: præparatur enim
 voluntas etiam per internam doctrinam, & per
 aliquam affectionem, aut delectationem sibi
 inditam, iuxta doctrinam eiusdem Augustini
 lib. 2. de peccat. meritis & remis. cap. 17
 19. ubi hanc præparatio congruam &
 certam scientiam, & in Epist. 107.
 præparari, &
 recedentem
 nullo mo

nationem accommodari, quia illa neque est in-
 terna doctrina, neque inspiratio, neque gratia:
 excitans, seu præveniēns, sed ipsamet affectio
 physica voluntatis consensus: vel saltem evi-
 dentissimum est, illas voces non esse æquipol-
 lentes, & vocem præparationis magis generâ-
 lem esse, & sine fundamento in Augustino tra-
 hi ad significandam physicam prædetermina-
 tionem.

81 Constatque Augustinum nomi-
 nē præparationis non aliud intelligere quam
 internam illuminationem consistentē in actu
 intellectus, vel inspirationem consistentem in
 actu voluntatis. Nam cum de Prædest. Sanctoꝝ
 cap. 6. de his qui volunt, vel nolunt credere, di-
 xisset: *Cum alijs præparetur voluntas, alijs nō
 præparetur, discernendum, quid veniat de mi-
 sericordia quid de iudicio;* subiugit cap. 8. *Cum
 Evangelium prædicatur, quidam credunt,
 quidam non credunt; sed qui credunt prædi-
 catori forinsecus insonanti, intus à Patre au-
 diunt, & discunt.* Igitur quod prius dixerat
præparari voluntatem postea declarat per hoc
 quod est *audire à Patre tali modo ut discant;*
 id est credant, prout statim explicat. Atque adeo
 tam ibi, quàm sæpe alibi, per *præparationem
 voluntatis*, in qua absdubio ponit gratiam ef-
 ficacem, per quam Deus facit ut faciamus, in-
 telligit internam doctrinam consistentem in
 illuminatione interna, & inspiratione: ergo nō
 intelligit physicam prædeterminationem, hæc
 enim neque est actus intellectus, neque est actus
 voluntatis, neque potest nomine internæ do-
 ctrinæ, & auditionis significari.

82 Quare apud Augustinum præ-
 paratio congrua, per quam Deus facit ut vo-
 luntas nostra eliciat consensum salutarem; con-
 sistit in interna vocatione congrua, seu in in-
 terna illuminatione & inspiratione, per quam
 hominem suaviter trahit in consensum libe-
 rum. Et hanc vocationem congruam alibi ap-
 pellant operantem gratiam, Sic lib. de grat. &
 lib. arb. cap. 16. quod Paulus ad Philipenses 2.
 dicit: *Deus est qui operatur in nobis velle,*
 declarat per illud sapientiæ, *præparatur volū-
 tas à Domino.* Et cap. 17. *Quis (inquit) istarū
 et si parvam ceperat dare charitatem, nisi ille
 qui præparat voluntatem, & cooperando per-
 ficat, quod operantio incipit?* Ergo apud Augu-
 stinum

operantem voluntatem, idem est
 in illa mediâ cogita-
 & agim am ve
 m & epist
 & ium
 & ionel

sed per vocacionem, & inspirationem, facile denuo suadetur. Nam preparatio voluntatis, per quam Deus facit infallibiliter, ut ipsa velit, consistit in tactu cordis per excitantem gratiam, & divinam inspirationem atque illuminationem. Ut enim ait Celestinus Papa in Epist. 1. ad Episcopos Gallie cap. 8. *Ideo aliquid instinet a Deo fit, quia preparatur voluntas a Domino. Et ut aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda servorum.* Et Concilium Arausicanum cap. 4. necessitatem divinæ inspirationis probat ex illis verbis: *Preparatur voluntas a Domino.*

83 Præterea efficacissimè suadetur, apud Augustinum non consistere gratiam efficacem, per quam Deus facit ut faciamus, in prædeterminatione physica, sed in vocatione congrua, & sancta inspiratione. Nam in libro de spiritu, & litera (in quo, v. ipse testatur retract. cap. 37. acriter contra inimicos gratiæ disputavit) cap. 34. agens de voluntate credendi, sic loquitur: *Non ideo tantum ista voluntas divino muneri tribuenda, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter coëcreatum est: Verum etiam, quod visorum suasionibus agit Deus ut velimus, & ut credamus, siue extrinsecus, siue intrinsecus, ubi nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem, sed consentire, vel dissentire, propria voluntatis est.* Ergo apud Augustinum sola divina vocatio est gratia illa per quam Deus facit ut credere velimus: quam vocationem explicat per motiones vitales, quas appellat visorum suasiones; & vocat etiam mentis excitationem, ut patet ex illis verbis: *Ubi nemo habet in sua potestate, quid ei veniat in mentem.* Patetque non agnoscerè prædeterminationem; quia illi vocationi immediate adiungit consentum.

84 Estque satis planum, Augustinum constituisse gratiam efficacem, per quam Deus facit ut velimus bonum, in vocatione congrua; ut constat ex lib. de Prædestinat. Sanctior. cap. 8. & ex libro de bono persever. cap. 14. & ex libro de corrept. & gratia cap. 14. Item ex libro 83. questionum quæst. 68. Vbi ait: *Quoniam neque velle quisquam potest nisi admonitus, & vocatus, vel intrinsecus ubi nullus hominum videt, siue extrinsecus, per sermonem sonantem; aut alia signa visibilia, efficitur ut ipsam velle Deus operetur in nobis.* Et

Vocatio
vatur,
quod ve

ritum
qui

les etiam Deus solus infundit. Recognovit autem hunc locum Augustinus libro 1. retract. cap. 26. eandemque ibi doctrinam confirmat, dicens, illam Dei misericordiam, quæ dicitur prævenire, & preparare voluntatem hominis, esse vocationem. Et quia hæc vocatio multipliciter fit pro temporum, & personarum varietate, dicit modum & distributionem eius esse alta, atque profunda ordinationis divinæ. Idemque late declarat Epist. 107. ostendens vocationem illam non consistere in sola lege ac doctrina, sed in inspiratione occulta per quam preparatur voluntas a Domino, & per quam Deus operatur in nobis & velle & perficere, & hanc vocationem quando efficax est, vocat alta, atque secretam: quia per eam sic Deus hominis agit sensum, ut legi atque doctrinæ accomodat assensum. Ergo Augustinus efficacem gratiam collocat in vocatione congrua; seu collata in ea opportunitate, in qua habitura est effectum.

85 Consultantur quæ dixi tom. 1. disput. 17. sect. 12. Vbi ostendit Div. Augustinum ubique explicare gratiam efficacem per vocationem congruam; & nullibi agnoscere medium inter vocationem, quæ spectat ad actum primum, & actum ipsum secundum salutare nobis liberam; ac proinde procul esse prædeterminationem physicam; quæ iuxta suos Authores mediat inter actum primum, & actum secundum, à mente Augustini. Vnde merito Eximius Doctor, in evolendis Augustini libris diligentissimus, pronuntiavit in opusculo de vera intelligentia auxilij efficacis capit. 37. pagin. 263. col. lum. 1. initio, nunquam apud Augustinum reperiri hoc genus gratiæ actualis, motivam scilicet prædeterminantem nobis à Deo impressam: *Nec medium aliquod auxilium inter vocationem, & actualem Dei cooperationem, seu adiutantem gratiam, quæ actualiter non iuvat, nisi eum, qui simul conatur.* Ut enim inquit ipse Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis, *Deus adiutor noster dicitur, neque adjuvari potest, nisi qui sponte aliquid conatur.*

86 Id constat primo, ex questione 2. ad Simp. vbi docet, ratione vocationis dictum esse: *Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis. Quia nemo* inquit *potest credere nisi velit, neque velle, nisi vocatus, nemo autem si-* *stare potest* *plum velle* *essum* *ocetur: ideo ergo* *icis est Dei, quia ni-* *pati vult* *cludit* *it, &* *uum* *libro* *pro*

propositionem super Epist. ad Romanos cap. 5. vbi inquit: *Quia neque velle possumus nisi vocemur, ideo verissimum est, miserentis Deie esse, quod velimus & operemur.* Constat 3. ex cap. 34. de Spiritu, & lit. vbi ait: *Vocare hoc vel illo modo solius Dei est; venire autem semper est in voluntate, vel sola si non venit, vel adiuta, si venit.*

87 Denique probat Eximius Doctor D. Augustinum non collocare gratiam efficacem in physica predestinatione, ex attributis, & proprietatibus, quibus excellentiam gratiae efficacis in multis locis explicat. Interdum enim ait hanc gratiam infundi in cordibus nostris per operationem Spiritus sancti, innumerabilibus, & occultissimis modis, ut patet ex lib. de corrept. & grat. cap. 5. vbi ait: *Quare isti sic illi aliter, atque alij aliter, diversis, & innumerabilibus modis vocentur, ut reformentur, absit, ut dicamus, iudicium debere esse luti, seu figuli.* Et lib. 5. contra Iulianum cap. 3. dicit, operari Deum in cordibus hominum miris, & ineffabilibus modis. At vero si efficacitas haec in motione physice predestinante posita foret, vnus & idem modus efficacitae ellet in omni vocatione efficaci; neque oporteret diversos modos vocationum intervenire, sed solum ordinariae & communi vocationi illam motionem predestinancem adiungere. Deinde si haec efficacitas solum esset sua in concursu primae causae, ac proinde communis ellet, tam naturalibus actibus, quam gratuitis, & tam malis, quam bonis, nihil eadet peculiari admiratione dignum in hac gratia efficacitae. Ait autem Augustinus lib. de grat. Christi cap. 24. *Deum interna atque occulta, mirabili, & ineffabili potestate operari in cordibus hominum, non solum veras reuelationes, sed bonas voluntates.* Non ergo spectat hic operandi modus ad solum essentialem subordinationem inter causam secundam & primam; nam illa subordinatio, cum communis sit causis naturalibus, & ratione naturali cognosci possit; non est adeo occulta aut ineffabilis, vel mirabilis; aliis eodem modo dicere possemus, operari Deum in homine occulta, & ineffabili potestate naturales motus voluntatis, non solum bonos; sed etiam praeuos. Unde eodem libro de gratia Christi cap. 15. dicit idem Augustinus; hanc efficaciam consistere in interiori doctrina, quam Deus alius; & interioris cum ineffabili potestate infundit, etiam per

sum, qui incus. Ex lib. de hanc gratia occu

etiam ministrat, & grat. cap. simili sistere in medicina, & potentia rationis

occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur. Et cap. 20. ait, Deum per illam gratiam mirabili, & ineffabili modo operari velle in nobis. Et Epist. 107. eandem gratiam vocat inspirationem occultam, & altam, atque secretam. Et Epist. 106. vocationem secundum propositum appellat. Et multa similia habet Epist. 105. Et in Psal. 87. vbi vocat gratiam nimis occultam. Et in Psal. 134. vocat etiam interiorem doctrinam. De qua etiam dixit lib. de Prae. dest. San. c. 8. *Valde remota est a sensibus carnis haec schola, in qua Pater audit, & docet.* Et ideo ait ibidem, gratiam hanc esse secretam.

88 Haec autem accommodari non possunt moti primae causae: optimè vero conveniunt vocationi congruae. Nam cum ingenia, affectus, vel inclinationes hominum tam varia sint; necesse est, ut modi vocandi efficaciter sint varij & innumerabiles, ut unicuique tribuatur, qui illi accommodatus est: & quia solus Deus potest comprehendere totam hanc varietatem vocationum, & inter illas discernere quae sit habitura effectum, ideo merito dicitur haec gratia occulta, atque secreta, & altae atque profundae considerationis. Denique quia hic modus efficacitae quatenus prevenit consensum hominis, consistit in morali inductione per internas inspirationes, illuminationes & apprehensiones, ideo merito appellatur haec gratia interna doctrina; & quia solus Deus recognoscit modum talis doctrinae, ita unicuique congruentem, ut non solum suadeat, sed etiam persuadeat, ideo merito dicit Augustinus. esse valde remotam a sensibus scholae, in qua Pater ita docet.

89 Haec & alia, quae adducit Eximius Doctor eo cap. 37. plane evincunt, omnipotentissimam potentiam Dei ad flexenda hominum corda, non consistere ex mente Augustini in potestate predestinandi, sed in potestate vocandi varijs, & miris modis: & gratiam efficacem iuxta Augustinum consistere in vocatione accommodata genio & conditioni subiecti: nec dari medium inter vocationem & consensum; sed istum sequi immediate post vocationem, cui acquiescit voluntas.

90 His addo speciale argumentum desumptum ex eodem Augustino lib. 1. de gratia Christi cap. 17. vbi contra Pelagium sic argumentatur: *Non poterat Pelagius tribuere Deo nostra bona, si non esset deo, qui incus. Ex lib. de hanc gratia occu*

tra ex eo capite, quod ipse dedit ium, a quo sunt talia opera. Ne r si qu us, loquus, deo Dei, quia quod ma-

*Bonis, ita cum illo culpamur in malis: possibili-
tas quippe illa, quam dedit, tam nos facit bo-
na posse, quam mala.* Hinc efficaciter arguo
Augustinum non reposuisse gratiam efficacem
per quam Deus facit ut faciamus bonum, in
physica prædeterminatione; nam hæc iuxta
suos assertores communis est actibus bonis, &
malis: ergo si ratione prædeterminationis Deus
est Author bonorum operum, ratione eiusdem
est Author malorum. Cum ergo nefas sit alle-
gere, Deum esse Authorem operum malorum;
falsum, & contra Augustini mentem est alle-
gere, Deum esse Authorem operum bonorum;
ratione prædeterminationis: ergo iuxta Augu-
stinum, & iuxta veritatem, ideo Deus est Au-
thor operum bonorum, quia media vocatio-
ne congrua, & sancta inspiratione facit ut fa-
ciamus bona opera: & ideo non est Author
operum malorum, quia ad illa facienda non
impellit, neque adiuvat. Vnde idem Augusti-
nus ser. 13. de verbis Apostoli inquit: *Agis
quidem illo non adiuvante libera voluntate,
sed male: cum dico tibi sine adiutorio Dei ni-
hil agi, nihil boni dico: nam ad male agendum
habes sine adiutorio Dei liberam voluntatem.*
Hinc constat manifestè tantum abesse ut Div.
Augustinus concedat prædeterminationem ad
actum malum, quod etiam concursum simul-
taneum videatur negare. Ergo certissimum
est iuxta Augustinum gratiam efficacem non
consistere in physica prædeterminatione, sed
in vocatione congrua.

91 Verum dicere aliquis posset,
quamvis gratia efficax consistat in vocatione
congrua iuxta Augustinum; illam tamen con-
gruitatem cognosci per simplicem intelligen-
tiam, quia nimirum licet vocatio secundum
se non habeat connexionem infallibilem cum
consensu, ipsa tamen, ut accommodata hinc su-
bdicto in his circumstantiis, habet infallibi-
lem connexionem. Sed contra, quia hoc pa-
cto penitus eviritur libertas: cum enim vo-
catio constituat actum primum, & det sim-
pliciter posse; sane si illa in tali subiecto,
& in talibus circumstantiis haberet connexio-
nem essentiali cum actu, constitueret actum
primum essentialiter connexum cum actu se-
cundo: ac proinde non constitueret actum
primum liberum; non enim est actus primus
liber ille, qui nulli potentie potest separari
ab actu secundo. Constat ite ex Tridentino
ses. 6. Canon. 4. ad libertatem requiri, quod
liberum arbitrium Deo motum, & excita-
tum possit

vbi vocatio habet essentiali connexionem
cum consensu.

92 Deinde in principiis Augusti-
ni supposita vocatione est in potestate volun-
tatis obtemperare vocationi, vel illi resiste-
re; nam iuxta principium eiusdem lib. 3. de
libero arbitrio cap. 18. *Quaecumque causa est
voluntatis (nempe pravæ) si ei resisti non
potest, sine peccato ei ceditur.* Vnde quæcum-
que causa est honestæ voluntatis, si ei resi-
sti non potest, sine merito ei ceditur. Ergo cum
vocatio sit causa consensus voluntatis, si ei
resistere non potest homo per illam vocatus,
sine merito ei cedit, seu illi obtemperat. Ul-
timo Augustinus ipse manifestè supponit,
supposita vocatione congrua esse in potesta-
te voluntatis, ei consentire, vel resistere; ut
constat ex cap. 34. de spiritu & littera, vbi ait:
*Misericordia Dei prævenit nos, consentire
autem vocationi Dei, vel ab ei dissentire,
propria voluntatis est.* Et ex lib. de dogmat.
Ecclesiast. cap. XI. vbi inquit: *Initium ergo
salutis Deo miserante habemus; ut acquiesca-
mus autem salutaris eius inspirationi mo-
stra potestatis est.*

93 Quare congruitatem vocatio-
nis non cognoscit Deus per scientiam neces-
sariam, sed per scientiam mediam; eademque
Deus media vocatione congrua infallibili-
ter facit, ut homo consentiat libere, quare-
nus scit, eum, si pulsetur tali vocatione, libe-
rè præstiturum consensum, illamque con-
fert ex directione huius scientiæ. Vnde quo-
ries Augustinus explicuit efficaciam gratiæ
per congruitatem vocationis, toties scientiam
mediam supposuit.

SECTIO NONA:

*Solvuntur argumenta, quibus Recentiores
Thomistæ commendunt, scientiam mediam non
esse necessariam ad providentiam, & præde-
stinationem; quia scientia media affirmat
suum obiectum sub conditione decreti
indifferentis; quod tamen decretum
videtur repugnare.*

94 SUPPONO ex nostris principiis
scientiam mediam attingere ex
parte hypothetis seu conditio-
nis, non solum entitatem auxilij indifferentis,
sed etiam decretum indifferentis, quo appli-
catur in nostris principiis omnipotentia ad
surrendum cur-
m; quod di-
I. sectio
media
ate nostra ad actum
explicui tom. 1. dis-
tus namque per scien-
tiam voluntatem crea-
conditione;
quod

quod illi conferat tale auxilium indifferens, & praparet omnipotentiam ad concurrendum cū illa, seu illi offerat suum concursum, per decretum ira amans existentiam illius concursus, ut possit pro nutu voluntatis creatæ determinari ad nō concurrendum in illum actum. Est enim illud decretum sic efficax ad applicandam omnipotentiam ad concurrendum in actum liberum, ita ut iam per Deum nequeat stare quod non fiat actus liber; tamen non est efficax ad inducendum actum ipsum; quia in concurrendo atemperatur arbitrio creatō, cui Deus relinquit determinationem, & electionem actus: quia hoc ipso quod voluit relinquere hominē in manu consilij sui, voluit non concurrere per decretum connexum cum existentia concursus externi, qui indistinctus est ab ipsa actione creaturæ. Quare argumenta quæ probaverint, Deum non posse concurrere ad nostrōs actus liberos per decretum indifferens, seu per decretum non connexum cum existentia actus liberi, probant repugnare scientiam mediā; ac proinde necessariam non esse ad negotiorum prædestinationis.

95 Hoc supposito arguunt Recentiores Thomistæ. Actus liber exigit essentialiter à Deo provide causari; sed posito solum decreto indifferenti, absque providentia Dei existeret: quia non sufficit ad eius existentiam decretum indifferens. Probat minor, quia posito solum decreto indifferenti non existeret, v.g. amor præ odio ex dispositione divina; quia existeret absque providentia Dei. Probat antecedens, quia ex vi decreti indifferētis Deus non disponit esse potius amorē quam odium, cū in decreto indifferens in utrumque in differēter feratur; & in nostra sententia ponatur amor, v.g. solum ex determinatione creaturæ: quia posito solum decreto indifferenti non existeret amor præ odio ex dispositione divina. Consequentia autem probat ex definitione providentiæ tradita à Boetio lib. 4. de consolat. profla 6. adducta à D. Tho. 1. par. quest. 22. ar. 1. quæ talis est: *Providentiā est ipsa divina ratio in supremo omnium Principio constituta, quæ cuncta disponit.* Ergo id, quod ex Dei dispositione non existit, absque Dei providentia existit.

96 Confirmatur primo. Nam posito solum decreto indifferenti, existeret amorē potius quam odium, esset casuale respectu Dei, & præter illius intentionem: sed hoc & in se est absurdum, & est existeret amorē ab providentia Dei: qui indifferenti, non existeret. Minor confert; maior est à casu respectu Dei intentionem, quæ

quod existit, quin Deus existeret velit: qua ratione videtur D. Thomas 1. eo. cap. 78. ratione 4. Sed posito solum decreto indifferenti, amor determinatè præ odio existeret præter Dei voluntatem; non enim Deus vult amorem determinatè præ odio, sed utrumque indifferētè respicit: ergo, &c. Confirmat 2. Id quod existit Domino non iubente, absque Dei providentia existit. Quapropter teste D. Thoma 3. contrag. cap. 90. ex persona blasphemantium inducitur thren. 3. *Quis est iste, qui dixit, ut fieret Domini non iubente; sed amor præ odio existeret, Domino non iubente, cum Deus non vellet unum præ alio existeret: ergo, &c.*

97 Confirmat tertis, quod non existit ex determinatione divina, existit absq; Dei providentia, si existat: sed amor potius quam odium existit absque determinatione Dei, ergo absque Dei providentia. Minor, vltro inquit conceditur ab adversarijs, qui ideo decretum indifferens adstruunt, ut determinatio soli tribuatur voluntari creatæ. Maiorem dicit esse D. Tho. 1. p. q. 21. a. 1. & 3. contrag. c. 90. ibi enim fatetur, quod negare Deum prædeterminare electiones nostras, est auferre ab illo illarum providentiam; quapropter Damascenum, qui id videtur negare, interpretatur de prædeterminatione necessitante, non autem de prædeterminatione cogente, quam nō negavit Damascenus: quia neque providentiam. Consequens est legitima. Hæc ad verbū Recentiores Thomistæ in tractatu manuscripto de divina providentia circa actus liberos dub. 1. §. 4.

98 Hæc tamen facile solvuntur. Pro solutione nota, quando adest in nobis libertas ad bonum, & ad malum, v.g. ad amorem honestum, & ad odium turpe, & Deus concurrit ad bonum decreto indifferenti, illud decretum non dici indifferens in amando, quasi indifferētè amet bonum, & malum, amorem honestum, & odium turpe, hoc enim falsissimum est, quia decretum illud, quo Deus concurrit ad actum honestum, vnicè amat existentiam illius actus, & nullo pacto amat existentiam adus turpis oppositi. Sed dici indifferens, in concurrēdo; quia ita applicat omnipotentiam ad concurrendum in actum bonum, ut voluntas creatæ possit facere ut concurrat omnipotentia sic applicata in actum malum: nam per illud decretum applicatur omnipotentia ad hoc ut voluntas producat actum bonum libere, ac proinde ut producat cum potentia, producendum actum turpē oppositū, ac proinde ut voluntas determinandi

solum decretum ex providentia Dei; quod est absurdum; quia

ad malum

In ordine ad producendum actum malum, cuius existentiam Deus non amat.

99. Hoc supposito ad argumentum respondeo negando minorem. Ad cuius probationem imprimis negari potest antecedens; nam quamvis Deus concurrat ad actum amoris honestum decreto indifferenti; tamen existeret amor præ odio ex dispositione divina, non quidem determinate immediate ad actum amoris præ odio, sed ex dispositione divina determinate mediate, & faciente ut voluntas eligat amorem honestum præ odio turpi media vocatione congrua; cum enim implicet ut voluntas creata eligat potius amorem honestum, quam odium turpe, quin Deus illi tribuat cogitationem congruam ad hanc electionem faciendam, & quin media illa cogitatione & vocatione faciat ut voluntas eligat potius amorem honestum quam odium turpe; potius decreto indifferenti existeret amor præ odio ex dispositione divina. Deinde quamvis illud decretum sit indifferens in causando, & concurrente, cum non sit indifferens in amando, siquidem determinate vult ut existat amor præ odio (est enim non determinat ad existentiam amoris præ odio) non sequitur existere amorem præ odio sine providentia Dei, ex eo quod Deus concurrat decreto indifferenti.

100. Præterea falso in argumento supponitur hic solum intervenire illud decretum indifferens, quo Deus applicat indifferenter omnipotentiam ad concurrendum ad actum bonum, vel ad actum malum; nam præter illud decretum necessario respectu operis boni intervenit quedam præfinitio efficax. Deus enim prævidens per scientiam mediam, quod perus eliciet actum amoris honestum sub conditione quod ei tribuat tale auxilium, & præparet indifferenter concursu, ex directione huius scientiæ: habet decretum efficax conferendi auxiliu congruum, & hoc decretum est quedam præfinitio efficax operis; quia dat auxilium quod prævisum est efficax ex seria intentione ut sequatur operatio honesta: & per scientiam ipsam mediam constituitur illud decretum in ratione efficacis. Idemque est Deum ex intentione boni operis applicare medium, quod prævisum est efficax ad obtinendum finem boni operis, ac efficaciter esse ipsum bonum opus. Vnde semper operatio honesta supponit essentialiter providentiam Dei efficacem erga ipsam. Nam ut ex S. Tho. 1. p. q. 2. ar. 1. definit Patolus: *Provisum est actus, quo Deus media*

770

ciamus eos actus. Quare sicut implicat voluntatem facere actum honestum, quin Deus illam moveat efficaciter per vocationem congruam, & sanctam inspirationem; ita implicat existere actum honestum, quin Deus illum præfinitierit, non quidem præfinitione formali quæ ex se & ab intrinseco sit efficax & amans immediate efficaciter actum honestum nobis liberum, sed præfinitione virtuali illum amante in vocatione congrua. Vnde quamvis sola voluntas creata in executione determinet immediate supposita proxima indifferentia ad utrumque, ad amorem honestum præ odio turpi, tamen amor ille præ odio existere: ex dispositione divina; quia Deus nimirum confert vocationem congruam ad actum honestum præ turpi eliciendum, cum potius conferre vocationem incongruam; & concurrat per decretum, quod quantum est ex se vult ut existat actus honestus.

101. At instat Recentior ille, quia ex nostra sententia sequitur saltem actum malum existere absque providentia Dei: & ex providentia Dei solum existere potentiam proximam peccandi. Respondeo ex nostra sententia sequi actum malum existere absque providentia Dei determinate ad existentiam actus mali præ opposito, & illam procurante, non autem absque providentia Dei permittente, & per accidens, & ex determinatione alterius influente, & hoc esse verissimum. Nam ut inquit August. lib. 5. de civit. c. 9. *Omnium potestatum dicitur est Deus, non omnium voluntatum: mala quippe voluntates à Deo non sunt, quoniam contra naturam sunt quæ ab illo est forent autem à Deo male voluntates, si ad illis Deus præterminaret, earumque existentiam suo decreto efficaciter procuraret.* Vnde merito idem August. ibidem ait: *Nusquam legimus. Non est voluntas nisi à Domino. Et ideo non scriptum est, quia verum non est.* Et ut inquit idem August. lib. 2. de peccat. merit. & remis. *Malam voluntatem ad Authorem Deum esse referendam nefas est dicere.* Quid est autem actus malus, nisi mala voluntas? nefas ergo est dicere actum malum cadere sub providentiam Dei præfinitivam eius existentiam, & ad illam prædeterminantem. Dicimus ergo actum malum cadere sub providentiam Dei permittentem eius existentiam, & ad illam concurrentem ex electione, & determinatione arbitrij creati. Quare ad versarij ut extollat providentiam Dei erga omnes actus creature, & subiectionem creature ad Deum, ipsum faciunt Authorem peccati; quod non extollere Dei
le Eximus D
in opere de
is cap.
nam, sed deprimere;
Paer Franciscus Sua-
pelligenti auxilij ef-
8 sub istum con-
effic. em. præde-
terj

terminationem ad actum peccati sic loquitur: *Multum profecto a tota antiquitate, & ut liberè pro Deo loquar, à vera pietate discrepant. nam ut homines faciant divinæ motioni nitentur subiectos, faciunt ipsos Saecilegos, dum malitiæ originem in Deum ipsum refundunt.* Quod non ideo dixit, quia Au. hores illi Catholici hoc auerant, sed quia ex altera præde. erminatione ad actum peccati videtur illud absurdum manifestè sequi: quamvis illi sequelam negant. Sed hoc prætermittito, redeamus ad argumenti principalis confirmationes solvendas.

102 Ad primam confirmationem, nego sequelam, nempe fore casuale respectu Dei, & præter illius intencionem quod existat amor præ odio. Nam ut probavi, quamvis Deus concurrat ad amorem honestum per decretum indifferens, idest per decretum non conexum alienè. aliter cum existentia amoris; concurrat tamen per decretum amans existentiam amoris præ odio; deinde dat auxilium ad actum honestum per decretum vnice intendens actum honestum; auxilium enim dicitur indifferens; non quia indifferenter inclinè ad bonum; & ad malum, sed quia quamvis vnice inclinè in bonum, & vnice in bonum influere possit; tamen est idifferens permissivè ad malum, seu permittit vt possit coniungi cum actu malo. Quamvis autem fore existentia amoris præ odio præter intencionem Dei, non propterea foret casualis respectu Dei: vt patet in peccato, quod existit præter intencionem Dei, & tamen non existit casualiter respectu Dei; siquidem dum Deus confert potentiam proximam, cum qua de facto homo peccat, infallibiliter ante decretum conferendi talem potentiam cognoscit, quod si illam conferat, sequetur peccatum; unde voluntas conferendi est voluntas permittendi peccatum, quod prævisum est futurum infallibiliter posita ea conditione. Non existit autem casualiter respectu alicuius id, quod ab ipso prævidetur certo futurum. Ad probationem sequelæ, seu maioris, respondeo, illud quidem esse præter voluntatem Dei quod existit, quin Deus existere velit voluntatem consequentem, quam antecedenti, idest quin Deus habeat vllam voluntatem antecedentem terminatam ad eius existentiam, nego tamen amorem præ odio existere, quin Deus velit voluntate antecedenti, vt existat amor præ odio: tum quia ipsa volitio preparativa concursus vult vt existat amor præ odio, non determinet effectum; sed vt existat amoris præ existentia odii fert vocationem ad amorem & redit.

teralis vocationis; vult vt existat amor præ odio. Præterea falsò, & absque fundamento confundit illa duo, *existere præter intencionem. & existere casualiter*; cum tamen sint diversa; nã peccatum existit præter intencionem Dei, & tamen non existit casualiter; quia non fit nisi Deo permittente, & præscientè ipsum futurum, sub conditione quod permittatur, idest sub conditione, quod Deus conferat tale auxilium, & neget omne aliud.

103 Ad secundam confirmationem respondeo, nihil existere in rerum natura Deo non iubente, idest Deo saltem non permittente; nam iussio ibi permissionem significat; vt constat ex contextu d. 1 nomæ eo cap. 90. in quo probat, quod electiones & voluntates humanæ subduntur divinæ providentiæ. Nam electiones bonæ & honestæ subduntur Deo vt intendenti ipsas, & facienti vt existant media vocatione congrua: electiones autem præfusu dunt vt Deo vt permittenti. In per sana blasphemantium dicitur de Deo lobi 22. *circum cardines terræ ambulat, neque nostra considerat.* Et Ezech 9. *de reliquit Dominus terram & Dominus non videt.* Et Threnor. 3. *quis est qui dixit, vt fieret Domino non iubente?* Quæ loca adducit ibi D. Thomas. Quare, res fieri Deo iubente, est res fieri Deo providente, nimirum, vel voluntate positiva, vel voluntate permissiva, & Deo præscientè, & considerante. Si autem loquamur de electionibus honestis, ad illam secundam confirmationem, respondeo, concessa maiori, negando minorem. Quamvis enim Deus non determinaret immediate vt existeret amor præ odio; tamen media vocatione congrua faceret vt voluntas se determinaret; cuiusque providentiæ esset simpliciter causa, cui tribueretur simpliciter existentia amoris honesti præ odio turpi. Vt enim inquit August. in libro propositionum super Epistolam ad Romanos cap. 61. *Quia neque velle possumus nisi vocemur, ideo verissimum est misericordiam Dei esse, quod bene velimus, & operemur.*

104 Ad tertiam confirmationem respondeo, imprimis maiorem esse falsam: nam peccatum existit: & non existit ex determinatione divinæ; & tamen nõ existit absque providentiæ Dei. Deinde loquendo de bonis, distingo maiorem: quod non existit ex determinatione divinæ affectivæ & intensivæ, existit absque providentiæ Dei, admitto maiorem: quod non existit ex determinatione mediæ affectivæ, & extensivæ, existit absque providentiæ Dei.

103 præ odio, existentiæ, uia dum Deo linan

Suarez lib. 5. de grat. à cap. 43. vsque ad 50. Et distingo minore, amor præ odio existit absque determinatione Dei effectiva, & executiva, concedo minorem: absque determinatione Dei affectiva, & inenriva, nego minorem: implicat enim voluntatem nostram in tempore se determinare ad amorem honestum præ odio turpi, quia Deus ab æterno, non solum præscierit, sed etiam efficaciter intenderit illam electionem honestam, quia fieri non potest ut voluntas nostra in tempore eligat amorem honestum præ odio, quin Deus ab æterno decreverit illi dare auxiliū congruum ad illā electionem præscius evēsus futuri; quod est intenderē efficaciter illam electionem amoris honesti.

105 Neque maior est Div. Thomæ nisi in sensu à nobis intento; D. Thomas enim nullibi docuit Deum physicè prædeterminare voluntatem nostram ad suos actus liberos; sed ubique constanter docuit, ad libertatem requiri quod voluntas moveatur ad suos actus liberos per media indifferentia, quibus possit resistere; ut constat ex quodl. 1. art. 7. ad 2. & quod ipsa se determinet, & nō determinetur ab alio, ut constat ex locis à me expensis tom. 1. disp. 136. sect. 8. vlt. late expendit P. Suarez lib. de vera intelligentia auxiliij efficacis c. 40. Idque clarissimè liquet ex q. 3. de poa ar. 2. vbi inquit: *An operetur Deus in omni operante, & cum in argumento 13. proposuisset, quod si voluntas nostra non posset operari nisi Deo in ipsa operante, non esset domina sui actus, quia non est domina divinæ operationis, respondet: Quod voluntas dicitur habere dominium sui actus, non per exclusionem causæ primæ, sed quia causæ primæ, nō ita agit in voluntatem ut eam de necessitate ad vnum determinet, sicut determinat naturam.* Explicans vero, quo pacto Deus nō de necessitate determinet voluntatem, subiungit: *Et ideo determinatio actus, relinquitur in potestate rationis, & voluntatis.* Ergo iuxta S. Thomam idēo determinatio voluntatis non est ex necessitate, quia licet causa prima concurrat cum ipsa ad illam determinationem, tamen non illam prædeterminat, sed relinquit determinationem in potestate voluntatis. Eandemque difficultatem tangens in 2. d. 25. q. 1. ar. 1. arg. 3. eam solvit ijs verbis: *Deus operatur in omnibus, ita tamen quod in vtroquoque secundum eius conditionem. Unde in rebus naturalibus operatur sicut ministrans virtutem agendi, & sicut determinans talem naturam ad talem conditionem; in libero autem arbitrio hoc in se, ut dicitur, si sibi*

ita sicut primo agenti. Quia nimirum, licet arbitrium determinet seipsum ad speciem actus, & nō determinetur ab alio; tamen hanc ipsam determinationem, nequit efficere sine influentia, & concursu simultaneo superioris agentis; ut autem inquit Sanct. Doctor in 2. dist. 37. quest. 2. ar. 2. *Hoc est de ratione primi principij, ut possit agere sine auxilio prioris agentis, & sine influentia eius.* Ideo ergo licet arbitrium creatum habeat dominium sui actus, non tamen sicut primum agens, quia nequit se determinare sine auxilio, & influentia superioris agentis, licet se determinet, quin prædeterminetur. Idque ipsum perspicue docuit Sanctus Doctor 1. cōtra gent. cap. 68. dicens: *Dominium, quod habet voluntas supra suos actus, per quod in eius potestate est velle, vel nolle, excludit determinationem virtutis ad vnum, & violentiam causæ exterioris agentis, non tamen excludit influentiam superioris causæ, à qua est ei esse & operari.* Ergo iuxta S. Thomam dominium, quod habet voluntas supra suos actus excludit physicam prædeterminationem, nam per hanc virtus determinatur ad vnum, nempe ad speciem actus ad quem prædeterminatur.

106 Itaque dum Div. Thomas 3. cōtra gentes cap. 90. ad providentiam Dei requirit, quod Deus prædeterminet nostras actiones honestas, non loquitur de prædeterminatione physica, impressa voluntati, quæ ita ipsam ad consensum rapiat, ut impossibile sit ab ea separare consensum, sed loquitur de prædeterminatione intentionali æterna, consistente in Dei decreto: Id patet manifestissimè ex verbis, quibus exponit Nyssenum, & Damascenum; sic enim ait in fine illius capituli: *Quod Greg. Nyss. dicit in libro què de homine fecit, providentia est eorum, quæ non sunt in nobis, non autem eorum, quæ sunt in nobis. Et Damascen. cum seq. dicit, quod ea, quæ sunt in nobis, Deus præoscit, sed non prædeterminat, exponenda sunt, ut intelligantur ea, quæ sunt in nobis, disimile determinationi non esse subiecta, quasi ab ea necessitate accipientia.* Itaque Div. Thomas affirmat Deum non solum habere præscientiam nostrarum electionum honestarum, sed eas ab æterno præfinijisse: quod nos libenter fateamur: dicimus tamen non præfinijisse actiones nostras liberas, nisi beneficio scientiæ mediæ. Quia enim fieri non potest, ut homo in tempore libere, & honeste operetur, qui Deus medio auxilio suo efficaci faciat, esse operetur, & quia implicat, De quod in tempore face- ab æterno decreverit fa- recte operari quin Deus

nē quinta soluta manet. Et ex ibi dictis respondeo scientiam mediam ex parte hypotesis attingere solum providentiam necessariam ad existentiam auxilij indifferentis, & consequenter solum attingere illud decretum divinum, quod est necessarium ut existat auxilium indifferens, & illam scientiam, quam auxilium immediate ex propria sua ratione postulat ut à Deo conferatur; auxilium autem indifferens solum per se postulat immediate scientiam simplicis intelligentiæ, per quam Deus penetrat naturam auxilij indifferentis: ac proinde solum dicit, si ego dederò hoc auxilium indifferens cum quo per simplicem intelligentiam cognosco liberum arbitrium posse operari, & posse non operari; voluntas re ipsa operabitur: hac autem scientia media instructus, & ex directione illius confert in statu absolutò hoc auxilium præ alio prævisò inefficaci, quod tunc poterat largiri, & conferendo illud confert speciale beneficium; & exercet peculiarem providentiam erga hominem, cui confert vocationem congruam; quæ specialitas confurgit partim ex scientia media, partim ex decreto collativo auxilij, quod per ipsam constituitur in ratione efficaciter præfinitis operationem. Unde cum scientia media per tendentiam directam non respiciat se ipsam, non attingit ex parte hypotesis specialem providentiam: attingit autem quasi reflexè ex parte consequentis, seu ex parte conditionati, quia affirmat: *Si dederò Petro tale auxilium. Petrus operabitur, me præsciente eius futuram operationem, & me conferente ipsi speciale beneficium.*

110 Quod si supposita scientia media Deus intendat operationem honestam per præfinitionem formalem ab intrinseco efficacem terminatam immediate ad operationem ipsam; ut multi ex assertoribus scientiæ mediæ probabilissimè docent; tunc scientia media omnino præscindit ex parte hypotesis ab hac præfinitione; quia illa nec est essentialiter prærequisita ut existat auxilium indifferens secundum se; neque est prærequisita ut Deus conferat auxilium ex suppositione quod præviderit fore congruum: scientia enim media representans futuram operationem sub conditione auxilij A. v.g. non necessitat Deum, ut casu quo collaturus sit auxilium illud, prius intendat efficaciter operationem; quia immediate post scientiam mediam potest Deus conceipere decretum executivum auxilij congrui proportionatum na
in
ris,
pi

formalem ab intrinseco efficacem; vel ad præfinitionem per præfinitionem virtuales, quæ in ratione efficacis constituatur formaliter per ipsam scientiam mediam: ac proinde scientia media præscindit à præfinitione, & à conditione præfinitionis, non solum quatenus præscindit ab existentia conditionis, quia nec affirmat extitutam, neque affirmat non extitutam: sed quatenus ex parte conditionati præscindit ab illa; non enim dicit Deus per illam, si ego dederò auxilium A voluntas operabitur, & ego præfinitam efficaciter operationem illam; quia operatio illa non supponit essentialiter eiusmodi præfinitionem: infra enim probabitur, præfinitionem formalem operationis nostræ liberæ, si detur, non esse necessariam ad illius existentiam.

111 Sed pergit citatus Recentior Thomista, & tertio probat scientiam mediam non esse necessariam ad providentiam, & prædestinationem. Nam Deum præparare concursam prævidendo quem actu sic eliciturà voluntas, non est providere de actu, sed solū disponere principia actus, ergo in nostra sententia non salvetur providentia erga actus liberos creaturæ; contra id quod docet D. Thomas 1. q. 12. art. 3. ubi statuit Deum immediate habere providentiam omnium; & omnia se solo disponere; & quamvis admittat consortium in exteriori gubernatione, non tamen admittente consortium in providentia. Probat consequentiam, nam providentia Dei erga actus liberos creaturæ; non debet esse sola prævisio determinationis creaturæ, sed dispositio; & determinatio Dei, cuius executio, & adimpletio sit ipsa determinatio creaturæ:

112 Facile tamen respondeo, verissimum esse quod D. Thomas ibi docet, nempe Deum immediate omnibus providere; quia Deus immediate per se ipsum, & non tantum per intermedios ministros res omnes ad suos fines dirigit. Providentia autem Dei immediate erga actus liberos honestos consistit in eo, quod Deus ab æterno sermo intendit, ut voluntas creata libere eliciat tales, vel tales actus honestos; & in eum finem applicat suam omnipotentiam ad concurrentium cum voluntate ad eos actus; & suo decreto libero disponit media proportionata in eum finem: quando autem præcedit scientia media de efficaciâ, & congruitate mediòrum; per quam scilicet Deus præcognovit, quod voluntas eliciet talem actum si ei offerat concursus, & insuper tribuat talem vocationem inclinantem ad actum honestum eliciendum; tunc providentia Dei est exacta, & infallibilis non solum circa medium, sed etiam circa finem; quia Deum confert directione scientiæ mediæ

representantis eorum congruitatem ad exprimen-
dum a voluntate actum honestum, est Deum
conferre ipsum actum, illumque perficere; &
est disponere non solum ut voluntas creata
possit operari honeste, & meritorie, sed ut
reipia opereatur. Quando autem Deus providens
voluntatem non operaturam recte, & nihilo-
minus illi offert concursum ad recte operandum,
& confert auxilium inclinans ad recte operan-
dum, & confert auxilium inclinans ad recte
operandum; sicut de facto contingit quoties
homo peccat, tunc providentia est efficax circa
media, non est autem efficax circa finem; ut
autem dixi disp. 1. sect. 3. non est de ratione pro-
videntiae, ut sic efficax circa finem, sed satis
est quod sit efficax circa media.

113 Arguit quarto, implicat Deum
caeco, & ignoranti modo concurrere ad nos-
tros actus liberos; at hoc modo concurreret, si
concurreret decreto indifferenti; & coniungi-
bilis cum carentia operis: ergo concurrat de-
creto ex se efficaci; ac proinde scientia media
non est necessaria ad providentiam. Minorem
in qua sola est difficultas, sic probat: quia ille
caeco, & ignoranti modo concurrat ad aliquem
actum, qui preparat concursum nesciens qui-
nam effectus ponendus, sit ex determinatione
alterius. Sic qui preparat manum ad scriben-
dum, ex determinatione alterius, nesciens an
ab illo formanda sit littera A. vel B. caeco, &
ignoranti modo concurrat ad formandos cara-
cteres. At hoc pacto prepararet Deus concur-
sum, si illum prepararet decreto indifferenti;
quia neque per simplicem intelligentiam sciret
quoniam actus esset, ponendus a voluntate crea-
ta, tum scientia illa solum representet verita-
tes necessarias; neque per scientiam visionis,
cum haec sit pro posteriori ad decretum pra-
parativum concursus; neque per scientiam me-
diam, cum haec non antecedar voluntatem pra-
parativum concursus.

114 Haec obiectio pervertita est;
ad quam respondeo cum Eximio Doctore in
opuscul. lib. 1. cap. 15. num. 4. Deum non ig-
noranti, ac caeco modo influere cum volunta-
te nostra, sed clarissimis oculis providendo,
quid ipsa factura sit, & volendo ad illud effi-
ciendum potentiam suam, & voluntatem ap-
plicare. Unde etiam in aeternitate (inquit
ibi Magnus Suarez), non prius Deus applicat
suam potentiam ad concurrendum, quam pra-
videat quid ex illa applicatione in tempore
eventurum sit, quia totum hoc supponitur in-
notescere ipsi per scientiam conditionatam. Quare
ad argumentum respondeo, negando mino-
rem, & ad eius probationem, nego minorem,
quae non probatur ab argue falso sup-
ponit, & minime probat media

futuri eventus non praecedere decretum oblati-
vum concursus. Est enim primum principium
nostrae scholae scientiam mediam antevertere;
omne liberum decretum, neque Deum posse
tribuere auxilium homini ad recte operandum,
eique preparare concursum, quin priori ad
decretum conferendi auxilium, & priori ad
decretum oblativum concursus, praecedat scien-
tia conditionalis contingens, de eo quod reip-
sa factura sit voluntas, si Deus reip-
sa conferat auxilium, & offerat concursum. Quare falsis-
simum est, quod ille Recentior docet, nempe
decretum indifferentis concomitanter se habere
cum scientia media, & insigno, quasi dispa-
to; falsissimum, inquam, est, quia antequam Deus
prepararet concursum debet praevalere scientia
media representans quid reip-
sa futura sit, si ei prepararetur concursus; quia id po-
tulat summa Dei perfectio; ne aliquid inopi-
nato ei accidere possit, & ne ipsum poeniteat,
quod preparaverit indifferentem concursum.
Audiamus Eximium Doctorem eximie expli-
cantem lib. 1. de concursu Dei cap. 15. num.
2. providentiam Dei erga nostros actus liberos,
& necessitatem scientiae mediae ad illam. Ad-
vertendum ergo est (inquit) divinam provi-
dentiam (ut more nostro loquamur) partim
voluntatis, partim intellectus actibus constare:
anteceat enim divina cognitio, quae re-
praesentat Deo omnia, quae ab ipso fieri pos-
sunt: unde etiam repraesentat quidquid per
causas secundas, & voluntates creatas cum
hoc, vel illa auxilio, & concursu fieri potest.
Quae cognitio scientia simplicis intelligentiae
a Theologis dicitur. Sed, quod mirabilis est,
non solum cognoscit Deus hac infirmitate, &
anteriori scientia quid omnes voluntates pos-
sint facere, sed etiam quid faciens, si cum hoc
vel illo auxilio, vel occasione ad hoc vel illud
volendum procreentur. Et haec scientia voca-
ri solet conditionalium contingentium, & a
nonnullis appellatur scientia media inter sim-
plicem intelligentiam, & scientiam visionis.
De qua propter eius difficultatem, & quia
ab antiquis Scholasticis non videtur tam ap-
perte tradita, moderni Theologi nonnulli sub-
dubitant; alij etiam negare audent, quod re-
pugnantiam involvere videatur. ego vero exi-
ssimo iuxta doctrinam Antiquorum Patrum
clarissimis Scripturarum testimonijs muni-
ssimam esse, nec posse ita dubium revocari, quin
Deus hanc scientiam eminentissime habeat.
Censeo praeterea hanc scientiam esse summam
necessariam Deo, & perfectam Deo. dig-
num f. Deo. dig-
e. n. m. f. Deo. dig-
e. n. m. f. Deo. dig-

Initas eliciendo amorem præ odio acquirere scientiam mediam amoris, & omittendo amorem, impedire scientiam mediam amoris; illa scientia est consequens ad amorem, & consequenter ad concursum Dei cum voluntate ad actum amoris: ergo scientia illa non deservit ne Deus cæco modo concurrat. Confirmat: nã Deus per scientiam mediam cognoscit, quod si præpararet concursum per decretum indifferens, concurreret ad actum, ad quem voluntas se determinabit: ergo videt se cæco modo concurrentem; atque adeo sic concurreret purificata conditione. Verum hæc instantia facile diluitur. Nam ratio facta, quod scilicet supposito auxilio possimus acquirere indirecte, vel impedire scientiam mediam; solum probat scientiam mediam ex suppositione auxilij collati, & omnipotentia præparata pendere aliquo pacto à nostra voluntate, ac proinde non esse causam immediate influentem in consensum, nec esse rationem, cur voluntas nostra consentiat; sed esse rationem, cur Deus præcognoverit consensuram sub illa conditione. Non probat autem illa ratio, scientiam mediam non antecedere decretum collativum auxilij, & decretum oblativum concursus. Nam cum scientia illa ex se præscindat ab existentia auxilij, & ab existentia decreti oblativi concursus, non pedit absolute a consensu libero nostra voluntatis, sed pendebit posita conditione; unde antecedere potest positionem conditionis, & in illam influere: optime enim cohærent, scientiam mediam antecedere collationem auxilij per accidens, & tanquam causam non requisitam ad existentiam auxilij, & tamen non antecedere consensum ipsum: & ratio est, quia licet auxilium pendeat hic, & nunc à scientia media de congruitate ipsius, & influat in consensum, non influat tamen in consensum, quatenus pedit à scientia media; sed quatenus pedit à scientia simplicis intelligentiæ: nam in signo indifferentiæ, in quo voluntas nostra intelligitur proxime expedita vi auxilij indifferentis ad eliciendum consensum, præscinditur à scientia media, ac proinde pro illo signo solum intelligitur auxilium ut dependens à scientia simplicis intelligentiæ representante consensum ut possibilem. Unde hic non valet hoc argumentum: *Quod est causa cause est causa causari.* sed scientia media est causa auxilij, ergo scientia media est causa consensus causari ab auxilio. Illud namque proloquium verum est de causa per se non autem de causa per accidens, quæ con-

si am onip scientia

per se. Et quando auxilium intelligitur proxime potens causare consensum nostrum, pro eo signo non intelligitur pendens à scientia media, sed duntaxat à scientia simplicis intelligentiæ,

117 Ad confirmationem respondeo;

Deum per scientiam mediam non cognoscere, quod si præpararet concursum per decretum indifferens, concurreret ad actum ad quem voluntas se determinaverit, sed cognoscit, ad quem actum se determinabit voluntas: unde sic tenet Deus per scientiam mediam: si ego dederò voluntati auxilium A. & obrulero ei concursum, eliciet amorem me cooperante; idest determinabit meam omnipotentiam ut concurrat ad amorem potius quam odium. Illam autem veritatem, quod posito decreto indifferenti concurreret Deus ad illum actum, ad quem determinabit voluntas creata; non cognoscit per scientiam mediam, sed per scientiam simplicis intelligentiæ: quia ex suppositione quod Deus voluerit applicare suam omnipotentiam nostro arbitrio, iam est necessariam quod influat in illud extremum libertatis, quod arbitrium elegerit. Unde hæc est veritas necessaria: *Si Deus præpararet concursum per decretum indifferens, concurreret ad eum actum, quem voluntas determinabit.*

SECTIO DECIMA

Continuatur materia precedentis. Vbi dicuntur multa circa naturam decreti, quod Deus applicat omnipotentiam ad concurrendum ad actum peccati.

118 ARGVIT quinto citatus Recentior, & impugnat decreta indifferentia; nam si sufficeret decretum indifferens ad existentiam actus liberi, absque aliquo inconvenienti negaretur eius necessitas; quod consequens tamen nos non admittimus: ergo non sufficit eiusmodi decretum. Probat sequelam; quia inconveniens non debet censerì in nostris principijs, quod voluntas instructa omnibus principijs intrinsecis ad amandum, vel odio habendum, se & omnipotentiam determinet ad productionem amoris potius quam odij sine novo decreto applicante omnipotentiam ad concurrendum cum libero arbitrio, siquidẽ posito illo decreto, adhuc manet indifferens, & nullo pacto determinat ad amorem præ odio, sed ipsa se determinat, & determinat omnipotentiam ad productionem amoris potius quam odij: ergo non est cur non habeat hanc potentiam posita

ibus principijs intrinsecis illam con-

constituentibus potentem amare, & odio habere: saltem si super addatur decretum non impediendi ipsam ab eliciendo amore, nec ab eliciendo odio. Quare decretum positivum concurrenti suppositis principiis intrinsicis necessarijs ad amandum, & odio habendum, & constituentibus voluntatem potentem eligere inter amorem, & odium; non videtur necessarium, si semel non est necessarium ad determinandam voluntatem. Ergo ad hoc ut voluntas eligat amorem præ odio, necessarium est efficax Dei decretum supponens cognitionem indifferentem, & omnia principia intrinsicæ, & prædeterminans voluntatem ad eliciendum v. g. amorem præ odio.

119 Quod confirmat: nam in sententia plurimum est notis auctoribus, absque decreto indifferenti terminato ad materiale peccati, quod negant possibile, voluntas est omnino expedita ad se determinandum ad illud materiale, & ad determinandam omnipotentiam ad concurrendum cum illa ad illud materiale: ex qua suppositione Deus non potest impedire determinationem voluntatis ad illud, neque concursum omnipotentia: ergo inconveniens non est, quod absque decreto indifferenti ex suppositione aliâs Deo libera sit impotens ad impediendam determinationem voluntatis creatæ, & concursum suæ omnipotentia.

120 Verum hoc argumentum non est speciale contra nos: nam etiam adversarij admittent debent decretum indifferens onerans concursum ad utrumque, & constituens potentiam proximam ad eligendam inter actus oppositos. Nam decretum efficax prædeterminandi ad amorem liberum libertate contrarietatis supponit potentiam proximè expeditam ad odium: ergo supponit omnipotentiam applicatam ad concurrendum in odium. Ut enim inquit Albelda disp. 97. sect. 3. num. 45. *Sicut supposito auxilio sufficiente voluntas nostra habet in sua potestate concurrere ad actum secundum, ita etiam coniunctam. & applicatam habet causam primam, ut cum illa concurrat.* Ergo in sententia adversariorum quando voluntas proximè potens odio habere prædeterminatur ad amorem, habet et coniunctam, & applicatam omnipotentiam ad concurrendum eum illa ad odium. Et quidem dari decretum indifferens applicativum omnipotentia, & constituens proximam potentiam ad utrumque, satis perspicue docet Illustrissimus Godoy q. 23. de prædeterminat. disp. 67. s. 5. num. 90. ijs verbis: *Præter voluntatem, qua Deus omnipotentiam suam applicat voluntati creatæ, eamque in actu primo constituit ut voluntas actu operetur, est essentialiter necessaria ex parte Dei nona, & distincta.*

non dat posse solum, sicut illa. Quibus verbis supponit dari in Deo duplex decretum, aliud quo Deus applicat omnipotentiam ad utrumque contradictionis extremum, ut cuius voluntas constituitur proximè potens amare, vel odio habere; aliud quo illa proxima indifferentia determinatur v. g. ad amorem præ odio.

121 Negarique non potest, voluntatem nostram compleri in ratione proximè potens operari per decretum applicatæ omnipotentia: quia cum voluntas creata sit causa secunda essentialiter postulans ad operandum concursum primæ, nequit esse absolute potens operari, usque dum causa prima sit parata concurrere: paratur autem per decretum concurrenti: ergo nequit intelligi absolute potens operari, usque dum intelligatur in Deo decretum concurrenti. Viderint nunc adversarij quomodo explicent decretum istud parans concursum ad utrumque contradictionis extremum, ut cuius voluntas prioriter ad prædeterminationem amoris, v. g. est absolute, & proximè potens ad amorem, & odium, simulate potestatis, licet non potestate simulatis. Si dixerint ipsum decretum conferendi, voluntati cognitionem indifferentem, & omnia principia intrinsicæ prærequisita ad amorem, & odium, esse decretum, quo Deus præparat omnipotentiam ad amorem, & ad odium, & tribuit voluntati facultatem proximam eligendi inter utrumque: pariter ego dicam, non requiri novum decretum positivum; sed Deum sufficienter præparatæ omnipotentiam ut voluntas creata sit absolute, & proximè potens amare, & odio habere divisive, per hoc per te quod tribuat voluntati cognitionem necessariam ad amandum, & odio habendum, & omnia principia necessaria ad productionem illorum actuum; & per hoc quod insuper habeat decretum efficax, nec prædeterminandi ad amorem, neque prædeterminandi ad odium: nam hoc ipso relinquit voluntatem in manu consilij sui, ut possit eligere, vel amorem, vel odium. Quod si dixerint, voluntatem non intelligi proximè expeditam ad utrumque præcisè in vi decreti conferentis cognitionem indifferentem, & omnia principia intrinsicæ; sed insuper esse necessarium novum decretum, quo Deus offerat concursum ad actus illos, ad quos voluntas habet omnia principia, & prærequisita intrinsicæ: similiter ego discurtam.

122 Sed revera in sententia adversariorum nequit intelligi quo pacto Deus sit paratus quantum est ex se concurrere ad odium, dum

determinat

Ut
20.

Iuxta decreto statuit non dare vel non facere.
 Dum autem Deus prædeterminat ad amorem statuit absoluto, & efficaci decreto non concurrere ad odium: ergo tunc non est paratus ad concurrendum in odium. Consultatur quæ dixi r. 1. disp. 11. sect. 2. & sect. 3. Quare dicendum est: supposita proxima indifferentia ad amorem, & odium, Deum non posse prædeterminare ad amorem, v.g. quia hoc ipso quod Deus velit præparare voluntati concursum ad odium vult illum non prædeterminare ad amorem: & hoc ipso quod præparet concursum ad amorem, vult illum non prædeterminare ad odium, ac proinde proxima indifferentia ad utrumque constituitur per carentiam prædeterminationis ad alterutrum, ipsumque decretum offerens concursum ad utrumque, est decretum efficax ad neutrum prædeterminandi.

123 Hæc dicta sunt ad instandum argumentum, cui etiam adversarij respondere debent. Ad illud directè respondeo negando sequelam: ex eo enim quod voluntas nostra seipsam, & omnipotentiam possit determinare ad producendum amorem præ odio, ex suppositione, quod Deus illi obrulerit suum concursum ad amorem, & ad odium, non sequitur, quod possit independenter ab hoc decreto. Deus enim operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ, ut inquit Apostolus ad Eph. 1. 11. & ut constat ex Scripturis, & Patribus apud Ruiz disp. 11. de volunt. sect. 4. & disp. 14. sect. 1. *Ideo res sunt, quia Deus vult.* & ut inquit Augustinus lib. 83. quæst. 3. *Hoc est fieri aliquid Deo agente, ac Deo volente.* Cum ergo citius bonum fiat in nobis Deo agente, omnis actus bonus fit in nobis Deo volente. Ergo implicat voluntatem nostram elicere actum honestum, quin Deus applicet illi suam omnipotentiam per decretum; quo velit illum actum existere: quia Deum concurrere ad illum actum, & illum actum existere sunt omnino idem, siquidem actio creature est essentialiter actio omnipotentiae, quia per se ipsam dependet immediate ab omnipotentia: ergo idem est Deum velle concurrere ad actionem nostram honestam, ac velle ut existat illa actio honesta; non quidem volitione efficaci rapiendi voluntatem ad agendum, sed volitione sufficienti, ut voluntas nostra possit pro libito suo operari, seu volitione relinquente voluntatem nostram in manu consilij sui. Cum enim actio nostra essentialiter dependeat ab omnipotentia; & absurdum sit omnipotentiam ex se esse necessitatem ad cooperandum cum voluntate creature, non potest Deus independere à decreto.

Deus applicet omnipotentiam ad actum bonum; & ad actum malum eo fine ut libere existat actus bonus, & libere vitetur peccatum, seu actus malus, implicat, ut præparet omnipotentiam ad actum bonum eliciendum, quin ad præter per decretum amans serio, & quantum est ex se existentiam actus boni. Quare quantumvis decretum positivum Dei erga actum honestum non sit necessarium titulo determinandi voluntatem; quia potius hæc prædeterminatio pugnat cum libertate: est tamen necessarium titulo applicandi omnipotentiam, & illam quasi subijciendi arbitrio creato in ordine ad illas actiones, quæ relinquuntur in ipsius libera potestate, seu ut possit uti omnipotentia pro libito suo in ordine ad illas actiones determinatas amoris, vel odij.

124 Abhorret enim à communi perfectione divini dominij omnipotentiam divinam absque consilio libero divinæ voluntatis esse quasi subditam creaturæ, & quasi naturaliter servilem, sicut ingens imperfectio est, meam potentiam executivam posse me non consentiente determinari ab alio: Non est autem imperfectio, sed summa perfectio omnipotentie, quod pro nutu divinæ voluntatis possit applicari, & autem pari, & quasi subiecti arbitrio creato quoad agendum, vel non agendum talem, vel talem actionem; hoc enim est relinquere illud in manu consilij sui, ut ad quod voluerit porrigat manum. Ex quod supposita libera applicatione omnipotentiae, arbitrium creatum quasi invitum determinet Deum ad concurrendum in actum peccati, nihil absurdi continet, sed potius commendat summam Dei largitatem. Unde adversarij etiam fatentur Deum concurrere ad actum peccati, *veluti invitum, & constum*, ut loquitur Gonet disp. 14. de scientia art. 6. num. 200 quod ego latè explicui r. 1. p. 161. & pag. 175. & pag. 568. Quare licet supremo dominio repugnet subiectio innata, seu servitus ex natura; secus voluntaria ex dignatione libera; iuxta illud Isaia: 43. 24. *Servire me fecisti in peccatis tuis, præbui tibi mihi laborem in iniquitatibus tuis.*

125 Neque ex eo quod Deus concurrat ad actum peccati sine voluntate amante existentiam illius actus, sequitur posse etiam concurrere ad actum bonum sine voluntate amante eius existentiam. Sicut ex eo quod homo possit facere actum malum, quin Deus ipsum simpliciter, & absolute iuverit ad illum faciendum, non sequitur quod similiter possit facere actum bonum sine adiutorio Dei. Unde Augustinus serm. 13. de Verbis Apostoli: *Agite quidem, inquit, illo non adiuvente, libera voluntate male; cum dico tibi, sine adiutorio*

rio Dei nihil agi, nihil boni disco, nam ad male agendum habet sine adiutorio Dei liberam voluntatem.

126 Quare licet nihil possit fieri sine voluntate Dei, vel amante, vel permittente, potest tamen fieri sine voluntate Dei amante. vnde Augustinus in Enchiridio cap. 95. cum dixerit, *non fit aliquid, nisi omnipotens fieri velit, statim adiecit, vel sciendo ut fiat, vel ipse faciendo;* ut significaret respectu actus mali non habere Deum nisi voluntatem permissivam, qua sinit actum malum fieri a voluntate. Est enim positive applicet omnipotentiam arbitrio creato, ut possit eligere inter bonum, & malum; illa tamen volitio non est amor, & persecutio actus mali adhuc specificative sumpti, quem vere Deus prohibet, sed respectu illius se habet permissive; ac proinde permittit arbitrio creato ut utatur omnipotentia in ordine ad actum malum efficiendum. Ratio à priori est, quia decretum applicans omnipotentiam essentialiter supponit complacentiam Dei in actu bono, ut liberè ex parte peccatum, & applicat omnipotentiam unice intendendo existentiam actus boni, & illam preferendo existentiam actus mali, quam purè permittit; eatenusque Deus parat concursum ad actum malum, quia sine potestate elicendi actum malum non potest homo consequi gloriam illam, *quod potuit transgredi. & non est transgressus, facere mala. & non fecit.* ut enim pulchrè ait Bernardus lib. Grat. & liber. arbitrio prope medium: *Soli inter animalia datum est homini posse peccare, ob prerogativam liberi arbitrij. Datum est autem non ut proinde peccaret, sed ut gloriosior appareret, si non peccaret, cum peccare posset. & de illo diceretur: quis est hic? &c. Vnde quod actum peccati, non fuit culpa dantis, sed abutentis, qui ipsam vel delicti facultatem convertit in usum peccandi, quam acceperat ad gloriam non peccandi.*

127 Vnde licet Deus non possit concurrere, quin velit concurrere, voluntate permittente arbitrio creato concursum omnipotentiam in actionem peccati, ut potè virtualiter identificatū cum ipsa actione arbitrij, qua producit actum peccati potest tamen concurrere, quin velit concurrere voluntate amante concursum illum externum ad actum peccati. Quæ est sententia expressa Anselmi lib. de casu diaboli cap. 27. & 28. ubi affirmat, concursum Dei in actum peccati, *non esse à Deo sponte dante, sed ut vapulari permittente;* prout late explicui t. 1. disp. 11. sect. 10. est etiam sententia Tertulliani, qui in exhortatione ad castitatem inquit: *Quod à Deo permitti dicitur, quasi de invita voluntate.*

128 Idque non solum ego verè censeo, qui explicui t. 1. disp. 11. sect. 3. voluntatem applicativam omnipotentiam sine volitione positive terminata ad existentiam actus peccati, affirmans, hoc ipso quod Deus voluerit producere voluntatem, eique conferre cognitionem sufficientem ad honeste, vel pravè operandum, voluntate illi applicatæ, attemperaret, & quasi sui iudicere suam omnipotentiam in ordine ad utrumque extremum, per hoc precise quod haberet decretum liberum, quo amaret existentiam actus boni, & carentiam omnis impedimenti ad actum malum. Non solum, inquam, ego hoc verum existimo; sed & P. Andreas Junius, qui homo de providentia, & predestinatione sect. 7. cap. 7. lausissime commendat Deum applicare omnipotentiam ad actum malum per decretum disiunctivum, quo vult ut existat vel actus bonus, vel actus pravus; & nihilominus in idem pag. 110 n. 20. euerit, dum Deus vult concurrere ad actum bonum, vel ad actum malum, non affici simpliciter, proprie positive, strictè ad actum peccati, sed solum secundum quid, laxè, permissive, improprie, negative; ac proinde dicit ipsam volitionem disiunctivam non perinde ferri in bonum, & malum; nam in bonum tendit, inquit, etiam formaliter sumptum, in malum vero materialiter: item determinate amando bonum, & detestando malum hoc modo: vult actum A. quem amo quia bonum, vel B. quem odij, quia malum. Et pag. 176. n. 23. affirmat volitionem disiunctivam concurrenti ad amorem honestum, vel odium turpe non amare neque disiunctive odium turpe, sed potius illud odio habere. Quod explicat pag. 197. num. 14. & 15. nam qui absolute, & simpliciter rem odit, vultque ipsam non esse, & nullatenus determinate vult illam esse, sed neque vult illam esse potius qui rem oppositam, vel disparatam: non censetur illam velle absolute, & simpliciter, proprie, & strictè, sed ad summum laxè; secundum quid, permissive, indeterminate, &c. Deus autem absolute, & simpliciter odium obit, prohibet, punit, & vult illud non esse, licet volitione distincta ab ea, qua omnipotentiam applicat, & per hanc minus vult odium, quam amorem, & nullatenus vult ipsum determinare: ergo non vult odium, absolute, & simpliciter, sed solum cum termino diminutive significationis rigorem: ita ut absolute, & simpliciter malit odium non esse, quam esse.

129 Quod confirmat, quia ille actus non est absolute, & simpliciter volitio rei A. & inclinatio ad eam, cuius tota volitio est

odij, quia illa volitio v. g. est determinate amoris amor, & odium odij, ideoque in solum amorem fertur appetitive, vt motivū, ac propter ipsum, ex complacentia in ipso vt sine; & in odium tendit averfative, & per displicentiam, atque adeo per totam suam entitatem est odium peccati, etiam materialiter sumpti, & amor honesti tum materialiter, tum formaliter accepti: ergo magis perit amorem, & magis amore faciat. Ergo non est absolute, & simpliciter volitio actus peccati.

130 Quod si huic authori obijcias; *Nemo* potest velle id, quod est malum; sed dari actum bonum, vel malum, est malum: ergo Deus non potest velle hoc disiunctum. Respondet pag. 212. num. 9. neminem posse licite velle simpliciter & determinate id, quod est malum; posse tamen aliquem licite velle secundum quid, & vage malum, vel bonū. Afferitque disiunctum ex actu bono, vel malo, esse obiective bonum, adeoque amabile: nam sicut in disiunctivis veritas est ex veritate vnius partis, quantumvis minimę; & falsitas ex falsitate omnium; ita in disiunctivis bonitas est ex bonitate vnius partis etiam levi, licet reliquę omnes sint graviter malę; & malitia non nisi ex malitia omnium nulla dempra. Quia licet disiunctum includat vage malum ac bonum, potius tamen denominatur bonum quam malū, quia disiunctum est. Contrarium accidit in copulativis, in quibus bonum est ex integritate constitutorum debitorum, & requisitorum ad bonum; malū vero in ijs contingit ex defectu quolibet. Ita docet pag. 213. num. 17. Multaque alia factis subtilia, sed non minus implexa, & obscura adijcit. Quare hic autor ea sect. 7. cap. 1. num. 21. p. 175. & 198. num. 16. affirmat posse dari affectum, qui non sit odium, sed amor rei, cuius est nolitio: item posse dari affectum, qui non sit amor, sed odium rei, cuius est volitio. Ac proinde asserit, posse volitionem, vel nolitionem disiunctivam duarum rerum esse determinate amorē vnius, vel vtriusque, & determinate odium alterius: sicut affirmatio, vel negatio disiunctiva duarum rerum est determinate, & absolute apprehensio vtriusque.

131 Clare autem, & dilucide potest dici, Deum habere volitionem disiunctivam qua positive vult concurrere, vel ad amorem honestum, vel ad odium turpe: ceterum per illam volitionem non amare odium turpe adhuc vage, quia illa volitio vaga oritur ex complacentia in amore honesto tanquam in fine, & supponit essentialiter displicentiam in odio, ceterum vult vage concurrere ad illud, ceterum

clinatio in odium, sed vnicē in amorem; ac proinde per illā vnicē amatur amor honestus, odium vero turpe solum permittitur. Vnde stat volitionem esse positivam, & esse permissivā, dum modo sit disiunctiva, & disiunctio versatur inter bonum, quod ratione sui placet, & malum, quod displicet. Idque potest explicari, quia potest dari nolitio, quæ non sit odium rei, quæ illum terminat; verbi gratia, nolitio, quæ Deus non vult vt deat Incarnatio Spiritus Sancti. Ergo poterit dari volitio, quæ non sit amor rei, quæ illum terminat, nimirum, si sit vaga, inclinans magis in extremum oppositum, quia placet, & duntaxat tendens in extremum malum, quia id est necessarium vt existat extremum bonum.

132 Hoc dixi occasione sententię Parisiensi; verum hac doctrina nõ egeo; quia probabilius cenfeo omnipotentiam non applicari ad concurrendum in actum malum per volitionem vage volentem existentiam actus boni vel mali; vt explicui t. 1. disp. 11. sect. 3. sed per volitionem positive amantem actum honestum, vt libere elicendum cum cognitione sufficiente ad odium turpe, & amantem carentiam omnis impedimenti antecedentis ad illud odium.

133 Sed quæres an decretum applicans indifferentem omnipotentiam ad concurrendum in amorem honestū, & odium turpe sit distinctum virtualiter à decreto conferendi cognitionem indifferentem ad amorem, & odium, & à decreto auferendi omne impedimentum antecedens ad vtrumque actum? seu an Deus sufficienter applicet omnipotentiam ad amorem honestum libere elicendum, per hoc quod conferat voluntati cognitionem inclinātem ad amorem, & cognitionem retrahentem, & simul decernat non prædeterminare voluntatem ad amorem? Respondeo, probabiliter hoc dici posse, præsertim si asseramus, voluntatem nostram instructam hac numero cognitione, in ijs circumstantijs loci, & temporis, & aliorum, non posse elicere multos actus solo numero distinctos, sed esse determinatam ad tales numero actus amoris, vel odij in maiori, vel minore intensiōe. Quod si dicamus, respectu eiusdem voluntatis existentis sub eisdem numero circumstantijs esse possibilia infinita individua amoris, & infinita individua odij; vt dicamus Deum præparare concursum in ijs circumstantijs ad determinatum individuum amoris, & ad determinatum individuum odij; & negemus decretum preparativum concursus distinctum à decreto conferendi principia intrinseca actus, dicere possumus producere cognitionem indifferentem per actionem habentem

essentialiter respectum ad talia individua
quia

quia dum confert cognitionem designat individua, ad quæ ponenda confert libertatem; ac proinde illam cognitionem indifferentem producit per actionem habentem eventualem respectum ad illa individua. Habet hic discurrendi modus hoc commodum, quod iuxta illum, nequit homo transire de simpliciter impotente amare, & odio habere ad simpliciter potentem sine mutatione intrinseca; pollet autem sic transire, si Deus applicaret suam omnipotentiam per decretum omnino extrinsecum subiecto, & nullam in illo inducens mutationem: nam si Petrus habenti cognitionem indifferentem in instanti A. Deus non offerat concursum; illo instanti erit Petrus simpliciter impotens amare, & odio habere: si autem offerat pro instanti B. erit simpliciter potens. Et iuxta hunc discurrendi modum dici debet, dum Deus confert omnia principia intrinseca necessaria ad amandum, & odio habendum, esse necessitatum ad designanda individua amoris, & odij, quæ relinquenda sunt in potestate voluntatis, & hanc designationem fieri debere per ipsam actionem productivam auxiliij, ita ut Deum conferre potestatem ad hæc individua amoris potius quam ad alia, idem sit ac producere cognitionem indifferentem per actionem dicentem respectum ad illa individua potius quam ad alia. Quæ doctrina est conformis ad ea, quæ dixi t. 1. disp. 27. sect. 7. n. 95. & 96. ubi aliam solutionem probabilem adhibui, asserens Deum complerij in ratione offerentis concursum ad amorem, & odium liberum per motionem impretilam voluntati, quæ sit indifferentis, & coniungibilis cum alterutro contradictionis extremo, & sit distincta pro distinctione actuum, ad quos Deus preparat concursum; vi cuius moveat Deus voluntatē quoad exercitium, sicut media cognitione movet quoad specificationem: quam motionem satis probabiliter probat Cardinalis Esforcia 12. disp. 6. art. 12. ex D. Thoma 12. q. 9. art. 4.

134. Claudio hæc sectionem egregia doctrina. P. Mol. in cōcordia d. 32. p. mihi 201. versu Septimū. Vbi explicās, cur Deo tribuantur nostra bona opera moralia mere naturalia; non vero nostra mala opera, & peccata, inquit: *Idem res ratio non solum est, quod Deus mala opera, & peccata severe prohibuit; bona vero moralia præcepit, & quod suis consilijs, & doctrina ad hæc tanquam sibi grata hortatur atque inuitat; illaque dissuadet, & execratur; sæpeque particularia auxilia ad bona opera mere naturalia præstat, nunquam vero ad mala, & peccata, quæ vellet, ut non committerentur, si & nos nostra libertate ita vellemus; sed etiam ac præcipue quoniam De-* Augustini 2. lib. de liber. arbit. sup. 11.

lib. 3. cap. 1. & 6. ac alibi egregie tradit, facultatem arbitrij eo sine nobis contulit, cellatamque generali suo concursu adiuvat, ut bene consentaneæque ad rectam rationem, ac legem suam operemur, sicque ad naturalem facultatem, & insuper ad supernaturalem ipsius Numinis Divini ope pertingamus; non vero ut ijs ad perniciem abutamur: tamen si facultatem eis abutēdi, eo ipso quod liberos effinxit, nobis reliquit, ut ea ratione in nostrū maius cōmodum actuum nostrorum essemus domini, ac bene acceptam libertatem impendentes, pro recte factis præmium, laudemque assequeremur: quia ergo nostra moralia bona opera, quæcumque ea sint, finis sunt, ad quæ concursum suum generalem nobis impendit, inde est, quod non minus quam quæcumque naturalia bona, ad quæ in causis secundis nulla est libertas, in Deum tanquam in naturæ authorem, primamque rerum omnium causam referantur. At vero quoniam opera nostra moraliter mala extra finem sunt, ad quæ naturæ author facultatem arbitrii nobis tribuit, suumque concursum generalem nobis impendit, à nobisque ipsis provenit, quod hisce donis ad alium finem nobis à Deo collatis, ita abutamur, inde efficitur, ut nostra mala opera moraliter, non in Deum tanquam in naturæ authorem, sed in nos metipsos, tanquam in eorum causam referenda sint. Hæc tenus Molina, qui iterum ibidem pag. mihi 207. versa Decimum hoc ipsum magis exponit.

SECTIO XI.

Solvuntur argumenta facta à Gonet contra decretum indifferentis, quod scientia media assumit pro conditione.

134. **S**cientia media non affirmat suum obiectū nisi sub conditione quod voluntas creata constituatur cum proxima indifferentia ad utrumque: hæc autem indifferentia completur per decretum præparans omnipotentiam, & offerens concursum ad utrumque, ut constat ex sectione præcedenti num. 121. unde ex parte conditionis attingit decretum, quo Deus concurrat ad nostros actus liberos, ac proinde argumenta, quæ probaverint, Deum non posse concurrere ad actum liberum medio decreto indifferenti, sed debere concurrere medio decreto ad intrinsecum efficaci, evertunt scientiam medianam, & probant illam non esse necessariam ad providentiam

infallibilem Dei erga nos.

§. I.

Soluuntur argumenta contententia, decretum indifferens subtrahere à Deo rationem causæ primæ respectu determinationis liberæ nostræ voluntatis. Vbi demonstratur auctoritate, & ratione, omnipotentiam præparari per eiusmodi decretum ad concurrendum in actum liberum.

335 **A**SSUMPTVM multipliciter probat Gonet t. 1. disp. 5. de volunt. art. 3. §. 1. *Imprimis enim cum determinatum, & indifferens inter se opponantur, sicut frigidum, & calidum, album, & nigrum: quæ admodum repugnat calidum produci à frigido, album à nigro, & vnum contrarium ab alio, ita & determinatum ab indifferenti. Vnde dicit Commentator 2. phis. tex. 4. §. à principio indifferenti, vt indifferens est, non exit actus determinatus, nisi ab aliquo determinetur ad vnum. Idem docet Div. Thom. 3. contrag. cap. 2.*

136 Sed quam debile sit hoc fundamentum, satis ostendimus t. 1. disput. 35. sect. 11. p. 557. & pag. 558. n. 95. & ibidem sect. 8. pag. 528. Dicimus ergo cum P. Suarez in opuscul. lib. 1. de concursu Dei c. 8. à n. 4. & lib. 3. de grat. c. 42. & in opere de vera intelligentia, auxiliij efficacis c. 30. à p. 155. indifferens indifferentiæ electivæ, & dominativæ, & determinatum determinatione orta ab illa indifferentiæ minime opponi, vt patet in Deo, qui est indifferens ad producendum, vel non producendum mundum indifferentiæ electivæ, & dominativæ, & vi huius indifferentiæ se determinat. Imò esse indifferens indifferentiæ propria libertatis, nempe indifferentiæ activæ, & electivæ, antecedenter, & consequenter esse determinatum, est de conceptu liberi vt sic. Et vt ostendit Eximius Doctor lib. 5. de grat. à c. 43. vsque ad 50. ex communi consensu Patrum, & Theologorum ad libertatem requiritur, quod voluntas determinet se, & non determinetur ab alio, vt probavi t. 1. disp. 36. sect. 8. Paretiq. responsio hæc ex D. Thom. q. 3. de malo art. 3. ad quintum, vbi proponit hoc fundamentum his verbis: *Omne quod se habet ad vtrumlibet, indiget aliquo determinante ad hoc, quod exeat in actum; sed liberum arbitrium hominis ad vtrumlibet se habet: ergo &c. cui argumento respondet: Quod cum voluntas sit ad vtrumlibet, per aliquod determinatur ad vnum, scilicet per seipsum rationis.*

ex

rius ob hoc ipsum illum excludat: *Quia indeterminatio (inquit) libera, non est sola indeterminatio potentie passivæ, sed est indeterminatio potentie activæ, habentis sufficientiam, & integræ vim producendi varios actus ad quos dicitur libera, & aliunde habet talem modum operandi, vt suum actum intrinsece per seipsam voluntarie eliciat, aut non eliciat. Quam doctrinam latissime comprobatur per nulla capita auctoritate Scripturæ, Patrum, & Theologorum; præsertim Div. Thomæ.*

137 Ad illud vero principium pro quo citatur textus commentatoris, respondet optime Scotus in 2. distinct. 25. q. unica ad ultimum, illud esse verum in principijs seu potentijs, quæ licet aliquomodo universalis sint, sunt tamen imperfecta quantum ad hoc quod non habet dominium suæ actionis, & ideo indigent aliquo determinante ad alteram partem. Alioquin vt docet Aristoteles 9. metaph. cap. 5. tex. 10. si ex se & sine alio determinante procederent in actum, simul efficeret contraria, quia utrumque possunt, & non esset maior ratio de vno, quam de alio. Et hoc (inquit P. Suarez lib. 3. de grat. cap. 50. num. 1.) aperte patet in exemplo potentie moriæ, & idem est de intellectu, & arte, & similibus. Secundus vero est de voluntate, quæ est perfecta potentia cum dominio sui actus, & ideo licet sit potentia contrariorum, vel contradictoriorum, potest obiecto præsentie ad vnam partem se determinare. Vide alia multa, quæ ibi adducit P. Suarez.

138 Probat secundo assumptum Gonet. Nulla causa supponit vel expectat suum effectum, sed potius illum causat, & prævenit prioritate causæ causalitatis, & naturæ. Atqui decretum indifferens supponit, vel expectat determinationem liberi arbitrij creati, vt determinate in nosros actus influat, vt docet auctores scientie mediæ: ergo illam determinationem non causat. Resp. o. deo, minorē esse falsam, & falsò tribui notis Doctoribus. Etsi enim liberum arbitrium determinet decretum vt influat in hunc actum præ opposito, hoc non præstat per determinationem vel actionem aliquam, quæ antecedat influxum, & actionem decreti, sed per determinationem, quæ oritur immediatissime ab omnipotentia, vt applicata per decretum, & consequenter, quæ oritur ab ipso decreto, sicut voluntas determinat habitum ad hoc vt causet actum (habitibus enim volumus, cum volumus) & tamē non determinat illum per aliquam actionem præviam actioni habitus, sed per actionem indivisibiliter procedentē ab habitu, & ab ipsa voluntate: non enim potest existere, imò concipi aliqua actio, oriens à voluntate, & æque creata, quæ non oritur, & concipitur oriri immediate ab omnipotentia: ita tamē omnipotentia

ita concurrat ad hunc actum præ opposito ex electione voluntatis creatæ, supposita libera applicatione omnipotentia, per quam Deus libere voluit committere electioni voluntatis, quod omnipotentia sua concurrat ad amorem potius quàm ad odium: ideo voluntas creatæ determinat omnipotentiam ad concurrendum.

139 Et quamvis supposita applicatione libera omnipotentia, ideo Deus cooperetur ad amorem potius quam ad odium, quia voluntas nostra vult, hoc non est absurdum, quia non significat actionem nostram præcedere concursum Dei, sed tantum denotat prioritatem electivam in nostra voluntate respectu concursus divini; ut enim docet Aristoteles 3. Metaph. capit. 11. *Id dicitur prius, cuius electioni cætera conformantur*: Deus autem in cooperando ad actionem liberam conformatur electioni voluntatis nostræ; quia hæc constituta in actu primo proximo per liberam applicationem omnipotentia, sicut eligit ponere amorem potius quam odium, ita eligit ut omnipotentia concurrat ad amorem potius quam ad odium, quia concursus vultus identificatur realiter cum concursu alterius, & actio creaturæ est impræscindibiliter actio omnipotentia. Hoc pacto cum dicimus: *Habitus concurrat, quia voluntas vult*, non significamus actionem istius præcedere actionem illius, cum utriusque sit una, & eadem, sed solum significamus, non habitum, sed voluntatem eligere illam actionem.

140 Habet enim omnipotentia ex benignitate, & indulgentia Dei respectu nostræ actionis liberæ, id quod habet habitus ex sua imperfectione: habitus enim ex sua natura est determinatus, ut in concurrando sequatur nutum voluntatis, cui inhaeret: omnipotentia vero ex libera determinatione Dei est determinata ut in cooperando ad actiones illas, quas Deus reliquit in arbitrio nostro, sequatur nutum arbitrij; unde habitus concurrat, ut subordinatus simpliciter arbitrio, cui inhaeret: omnipotentia vero licet simpliciter, & absolute non concurrat ut subordinata arbitrio creato ad actiones eius; tamen concurrat quasi subordinata ex indulgentia Dei; quia supposita applicatione omnipotentia, sequitur in concurrando electionem arbitrij creatæ quia actio arbitrij creatæ est illi immediate libera, & consequenter concursus omnipotentia identificatus cum illa actione: at nec actio illa, neque concursus omnipotentia est immediate liber Deo, sed tantum mediate.

141 Absolute vero, & simpliciter omnipotentia subordinat sibi arbitrium creatum in ordine ad actionem liberam honestam; quia licet ad servandam libertatis Deus annu-

suam omnipotentiam decreto indifferenti, ita ut determinatio huius actionis præ opposita, supposita proxima indifferentia ad utrumque, tota maneat penes arbitrium; tamen mediante vocatione congrua facit ut voluntas se determinet ad actionem honestam potius quam ad turpem; & principaliter discernit bene operantem à non operante; quia ordine intentionis ipse præfinit actionem honestam; & ordine executionis tribuit vires se solo voluntati, ut elicere possit illam actionem, & mediante vocatione congrua facit ut exerceat illas vires in elicendo actum honestum, & simultaneous cooperatur cum illa ad eius elicentiam.

147 Probat tertio idem assumptum, & impugnat decretum indifferentis Gonet: si decretum illud determinationem nostram causaret, non esset amplius indifferentis, sed determinans, imò & prædeterminans; quia illam prioritate saltem nature antecederet; cum omnis causa sit prior saltem natura suo effectu. Sed hoc repugnat: ergo implicat contradictionem, liberi arbitrij determinationem à decreto indifferenti causari. Sed quis non videat huius argumenti debilitatem, utpote quod pariter probaret nec habitum, nec vultum principium indifferentis posse influere in determinationem voluntatis nostræ, quia hoc ipso quod determinationem nostram causaret, non esset amplius indifferentis, sed determinans, imò & prædeterminans: imò probaret nullam voluntatem, neque creatam, neque increatam posse causare suam determinationem immediate liberam; quia hoc ipso, quod illam causaret, non esset amplius indifferentis, sed determinans, imò & prædeterminans. Peccat ergo manifeste argumentum, quia ex eo quod aliquid principium influat in determinationem nostræ voluntatis, & illam antecedit prioritate nature, infert, illud principium esse prædeterminans. In forma igitur, nec antecedens, quia stat principium aliquid esse antecedens indifferentis; ut concurrat, vel non concurrat ad actionem liberam; & consequenter determinationi ad concurrendum, vel à se, si sit principium electivum, vel ab alio, si sit subordinatum, vel quasi subordinatum, & attemperatum in concurrando principio eligenti: ut contingit in presenti, ubi decretum indifferentis attemperatur ex indulgentia Dei arbitrio creato in concurrando. Unde illud decretum, neque est determinans ad nostram determinationem, quia non est principium electivum illius, per eamque

143 Quarto impugnatur decretum indifferentis. Nulla causa à suo effectu, tanquam à conditione dependet, sed decretum illud indifferentis, quod Doctores Societatis fingunt in Deo, & quod Suarez, Lessius, & Molina, & alij volunt esse conditionatū, dependet à determinatione liberi arbitrij, tanquam à conditione, quam expectat, & per quam purificatur, & transit in absolutum, ut illi docent; ergo illā non causat.

144 Confirmat primo, voluntas conditionata nihil causat, nisi purificata conditione. Sed hæc volitio, *velo concurrere ad hunc actum, si voluntas Petri consenserit, vel se determinauerit*, est conditionata, & dependens à consensu, & determinatione Petri, ut à conditione: ergo nihil potest causare, nisi purificata tali conditione; hoc est supposito consensu, & determinatione voluntatis Petri; ergo divina voluntas istum consensum, & determinationem non causat, sed supponit causatam à voluntate Petri.

145 Confirmat secundo, si determinatio libera nostræ voluntatis posset intelligi cum fundamento in re antecedens aequaliter concursū primæ causæ, non dependeret ab illo. Sed iuxta principia Societatis intelligi potest cum fundamento in re in aliquo signo rationis aliqua antecessio determinationis nostræ liberæ ad actualem Dei concursum: ergo in sententia Societatis libera nostra determinatio, ex proprio conceptu, non habet essentialem dependentiam à concursu, & cooperatione causæ primæ. Maior constat, quia dependens ut tale nequit intelligi antecedenter ad id, à quo dependet. Minorem probat, quia iuxta nostræ principia consensus, seu determinatio voluntatis creatæ determinat divinum concursum quantum ad speciem actus, sed determinans ut tale, debet precedere id quod determinatur, saltem prioritate nature, quia ad illud comparatur ut forma: ergo si determinatio voluntatis creatæ, decretum, & concursum Dei ad speciem actus determinat, illum aequaliter præcedit, & per cōsequens illius causalitatem aliqua ratione subterfugit.

146 Respondeo Societatis Doctores non fingere, sed auctoritate Scripturæ, Conciliorum, Patrum, Antiquorum Theologorum, & validissimis rationibus evincere decretum illud indifferentis. Imprimis enim illud clarissime colligitur ex verbis illis Ecclesiastici 15. 14. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui*. Ut enim sententiam inquit Sapientissimus Bellarminus

voluntas creata nihil posset operari, nisi ad operandum traheretur efficaci Dei decreto ipsam prædeterminante, & ita fortiter impellenti, ut huic impulsui, & motioni nullatenus refragari, aut resistere valeret, eiusve impetum cohibere, non ipsa in manu consilij sui relinqueretur, sed consilium Dei sequi fatali necessitate compelleretur. Colligitur rursus ex ijs que statim addit Spiritus Sanctus: *Adiicite mandata servate, & præcepta sua: si volueris mandata servare, conservabit te. Apposuit tibi aquam, & ignem: ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum, quod placuerit, ei dabitur illi*. Ex iterum ibidem: *Possuit ante illum bonum, & malum, ad quod voluerit extendat manum suam*. Colligitur item ex illo Iosue 24. 15. *Optio vobis datur: eligite hodie quod placet, &c.* Idque pluribus alijs Scripturæ testimonijs comprobatur. P. Molina in concordia d. 23. memb. 2.

147 Secundo, id ipsum perspicue deducitur ex Concilio Tridentino, & senonensi definitibus, ad libertatem requiri, quod liberum arbitrium motū, & excitatum à Deo possit omni gratiæ prævenienti dissentire, & resistere, ut ostendi t. 1. disp. 17. quod enet falsum, si Deus concurreret cum libero arbitrio non ex vi decreti indifferentis, sed ex vi decreti ex se, & ab inrinfeco efficaci, & prædeterminantis: gratiæ enim prævenienti, quæ sit prædeterminans, nequit in vilo vero sensu arbitrium dissentire, & resistere, ut ibi ostenditur. Tertio, id ipsum docent aperte Patres Ecclesiæ, quorum verba adducit Bellarminus lib. 4. de gratia & lib. arb. c. 14. & Ruiz d. 56. 57. & 58. de scientia. Nobis nunc sufficiat auctoritas Clemētis Papæ Epist. 13. dicens: *Nihil est, quod audientes fidem ad credendum determinet, nisi arbitrium eorum*. Et S. Anselmi in concordia assentis: *Sola voluntas determinat ibi, quid seneat, neque aliquis facit vis necessitatis, ubi operatur sola electio voluntatis*.

148 Quarto, quia id clarissime testantur omnes antiqui Scholastici, qui scripserunt ante Magistrū Bāñez. Vnde Eximius Doctor Suarez in opusc. lib. 1. de concursu Dei c. 14. n. 10. affirmat, se hactenus nullum reperisse Scholasticorum, qui ante exortam controversiā de auxilijs inter Patres Dominicanos, & Patres Societatis, divinum cōcursum cū libero arbitrio aliter declararit, quā declaratur ab ipso suo, & à Societatis Schola, idque plane ostendit expendendo verba D. Thom. D. Bonav. Alexandri Alejs. Caietani, Capreoli, Egidij Romani, Henricij Marsilij, Gregorij, Gabrielis, Adami, Andree de Catronovo, Almaini, Angestij, Ochami, Dionisij Cisterciensis, Armachani, Adriani, Conradi, Martij Soto, Andree

de Vega & Corduvæ. Nobis sufficiat referre verba sapientissimi Dominici de Soto lib. 1. de natura, & grat. cap. 16. ubi ait. *Quidquid Deus vult voluntate absoluta, & quæ dicitur beneplaciti, fit, iuxta illud, voluntati eius quis resistere? Quando autem cum libero homine concurrat, non vult illud fieri, nisi salva humana natura, & libera voluntate, quæ idcirco resistere Deo potest.* Sentit ergo, Deum concurrere, cum voluntate nostra ad actionem liberam per decretum, cui voluntas nostra resistere valeat. Ergo non per decretum ab initio efficax, & prædeterminans; nam huic resistere nequit arbitrium creatum; ut ratiocertum statuunt M. Bañez 22. quest. 10. art. 1. colum. 575. & Magister Alvarez, disp. 32. de auxilijs num. 27. contra quos, & contra perperam veritatem absurdissime concedit Gonet disp. 4. de scientia Dei num. 179. & in Apologia Thomistarum num. 26. arbitrium creatum posse dissentire, & resistere efficaci Dei voluntati; quem late impugnavi t. 1. disp. 17. sect. 5.

149. Denique validissima ratione id ipsum demonstrant Societatis Doctores; quia si voluntas nequit agere quin Deus cum illa concurrat ex vi decreti prædeterminantis, sequitur voluntatem prædeterminatam ad amorem non habere potestatem; & sufficientiam ad odium; ac proinde non liberè, sed necessario eligere amorem; sequela probatur, quia voluntas subiacens decreto prædeterminanti ad amorem non habet neque per libitò suo habere potestatem decretum prædeterminans ad odium; qui autem non habet neque per libitò suo potestatem habere aliquid essentialiter prærequisitum ad aliquem effectum, non habet veram sufficientiam, & liberam potestatem ad illum effectum; quod principium appellat per se novum Pater Suarez locis citatis in hac disput. sect. 1. numer. 13. ergo voluntas subiacens decreto prædeterminanti ad amorem non manet libera ad odium. Rursus sequitur voluntatem prædeterminatam ad odium turpe, non habere auxilium vere sufficiens ad amorem honestum; ac proinde sequitur necessitati à Deo ad peccandum. Videat nunc prudens lector, quo iure dixerit Gonet, Doctores Societatis fingere decretum indifferens, quo Deus concurrat cum causis liberis. Ipsique Thomista negare nequeunt, Deum vere præparare omnipotentiam ad concurrentem per decretum indifferens, licet ultra illud superaddant decretum prædeterminans; nam dum voluntas actu amat, habet potentiam proximam antecedentem ad odium, ergo habet paratum concursum Dei ad odium; at non paratum vi decreti efficacis concurrentem cum odio; ergo vi de-

creti indifferens. Resolvienda à nobis supra n. 120. ex quibus constabit, quam immerito dixerit Gonet Doctores Societatis fingere decretum indifferens applicativum omnipotentia.

150. Ipse vero fingit hostem, quem feriat; dum affirmat nostros Doctores asserere, Deum parate concurrentem causis literis per decretum conditionatum; non enim dicunt illud decretum esse verè, & propriè, & formaliter conditionatum; sed quasi conditionatum, id est conditionatum improprie, & tantum æquivalenter; quia nimirum in ordine executionis ita Deus per illud decretum applicat omnipotentiam ad concurrentem cum voluntate, ut eam non determinet, sed potius ab ea determinari debeat ad influendum in hunc actum præ opposito; & quia perinde se habet in ordine ad relinquendam determinationem voluntati, ac si esset conditionatum, & propriè expectaret determinationem voluntatis, ut transferretur in absolutum, & induceret concursum externum Dei ad actionem creaturæ.

151. Quod autem res ita se habeat, patet ex ipso Eximio Doctore lib. 1. de concursu Dei c. 14. n. 5. ubi mentem suam his verbis exponit: *Observandum est*, duobus modis posse intelligi divinam voluntatem velle influere in actum liberam humanam voluntatis; prior est, simpliciter, & absolute volendo, ut talis actus à tali voluntate, tali tempore, & modo fiat; voluntate scilicet, quæ secundum rationem antecedit præscientiam absolutam talis effectus ut futuri, & sit ipsa efficax, & potenter efficiat, aut per se ipsam, aut (more nostro loquendi) applicando suam omnipotentiam ut efficaciter influat, & secum ferat, ac determinet humanam voluntatem, & hunc modum hactenus impugnavimus. Alius ergo modus, quo hoc intelligi potest, hic est, Deum non absolute, sed quasi sub conditione, velle, ut hic actus fiat à voluntate creata, si ipsa se se ad illum determinaverit; & sub eadem conditione velle influere, & concurrere in eundem actum, expectando tamen (ut sic dicam) influxum creatæ voluntatis, non quia non posset ipse aliter illum actum efficere, sed quia vult se se nostræ voluntati accommodare, ut eius non lædat libertatè. Ex vi autem huius divinæ voluntatis ita manet applicata divina omnipotentia ad influendum in actum humanæ voluntatis, ut hac influentem, absque nova Dei voluntate, aut applicatam in suæ potentia, Deus etiam influat, quasi necessitate quadam, & ex eius voluntate, & id, & quomodo.

liberos, inquit, est autem tale decretum quasi conditionatum, quia ut saluetur libertas quoad exercitium, non determinatur per tale decretum simpliciter Deus ad agendum sed quasi conditionate, utique si arbitrium creatum coagere voluerit. Et statim numero sequenti explicat non ob stare quod illud decretum sit quasi conditionatum, ut Deus vi illius sine novo decreto possit concurrere: *Quia quantum est ex parte Dei, inquit, est absolutum, quia reuera Deus, quantum est ex se paratus est ad concurrendum tam ad hanc, quam ad illius actum: ergo hoc satis est, ut efficiat illam, ad quem coagendum liberum arbitrium inclinatur.* Eodem modo loquitur 1. 2. de grat. lib. 5. cap. 23. n. 3. & in opere de vera intelligentia auxiliij efficacis cap. 45. p. 352. ad quartam objectionem, ubi ex D. Th. 1. p. q. 83. artic. 2. ad quintum sic concludit: *Igitur necesse est omnimotionem vel concursum, quatenus præiit, seu antecedenter oblatum, dari cum illa indifferentia, & quasi dependentia ab actuali influxu voluntatis,* quam doctrinam dicit esse communem Theologorum, ut ipse probaverat in opusculis lib. 1. capit. 14. & in hoc opere à capit. 40. ad 43. & postea latius ostendit lib. 3. de grat. à cap. 42. vsque ad 51. & lib. 5. à cap. 47. vsque ad 51.

152 P. Molina concursum generalem Dei indifferentem vocat; ut patet ex concordia d. 26. v. neuter vero influxus p. mihi 170 Deus namque, inquit, generali concursu influit ut causa vniuersalis in influxu quodam indifferenti ad varias actiones, & effectus, determinatur vero ad species actionum & effectuum à particulari influxu causarum secundarum, qui pro diuersitate virtutis cuiuscumque ad agendam diuersus est: aut si causa libera sit, in ipsius potestate est, ita influere, ut producat potius hæc actio, quam illa, puta velle, quam nolle, aut ambulare, quam sedere, & hic effectus potius, quam ille, nempe hoc artefactum potius quam aliud, vel etiam suspendere omnino influxum, ne vila sit actio. Porro concursus Dei generalis determinatur à particulari concursu causarum secundarum, non secus ac influxus solis, qui etiam vniuersalis est, determinatur ab influxu hominis ut producat homo & ab influxu equi, ut oriatur equus: solum & homo generant hominem, ut 2. Phis. habetur, & similiter sol, & equus generant equum.

153 Dum autem Molina asserit Deum influere ut causam vniuersalem, influxum quodam indifferentem, non loquitur de influxu ipso ut in re, sed de influxu Dei in creaturam.

go argumentum, influxus Dei in effectum causæ secundæ, non distinguitur realiter ab influxu ipsius causæ secundæ, loquitur ergo de influxu Dei ut oblato, & quasi in actu primo, quia nimirum offertur à Deo cum indifferentia, ut pro nunc voluntatis determinetur omni potentia ad concurrendum potius in amorem, quam in odium. Ut enim ipse ait, ea disp. 26. pag. mihi 173. *Cum Deus perspiceret causas secundas nihil omnino posse efficere, nisi vna cum illis in operationes, & effectus earum, ipse influeret, æterna sua voluntate statuit, ita accommodare, quasi atque præparare suum influxum, ac eo modo auxilium ac iuuenentiam illis conferre, ut non ipse solus ad earum præsentiam actiones, & effectus produceret, sed suum locum, atque influxum sic illis relinquere, ut operationes ac effectus eient proprii earum, quod in creaturarum dignitatem redundabat. Ipse vero influxu quodam rebus omnibus communi, qui pro diuersitate concursu causarum secundarum ad varias operationes, & effectus distrahi, ac limitari posset (qua ratione concursus generalis Dei dicitur) suppleret earum imbecillitatem, tum quoad productionem, tum quoad conservationem suorum effectuum: atque ea ratione æterna sua voluntate statuit, ita omnibus causis præsto esse per eiusmodi generalem concursum, ut quoties causæ secundæ, vel naturæ necessitate, vel spore sua ac libertate cooperarentur, perinde eiusmodi influxus ex determinatione suæ voluntatis perpetuo, ordinariæque statuta lege sequeretur, ac si ipse causa eliet ex necessitate naturæ influentis paucis duntaxat eventibus exceptis, in quibus, suntorum omnium præsciis, eadem æternæ suæ voluntatis determinatione statuit illum suspendere, causisque secundis ob altiore quædam finem miraculose denegare.*

154 Itaque dum hic author disp. 26. pag. 172. ait *Concursum generalem Dei in causas secundas immediatè emanare in singulas earum operationes, indifferentem ex se ut pro diuersitate causæ secundæ cooperantis varia actio, variusque effectus resultet:* non loquitur de indifferentia intrinseca ipsius concursus externi; hic enim cum identificetur eum concursu creaturæ, nequit esse indifferens ad aliam actionem distinctam: sed loquitur de indifferentia extrinseca, quam habet concursus ille in oblatione, & præparatione. Atque adeo docet, quod licet Dei concursus generalis in amorem v. g. præ odio, sit identificatus cum concursu voluntatis; tamen non habet ille influxus esse potius in amorem quam in odium, quia oritur à Deo tanquã à causa vniuersali, sed quia oritur à voluntate, ut à causa particulari.

Quod ipse explicuit d. 31. versu ad primū argu-
mentū ijs verbis: *Neq. a parte rei influxus illi*
(scpe causa primæ, & causa secundæ) *distin-*
gantur, nisi comparando vna. & eandem na-
mero actionem ad diuersas causas diuerso mo-
do in totam actionem ipsam influentes, qua-
rum ea, quæ causa vniuersalis est, licet con-
ferat actioni totam esse partialitate causæ,
actio tamen à modo influendi illius, non habet
quod sit talis vel talis speciei actio. Ab alte-
ra vero vt à causa particulari, similiter par-
tialitate causæ habet actio totum suum esse.
Verum ex modo influendi illius, sicut habet
quod sit propria. & peculiaris actio eiusdem
causæ, na habet quod sit talis actio distincta
specie à cæteris.

155 Quare P. Molina licet doceat
Deum preparare tuum concursum causis libe-
ris per decretum indifferens, nunquam tamen
docuit illud decretum esse propriè conditio-
natum Sed solum improprie, & æquivalenter,
quatenus vt illius non necessitatur Deus abso-
lute ad concurrendum ad hanc actum in specie
potius quam ad oppositum, sed duntaxat ad il-
lum, quem elegerit arbitrium creatum. Idque
significare voluit dum disp. 26. versu, *Vt me-*
lius, pag. mihi 172. dixit, Deum suo æterno
decreto velle vt concursus suus accommodatus
sit causis secundis iuuandis, ac proinde sit ta-
lis. vt si illæ simul influant, emanet: si vero
influere cessent, aut ad influendum nunquam
accedant, neque ille emanet. His enim verbis
solum significare voluit illum concursum ex-
ternum omnipotentiæ in actionem liberam vo-
luntatis esse liberam voluntati, quia ad volun-
tatem spectat determinare vt omnipotentiæ in-
fluat potius in amorem, quam in odium, Idque
ipsum significavit d. 32. versu *nonum pag. mi-*
hi 207. dum dixit: Deum opera nostra bona
moralia, quæ à cooperatione libera nostri ar-
bitrij, & non à solo concursu Dei generali
dependent, velle voluntate conditionata, si &
nos pro nostra libertate ea velimus: eo pacto,
quo vult omnes homines saluos fieri, si & ip-
si velint.

156 Et in eodem sensu loquitur P.
Lescius in opusculo de auxilijs; ibi enim cap. 4.
n. 8. explicans quo pacto Deus concurrat in
actum peccati, quin sit author peccati, inquit:
Quod concursus attinet, e. si non possit in
verum natura existere nisi determinatus: fa-
cile est intelligere. & explicare, quomodo se-
cus dum se & ex parte Dei sit indetermina-
tus. Ratio est, quia concursus Dei quatenus
consideratur præcisè, vt à Deo procedens, est
generalis & indeterminatus ad hanc vel illa
speciem actus, neque dat illum eo fine, vt ta-
lis species actus (v. g. odium Dei) eliciatur.

Vnde ex eo quod velit talem concursum dare,
non sequitur illum velle illam speciem actus,
quem voluntas cum illo concursu elicit: nam
quod talis species actus producat, nõ proue-
nit ex ratione concursus Dei, quasi ille per se
ad illam speciem tendat, sed ex concursu vo-
luntatis humanæ, quæ generalem Dei con-
cursum suo concursu modificat, & contrahit
ad hanc speciem actus.

157 Itaque Lescius cum alijs Doctõri-
bus Societatis, non deoet Deum exhibere con-
cursum in actum liberum per decretum vere, &
formaliter conditionatum, amans scilicet con-
cursum omnipotentiæ sub conditione quod vo-
luntas propiori se determinet ad eum actum
eliciendum: hoc enim decretum est implicato-
rium; primo, quia quoties Deus libere vult ali-
quid existere, si existat certa quedam conditio,
hæc debet esse separabilis ab existentia ipsius
conditionatis, nam veritas necessaria, non po-
test esse obiectum decreti liberi: sic Deus non
potest libere velle, vt si existat actio, existat
terminus, vt si existat fundamentum, & terminus;
existat relatio; vt si existat homo, existat ani-
mal rationale, quia hoc est necessarium; & quod
est necessarium nequit Deus decreto libero præ-
finire, sicut Deus nequit decreto suo libero præ-
finire, vt duo, & tria sint quinque: secundo il-
lud decretum formaliter conditionatum est impli-
catorium; quia supponit voluntatem se deter-
minare quin Deus cum illa concurrat ad eam
determinationem, quod est falsissimum, & con-
stanter negatur à Lescio eo c. 4. n. 16. v. *hinc ta-*
men, & ab omnibus Societatis Doctõribus. Di-
citur ergo illud decretum, quo Deus suum con-
cursum ad quamlibet actionem liberam exhibet
libero arbitrio in actu primo, quasi conditiona-
tum, quia per illud decretum ita ponit suum
concursum in potestate voluntatis, vt nihil de-
sideretur vt voluntas actu operetur, nisi quod
ipsa velit vt cõkursu sibi oblato: & postea illo
decreto, iam per Deum stare nequit, quod volun-
tas non operetur, sed vnice per ipsam. Vt enim
inquit Lesc. ibi n. 15. *Vt illius decreti oblatiui*
concursum potentia executiua Dei manet de-
terminata veluti causa naturalis ad quemuis
illorū cõkursu causandū, quæ quæuis opera-
rio requirit, si causa creata se ad illū determi-
nauerit. sicut habitus voluntatis naturaliter
est determinatus ad exhibendū illū cõkursu,
quæ operatio ad quā voluntas se applicauerit, po-
stulabit Vnde potentia diuina se habet instar
causæ naturalis concurrētis cū causa libera: si-
cet enim causa naturalis, quæ concurrat cū li-
bera, est determinata ad causandū cõkursu cõ-
gruentē. Vnde si voluntas se sic elere vo-
luerit, cõkursus cõgruentis cõkursu cõ-
gruentē.

Voluntatis creatae, solum est discrimen. quod hac determinatio proueniat ex vi decreti diuini, illa ex determinatione naturae.

158 Qua propter licet decretum applicans omnipotentiam ad concurrendam, tum voluntate ad actum liberum non sit efficax ex se ad inducendum illum concursum externum identificatum cum actione voluntatis, est tamen efficax ad applicandam omnipotentiam; & ad constituendum in potestate voluntatis concursum ad actum amoris, & ad actum odij, ut scilicet iam integrum non sit Deo suppolitae praeparatione concursus impedire usum libertatis per suspensionem concursus; sed tota electio, & determinatio vnus exercitij pra alio manet penes arbitrium; cui vnice iam potest imputari quod non ponatur actus honestus ad quem habet paratum concursum. Vnde decretum applicatum omnipotentiae est absolutum, prout decretum absolutum opponitur decreto pure conditionato; quia per illud decretum quantum est ex se Deus vult, ut existat actus honestus, non tamen est absolutum, prout decretum absolutum significat voluntatem ab intrinseco efficacem, & infruabilem; quia enim per illud decretum vult Deus, ut voluntas se determine; & per illud constituitur potestas libera voluntatis ad se determinandum, illud decretum quatenus respicit operationem debet esse frustrabile, & consequenter indifferens, & coniungibile cum carentia actus honesti, quem amat, & propter quem offert etiam concursum ad actum malum, & quia si vult operationem liberam voluntatis, ut ad illam non deriuinet, sed totam determinationem relinquat voluntati, dicitur determinare Deum ad concurrendum dumtaxat sub conditione, quod voluntas velit operari, & explicatur a nobis, ac si esset conditionatum: *Nec bene sequitur* (ut bene inquit P. Lessius eo cap. 4. num. 16. in fine) *creaturae determinationem esse priorem naturae, quam sit concursus Dei: quia non omnis conditio requisita, ut aliquid fiat est illo prior natura. Sic materia ut suam causalitatem ad effectum conferat, expectat, ut agens formam imprimat, & tamen non prius natura agens formam imprimat, quam materia illam suscipiat. aut se ipsam in effectum expendat. Simili modo etiam si Deus ut suum concursum conferat, expectat concursum liberi arbitrij; tamen concursus liberi arbitrij non est prior natura, quam concursus Dei: idem cernitur in concursu habentem voluntatem. Et dicamus quod*

esse causam, quod actus hic, & nunc in hac vel illa specie fiat.

159 Nec vlla solida difficultas potest adduci contra modum praeparandi omnipotentiam per decretum indifferens. Quis enim non videat, Deum posse sic apud se statuere? *Quantum est ex me paratus sum concurrere cum voluntate ad actum amoris honestum, vel ad actum odij turpem: vel sic? Volo constituere in potestate voluntatis concursum meae omnipotentiae ad amorem, & ad odium, ut voluntas possit inter illa extrema eligere quod maluerit: vel sic? Volo ut voluntas eliciat amorem A. honestum cum proxima potestate ad odium A. turpe, & quia haec potestate ad odium turpe nequit habere, quin ego paratus sum ad concurrendum cum ipsa ad actum odij. ideo ut possit cum laude, & merito elicere amorem honestum, qui mihi placet, paratus sum concurrere cum ipsa ad odium turpe, quod mihi displicet.* Quanam repugnancia in hoc modo applicandi omnipotentiam? certe nulla: posita autem hac applicatione indifferens, sicut in potestate voluntatis relinquatur eligere inter amorem, & odium, ita in eius potestate relinquatur eligere inter concursum externum Dei ad amorem, & concursum ad odium, ac proinde sicut voluntas determinat seipsam ad amore pra odio, vel econtra, ita determinat omnipotentiam ad concurrendum in amorem pra odio, vel econtra: ergo decretum indifferenter applicans omnipotentiam nullam repugnantiam involuit.

160 His positis facile iam respondendum debemus ad fundamentum Gonetii. Respondeo igitur distinguendo maiorem; nulla causa ab effectu, tanquam a conditione dependet; ut ipsa sit, concedo maiorem; ut ipsa opereatur, suo distingo, ut a conditione antecedenti proprii naturae, & proprii tali, concedo maiorem; ut a conditione concomitanti, & improprii tali, nego maiorem, & distingo minorem; decretum indifferens dependet a determinatione liberi arbitrij, tanquam a conditione antecedenti, & proprii tali, quam expectat; nego minorem: tanquam a conditione concomitanti, & improprii tali, quam expectat, concedo minorem, & nego consequentiam. Falsoque supponit argumentum, Patrem Suarez, Molinam, & Lessium velle, illud decretum esse conditionatum proprii. Ut enim inquit Patre Suarez prologom. 2. de grat. cap. 8. num. 17. *Illud decretum quantum est ex parte Dei est absolutum, quia reuera Deus quantum est ex se paratus est ad concurrendum tam ad hunc, quam ad illum actum.*

161 Itaque illud decretum dicitur virtualiter, equivalenter, & improprii conditionatum, quia

quia non habet vim necessitadi Deū ad concurrēdū in hunc actū præ illo, nisi sub conditione, quod volūtas se determinet ad hunc actum præ illo, & quia in concurrēdo attemperatur electioni voluntatis, ad illamque concurrat, quam ipsa elegit; neque determinat ad unum actum efficiendū præ opposito. Propter hanc rationem appellatur quasi conditionatum à Paure Suarez, & ab aliquibus appellatur conditionatum; non quia sit propriè conditionatum, sed quia illius decreti influxus subijcitur voluntari, & Deus manet vt illius decreti necessitatus ad cōcurrēdum cum voluntate ad amorem, si ipsa velit. Quæ propositio conditionalis non significat conditionatū esse distinctum à conditione, sed solum significat conditionatum esse liberum voluntati nō minus quam ipsam conditionem.

162 Et hic modus loquendi familiaris est etiam ipsis Concilijs; nam Tridentinum Sess. 6. Can. 4. definit: *Liberum hominis arbitrium a Deo motum & excitatum posse dissentire si velit*; & per illam conditionalem non significatur aliqua volūtio distincta à dissentio; sed duntaxat significatur posita motione & excitatione gratiæ præuenientis, integrum esse volūti, vel illi obtemperare, vel illi dissentire, seu resistere. Et similiter Concilium Arausicum secundum Canon. 25. definit: *Omnes baptizatos Christo auxiliante, & cooperante posse ac debere adimplere, quæ ad salutem sunt necessaria, si fideliter laborare voluerint*. Et tamen ibi condicio non distinguitur à conditionato; tantūmque significatur, liberum esse baptizatis cum gratia Christi observare præcepta, & per eorum observationem vitam æternam promereri. Sic etiam dicimus voluntatem posse, si velit, vni habitu charitatis, & aliarum virtutum; posse, si velit, amare, posse si velit omittere amorem; quibus locutionibus non significamus debere ante vsum habitus præcedere volitionem vtendi; cum ipsa volūtio sit vsum habitus; nec ante amorem debere præcedere volitionem reflexam amoris; sed solum significamus actionem habitus, & actionem amandi esse liberam voluntati. Quia ergo posito decreto indifferenti, liberum est voluntati creatæ quod Deus concurrat ad hunc actum præ illo, dicimus Deum velle concurrere si voluntas velit; seu Deum vi suæ volitionis esse necessitatum ad concurrēdum; si voluntas velit.

163 Ad primam confirmationem ex numer. 144. concessa maiore intellecta de voluntate proprie, & formaliter conditionata; nego suppositum minoris; supponit enim Deum præparare suam omnipotentiam ad actum amoris, v. g. per decretum proprie, &

formaliter conditionatum; quō Deus sic statuat; volo concurrere ad actum amoris, si voluntas Petri se determinaverit ad illum eliciendum; quod tamen est falsum, quia vbi actus amoris est honestus, concurrat Deus per voluntatem absolute amantem existentiam amoris quantum est ex se; vbi autem est turpis, concurrat per voluntatem absolute permittentem existentiam amoris libero arbitrio, & consequenter permittentem concursum omnipotentia ad illum actum.

164 Ad secundam confirmationem concessa maiori, nego minorem: nam in sententia Societatis in nullo signo potest intelligi determinatio voluntatis ad producendum amorem, v. g. quin intelligatur concursus Dei: quia nimirum illa determinatio cum sit aliquid productum, & causatum, immediate dependet à causa prima, vt simul influente, & cooperante cum causa secunda; ac proinde indiscindibilis est per conceptus nostros ab influxu causæ primæ. Atque adeo illa determinatio tota oritur à voluntate, & tota ab omnipotentia; à voluntate vt eligente, & amante per ipsam, & per eam exercente suam libertatem; ab omnipotentia vt pure efficiente ex determinatione alterius: sic determinatio nostræ voluntatis ad eliciendum actum supernaturalē nequit præscindi ab influxu principij supernaturalis.

S. III

Soluuntur argumenta contententia decretum indifferens tollere, vel saltem limitare perfectum Dei dominium in voluntatem, & cor hominis.

165 **E**X hoc capite sic argumentatur: Gonet disput. 5. de volunt. art. 3. §. 2. si Deus circa nostros actus liberos habeat decreta purè indifferentia, & expectantia consensum, & determinationem nostræ voluntatis, sequitur Deum non habere circa nostros actus liberos, tam perfectum, & absolutum dominium, quam voluntas creata, quod per se est absurdum, & contra illud Augustini cap. 14. de correptione, & gratia; Deus magis habet in sua potestate, *voluntates hominum, quam ipsi suas*. Consequens est absurdum, ergo & antecedens; ex quo sequitur. Probar sequelam maioris primo: *Nam voluntas creata ratione perfecti domini, quod habet in suos actus liberos, potest illa, & in sua libertate seipsam liberè determinare, & talem determinationem supponere, ergo*

Lesione libertatis, ut à voluntate creata incipiat, & exeat talis determinatio, sed eam debeat à libero arbitrio expectare, & veluti emendicare. euidens est quod non habebit tam perfectum, & absolutum dominium in nostris actus liberos, quam ipsa voluntas creata, & quod magis habebit homo in manu sua voluntatem suam, quam Deus, quæ est contradictoria propositionis S. Augustini lib. de correptione & gratia, cap. 14. dicentis quod Deus magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas. Secundo probat sequelam eiusdem maroris à puritate causarum non liberarum, quarum determinationem non expectat Deus, sed illam causat decreto suo efficaci antecedenti.

166 Resp. tamè facile, quod Deus cõcurrat cū voluntate nostra ad actus liberos decreto indifferenti, non tollere quod habeat perfectissimum dominium supra nostram voluntatem; quia nimirum in thesauris suæ omnipotentiae, habet innumera media congrua ad faciendum, ut illa libere convertatur: quæ media nequeunt esse ab intrinseco efficacia & prædeterminantia; siquidem iuxta definitionem Tridentinæ sess. 6. can. 4. ideo gratia efficax Dei nostram nõ tollit libertatem, quia liberum hominis arbitrium à Deo notum & excitatum, potest dissentire si velit. Idest, quia gratia illa præveniens, qua Deus facit ut faciamus bonum, talis est naturæ ut possimus illi dissentire. Illum enim canonem edidit contra Calvinum, qui ut suum errorem iueretur, quod scilicet voluntas nostra non opetetur libere libertate indifferentiæ opera pietatis, allumebat tanquam principium, Deum illam præmovere ad agendum motione ita valida, ut ea posita non maneat in potestate voluntatis vel illi obtemperare, vel refragari, sed necesse sit illi consentire. Ut enim constat ex Bellarmino lib. 6. de gratia & lib. arbitrio, cap. 9. & ex Ruaro Taper art. 7. pag. 240. & ex Alberto Pighio apud M. Alvarez disp. 92. de auxilijs, Calvinus lib. 2. institut. cap. 2. §. 10. sententiam Catholicorum de motione gratiæ efficacis impugnans inquit: *Voluntatem movet gratia, non qualiter multis sæculis traditum est & creditum, ut nostra postea sit electionis motioni, obtemperare aut refragari, sed illam efficaciter efficiendo, idest trahendo & rapiendo per motionem præviante, cui ipsa resistere & dissentire non valeat.* Concilium vero ut conclusionem Catholicam iueretur, assumpsit principium oppositum, nimirum, Deum nos excitare & movere per motionem præviante, seu per illam gratiæ prævenientis, cui voluntas non potest resistere. Concilium præ-

teriam esse, ut ea posita, nostra postea sit electiones, vel obtemperare, vel refragari entitati talis gratiæ; ut Catholica Ecclesia tradebat & credebat, etiam ex confessione ipsius Calvinii. Ex quo legitime infertur, cum gratiam non esse prædeterminantem, nam posita gratia prædeterminante non manet in nostra potestate vel obtemperare illi gratiæ, vel resistere, seu refragari, sed necesse est obtemperare; cum impossibile sit prædeterminationem existere & obedientiam non sequi. Hunc Concilij textum late ponderavi tom. 1. disp. 17.

167 Idemque constat ex Concilio Senonensi in decreto 15. ubi definit, ideo gratiam efficacem non tollere libertatem, quia tale non est Dei trahentis auxilium, cui resistere non possit, seu quia auxilium illud, quo Deus nos trahit ad rectam operationem, seu quo facit ut rectam operationem eliciamus, tale est, ut ei resistere possimus. Atqui auxilio prædeterminanti resistere non possumus, quia auxilium prædeterminans est irresistibile, & chymæri cum est resistere gratiæ irresistibili. Et sicut in nullo vero sensu possumus resistere efficaci Dei voluntati, ita in nullo vero sensu possumus auxilio prædeterminanti essentia liter supponenti efficacem Dei voluntatem erga actum, ad quem datur, ut demonstravi disp. ea. 17. sect. 7. Quare implicationem involuit doctrina, quam supponit Gonet disp. 5. de voluntate, num. 72. in fine, & quam statuit disp. 4. de scientia Dei num. 279. & in Apologia Thomistarum num. 26. nempe voluntatem nostram motam auxilio prædeterminanti, etsi de facto nunquam resistat Deo, moveri per illud auxilium, posse tamen resistere potentia antecedenti. Implicationem, inquam, involuit, quia nequit dari potentia antecedens ad chymæram; chymæra autem est actu resistere auxilio prædeterminanti, ergo chymæra est habere potestatem ad actu resistendum.

168 Constatque ex doctrina D. Thomæ dominium perfectissimum Dei supra arbitrium creaturum non postulare, ut possit illud prædeterminare ad actus liberos, sed potius postulare, ut ipsum moveat pravie per media indifferentia, quibus ipsa possit resistere: ut enim ipse ait quodlib. 1. ar. 7. ad 2. cum Deus moveat omnia secundum conditionem, & naturam mobilium, & voluntas se habeat ad opposita, sic movet voluntatem ad bonum, quod tamen potest huic motioni resistere. Et ut ipse ait 1. 2. q. 10. ar. 4. *Quia voluntas est actuum principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa; sic Deus ipsam movet, quod non ex necessitate ad unum determinat, sed manet motus eius contingens.* Et ideo iuxta D. Thomam Deus non movet voluntatem

ratem ad actum virtutis per auxilium prædeterminans, nam hoc ad vnum determinat, nempe determinate ad exercitium ad quod datur. Et v. vidimus supra sect. 9. num. 105. ex 1. cōtra gen. cap. 68. dominium quod habet voluntas supra suos actus, excludit determinationem virtutis ad vnum. Ergo excludit prædeterminationem, nam per hanc determinatur ad vnum. Et v. vidimus supra sect. 2. num. 18. & sect. XI num. 147. ex D. Thoma, & communi consensu Patrum, & antiquorum Theologorum, ad libertatem requiritur, quod voluntas non determinetur ab alio. Quid fuse ostendit P. Suarez lib. 3. de grat. à cap. 43. vsque ad 50. & in opere de vera intelligentia auxiliij efficacis à cap. 40. vsque ad 43. inclusive. His positis in forma ad argumentum ex num. 165. nego sequelam maioris. Et ad eius probationem cōtatio antecedenti, nego consequentiam: quoniam vis enim dominium quod voluntas habet supra suos actus petat, quod voluntas supposita proxima indifferentia ad vtrumque, se possit determinare ad amorem præ odio, vel è contra: tamen dominium perfectissimum, quod habet Deus supra illos actus, non postulat, vt supposita illa indifferentia proxima Deus determinet voluntatem ad amorem præ odio, vel è contra; sed potius supposita illa proxima indifferentia, Deus nequit determinare ad vñ præ alio, quia hoc ipso quod voluit relinquere hominem in manu consilij sui, voluit ipsum non determinare ad vnum præ alio; quia implicat vt relinquatur in manu consilij sui ille, qui nihil potest operari, nisi prædeterminetur ab alio, cui ipse resistere non potest. Vnde dominium Dei supra voluntatem vt liberam non exercetur, sed potius aboleatur, & ligatur per physicam prædeterminationem, vt probat P. Rinz disp. 52. de scientia sect. 9. Sic quamvis dominium; quod habet voluntas supra suos actus postulet, vt per illos vivat formaliter: tamen dominium perfectissimum quod supra illos habet Deus, non postulat vt vivat per illos, quia hoc esset maxima imperfectio.

169. Dominium ergo perfectissimum Dei supra voluntatem creatam solum potest, vt absolute possit facere vt voluntas quodcumque obiectum honestum amplectatur; possitque illum movere infallibiliter ad bonum, & cum illa cooperari ad quodcumque exercitium liberum. Id autem cumulatissime præstare potest Deus varijs & miris modis congruè vocando. *Cor enim Regi, in manu Domini, quo cumque voluerit, vertet illud* Prover. 12. nullum enim est tam rebelle cor, quod Deus non possit subito emollire, & per vocationem congruè efficaciter trahere ad amandum bonum honestum, quod antea detestabatur. Vnde magis

habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas; quia facilius potest liberum arbitrium trahere quo voluerit, quam arbitrium possit seipsum determinare. Nam saepe arbitrium experitur luctam & resistentiam vi tentationis impellentis ad malum, & licet possit absolute resistere tentationi, non potest illam à se pellere; Deus autem potest mille modis tentationem fugare, se dando passiones, & ita vnde proponendo obiectum honestum, vt iam facile, & promptum sit virtutem sequi; ac proinde magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas. Nam saepe homines maximam experiantur difficultatem in sectando virtutis viam; nec possunt difficultatem illam propulsare; Deus autem potest facile illam tollere, & ita inclinare cor hominis, vt promptè & cum delectatione viam virtutis capere. Eius ergo potestas ad vnum voluntate creata ad actus honestos eliciendos, & obiecta honesta amanda, maior est, quam potestas, quam habet voluntas; nam voluntas creata non habet hanc potestatem nisi ex suppositione auxiliij sibi gratiose collati, & ex suppositione quod Deus voluerit applicare omnipotentiam suam ad cooperandum cum illa: At Deus ex se habet potestatem immutandi arbitrium infinitis modis, illudque suaviter flexendi quo voluerit; quam potestatem non exercet per prædeterminationem, sed per media ex se non cōnexa cum conversione; quæ media varia sunt; vt enim inquit S. Thomas ad illud Ioan. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit eum; hominē multipliciter trahit Deus, revelatione interna veritatis, persuasionem, operationem miraculorum, blanditijs admirabili delectatione, & amore veritatis.*

170. Quare quod voluntas supposita proxima indifferentia sibi collata à Deo se possit determinare, & Deus non possit illam determinare; non est, voluntatem magis habere in sua potestate suum exercitium, quam illud habeat Deus in sua; sed habere aliter: quia nimirum voluntas habet in sua potestate illud exercitium, quatenus per illud exercetur immediate libere; Deus vero habet in sua potestate mediate dumtaxat, quatenus mediate vocatione congrua potest facere vt existat illud exercitium: magis autem habet in sua potestate exercitium aliquod, qui potest producere se solo causam adæquatam illius exercitij, & cum illa simultaneè cooperari, & insuper facere vt causa immediata illud ponat; quam qui dumtaxat supposita potestate sibi collata, potest cum adiutorio alterius ad illud se determinare; Deus autem potest illud se determinare

diatē ad eius efficiētiā, & mediā vocationē congrua infallibiliter facit vt voluntas illud ponat. Ergo magis habet in sua potestate actum liberum honestum voluntaris, quam ipsa.

171 Vnde non evidens, sed aperte falsum est, quod aiebat Gonet supra num. 165. nempe Deum non habere tam perfectam dominium supra nostros actus liberos, ac nos habemus, si ad illos non prædeterminat. Constat enim habere supra illos perfectius dominium, quamvis solum mediā vocationē congrua faciat vt voluntas illos eliciat. Neque falsum est, sed verissimum, quod postquam Deus vocavit hominem ad virtutis exercitium, expectet voluntatem eius vt cum cooperatione gratiæ ad consensum se determinet; vt constat ex illo Apoc. 3. *Ego sto ad ostium & pulso, si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ian- nam, introibo ad illum, & ex alijs Scripturæ locis, quæ in hunc scopum adduxi rom. 1. disp. 37. num. 36. p. 573. vt clarissimè demonstrat P. Suarez in opere de vera intelligentiā auxiliij efficacis cap. 6. Quamvis autem Deus hoc pacto expectet consensum, non tamen illum quasi emendicat, quia mediante vocatione & cooperatione facit vt illum faciamus.*

172 Secunda probatio illius sequē- tiae ex num. 165. in fine, nihil valet; aliter enim concurrat Deus cum causis naturalibus; aliter cum liberis; nam cum causa naturalis sit ex se determinata ad vnum, neque Deus illi imprimat motionem vt operetur; prout evincit P. Suarez lib. 3. de grat. cap. 39. & in opusculis: nam vt ignis comburat solum indiget applica- tione locali ad combustibile, & concursu simultaneo Dei: nec expectat ab illo determina- tionem, quia cum ignis, v.g. sit determinatus ad comburendum, hoc ipso quod Deus dedit illi talem naturam, & vidit eius applicationem ad passum, vult decreto omnino absoluto vt comburat; ac proinde non expectat ab ipso combustionem, sed illam determinat suo efficaci decreto.

S. III.

Repellantur reliqua in conuenientia allata à Gonet contra decretum in- differens.

173 **P**ERGIT Gonet & proponit alia in- commoda & inconuenientia eā disp. 5. à n. 74. *Imprimis, inquit, modus concurrenti per concursum indifferen- tem & sine intentione & volitione alicuius actus & effectus particularis cum sola intē- tione ipsius ad vnum determinatum, est*

facitque Deum simile piscatoribus, qui mittunt rete in mare ignorantes quot pisces apprehendent; & in suis retibus concludent. Sed hæc obiectio supra sect. X. n. 113. & 114. proposita & diluta manet: & latius rom. 1. disp. 37. sect. 7. falsaque suppositione laborat; Deus enim per concursum indifferen- tem, sed per decretum offerens concursum indifferen- ter ad bonum, & ad malum, determinatè intendit actum bonum in individuo, ad quem parat cō- cursum, & permittit determinatum actum in individuo, ad quem hic & nunc parat cōcur- sum; & per scientiam mediā creto cognoscit ad quam partem se determinabit voluntas: vnde potius est similis piscatori, qui evidētissimè cognoscens omnes species, & individua piscium, quæ sunt in mari, rete mitteret in aliquam partem maris, præsciens quot & quanam pisces capiendi forent. Deus enim scit, quod si præparat voluntati concursum, in tali occasio- ne ad individuum amoris & honestum, & ad individuum odij turpe, eliciet, v.g. potius actū honestum quam turpem, offert concursum ex intentione actus honesti, & sic mediā oblatio- ne concursus, & collatione auxiliij congrui pif- tatur actum illum honestum.

174 Quarum inconueniens pro- ponit num. 75. *Quia modus ille concurrenti eximit ab ordine diuine providentiæ & præ- destinationis, id quod est perfectissimum & nobilissimum in natura intellectuali, scilicet determinationem voluntaris humanæ. Sed respondemus hoc inconueniens nō habere funda- mentum in nostra sententia, sed in falsa imaginatione Goneri existimantis determina- tionem nostræ voluntatis in sententia Socie- tatis non esse efficiēter à causa prima, sed præ- cedere natura concursum eius; quod iam ostē- dimus esse falsum toto §. antecedenti, præter- rim à num. 160. Et quamvis Deus vi solius de- creti indifferen- tis non sit causa cur voluntas se determinet potius ad actum honestum, quam ad turpem; tamen per vocationem congruam facit vt voluntas vtatur concursu sibi indiffe- renter oblato ad actum honestum potius quā ad turpem, & Deus verissimè & propriissimè facit mediā vocationē congrua, vt se de- termi- net ad actum honestum; & ratione huius vo- cationis gratuito à Deo concessæ, dictum est ab Apostolo: *Non est volentis, neque curren- tis, sed Dei misericordis, iuxta sententiam Au- gustini in Enchirid. cap. 32. dicens: Quomodo non volentis &c. nisi quia & ipsa voluntas à Domino præparatur.* Preparatur autem per sanctam & congruam cogitationem, seu voca- tionem, vt ipse declarat cap. 8. de bono perfev. & in quæst. 2. ad simpl. dicens: *Nisi vocando præcedat misericordia Dei, neque credere quis-**

quam potest, &c. Igitur non volentis, neque
 correntis, sed miserentis est Dei, qui hoc mo-
 do vocavit, quomodo apertus erat eis, qui sequuti
 sunt vocationem. Deus ergo ratione vocatio-
 nis congruæ facit, ut voluntas se determinet, ut
 enim inquit idem Augustinus: Ille facit ut fa-
 ciamus, ut quo dictum est, preparatur volun-
 tas à Domino. Unde quod voluntas simpliciter
 se determinet ad bonum, potius quam ad ma-
 lum, præcipue Deo tribuendum est; nam ut in-
 quit idem Augustinus lib. 83. quæst. 68. *Licet*
homo sibi tribuere possit, quod vocatus vene-
rit, non tamen quod vocatus sit. Consule quæ
 dixi tom. 1. disp. 17. sect. 12. & 13.

175. Quintum inconueniens pro-
 ponitur num. 76. *Quia ordo diuinæ providentiæ*
debet esse infallibilis & certus, non solum
certitudine præscientiæ, sed etiam certitudi-
ne causalitatis: At in decreto indifferenti
non potest fundari ordo infallibilis & certus
certitudinis causalitatis, ergo tale decretum
derogat perfectioni diuinæ providentiæ. Res-
 pondeo ex dictis tom. 1. disp. 20. nu. 10. & 12.
 ordinem diuinæ providentiæ debere esse cer-
 tum non solum certitudine præscientiæ abso-
 lutæ, sed insuper certitudine causalitatis, non
 quidem independentem à scientia mediâ, sed ea
 supposita, nam scientia mediâ supposita, Deus
 efficaciter intendit, & cum infallibilitate cau-
 sat nostras operationes salutares, præbendo vo-
 cationem congruam, cum qua novit volunta-
 tem convertendam. Unde infallibile est volun-
 tatem esse convertendam, quia Deus efficaciter
 præsumit eius conversionem, & mediâ vocatio-
 ne congrua facit ut ponatur; neutrum autem
 præstat, nisi supposita scientia mediâ, & ex di-
 rectione illius. Unde quamvis ordo infallibilis
 & certus non suadetur in decreto indifferenti
 oblativo concursus; istud tamen non derogat
 perfectioni diuinæ providentiæ, sed potius est
 necessarium ad hoc ut providentiâ obineat
 suum finem, quia Deus mediâ vocatione con-
 grua nequit facere ut homo eliciat operatio-
 nem liberam salutarem, nisi ei offerat concur-
 sum indifferentem. Unde in forma, possunt cõ-
 cedi præmissa, & negari consequentia. Ordo
 enim certus diuinæ providentiæ fundatur in
 eo, quod supposita scientia mediâ Deus præsu-
 miat efficaciter consensum, & tribuat vocatio-
 nem congruam: decretum vero indifferentem er-
 go non fundat ex se infallibilitatem operationis
 salutaris futuræ, est tamen medium necessa-
 rium, ut illa ponatur.

176. Sextum inconueniens con-
 tra decreta indifferentia deducitur (inquit Go-
 net num. 8.) *Ex complicatione & inuapara-*
bili difficultate, qua premuntur & ferè de-
varantur aduersarij in declarando quomodo

hoc decre tum indifferentem determinetur ad cõ-
 currendum cum voluntate, pro consensu ma-
 gis quam pro dissensu, ex illis duobus, quæ
 offert ad veramque partem. Verum meo iudi-
 cio hæc difficultas adeo non devorat Autho-
 res scientiæ mediæ, ut neque dentes habeat
 quibus illos leviter mordeat: ego sane illos non
 sentio, & facillimè respondeo, non maiorem
 dari difficultatem in hoc declarando, quàm in
 declarando, quomodo habitus de se indifferentis
 ad concurrendum, vel non concurrendum, de-
 terminetur ad concurrendum. Et citò dico, ideo
 determinari, quia voluntas vult potius elicere
 actum charitatis, quàm illum suspendere. Si-
 militer ergo dico, ideo decretum indifferentis
 concurrere potius ad amorem quàm odium;
 quia constituit unum principium proximum
 & adequatum cum voluntate, cui in concur-
 rendo attemperatur, & quasi subijciatur; & vo-
 luntas vult potius elicere amorem quàm odium;
 cum enim actio creaturæ sit per seipsum indi-
 visibiliter & impræscindibiliter actio etiam
 causæ primæ (siquidem actio causæ secundæ
 immèdiatè dependet à causâ primâ, & non de-
 pendet per dependentiam à se distinctam, sed
 per seipsam) idem est, decretum indifferentis, seu
 potius omnipotentiam applicatam decreto in-
 differenti, concurrere in amorem potius quàm
 odium, ac voluntatem nostram elicere potius
 amorem quàm odium. Unde non magis labo-
 ramus in explicando, cur decretum indifferentis
 influat potius in amorè quàm in odium, quàm
 in explicando, cur voluntas eliciat potius amo-
 rem quàm odium.

177. Toraque difficultas, quam ap-
 præbendit Gonet in hac edmula difficultate
 nascitur ex sinistra intelligentia nostræ senten-
 tiæ. Arbitratur enim Gonet nostros Authores
 afferere, illud decretum indifferentem esse propriè
 & formaliter conditionatum; sed manifestè fal-
 litur, ut constat ex §. antecedenti, præsertim ex
 num. §. 1. nam illud decretum revera est abso-
 lutum, quia per illud Deus quantum est ex se
 vult ut existat actio honesta, & consequenter
 vult concurrere cum voluntate ad illam; expli-
 catur tamen à nobis ac si esset conditionatum;
 quia per illud decretum non determinatur vo-
 luntas, sed in sensu compositivo illius manet in-
 differentis ad omittendam actum; & quia volun-
 tas in ratione absolute potentis constituitur
 per omnipotentiam sibi assistentem vi illius
 decreti; & sicut potest seipsam determinare, po-
 test determinare reliqua omnia comprincipia
 quæ ipsam iuvant ad efficiendam, & consequen-
 ter potest determinare omnipotentiam ut in-
 fluat in actionem honestam, ideo per illud de-
 cretum dicitur vult concurrere ad
 si voluntas

Tum est paratus & determinatus ad concurrendum cum voluntate ad eliciendam actus, si voluntas velit actum elicere.

178 Vnde infero, decretum quo Deus vult concurrere ad actionem honestam, esse formalissimè decretum, quo vult ut existat actio honesta; nec aliam libertatem exercere Deum in preparanda omnipotentia ad concurrendum in actionem honestam, præter illam, quam exercet in volendo ut existat actio honesta. Et ratio est, quia concursus omnipotentia in actionem honestam est virtualiter identificatus cum actione honesta, & in illa formaliter imbibitus: actio enim creaturae nequit præscindere ab eo, quod simul sit actio omnipotentia. Quod si aliam ibi Deus libertatem exerceret, non solum distingueretur realiter actio creaturae à concursu Dei, sed etiam foret ab illo separabilis; & dum libere diceret: *Volo concurrere ad actionem honestam A*, posset dicere: *Nolo concurrere ad actionem A*. Supponeretque ex modo volendi libere, actionem *A* esse indifferentem indifferentia physica & subiectiva, ut Deus concurrat vel non concurrat ad illam. Vnde fieret actionem *A* posse existere sine concursu Dei.

179 Hinc rursus infero omnipotentiam esse essentialiter determinatam ex se ad assistendum causis creatis ad operandum sub conditione quod Deus libere velit causas secundas operari. Vnde per hoc præcise quod Deus velit voluntatem elicere actionem *A* honestam, manet omnipotentia applicata ad concurrendum cum voluntate ad actionem *A*.

180 Septimum inconueniens contra decretum indifferens proponit Gonet ead. disp. 5. num. 80. ex eo quod illud decretum indifferens evertit scientiam mediam: *Quia obiectum eius* (inquit) *sic componit, ut non pertineat ad scientiam contingentem, sed ad scientiam necessariam*. Quod probat, quia in nostra sententia scientia media sic tendit: si Petrus in tali occasione, & in talibus circumstantiis videretur, & non desse illi concursus meus ad consentiendum, consentiret. Vnde cum non desse concursum Dei, idem sit ac concursum Dei adesse; & concursus Dei simultaneus sit inseparabilis à consensu, tanè Deum affirmare consensum sub conditione quod ad illum concurrat, est affirmare veritatem necessariam. Respondeo hoc inconueniens esse imaginarium dumtaxat, & ortum ex sinistra intelligentia nostra sententia, iuxta quam scientia media ex parte hypotheseos non attingit concursum ipsum eternum omnipotentia, qui in se nunquam est indifferens ad dicitur, cum sit identificatus. sed at-

sus factam per decretum indifferens: sic enim tendit: si ego dederò Petro tale auxilium in talibus circumstantiis, & obtulerò illi meum concursum ad amorem honestum, & ad odium turpe, eliciet potius amorem quàm odium, & consequenter determinabit meam omnipotentiam ut concurrat ad amorem potius quàm odium. Quare concursus ipse simultaneus eternus & actualis attingitur à scientia media ex parte conditionati, seu consequentis; oblatio autem concursus, seu preparatio omnipotentia per decretum indifferens, attingitur ex parte conditionis, seu antecedentis.

181 Octavum inconueniens deducit Gonet à num. 81. ex doctrina apud nostros Authores familiari, quod nostra voluntas determinat decretum, & concursum Dei ad speciem actus, & determinatur ab eo quoad individuum, seu ad eliciendam hanc numero actionem amoris potius quàm aliam eiusdem speciei. Ceterum hæc obiectio non aliam solutionem postulat, quam dilucidam illius doctrinae explicationem, quam exhibui tom. 1. disp. 27. sect. 7. ad cuius conspectum evanescet, sicut nebulae ad conspectum radiorum Solis. Igitur Deus dicitur determinare voluntatem nostram quoad individuum; quia cum intra quaecumque speciem sint hic & nunc possibilia infinita individua, Deus parat concursum ad determinatum individuum intra speciem amoris, v. g. excludendo reliqua; & similiter intra speciem odij. Vnde Deum determinare quoad individuum, & non quoad speciem, nõ est determinare ut existat ratio individualis actus *A*, & non determinare ut existat ratio specifica: hoc enim est impossibile: sed est Deum constituere in potestate voluntatis intra speciem amoris individuum *A*, & non alia eiusdem speciei; & similiter intra speciem odij constituere in eius potestate individuum *A*, & non alia. Facta autem hac preparatione, integrum est voluntati nostræ determinare potius ad existentiam amoris, quàm odij, in eas quas species discernit: quia vero solum determinare potest ad existentiam illius actus ad quem habet paratū concursum; hoc ipso quod Deus preparaverit concursum ad individuum amoris *A*, & non ad individuum *C* vel aliud quod aliud eiusdem speciei, nequit voluntas se determinare ad amandum potius quàm ad odio habendum, quin ex consequenti determinet ad existentiam individui *A* amoris, potius quàm individui *A* odij. Vnde quod eliciat potius amorem quàm odium, tribuitur voluntati: quod autem dum elicit amorem, eliciat potius individuum *A*, quàm individuum *B*, tribuitur Deo, qui paravit concursum ad individuum *A*, & noluit parare ad individuum *B*, volens

Junctas namque non determinat inter individua-
tiones unius speciei: & sicut modo elicit amo-
rem *A*, quia Deus tribuit ipsi potentiam ad
individuum *A*; & non ad individuum *B*; ita
elicitur amor *B*, si ad illum, & non ad amo-
rem *A* Deus tribuisset concursum.

182 Nec hinc sequitur quod in-
fert Conet, nempe in nostra sententia tribui
Deo id quod est minus perfectum, nempe ra-
tionem individualementem; & voluntati id quod est
magis perfectum, nempe rationem specificam,
quæ essentiam & speciem constituit. Non, in-
quam, sequitur: c. si enim tribuatur voluntati
nostra quod supposita proxima indifferentia
ad amorem & odium, eliciat potius amorem
honestum, quam odium turpe; quia supposita
proxima indifferentia, *sola voluntas determi-
nat ibi quid teneat*, ut aiebat Anselmus supra
num. 147. quia sola voluntas est quæ ordine
executionis eligit amorem præ odio: tamen
absolute id ipsum tribuitur Deo, non quidem
ut eligenti & determinanti effective, sed ut de-
terminanti affectivè & præsentanti, & media
vocatione congrua facienti ut voluntas se de-
terminet ad amorem honestum præ odio tur-
pi: ut enim vidimus ex Augustino num. 174.
operatio nostra honesta tribuitur Deo quia me-
dia vocatione congrua præparat voluntatem, &
illi persuadet ut utatur gratia adiuvente sibi
oblatâ; & ut inquit idem Augustinus in libro
propositionum super Epistolam ad Romanos
prop. 61. *Quia nec velle possumus, nisi vo-
cemur, ideo verissimum est, misericordis Dei esse
se quod bene velimus & operemur*; & ut ipse
in Enchirid. cap. 32. exponens illud Apo-
stoli: *Non est volentis, neque currentis*, &c.
concludit: *Restat ut propterea dictum intelli-
gatur, non volentis est hominis, sed misericordis
Dei, ut totum Deo deatur, qui voluntatem
hominis præparat adiuvandam, & adiuvat
præparatam.*

183 Nec rursus sequitur quod con-
tra nostram sententiam infert idem Author n.
83. nempe in nostra sententia Deo solum tri-
bui possit libertatem volendi & operandi; ipsum
verò velle & operari tri. ui dumtaxat libero
arbitrio se determinanti supposito decreto &
auxilio indifferenti. Non inquam sequitur: nam
licet in nostra sententia Deo ut effective &
physicè determinanti solum tribuatur possibi-
litas, vel potius potentia proxima volendi &
operandi: tamen l'eo ut affectivè de terminan-
ti, & moraliter efficienti ut voluntas se deter-
mineat, & cooperanti per gratiam adiuvan-
tem ad nostram voluntatem honestam, verissime &
propriissime tribuitur ipsum nostrum velle li-
berum; quod in sententia Conciliorum & Pa-
trum tribuitur Deo, quia vocatione & inspira-

tionem suam congrua facit ut velimus bonum; &
ideo est Dei donum, quod liberè ab eo accipi-
mus. Id constat manifeste ex doctrina Augusti-
ni q. 2. ad Simplicianum, ubi ait: *Si queramus,
utrum donum Dei sit voluntas bona, mirum;
si negare quisquam audeat; at enim quia non
præcedit voluntas bona vocationem, sed voca-
tio bonam voluntatem, propterea vocanti Deo
rectè tribuitur, quod bene volumus; nobis ve-
ro tribui non potest, quod vocemur* Ergo iux-
ta Augustinum bona voluntas est donum Dei,
non quia media physica prædeterminatione
nobis eam donet Deus, sed quia donat media
vocatione congrua. Quare quod voluntas de-
terminet se, & non determinetur à Deo ad eli-
ciendum amorem honestum præ odio, non tol-
lit, quod amor ille sit donum Dei. Quod per-
picue docuit Augustinus cap. 34. de spiritu &
licet ijs verbis: *Misericordia eius in omnibus
præsentis nos; consentire autem vocationi Dei,
vel ab ea dissentire, voluntatis est. Quæ res nõ
solum non infirmat, quod dictum est, quid ha-
bes, quod non accepisti? Verum etiam confir-
mat, accipere quippe & habere anima non po-
test dona, de quibus hoc audit, nisi consentien-
do: & per hoc, quid habeat; & quid accipiat
Dei est, accipere autem & habere, utique ac-
cipientis & habentis est.* Lege in hunc scopum
quæ scripsi tom. 1. disp. 17. pag. 282. n. 123. &
ibi reperies iuxta Dionysium, Augustinum,
Anselmum, & Thomam, rationem cur iste non
habeat gratiam efficacem, quæ dat consentium
salutarem, non esse, quia Deus noluit dare, qui
lumen suæ gratiæ efficacis omnibus offert, sed
quia ille noluit accipere; & non ideo Angelos
malos caruisse perseverantia, quia Deus noluit
dare, sed quia ipsi noluerunt accipere: quæ do-
ctrina non componitur cum eo quod gratia
prædeterminans sit necessaria ad rectè operan-
dum.

184 Ex dictis etiam num. 182. sua
sponte corrumpit, quæ idem Author ad hominem
objicit contra nos num. 84. & 85. nempe fore;
ut Deus determinans quoad individuum tolle-
ret libertatem & esset causa peccati; quia de-
terminaret ad existentiam huius actus prævi
potius quam alterius numero distincti. Cor-
rumpunt, inquam, sua sponte, quia Deus non de-
terminat ad individuum, quia determinet ad
existentiam huius actus in individuo, sed quia
tribuit voluntati potestatem ad hunc actum in
individuo, & non tribuit illi potestatem ad aliū
actum eiusdem speciei: facta autem tota deter-
minatione quoad individuum à Deo, manet li-
bera voluntas ut eligat inter individuum ho-
nestum, & indignum, ut vnde est quod eli-
gat potius quæ est causa malæ

186 Denique ex dictis in hac se-
 ctione. s. i. a. n. 151. facile corrumpitur ultimum in-
 conveniens, quod nobis obijcit n. 68. desump-
 tum à contradictione, quæ involuitur in de-
 creto indifferenti: hæc enim obiectio supponit
 decretum indifferens assertum à Doctoribus
 Societatis esse propriè & formaliter conditio-
 natum, amans scilicet concursum Dei sub con-
 ditione quod voluntas concurrat. Hoc autem
 est supponere falsum, & fingere hostem, quem
 ferias, quia nostri Doctores nō dicunt esse sim-
 pliciter conditionatum, sed quasi conditiona-
 tum; ac proinde solum æquivalenter, & im-
 propriè esse conditionatum, propter rationem
 assignatam num. 161. 162. & n. 177. & P. Sua-
 rez expressè asserit esse formaliter absolutum,
 prout absolutum opponitur conditionato, ut
 vidimus num. 151. licet non sit absolutum,
 prout absolutum significat decretum efficax.

SECTIO XI.

*Detegitur leuitas argumenti, quo Illu-
 strissimus Caramuel necessitatem scien-
 tiæ mediæ impugnat.*

186 **V**LTIMO obijcit contra decretum
 indifferens & in favorem de-
 creti prædeterminantis argumē-
 tum, quo vitur Caramuel in Theologia fun-
 damentali cap. 1. n. 26. Vbi hæc habet: *Dux
 circumferuntur sententiæ; altera, quæ docet
 causam secundam determinari à prima; alte-
 ra, quæ primam à secunda; & ad hanc spe-
 ctare videtur Propugnatores scientiæ me-
 diæ. Ergo quando causa secunda determinat
 primam, vel tollit primæ libertatem vel non
 tollit. At illud prius dici non potest. Ergo de-
 bet dici hoc posterius: cum sic. Per vos causa
 secunda potest determinare primam, illa si li-
 bertate primæ; ergo prima poterit determinare
 secundam illa si libertate secundæ. Patres Ie-
 suitæ cum volunt suam opinionem suadere,
 sententiam Thomistarum persuadent, & seip-
 sos impugnant; ideo enim negant Deum cau-
 sas liberas determinare, quod determinatio
 libertati opponitur. Hæc Caramuel.*

187 Verum hic acutus & ingenio-
 sus vir sententiam Societatis non penetravit.
 Et hoc eius argumentum parum momenti ha-
 bet. Sententia Thomistarum Recentium post
 Magistrum Bañez affirmat causam secundam,
 nempe voluntatem creatam, determinari &
 prædeterminari à Deo ad actionem ipsi volū-
 tati immediate liberam; ac proinde docent Deū
 prædeterminare actionem creatam.

hibendo eius impulsū & efficaciam enervā-
 do, & nihilo minus dicunt volitionem liberè
 elici à voluntate: & Iesuitæ constanter docent,
 illa duo componi non posse; & quod voluntas
 illo modo prædeterminetur ad volendum; &
 quod nihilominus liberè velit. At Iesuitæ non
 docent, voluntatem creatam determinare Deum
 ad actionem Deo immediate liberam, seu ad
 volitionem liberam, per quam Deus suam li-
 bertatem exercet; hoc enim esset ingens chy-
 mæra, & inmane figmentum: quomodo enim
 posset voluntas creata imprimere voluntati im-
 mutabili impulsū, quo illam prædetermina-
 ret ad volendum? Et quomodo voluntas creata,
 quæ nihil habet, quod non acceperit per liberam
 Dei volitionem, potest determinare Deum
 ad volitionem ipsi immediate liberam? Solum
 ergo docent, voluntatem creatam in vi decreti
 liberi, quo Deus illi suam omnipotentiā ap-
 plicavit, determinare omnipotentiā ad actio-
 nem externam, per quam Deus libertatem non
 exercet, sed quæ est effectus decreti interni, quo
 suam libertatem ipse exercet à seipso & à nul-
 lo alio determinatus. Quare ideo non tollit li-
 bertatem Dei, quia actio creaturæ essentialiter
 supponit libertatem Dei exercitam in præpa-
 randa omnipotentiā, & offerendo concursu; &
 voluntas determinans omnipotentiā ad con-
 currendum, hoc non præstat nisi in vi decreti
 liberi Dei, quo ipse voluit suam omnipotentiā
 assistere voluntati, ut pro libito suo uteretur
 illa in ordine ad producendum amorem vel
 odium, & dum voluntas determinat hoc pacto
 Deum, id non præstat imprimendo omnipote-
 tiæ aliquem impulsū præviū, quo illam
 adigat ad concurrendum cum ipsa; sed hoc præ-
 stat determinando ad existentiam suæ actio-
 nis, quæ indivisibiliter est actio omnipotentis.
 At dum Deus prædeterminat voluntatem crea-
 tam ad volendum, hoc non præstat in vi voli-
 tionis liberæ ipsius creaturæ, per quam ipse
 constituitur absolute potens prædeterminare,
 sicut voluntas constituitur potens operari per
 decretum liberum Dei: siquidem prædetermi-
 natio iuxta suos assertores præcedere necessariò
 debet ad omnem volitionem creatam.

188 Denique, ideo voluntas creata
 potest determinare Deum ad cooperandum cum
 ipsa in omni actione sua; quia est essentialiter
 subordinata Deo in operando, nihilque potest
 agere, quin Deus cum ipsa concurrat; ac proin-
 de nec potest ponere actionem sibi immediate
 liberam, quin Deus influat immediate in illam
 actionem. Ergo ad hoc ut Deus posset illo pacto
 determinare creaturam ad concurrendum,
 deberet Deus in agendo esse essentialiter subor-
 dinatus creaturæ, ita ut nō posset ponere actio-
 nem sibi immediate liberam, quin creatura
 cum

quam ipso immediate influeret in illam. At repugnat Deum esse essentialiter subordinatum creaturae in agendo: ergo repugnat ut Deus determinet creaturam ad cooperandum simultaneè secum ad actionem sibi immediate liberam: ergo repugnat Deum determinare creaturam in eo sensu, in quo creatura determinat Deum. Patet ergo manifestè, debile esse illud Caramuelis argumentum; eiusque proinde Authorem sententiam Societatis non penetrasse, dum pronuntiavit, Iesuitas impugnantes Thomistas se ipsos quoque impugnare: mirorque Gonetum eo argumento uti adversus nostram sententiam.

SECTIO XII.

Infertur ex dictis, quàm inani conatu Pseudo Philalethes Vanum Thomistarum triumphum de scientia media iactauerit: & deteguntur eius manifestæ imposturæ contra Societatis Doctores.

S. I.

Quis sit iste Author, & quàm indigno dolo usus sit ad scribendum.

189 **R**EM hanc declarat P. Franciscus Fournestraux è Societate Iesu Professor Theologiae in Collegio Duacensi, in præclaro opusculo, quod anno 1673. Duaci excussit, cui titulus: *Iusta defensio adversus convicia & imposturas Pseudo Philalethis Vanum Thomistarum triumphum de scientia media temerè nuper iactantis. Exponuntur eiusdem errores, & inanis conatus ad conciliandos Pseudo Augustini (idest Iansenij) Discipulos cum Neotericis Thomistis.* In præfatione huius operis, quis fuerit Pseudo-Philalethes, & quo artificio usus sit ad scribendum, ijs verbis declarat: *Duaci anno 1669. typis Ioannis Parrè, in lucem prodierat scientia media auctoritatem pondere & veritate gestorè validissimè propugnata à Germano Philalethe Eusebino. Hoc nomen induerat R. P. Iacobus Platel Societatis Iesu, ut nomine ipso veritatem, quam sollicitè quaesierat, profiteretur. Displicuit opus Pseudo-Philalethi idest R. P. Carolo ab Assumptione, abbas de Brias, Carmelita & Discalceato, S. Theologiae Lectori Duaci, & palmas suas illic relatas invidit. Continuo igitur contra scribere aggressus, nec tam attramento, quam felle calami imbuens, manuque præcipiti ex nimio ardore deproperans, anno sequenti Duaci libram vulgavit, quem inscripsit: Scientia*

Media ad examen revocata per Germanum Philalethem Eusebium. Non satis illi fuit prioris Philalethis nomen assumpsisse, sed in sua ad lectorem præfatione non erubuit eundem se insigni dolo fingere, qui re maturi expèsa, deceptum se in priori suo opusculo agnoscens, palinodiam in posteriori caneret. Dignè equidem Pseudo-Philalethe commentum: dignè illo plurimæ, quibus scientiam mediam traducar, palpabiles imposturæ: dignè eodem multiplices, quibus liber turget, errores gravissimè

190 *Non hæserè in prima editione ardentibus conatus Pseudo-Philalethis; sed ex modesto adversariorum silentio audacior factus, duobus post annis in altera eiusdem libri editione, ut paginis, ita & calumnijs acriore, ridiculè triumphum cecinit Thomistarum, minimè ipse Thomista: vel hoc nomine ipsis etiam Thomistis non parum iniurius, cum in hoc triumpho suo ex imposturis, & erroribus concinnato, Thomistam non agat nisi spiritum. Unde hoc nomine illum insigni uti ut eum distinguere, non modo ab antiquioribus Thomistis, sed etiam ab hodiernis, quarum doctrinam de prædeterminatione, quamvis improbem, non habeo tamen quod ullius erroris arguam.*

Hanc suum umbratilem triumphum, quæ viri moeestia est, illis ipsis, videlicet in dicitis, ut vocat, Alma Societatis Professoribus, per publicum ludibrium voluit dicatum, quos à se velut divites inani strepitu trahit iactabundus in triumphum. Non erubuit illis offerre suam in eos male dicentiam: censuras gravissimas, quas earum doctrinæ invidit imposturas falsissimas, quibus scientiam mediam ab ipsis propugnata iniquissimè decurpat: errores plurimos, à quibus maxime abhorrent: suas denique adversus Ethicam Societatis ut christianæ disciplinæ corruptivam intolerandas calumnias. Hæc ad verbum P. Fournestraux.

191 *Quid faceret tot simul laetæcessita modestia? Diluit per tres annos: sed cura in posterioribus editionibus sæpius Pseudo-Philalethes silentium nostrum ex probaret, & respondendi impotentiam interpretaretur; calamum arripuit gravis hic Theologus, & obiectas criminationes manifestissimè diluit, & non pauca huius Authoris periculosa dogmata ex Iansenij fonte hausta retexit. Et in eodem prologo subiungit: Non leue illud præiudiciū est ac doctrinæ eius falsitate, quod illa, cum scientiam mediam impugnat, ex Iansenio desumpserit. & quidem, & tandem ad verbum atque ex eodem loco in dicitur.*

sempe cap. 5. à pag. 332: Pseudophilalethem non recte sentire de libertate hominis lapsi ad actus bonos. Id autem specialiter ostendit pag. 361. ex eo quod doceat, ad libertatem actus non requiri, ut possit quis illum suspendere, aut ab eo ceitare, & pag. 365. eundem errorem aperit ex eo quod asserat, necessitatem inclinationis non officere libertati, & pag. 368. ex eo quod admittat amorem beatificum esse proprie liberum, & pag. 372. ex eo, quod confundat liberum cum voluntario. Deinde à pag. 374. probat, Pseudophilalethem quoad rem admittere primam propositionem è quinque damnatis ab Innocentio X. Præterea à p. 391. demonstrat, Pseudophilalethem non recte sentire circa secundam propositionem damnatam; & denique à pag. 398. probat, eum re ipsa æquivalenter admittere tertiam propositionem ab Innocentio X. damnatam.

193 Addit præterea P. FourmeStraux in prologo: *Hoc unum doleo, Pseudophilalethem reformati Carmeli disciplinam professam; atque adeo Magnæ Matris Theresiæ filium, quæ Societatem nostram maximo semper habuit in præfio, & amore, eo devenisse, ut præcipuam eiusdem Societatis doctrinam, cum Scholasticam, tum moralem censuris vetitis, concupiscijs, & calumnijs maxima ex parte ex Iansenio, & nescio quo calumniatore Anonymo (cuius exitiosa, & contumeliosissima lucubratio aduersus Ethicam nostram, iussu Christi, missimi Regis non ita pridem Lutetiæ Parisiorum manu carnificis palam lacerata est, & flammis tradita) mutatis, foedissime lacerant. Consilio futurum, ut per sapientissimos huius Illustrissimos, & Religiosissimos Ordinis Moderatores Pseudo-Philalethis calamus deinceps cohibeatur. Ut sunt oculatissimos, facile aduertent, quam sit res plena discriminis, Theologia Lectorem alijs erudiendis maiorum auctoritate constitutum, in Fratrum suorum animos, quos erudit, Iansenismum artificiose larvarum instillare. Hæc ille.*

194 Si illustre hoc opusculum Patris FourmeStraux in omnium Theologorum manibus per Hispaniam versaretur, supervacaneum foret, ut huic operi ego mentionem infererem *Pseudo Philalethis*, aut eius doctrinam impugnarent: cæterum, quia scio ad aliquorum manus pervenisse opusculum Pseudophilalethis *de scientia mediæ ad examen revocata*, qui illius impugnationem à Patre Francisco FourmeStraux editam nunquam viderunt; operæ pretium me facturum existimavi, si huic operi infererem argumenta præcipua, & imposturas, quibus Pseudophilalethes iam impugnet, & in-

visam reddere conatus est, ut omnibus constet, inani strepitu triumphum contra Scholam Societatis cecinisse. Omittam tamen contumelias, & censuras veritas Lovaniensium, & Duacensium, quas Pseudophilalethes contra expressam prohibitionem Sedis Apostolicæ innovavit, iam enim tom. 1. disputat. 36. sect. 9. ostendi, quam immerito adducatur à Gonet contra scientiam mediæ censura Academia Lovaniensis, quam eodem spiritu secuta est Duacensis; cum ea fuerit à Sede Apostolica reprobata, vitio à Baio eiusque fautoribus lata, & quæ præcipue directæ est contra Patrem Lessium, quia asserbat, dari auxilium vere sufficiens, ubi non adest efficax, v. g. in homine transgrediente præceptum, quo graviter obligabatur: quæ est sententia omnium Catholicorum, quam tunc Lovanienses cum Baio negabant, asserentes nullum auxilium esse vere sufficiens, quod non sit efficax. Omittam etiam convicia, & calumnias Pseudophilalethis adversus scientiam mediæ defensores; quia non apologiam scribo, sed scholasticè defendo scientiam mediæ necessitatem ad providentiam, & prædestinationem.

§. II.

Repellitur prima impostura, quæ Pseudophilalethes probat, scientiam mediæ esse gratiæ inimicam, quia affirmat (inquit) aliquid esse à libero arbitrio, quod non est effective ab auxilio gratiæ.

195 **I**mprimis hic author in illo opusculo cap. 1. art. 1. n. 4. sic scientiam mediæ aggreditur. Scientia mediæ affirmat aliquid esse à libero arbitrio, quod non est effective ab auxilio gratiæ; ergo scientia mediæ est gratiæ inimica. Antecedens probat: quia Petrus non accipit effective ab auxilio gratiæ, quod sedet determinet ad amandum; sed Petrus accipit à libero arbitrio quod se determinet ad amandum: ergo Petrus accipit aliquid à libero arbitrio, quod non accipit effective ab auxilio gratiæ. Maiorem probat: quia auxilium gratiæ determinatur à libero arbitrio ad amorem; ceterum enim auxilium gratiæ de se fit indifferens ad amorem, & ad odium, liberum arbitrium sua determinatione facit, quod sit ad amorem. Implicat autem, quod aliquid effective determinet illud, à quo effective determinatur.

196 Neque opus elicit (inquit num. 7.) in hoc amplius immorari, cum Molina discipuli hoc ipsum non diffitentur: Lessius enim aperte facit lib. de grat. capit. 11. num.

numer. 8. & x. *liberum arbitrium directe esse causam, cur hic & nunc Deus influat in opus, tum per sua dona, tum per se ipsum; non autem donum & gratiam, cur liberum arbitrium hic & nunc influat. Ita omnes alij, qui non possunt concipere, quomodo amor, ut est à libero arbitrio, possit esse à Deo sub ista præcisatione Hæc ille.*

197 Verum hoc argumentum ex dictis in hac dispositione sua sponte corrui. Primum enim antecedens est falsissimum; & à nullo Doctore Societatis conceditur: & maior syllogismi, quo falsum antecedens probatur, falsa quoque est. Probatio autem huius maioris falso supponit, auxilium gratiæ esse indifferens ad amorem, & ad odium, quasi indifferenter inclinatur ad amorem salutarem, & ad odium turpe, & potens sit influere in alterutrum: quod tamen est falsum, quia auxilium gratiæ vnice, & determinate inclinatur in amorem salutarem, & in illum vnice potest influere: solumque est indifferens ad odium permissiue, quatenus permittit ut possit coniungi cum odio: quia enim ita inclinatur in amorem, ut non connectatur cum eius existentia, relinquit locum ut in sensu composito eius possit voluntas elicere odium, non quidem in vi illius auxiliij, & ex inclinatione, & influentia illius; sed quia pro sua innata libertate potest resistere auxilio inclinanti ad amorem, & elicere actum oppositum. Unde liberum arbitrium minime efficitur, quod auxilium sit ad amorem: id enim habet auxilium ex suis prædicatis essentialibus, per quæ vnice inclinatur ad amorem honestum, & retrahitur ab odio turpi; ac proinde in vi inclinandi, & alliciendi non est indifferens ad amorem, & odium, sed solum dicitur indifferens, quia ita inclinatur, ut non necessitet ad ponendum amorem; ac proinde relinquit locum ut voluntas suis viribus proprijs eliciat odium turpe, quo resistat auxilio impellenti ad amorem honestum: sic qui alteri suadet ut Religionem ingrediatur, non exhibet consilium indifferens ad Religionem, & ad matrimonium, sed consilium determinate respiciens Religionis statum; solumque illud consilium dici potest indifferens; quatenus est frustrabile, & in sensu composito illius potest alter eligere matrimonium; non quidem sequendo consilium, sed illud abiiciendo, eive resistendo.

198 Quare Petrus accipit ab auxilio gratiæ, quod se determinet ad amandum; quia auxilium gratiæ influat phisice simul cum arbitrio in actum salutarem per-

modum principij elevantis arbitrium ad operandum salutarem, & cum ipso cooperantis: sive illud auxilium phisice influens in actum liberum salutarem sit aliquis habitus supernaturalis, sive ipse Spiritus Sanctus speciali influxu concurrerens cum voluntate ad elicentiam actus salutaris: ut enim docet Pat. Suarez lib. 3. de grat. capit. 18. num. 10. quando liberum arbitrium elicit supernaturales actus sine habitu, non iuvatur per aliquam gratiam, quæ sit principium proxime efficiens phisice talem actum; sed ut ipse probat ibidem capit. 19. Spiritus Sanctus immediate adiuvat voluntatem ut principale principium proxime, & phisice efficiens supernaturalem actum, quando sine habitu elicitur: sive illud auxilium phisice influens sit ipsa vocatio, & inspiratio supernaturalis, in qua consistit gratia excitans, quæ non solum habeat moraliter excitare voluntatem, & impellere ad elicendum actum supernaturalem, sed insuper tanquam principium effectivum phisice influat in actum salutarem, saltem dum non adest habitus supernaturalis; ut docent moderni Theologi apud Patrem Suarez lib. 3. de grat. capit. 17. quam sententiam tueretur Pat. Molina in concordia olyssiponensi disputat. 39. versu dixi toties. Et disputat. 40. initio, item disputat. 38. versu *Possumus*, quem textum adducemus infra numer. 206. eandem tenet Lessius de auxilijs capit. 12. numer. 7. cuius verba adducemus infra numer. 213. Eamque sequuntur Ripalda, Esparza, & alij. Secundo Petrus accipit ab auxilio quod se determinet ad amandum, quia Deus media vocatione congrua facit, ut voluntas eliciat actum salutarem. Ut enim inquit Augustinus lib. 1. ad simplicianum quæ 2. *Quia non præcedit voluntas bonam vocationem, sed vocatio bonam voluntatem, propterea vocanti Deo recte tribuitur, quod bene volumus: nobis vero tribus non potest, quod vocemur.* Et ut ostendi supra numer. 183. bona voluntas est donum Dei, quia per congruam vocationem persuadet homini ut eliciat bonam voluntatem, ad eamque simul cum illo cooperatur per gratiam adiuvantem.

199 Vocatioque illa congrua determinat moraliter arbitrium ut efficiat actum salutarem; sicut quando homo per exhortationes, & consilia alteri persuadet ut aliquid operetur, moraliter illum determinat ad illam operationem; & est causa cur hic & nunc operetur. Simulque determinatur ab arbitrio, ut actu influat in actum liberum salutarem, cum illa voluntate

Secundum se non est connexa cum consensu libero, ab arbitrio pendet quod re ipsa persuadeat illud quod suadet, & in potestate arbitrij est reddere illam congruam. In potestate namque hominis sufficienter vocari à Deo, est reddere congruam suam vocationem, ut patet ex illo Augustini quæst. 2. ad simpl. *Noluit Esau, & non cucurrit; nam si voluisset, & cucurrisset, Dei adiutorio pervenisset, qui etiam velle, & currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret.* Quare dum Deus vocatione supernaturali vocat hominem ad eliciendum actum supernaturalem liberum, & paratus est cum illo cooperari, quantum est ex se donat actum salutarem, ideoque illa vocatio non est congrua, quia homo non vult accipere donum sibi oblatum; unde in ipsius potestate est reddere congruam vocationem sibi collatam, seu reddere efficax auxilium sufficientis, sibi donatum: & ideo merito imputatur arbitrio, quod gratia sit incongrua. Unde Augustinus lib. 83. quæstionum quæst. 68. de vocatis ad cœnam dicit: *Neque omnes illi, qui vocati sunt, venire voluerunt, neque illi, qui venerunt, venire possent, nisi vocarentur; ideoque nec illi debent sibi tribuere, quod venerunt, quia vocati venerunt; neque illi, qui venire noluerunt, debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quia ut venirent vocati, erat in eorum libera voluntate. Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur. Propterea, etsi quisquam sibi tribuit quod venit vocatus, non sibi potest tribuere quod vocatus est.*

200 Quotiescumque ergo homo se determinat ad eliciendum actum salutarem, ab auxilio gratiæ habet, quod se determinet; non quidem ab auxilio ut prædeterminante, sed ab auxilio, ut principaliter cooperante, & efficiente, seu potius à Deo per auxilium principaliter efficiente, & antecedenter moraliter determinante ut homo eliciat illam determinationem, seu faciente ut faciat: nam supposita scientia media, Deus conferendo vocationem congruam cum infirmitate facit ut homo eliciat actum salutarem, ut explicabo statim num. 202. cum Pat. Suarez. Atque adeo arbitrium per modum principij proximi immediati liberi, & eligentis, determinat auxilium gratiæ ut efficiat actum consensum salutarem, quia auxilium illud semel existens, expectat determinationem voluntatis, ut actu influat in illam simul cum arbitrio: quamvis enim Deus non expectet contrarium naturalem hominis tan-

vocatione sua salutari, siquidem, ut definitum est in Concilio Araucano contra Semipelagianos, initium salutis à Deo vocante, & inspirante sumendum est, quod etiam statuit Tridentin. Sess. 6. cap. 5. declarans: *Ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Iesum Christum præveniente gratia sumendum esse, hoc est ab eius vocatione.* Tamen de homine iam sufficienter vocato (inquit Pat. Suarez in opere de vera intelligentia auxiliij efficacis capit. 45. pag. 351.) *certissimum est, Deum expectare cooperationem eius, ut illum actu conuertat, quia post vocationem iam non Deus solus infundit consensum voluntatis in ipsam, sed infundit cum ipsa, & ideo expectat liberam cooperationem eius. Nec circa hoc superest aliquid addendum præter duo notanda testimonia. Primum est Div. Thomæ in id. Apocal. 3. Ecce esto ad ostium, & pulso. Sto (ait Div. Thomas) per expectationem paratus recipere, ad ostium scilicet voluntatis, & pulso per excitationem. Ergo ex sententia Divi Thomæ stat Deus pulsando, & excitando, nam ad hoc non expectat, expectando tamen, ut homo aperiat cordis ianuam pœnitendo, paratus quidem ad adiuandum, & ad introeundum per gratiæ infusionem, si homo per obedientiam conuertatur.* Aliud testimonium est Dominici Soto lib. 1. de nat. & grat. circa finem: *Cum Deus, inquit, tam ex animo præcipiat Ecclesiam suam eo esse decoram, cui calem sporsum deceat, & irradiare corda sal ipse iustitiæ nunquam cesset, quid in causa esse potest cur non instauratur, nisi quia assensum nostrum expectat, & opera.*

201 Itaque gratia determinat voluntatem, & simul determinatur à voluntate sine ulla contradictione, aliter tamen & aliter; nam gratia solum mediare determinat voluntatem, moraliter inclinando, alliciendo, & suadendo, ut voluntas cum gratia adiuvente cooperetur libere, voluntas vero ipsa determinat immediate physice gratiam ut actu influat; quia actualis influxus gratiæ prævenientis in actum nostrum liberum salutarem non distinguitur ab actione libera voluntatis, ad quam per modum principij immediati eligentis vice determinat ipsa voluntas, quæ hoc ipso determinat omnia comprincipia, quæ immediate influunt in illam actionem, & sic determinat habitus supernaturales ad influendum; utendo illis quando vult, & prout vult. Hic advertio Patrem Suarez in opusculis libr. 1. de concursu Dei capit. 17. numer. 8. docere, simpliciter asserendum esse, Deum determi-

nare voluntatem, non sine illa, sed cum illa; quia nimirum Deus tanquam causa prima immediate influit in illam determinationem, & mediante sua vocatione, & inspiratione persuadet voluntati, vt vtatur concursu omnipotentiae, & gratiae adiuuans sibi oblato ad efficiendum actum salutarem.

202 Vt enim docet idem Eximius Doctor in opusculis lib. 3. cap. 15. n. 11. *Deus per suam vocationem facit vt velimus, & faciamus* (vt probauerat ex August. ibidem cap. 4. & 5.) facit autem vt velimus, non phisice determinando, sed moraliter persuadendo, & bonum affectum inspirando facit autem hoc efficaciter quando dat vocationem congruam. Et tunc dicitur specialiter Deus non solum dare posse, sed etiam dare velle, & operari: non quia excludat propriam hominis determinationem ad ipsum velle, sed quia talis vocatio ex intentione, & specialiter providentia Dei datur, vt infallibiliter affectum volendi in homine consequatur. Tunc etiam, quia talis vocatio secum habet infallibiliter coniunctam gratiam adiuuantem, ratione cuius dicitur etiam Deus principalis author nostri velle & operari. Propter quam causam saepe Augustinus totum attribuit huic efficaci vocationi, maxime q. 2. ad simpl. & de spiritu, & lit. capit. 34. & de predestinat. Sanctor. cap. 5. & sequentibus.

203 Ex ijs constat esse manifestam imposturam quod Pseudophilalethes asseruit, nempe Patrem Lessium, & reliquos assecutus Patris Molinae, non differere, aliquid esse a libero arbitrio (in opere salutari) quod non est effectiue a gratia. Id manifestum fiet, si in medium proferamus verba illorum Doctorum, qui schola nostrae antesignani sunt. Et imprimis Pat. Lessius, quim vnice citat Pseudophilalethes, manifestissime docet oppositum in ipsis eisdem locis, quos in contrarium allegat nunc cum eo opere de auxilijs cap. 11. numer. 8. propoluisset quandam obiectionem aduersariorum, in qua dicebatur quod Pater Molina adstruere non vetebatur, *hominem ex sola innata sua libertate diuinae gratiae consentire, & se ad illam vltima dispositione preparare.* statim subiungit quae sequuntur. Respondeo apertam calumniam istis verbis contineri. Quis enim dixit, aut scripsit, hominem ex sola innata libertate diuinae gratiae consentire, & ad illam vltima dispositione se preparare? Contrarium supra n. 1. ex Molina ostensum est: sane plusquam decem locis aperte contrarium tradit. Videre, qui haec roces imponit, qua fide, aut conscientia id faciat. Dicimus igitur hominem diuinae gratiae pro-

„ sua innata libertate posse consentire; sed
 „ non nisi cum auxilio eiusdem gratiae; sicut
 „ qui habitu alicuius virtutis supernaturalis
 „ est praeditus; potest pro sua innata libertate
 „ vt ea virtute, sed non nisi cum auxilio
 „ eiusdem virtutis, vt supra cap. 10. numer.
 „ 14. fuisse ostensum est. Solum enim negamus
 „ auxilium, quod voluntatem ad consenti-
 „ sum praedeterminet. Quare libenter admit-
 „ timus, hominem nihil posse accipere ad salutem
 „ pertinentem, nisi datum fuerit de caelo.
 „ Negamus tamen ad quod author hinc vult
 „ inferre, scilicet, nos gratiam oblatam non
 „ posse acceptare absque praesidio alterius gratiae
 „ praeventientis, qua ad acceptandum praedeterminemur.
 „ Habita enim gratia praeventiente, quae sit
 „ sufficiens, in nostra potestate est per eandem
 „ gratiam acceptare gratiam (id est consentire in id ad
 „ quod invitatur) absque vlla praedeterminatione.
 „ Haec Lessius, quibus verbis egregie explicuit Patris
 „ Molinae & totius Societatis doctrinam.

204 Quamvis autem verba, quae Pseudophilalethes supra numer. 196. ex Lessio retulit, a contextu avulsa possint minus oculatis fucum facere; tamen si penitus inspiciantur, & cum reliquis legantur, nihil aliud continent, nisi quod numero praecedenti explicuit. Si enim ait eo capit. 11. numero. 11. *Neque ex eo quod gratia dicitur non praedeterminare voluntatem, sequitur, nos Deum proprie trahere ad operandum, non ab eo trahi: nam bene operari non possumus, nisi a Deo praeveneri, id est, attrahi, & illecti diuina inspiratione, qua voluntas nostra praeparatur, vt iam bonum opus sit in ipsius potestate. Sed neque voluntas sic praeparata praevinit Deum in efficiendo opere bono, quia non nisi per vires gratiae illud efficere potest. Facemur tamen liberum arbitrium directe esse causam, cur hic & nunc Deus instuat in opus, tum per dona sua, tum per se ipsum; non autem Deum aut gratiam, cur liberum arbitrium hic & nunc instuat. Non enim hic & nunc fit hoc opus, quia Deus absolute vult illud hic & nunc fieri, aut gratia ex se determinat voluntatem, vt hic, & nunc illud faciat, sed quia voluntas diuinitus praeparata vult hic & nunc illud facere. Non tamen solis naturae viribus liberum arbitrium est illius causa; sed vna cum viribus gratiae: sicut vicissim gratia est causa cur sit supernaturale, vt supra ostensum est. Hinc tamen non sequitur nos proprie trahere Deum ad operandum, quia Deus nos antea traxit. Quamvis id quodam sensu admitti potest, tamen non est causa*

In opus ut dictum est. Hæc ibi Lessius, qui propterea asseruit non ideo opus hic, & nunc fieri, quia Deus absolute vult illud hic, & nunc fieri, quia hic author negat Deum præfinire nostros actus liberos præfinitione absoluta, & ex se efficaci: quam tamen præfinitionem supposita scientia media, & ex directione illius, admittit comunioni sententia Doctorum Societatis cum Patre Suarez. Verbaque ipsa, quæ Pseudophilalethes ex Lessio retulit: *Nempe liberum arbitrium directè esse causam, cur hic & nunc Deus influat in opus, tum per dona sua, tum per se ipsum, non autem Deum aut gratiam, cur liberum arbitrium hic, & nunc influat;* ipsa, inquam verba, sufficiunt ad redarguendam imposturam. Si enim his verbis Lessius asserit, Deum influere in opus tum per se, tum per dona sua, quomodo ex illis colligit Pseudophilalethes, *aliquid esse à libero arbitrio, quod non est effectivè à gratia?*

205 Lessius ergo solum vult, liberum arbitrium supposita existentia gratiæ prævenientis, & potestatis proximi ad elicendum actum supernaturalem, quæ complerur per vires supernaturales, esse causam, cur gratia influat in actum, quatenus libere cum illa cooperatur, potens non cooperari, ac proinde potens facere ut gratia illa maneat, sine effectu, quod est verissimum. Idque aperitissimè docuit S. Iustinus Martyr in responsione ad Christianos de necessarijs questionibus, in responsione ad octavam ijs verbis: *Deus nō solum eam vim nobis dedit, ut essemus bonumque, & malum cognosceremus atque faceremus, sed etiam liberum arbitrium nobis concessit, potestatemque fecit eligendi id, quod videtur: neque virtutē aut vitium nostrum in cognitione eorum, quæ cognoscuntur, posuit, sed in electione eorum, quæ diliguntur. Non igitur causa est Deus virtutis nostræ, ac vitij, sed propositum nostrum ac voluntas.* Quod ideo dixit, quia supposita proxima indifferentia ad eligendum inter actum bonum, & malum, sicut quando actus malus fit, voluntas est causa cur fiat, ita cum fit actus bonus, voluntas est causa cur fiat, quia ipsa est, quæ determinat ad existentiam unius actus præ oppositō. Absolute vero, & præscindendo ab existentia gratiæ, & principiorum, quibus voluntas virtutis ad actum bonum elicendum, Deus est causa cur eligat illum actum; tum quia in sententia comunioni nostrorum, supposita scientia media efficaciter præfinit existentiam omnium actuum salutarium; tum quia mediante gratia præveniente congrua facit ut faciamus, quicquid virtutis est, & vitij, quod non est effectivè à gratia?

fallibiliter novit recte operaturum?

206 Et quidem voluntatem nostram, supposita vocatione, & gratia præveniente, esse causam, cur Deus hic & nunc influat in opus, tum per dona sua, tum per se ipsum, docet cl. re Augustinus, tum locis citatis supra numer. 199. tum capit. 34. de spiritu, & litter. ijs verbis: *Miseri, curatius in omnibus prævenit nos; eo sentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, propriæ voluntatis est, &c.* Et alibi sic: *idque ipsum clarissime constat ex Trident. sess. 6. Can. 4. definiente, liberum dominis arbitrium à Deo mutuum, & excitatum posse dissentire, si velit; & cap. 5. decernente, posse hominem abijcere vocationem, quam recipit, idest vacuum, & sine effectu relinquere.* Nihilominus absolute loquendo, & præscindendo à suppositione auxiliij iam collari, Deus simpliciter est causa cur voluntas recte operatur: ut enim inquit idem Augustin. lib. contra duas Epistol. Pelagian. capit. 6. *Multa Deus facit in homine bona quæ non facit homo, nulla vero facit homo, quæ non faciat Deus, ut facias homo,*

207 Sed ut omnibus evidenter constet Pseudophilalethem per manifestam imposturam affinitate Patri Molina, & alijs nostris Doctoribus: *Aliquid esse à libero arbitrio, quod non sit effectivè à gratia,* in medium proferam illorum verba, quæ falsitatis convincant assertionem Pseudophilalethis. Imprimis enim Pater Molina in concordia quæstion. 14. articul. 13. disputat. 38. editionis olisypponensis pagin. 231. & disputat. 40. editionis Antuerpiens. hæc habet: *Quo fit ut consensus liberi arbitrij, Deo excitanti, & vocanti per gratiam prævenientem, nihil in re sit, quod non sit supernaturale, & quod non simul à Deo emanet; non solum tanquam ab alliciente, excitante, & invitante ad id arbitrium nostrum, sed etiam tanquam à cooperante, per auxilium gratiæ; atque adeo fit, ut nihil omnino habeat adulter ex ijs, quæ ad iustificationem sunt necessaria, & quibus à non iustificato discernitur, de quo gloriari possit, quasi à Deo non acceptus sit.*

208 Secundo Eximius Doctor P. Franciscus Suarez idem docet in opusculis lib. 1. capit. 17. numer. 8. *Deus, inquit, efficit determinationem voluntatis, quia illa determinatio aliquid est, quod non potest fieri sine Deo.* Et ibidem cap. 15. numer. 6. ubi ait determinationem voluntatis non effici ab ipsa, sine influxu immed. cause 1. & n. 7.

ait, determinationem causæ secundæ non antecedere naturam influxû causæ primæ, nec e contra; sed esse simul naturam, & lib. 3. cap. 15. n. 9. *Huic autem Veritati, inquit, non obstat ut supra cap. 9. ex Augustino retuli, quod homo sua libera determinatione hoc bonum accipiat, quia hanc ipsam liberam determinationem sicut Deo inspirante, & adiuvante habere non potest. Unde totius illius boni principalis author est Deus. Ita fere Augustinus lib. 8. quæst. 9. 6. 8. & lib. 2. de nupt. & concap. c. 16. & sequent. Item ibidem n. 14. respondet, non derogari gratiæ, attribuendo in suo genere voluntati determinationem liberam ad consensum, quia non attribuitur ipsi ut operanti per vires naturæ, sed ut præparatæ & adiutæ à Deo, & consequenter nec illi soli, nec principaliter tribuitur, sed ut cooperanti gratiæ Dei.* Idem docet eodem lib. 3. opusculorum cap. 22. num. 5. & t. 2. de gratia lib. 3. cap. 21. num. 10. & lib. 5. cap. 36. num. 16. & denique in opere de vera intelligentia auxiliij efficacis cap. 4. pag. 24. acriter conqueritur de adversarijs quod de Doctoribus Societatis dixerint: *Eos adstruere non vereri, hominem ex sola innata sibi libertate divinæ gratiæ consentire, & se ad illam ultimam dispositionem præparare.* Et postquam nostram sententiam explicuit, sic concludit: *Videtur ergo authores illos voluisse illa specie verborum invidiam, & infamiam nostræ sententiæ ac doctrinæ generare, ut lectores, præsertim minus eruditos, ac perspicaces deterrerent. Quod semel dictum sit, propter plures alias propositiones erroneas, quas assertores phisicæ prædeterminationis nobis imponunt.*

209 Tertio P. Vazquez eandem doctrinam proficitur 1. p. disp. 88. cap. 9. ijs verbis: *Observandum est eandem vocationem & cogitationem sanctam, & primum motum voluntatis subitum, dici gratiam operantem, & prævenientem & cooperantem, & concomitantem, eandem, inquam, diverso modo consideratam: nam quatenus consensum nostrum antecedit, est operans, & præveniens; quatenus vero permanens in nobis efficit nobiscum consensum, est cooperans, & comitans. Nam ita consensus noster est à Deo, & nobis ut Deus non solum immediate phisice in illum concurrat, sed etiam media cogitatione (sancta quam immisit) illum in nobis efficere dicatur, eo modo quo intellectus voluntatem movet, & allicit.*

210 Denique Pat. Valentia, qui scientiam mediam contra sectatores Magistri Banez coram Clemente 8. feliciter æque ac fortiter propugnavit, id ipsum dilerte testatur

tom. 2. postquam enim disput. 8. quæst. 3. puncto 3. §. 1. necessitatem gratiæ excitantis per varias propositiones exposuit, post modum §. 2. necessitatem gratiæ adiuvantis adstruit, & tandem sic concludit: *Cum igitur ex Scriptura, & Concilijs, & ex D. Augustino constet, hominem iam vocatum, & excitatum debere præterea tâquam infirmum, & imbecillum invari à Deo, ut vocationi consentiat, & convertatur, fatendum est, gratiam adiuvantem, quæ præter vocationem, & excitationem requiritur, non consistere in solo actuali Dei concursu, sed in aliquo etiam dono, quo mens hominis roboretur ad hunc conversionis effectum.* Sentit ergo manifeste actionem illam, qua voluntas se determinat ad sequendum Deum vocantem, non oriri à solo libero arbitrio, sed ab illo, & à dono gratiæ adiuvantis confortantis eius imbecillitatem.

§. III.

Secunda Pseudophilæthis impostura, iuxta authores scientiæ mediæ gratiam esse voluntatis pedisse, quam.

211 **S**ÆPE Pseudophilæthes præfidenter affirmat, secundum assertores scientiæ mediæ determinationem liberi arbitrij præcedere influxum gratiæ; unde infert gratiam esse voluntatis pedissequam. Id ante ipsum obiecerunt contra nostram sententiam Ledesma, & Franciscus Davila apud Pat. Suarez tom. 2. de grat. lib. 5. capit. 42. numer. 2. & ad hoc probandum inducunt contra nos duplicem Canonem Concilij Arausiaci; nempe Canonem 25. in quo dicitur: *Hoc salubriter profitemur, & credimus, quod in omni opere bono nos non incipimus.* Et Canonem sextum, in quo damnat eos, qui humilitati aut obedientiæ subiungunt gratiæ adiutorium. Probant ergo asumptum, quia si Deus non prædeterminat voluntatem nostram, ipsa præcedit saltem ordine naturæ inchoando suam determinationem, & obedientiam, & applicando se ad opus. Est ergo gratia pedissequa voluntatis, & non è contrario. Arguique Davila hoc inconveniens non vitari, quamvis gratia in essendo præcedat, quia saltem in operando est posterior in nostris principijs. Verum cû hæc impostura supponat illam aliam, quam §. antecedenti impugnavimus, nempe in negotio nostræ salutis aliquid esse à libero arbitrio quod non dependeat à Deo, & sit antecedens, &

212 Ut autem constet, quomodo sine fundamento hoc absurdum nobis obijciatur, audiamus Eximium Doctorem, qui postquam Canones illos late explicuit eo capit. 42. sic concludit num. 9. *Vnde, inquit, colligo frustra nobis obijci, quod gratiam faciamus pedissequam arbitrij, vel quod illam humanæ obedientiæ subijciamus. Quia impietatis obedientia, quæ per hanc determinationem liberam datur Deo vocanti, non fit sine adiutorio gratiæ, ut dixi: ergo illa non potest dici obedientia humana in sensu, in quo loquebantur Semipelagiani, quos damnat Concilium, specialiter illa voce utens Can. 3. & 6. sed dicenda est obedientia supernaturalis, & quodammodo divina; sicut invocatio humana dicitur, quæ fit sine spiritu fidei, quæ autem à spiritu fidei fit iam non est humana. Deinde ista obedientia, supponit gratiam prævenientem, & est effectus eius: ergo determinatio ex parte voluntatis est pedissequa illius gratiæ, & non e converso. Nam per illam gratiam inducitur voluntas, dirigitur, & gubernatur, & voluntas illi subijcitur. Vnde hæc gratia non tantum præcedit in essendo, ut obijciebatur, sed etiam in causando, vel formaliter phisice efficiendo intellectum, & voluntatē effective moraliter, suadendo, & excitando, ac finaliter alliciendo, & quatenus est principium adiuans, actualiter etiam præcedit ordine naturæ. Ipse vero influxus gratiæ, adiuantis est omnino simul, & ideo neque respectu illius potest gratia adiuans dici pedissequa, sed solum comitans, quod verissimum est. Igitur ex eo quod prædeterminatione phisica non præcedat, non sequitur præcedere nostram determinationem ad influxum gratiæ concomitantis, & ideo nullo modo sequitur gratiam esse pedissequam liberi arbitrij.*

213 Audiamus etiam P. Lessium in opusculo de auxilijs cap. 12. vbi notat, omnia, quæ pro gratia prædeterminante à suis defensoribus adferuntur ex Scriptura, Concilijs, & Patribus, solam ad hoc valere, ut contra Pelagianos, eorumque reliquias probeatur nos nihil sine auxilio gratiæ prævenientis ad salutē posse; eaque perperam detorqueri in favorem gratiæ prædeterminantis. Et in speciali expendit Canones Concilij Arausicani, quos adversarij in favorem suæ sententiæ perperam expendunt. Ibi autem num. 2. *tribuunt*, obiectionem adversariorum, vel potius imposturam, & calūniam, quæ nostris autoribus tribuitur, voluntatem nostram præire in opere salutis, gratiam tanquam pedissequam sequi, his

*nitur, cum dicitur; hanc enim præire, illam pedissequam sequi in opere, consentitur. Quis id conficitur, & vbi ostensum enim est supra gratiam semper prævenire alliciendo, & trahendo voluntatem ad opus, in opere autem ipsa producendo non prævenire, (ut vult author) non etiam sequi (ut ipse imponit) sed omnia simul natura in opus influere, ut ostensum est cap. 10. Idque ipsum magis confirmat, ijs verbis: *Falsum est nostros ponere gratiam sufficientem, quæ liberi arbitrij velle præcedat in ratione entis tantum, non in ratione causæ; quia antequam velle sit, incitat, impellit, & vires tribuit libero arbitrio, ut illud eliciat. Dum autem liberum arbitrium illud elicit, simul cooperatur, ut causa partialis principalis. Vnde ipsum velle procedit ab auxilio isto tanquam à causa morali, nempe ratione tractus, & suasionis præcedentis, & tanquam à causa phisica principali ratione influxus realis in illud velle, à quo influxum habet, quod sit actus supernaturalis. Vnde etiam falsum est, liberum arbitrium nostræ sententiæ prius esse, quam gratiam, in causando velle: quia etsi liberum arbitrium quodammodo determinet gratiam, quatenus excipitur ut hic, & nunc influat in opus (quod salva fide negari non potest) id tamen non facit nisi iam corroboratum gratia, & ea simul cooperante. Hucusque Lessius, qui hanc doctrinam hausit ex Molina in concordia q. 14. art. 13. disput. 39. editionis Olysiptensis, disp. 41. Antuerpiensis, versus *Cæterum*. Vbi docet eandem gratiam esse excitantem, seu prævenientem, & simul adiuvantem: excitantem, & prævenientem, quatenus allicit, & inclinatur voluntatem nostram ad eliciendum actum salutarem, adiuvantem vero quatenus simul cum voluntate phisice influat in actum illum, tribuendo vires voluntati ad illum producendum.**

§. IV.

Tertia Pseudophilalethis impostura, iuxta defensores scientiæ mediæ initium fidei & primam radicem discretions, esse ex nobis.

214 **V**T omnibus constet, nos minime fingere hostem, quem feriamus, in medium proferam verba huius authoris in 1. capite sui operis, de scientia mediæ ad examen revocata, art. 1. §. 3. auctoris editionis hæc habet formalia verba: *Quis adeo cæcus non videat adversarios e diametro opponi Apostolo dicenti; quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Quibus verbis prima radix*

discretionis statuitur auxilium gratiæ, quam tamen Molinistæ dicunt esse determinationem arbitrii.

Hanc imposturam deduxit Pseudophilosophus ex prima impostura, quam deteximus, & confutavimus §. 2. sic enim argumenta ut eq. cap. 1. §. 2. n. 10. secundum primam editionem: *Hoc ipso quod Petrus non habeat effectus ab auxilio gratiæ, quod se determinet ad amandum gratia debet dari ex operibus: ergo scientia mediæ, quæ hoc affirmat, erit inimica gratiæ* Patet consequentia ex illo Apostoli Rom. 11. *Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia, iam non est gratia. Prob. Antea. Gratiæ dari ex operibus, est gratiæ dari dependenter ab aliquo opere præsupposito ad gratiæ: sed hoc ipso, quod Petrus non habeat ex auxilio gratiæ se determinare ad amandum, gratia datur dependenter à determinatione liberi arbitrii, quæ præsupponitur ad gratiæ.*

215 Hinc manifeste convincitur, esse manifestam imposturam, quod iuxta assertores scientiæ mediæ prima radix discretionis sit ex novis, nam est manifesta impostura, Petrum iuxta principia scientiæ mediæ non habere effective à gratiæ auxilio, quod se determinet ad amandum obiectum honestum, seu ad elicendum actum salutarem. At in hoc secundo innuitur illud primum: ergo sicut hoc secundum est manifesta impostura, ita & illud primum.

Nec huius imposturæ necessaria est alia probatio, quam verba Patris Molinæ, & Patris Suarez referre. P. Molina in concordia q. 14. art. 3. disput. 9. in initio ita scribit: *Ex actibus disput. præcedente intelligitur facile, inicitus actus credendi, ut ad salutem oportet, esse à solo Deo per gratiæ prævenientem, & emanantem. Item in liberum nostrum arbitrium, nisi à Deo auxilio gratiæ suæ præveniat, & excitetur, non solum producere nequit cum actum, sed etiã quidquid ex solis suis naturalibus homo efficiat, sive actum mere naturali revelatis assentiat, sive ut postquam edoctus fuerit supernaturalem assensum esse ad salutem necessarium, oportet ita credere, aut etiam conetur ex dono, & auxilio Dei supernaturali assentiri, sive denique auxiliium illud sibi donari petat, aut ad illud recipiendum sataget se disponere, sane id totum nullius est meriti, aut vigoris, ut ei gratia præveniens propter eiusmodi dispositiones impendatur; sed quoties conferatur, ex solis Christi meritis, donoque Dei, ac proinde misericorditer omnino; non solum tanquam subiecto non digno, sed etiam tanquam indigno, propter peccatum origi-*

ginale saltem, in quo est, tribuitur, & mere gratis ea, quæ merito gratia dicitur, contra tri solet cuiquamque datur.

216 Postea vero q. 23. artic. 4. & 54 disp. 1. mem. 6. respondens ad secundam objectionem contententem ex nostra sententiã sequi: *Initium nostræ salutis saltem quoad influxum, à quo illa pendet, esse à nobis, & non à Deo*, inquit: *Ad secundam dicendum est, cum arbitrii nostri influxum, de quo disputamus, antecedant dona gratiæ prævenientis, atque excitantis idem arbitrium ad consentiendum, & cum eis cooperandum ultimam dispositionem ad gratiæ, manifestum esse, non recte ex eo capite inferri initium nostræ salutis (in sensu, in quo ab Augustino, & Concilijs negatur) esse à nobis, quod influxus ille sit à libero arbitrio cooperante cum auxilijs gratiæ, eaque efficacia reddere. Neque enim influxus ille principium & origo est nostræ salutis: cum multa illam antecedant, quæ ad gratiæ, salutemque nostram spectant; neque iste influxus à parte rei sit vel res, vel formalis aliqua ratio, quæ non sit simul à Deo cooperante per auxilia gratiæ; sed sit supernaturalis ipsa actio à Deo pariter, & ab arbitrio emanans.*

Idem clarissime explicat in eadem concord. q. 14. art. 13. disp. 12. ijs verbis. *Illud postremo in hac disputatione addiderim, nostram sententiã esse, nullum omnino dari non solum actum, sed neque rationem formalem actus nostri liberi arbitrii ex ijs, qui ad credendum, sperandum, diligendum, ac penitendum ut ad salutem oportet, & denique ex ijs, qui ad iustificationem tanquam dispositiones cõmensurata proxima, vel remotæ sũt necessarii, qui à solo libero arbitrio elicantur, elicive possint, sed ad omnem rationem actum, ad omnemque rationem formalem ipsius concurrere principaliter Deum, influere, & cooperari per auxilia gratiæ; ex eiusmodique influxu tam eos, quam rationes formales eorum habere, quod supernaturales sunt, & quod in suo gradu proxime, vel remotè disponat cõmensurate ad iustificationem. Atque hinc est, quod iuxta doctrinam Pauli, nullum eiusmodi actum, nullamve illius rationem formalem habeat is, qui iustificatur, ipsum ab eo, qui non iustificatur, discernentem, quam non acceperit supernaturaliter à Deo, atque adeo de qua gloriari possit quasi non acceperit.*

217 Idem sæpe testatur Eximius Doctor nimirum in opusculis lib. 3. de auxilijs cap. 20. num. 11. & cap. 23. num. 5. & tom. 2. de gratia lib. 3. num. 4. ipse verò dicitur

līgētia auxiliij efficacis toto cap. 5. cuius titulus est, *initium salutis non tribui libero arbitrio iuxta sententiam de vocatione congrua, sed Deo Vocanti*. Ut rem autem probet, adducit auctoritatem Tridentini scilicet. 6. capit. 5. declarantis: *Iustificacionis exordium in adultis à Dei per Iesum Christum præueniente gratia sumendum esse, hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur*. Ex quibus verbis evidenter constat, inquit Suarez, *initium salutis iuxta Concilij doctrinam non esse sumendum à deo, terminatiōe libera voluntatis, sed à vocatione, & præueniente gratia*. Et statim subiungit, hanc fuisse olim controversiam Gallorum seu Semipelagianorum cum Augustino, ut constat ex Epistolis Prosperi, & Hilarij ad eundem, & ex responsione Augustini in libro de Prædestinatione Sanctorum, & de bono persever. Galli enim, inquit, dicebant, *quamvis ad opera supernaturalia necessarium sit, ut Deus nos præueniat, & adiuvet; nihilominus oportere, ut homo per liberum arbitrium se disponat, & aliquomodo promeretur primam auxilium Dei, potendo, desiderando, aut aliquid simile bonum suis viribus, & libertate præstando, & hoc modo subiiciebant gratiam voluntati, ei usque pedisse quam faciebant*. Ac denique initium salutis ponebant in illo actu boni liberi arbitrii. At vero Augustinus, & Patres semper intellexerunt, nullam naturam bonum posse primam gratiam auxiliantem promereri, & ideo contra Gallos statuerunt, *initium salutis non libero arbitrio, sed Deo Vocanti ad scribendum esse, & ratione vocationis gratiam semper præire voluntati vero eius pedisse quam esse*. Idque probat auctoritate Concilij Aracensis secundi contra Semipelagianos congregati, nam in Can. 3. sic definit: *Si quis ad invocacionem humanam gratiam Dei dicit conferri, non autem ipsam gratiam facere ut invocetur à nobis, is contrahit Isaiæ, & Apostolo, &c.* Et Can. 4. in eodem sensu definit: *Deum non expectare voluntatem nostram, ut à peccato purgemur, sed ipsum per Spiritus Sancti inspirationem, & operacionem facere, ut purgari velimus iuxta illud, præparatur voluntas à Domino*. Et hunc posteriorem Canonem late exponit ibidem cap. 6. & to. 2. de grat. lib. 5. cap. 42. & in epist. lib. 3. de auxilijs cap. 15. quibus locis docet, Deum non expectare voluntatem hominis non vocati, ut illum vocet, expectare tamen voluntatem hominis iam vocati, ut consentiat: verumque sensum illius Canonis esse, Deum non expectare disposicionem, aut meritum aliquod proprium voluntatis humanæ, id est proprii

libertatis factum, ut in ea opus suæ gratiæ inchoet per vocationem, & inspirationem, & alia prævenientia auxilia: probat deinde auctoritate Augustini, Prosperi, & Fulgenij initium salutis tribui vocationi gratiæ Dei. Et postquam hoc probavit, sic subiungit,

218 *Ex hoc igitur certissimo fundamento manifestum est tam longe distare nostram sententiam à sententia Gallorum, & Semipelagianorum, quantum distat calum à terra*. Primo, quia Galli loquebantur de primo auxilio gratiæ prævenientis, & vocantis, & illius initium invenire volebant in libero arbitrio: nos autem cum dicimus liberum arbitrium non prædeterminari physice, sed seipsum determinare cum auxilio gratiæ, loquimur de effectu gratiæ cooperantis: qui iam supponit vocationem, & gratiam prævenientem gratis datam. Secundo, quia Galli loquebantur de homine nondum vocato, & illi per solum liberum arbitrium tribuebant vim impetrandi, vel merendi primam gratiam auxiliantem, & excitantem: nos autem loquimur de homine iam vocato, qui que iam gratis recepit primam gratiam auxiliantem, de quo solum dicimus, ex libertate eius pendere determinationem ad consentiendam gratiæ Vocanti. Tercio, quia Semipelagiani omnino distinguebant inter conatus solius arbitrii, & conatus gratiæ, & ex prioribus solis dicebant voluntatem elicere aliquem actum, vel bonum motum liberum, quod esset initium omnium motuum gratiæ: nos autem non separamus conatum liberi arbitrii à conatu gratiæ, sed illos ita coniungimus, tam in consensu libero, quam in determinatione ad ipsam consentium, ut separari non possint, & in re sint idem, & ratione distinguantur. Ac deinde ante hæc omnia fatemur præcedere gratiam vocationis, quam Deus in nobis sine nobis operatur tanquam initium cuiuscumque boni conatus postea futuri.

Vnde tantum abest, ut dicamus initium salutis esse ex solo libero arbitrio, ut potius dicamus esse à solo Deo operante in nobis sine nobis libere operantibus, quia non potest voluntas libere, & bene velle sine prævia vocatione, & ad vocationem nullo modo concurrere potest voluntas libera. Quæ est frequens doctrina Augustini, præsertim q. 2. ad simplicianum, ubi hæc ratione explicat illud Rom. 9. *Non est volentis, neque currentis, sed Dei misericordis, id est, solius Dei, quia solus ipse sine cooperatione liberi arbitrii operatur in nobis vocationem, quæ est fons bonæ voluntatis, & ratione eiusdem vocationis, & omnium bonorum motuum, quos includit, dixit August. lib. 2. contra duas Epistolas Pella-*

gianorum cap. 8. risulta esse in homine bona, quæ non facit homo, nulla tamen bona facere hominem, quin faciat Deus, ut faciat homo. Hæc ibi Eximius Doctor, ubi testatur hæc esse sententiam P. Molinæ, & omnium Doctorum Societatis.

219 Ex quibus liquido constat, quæ falsò dixerit Pseudophilalethes initium fidei, & primam radicem discretionis esse ex nobis iuxta alieniores scientiæ mediæ. Et sane sicut adversarius dicit, initium fidei non esse ex nobis, sed ex Deo, quia ante voluntatem credendi præcedit gratia prædeterminans, ut cuius Deus facit iuxta adversarios, ut homo eliciat voluntatem credendi: ita nos disimus, initium fidei non esse ex nobis, sed ex Deo, quia ante voluntatem credendi præcedit vocatio, & inspiratio, ut cuius Deus facit suaviter ut voluntas libere se determinet ad volitionem credendi, & cum ipsa cooperate, ut author supernaturalis, eamque adiuvar ad efficiendam illius actus salutaris. Vocatio enim, & inspiratio non minus immutat physice animam, quam prædeterminatio; verèque præmover, & impellit Deus efficaciter animam ad credendum media vocatione, & inspiratione, dum eam confert cum præscientia futuri eventus: quod autem vocatio, & inspiratio ex se non habeant connexionem cum consensu voluntatis, illam vero habeat prædeterminatio, solum probat, Deum mediante vocatione, & inspiratione facere, ut voluntas se libere determinet; medianz vero physica prædeterminatione illam necessitare ad efficiendum actum. Præterea cum physica prædeterminatio iuxta suos assertores sit necessaria etiam ad hoc ut Deus concurrat ad actus praveos, non potest in illa consistere illa gratia præveniens, ratione cuius fides, & alij actus conducentes in salutem specialiter tribuuntur Deo; & ratione cuius Deus facit ut faciamus actus salutaes: nam Deus non facit, ut faciamus actus praveos, neque est illorū specialis author, quamvis iuxta adversarios ad illos concurrat concursu prævio prædeterminante.

220 Constantque est in principijs Augustini Deum facere ut faciamus bonum, quatenus gratiosè nobis immittit vocationem congruam; ut constat ex dictis num. 198. & num. 202. & num. 84. 85. & 86. & præterea constat ex libro de Prædestin. Sanct. cap. 19. ubi ait: *Non quia credimus, sed ut credamus, vocamur: & illa vocatione, quæ sine penitentia est, id prorsus agitur, & peragitur, ut credamus.* Hinc vocationi semper tribuit initium salutis, & hoc maxime conuenit contra Semipelagianos. Unde de lib. 2. contra duas Epistolas Pelag. cap. 8. inde probat non solum profectum, sed etiam

initium boni operis esse ex Deo: *Quia non sumus idonei cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis.* Significans à Sancta cogitatione, & inspiratione sumi salutis initium. Idè probat lib. de Prædestin. Sanct. cap. 3. & lib. 83. quæstio: nam quæst. 68. docet Deum operari ipsam velle ratione vocationis: *Quoniam, inquit, neque velle quis quam potest, nisi admonitus, & vocatus. siue intrinsecus ubi nullus hominum videt, siue extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua signa visibilia, efficitur ut ipsam velle Deus operetur in nobis.* Constatque Augustinum loqui de vocatione non prædeterminante, sed de vocatione, quam homo poterat frustrare: nam immediate subiungit: *Ad illam enim carnem, quam Dominus dicit in Evangelio præparatam, nec amnes, qui vocati sunt, venire voluerunt: neque illi, qui venerunt, venire possent, nisi vocarentur. Itaque neque illi debent sibi tribuere, qui venerunt, quia vocati venerunt, neque illi, qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam ut venirent vocati, erat in libera voluntate. Vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur. Propterea etsi quisquæ sibi tribuit, quod venit vocatus, non sibi potest tribuere, quod vocatus sit.* Ergo iuxta Augustinum, ut quis post vocationem veniat, seu consentiat, non indiget prædeterminatione: nam si hæc indigeat, sane illi, qui vocati noluerunt venire, possent alteri tribuere, nempe Deo, qui noluit illis exhibere prædeterminationem necessariam adveniendum. Ergo iuxta Augustinum Deus operatur in nobis velle liberum honestum media vocatione de se indifferenti, & quam frustrare valeamus, sicut frustraverunt illi, qui vocati ad carnem noluerunt venire: ergo Deus facit, ut faciamus bonum media vocatione de se indifferenti; collata tamen in ea occasione, in qua prævidetur futura congrua; ut sæpe reperit Augustinus q. 2. ad simplicianum: *Non volentis, inquit, sed miserentis est Dei, qui eo modo vocavit, quo aptum erat eis, qui secuti sunt vocationem: & infra: si vellet etiam ipsorum misereri, possit ita vocare, quomodo illis aptum esset, ut mouerentur, & intelligerent, & sequerentur: & rursus: illi electi, qui congruenter vocati. Illi autem qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi, non electi, quia non. sec. 11, quamvis vocati: & infra: etsi multos vocet, eorum tamen miseretur, quos ita vocat, quomodo eis vocari aptum est ut sequantur: & rursus: cuius miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respiciat. Quare manifestum est, Augustinum non posse velle gratiam effici eam in physica prædeterminatione.*

tionē, quæ qualitas mortua est, sed in vocatione, & inspiratione congrua, idest collata in ea occasione, & oportunitate, in qua habitura est effectum. Dum enim Deus vult conferre vocationem, quam prævidet fore congruam, hoc ipso eligit efficaciter hominem ad eum actum ad quem confert eam vocationem, & illius miseretur specialiter; quam misericordiam non exercet erga illum, cui confert vocationem, quam novit fore incongruam.

§. V.

Quarta impostura Pseudophilalethis, defensores scientiæ mediæ non excludere dependentiam gratiæ ab operibus sub conditione prævisis, sed solum ab operibus presentibus, aut saltem absolute futuris.

221 **Q**UOD id nobis imponat, constat ex cap. 1. sui operis art. 1. postquam enim §. 1. suo iudicio sufficienter probaverat antecedens, vel potius manifestam imposturam: *Quod scientia mediæ asserit aliquid esse à libero arbitrio, quod non sit effectivè ab auxilio gratiæ:* postea §. 2. ex illo antecedenti falso, novam falsitatem intulit, nempe iuxta scientiam mediæ gratiam dari ex operibus, reclamante Apostolo ad Rom. 11. *Si autem gratia, iam non ex operibus.* Sequelam vero probavit, *quia gratiam dari ex operibus, est gratiam dari dependentèr ab aliquo opere præsupposito ad gratiam:* at hoc ipso quod Petrus non habeat ex auxilio gratiæ se determinare ad amandam, gratia datur dependentèr à determinatione liberi arbitrii, quæ præsupponitur ad gratiam, ergo. &c. Postquam vero sic sequelam probavit, statim num. 12. adiecit, *Respondent, inquit, Molinæ discipuli Apostolum non excludere dependentiam gratiæ ab operibus sub conditione prævisis, sed solum ab operibus presentibus, aut saltem absolute futuris.*

222 Quod vero id sit impostura, constabilegenti Pareni Molinam in cõcordia q. 23. art. 4. & 5: disp. 1. memb. 6. penes medium versu, *Nunc ab Augustini, secundum editionem Antuerpiensem pag. 331. ubi hæc habet: Sane ut ex hæcenus dictis constat, & ex ijs, quæ in huius materiæ progressu subiungemus, erit manifestum, eam sententiam amplectimur, quatenus affirmat, prædestinationis quoad actum voluntatis divinæ, per quem in eie prædestinationis complectitur, nempe quo statuit his adultis, & non alijs, confertur per quæ*

3, prævidebat eos pro sua libertate perventuros, in vitam æternam, nullam dari causam vel rationem, imo neque conditionem sine qua non, ex parte usus liberi arbitrii ipsorum, prævisi, sed quod hi fuerint prædestinati, & non alij, ex sola libera, & misericordii voluntate Dei pendere, quæ sua dona distribuere voluit pro solo libero suo beneplacito.

223 Et pag. sequenti versu, quoad Augustinum, inquit, *Deinde cum communis eorum Patrum, qui ipsum præcisserunt, sententia fuerit, prædestinationem fuisse secundum præscientiam usus liberi arbitrii, vè inferius videmus Augustinum re diligentiùs (occasione hæres Pelagiana) examinata, merito asseruit, non fuisse secundum eam præscientiam, quasi Deus dona gratiæ, & prædestinationis pro qualitate usus liberi arbitrii prævisa statuerit conferre, sed fuisse pro sola sua voluntate: id quod D. Thomas, & communis Scholasticorum sententia, atque nos cum illis amplectari sumus,*

224 Item in eadem disput. memb. 5. refert ex D. Thom. quorundam Theologorum opinionem, qui dicebant, bonum vltimè liberi arbitrii prævisum, qui post primam gratiam comparatam in adultis cernitur, esse rationem quare Deus ex æternitate eisdem primam gratiam conferre voluerit, quam sententiam ipse cum D. Thoma ita interpretatur, vè ille bonus usus prævisus non sit meritum ad gratiam antecedentem, sed tantum congruitas ob quam Deus gratiam donare voluerit potius bene vsuris, quam male vsuris suo beneficio. Non secus ac si Rex equos gratis donare vellet suis militibus, prævidereque, quoniam bene illis essent vsuri; qui non item; rationi consentaneum indicaretur, vè equos ijs potius qui bene illis forent vsuri, quam alijs, donaret: bonus namque ille usus equorum ex parte militum, prævisus à Rege, inæqualitatem illam in distributione donorum rationabilem reddit. Sententiam vero hanc gravi censura notat ijs verbis: *Sententia hæc etiam hoc modo explicata, non minus falsa est, & à scripturis sacris aliena, quam quæ membro præcedenti impugnata est, argumentaque, quibus illa refutata est, non minus hanc impugnant, ostenduntque satis esse in fide periculosam, ne aliquid amplius dixerim.*

225 Denique in eadem disput. memb. 11. editionis Antuerpiensis in 6. conclus. pag. 364. hæc habet: *Nulla datur causa, ratio aut conditio, etiam sine qua non, ex parte usus liberi arbitrii ipsorum, aut aliorum prævisi, ob quam illos prædestinaverit, voluerit vè illis ea mediæ, per quæ prævidebat perventuros*

taros illos in vitam eternam, aut cur potius
hac ipsa voluerit eis, quam alijs, sed totum
idem solam liberam ac misericordem voluntate
tem Dei est referendum, qui pro suo benepla-
cito id ita voluit.

Constabit hoc ipsum legenti Eximium
Doctorem tom 2. de grat. lib. 5. cap. 36. num.
10. ubi ita scribit: *Ad primam vero instan-
tiam, quia si post vocationem nostra determi-
natio expectatur, ut trahamur, potius nos
trahimus Deum, responderetur negando seque-
lam, primo quia ut Deus det nobis vocatio-
nem congruam, nullo modo trahimus Deum
nam eius Vocatio omnia nostra opera antee-
dit. Nec refert, quod libera nostra determi-
natio sub conditione cognoscatur, quia illa
prescientia talis determinationis sub condi-
tione futura non allicit Deum, nec mouet,
ut det nobis cognitionem, sed potius dat
nobis Deus vocationem ut illam determina-
tionem habeamus, quod facit ex sola miseri-
cordi, quam alijs non prestat, licet similem
prescientiam conditionatam de illis habeat
ut in Tyrijs & Sydonijs manifestum est Idē
docet 1. p. lib. 2. de predest. cap. 5. & 6. Item
Vazquez 1. p. disp. 91. numer. 69. ubi inquit:
Catholica igitur sententia est, nullam causam,
nullamque initium, seu occasionem ex parte
predestinati ex cogitari posse, ob quam Deus
in tempore gratiam suam ipsi donauerit, aut
in prescientia dare decreuerit. Idque ipsum
docent reliqui Societatis Doctores.*

226. Ex ijs constat falso, & per ca-
lumniam affirmasse Pseudophilalethem, defen-
sores scientiæ mediæ non excludere dependen-
tiam gratiæ ab operibus conditionate prævisis.
Iam autem in hac disputatione sect. 6. expli-
cui, quomodo ex eo quod scientia mediæ sit
necessaria ad prædestinationem, minimè se-
quatur, hanc dependere à nostris meritis. Ibi-
que explicui, vsum gratiæ præsitum non esse
rationem collationis gratiæ in genere causæ
meritoria, sed solum in genere causæ finalis;
quatenus Deus non potest intendere nostram
rectam operationem efficaciter, quin precedat
scientia mediæ representans illius existentiam
futuram sub conditione auxiliij indifferentis;
neque potest dare auxilium propter rectam
operationem, quin hanc intendat
ut finem collationis
auxilij.

Quinta impostura: Defensores scientiæ me-
diæ in eo se à Semipelagianis discernere, quod
hi assererent, fidem dari ijs, quos Deus præ-
vidit credituros ex naturæ viribus:

illi vero ex viribus
gratiæ.

227

Q VOD hoc nobis imponat, &
defensoribus scientiæ mediæ
tribuat, patet ex capite 1. li-
bri Pseudophilalethis art. 1. §. 6. posterioris
editionis, ubi hæc habet: *Se acutè Molinistæ
discernunt ab impugnatoribus S. Augustini.
Fatentur, impugnatores Sancti Augustini,
admississe scientiam mediæ, sed ea fuisse abu-
sos. Quis abusus in hoc consistit, quod assererent,
fidem dari illis, quos prævidit Deus creditu-
ros ex viribus naturæ. Hunc abusum aduer-
sarij putant se tollere dicentes: fidem dari il-
lis, quos prævidit Deus credituros viribus
gratiæ. Et certe quis prima facie non agnos-
cere in istis verbis magnū inter utrosque dis-
crimen? sed cordate lector, credito mihi, larua
est, sub qua earum defenditur assertio. Hæc
ille. Non citat Pseudophilalethes aliquem à
nostris authorem, in quo hæc legerit: forsans
quia in nullo legit, sed finxit. Facileque est erit
evincere, Doctores Societatis minime docere
id, quod hic eis affingit hic author, videlicet
fidem dari ijs, quos prævidit Deus credituros
ex operibus gratiæ, quasi ista fides conditiona-
te ex auxilio prævisa moverit Deum, ut illis
potius quam alijs donum fidei concederet.*

228 Ad hoc evincendum sufficiat
luculentum P. Molinae testimonium in con-
cordia q. 23. art. 4. & 5. disp. 1. memb. 11. edi-
tionis Antuerpiensis circa medium pag. 364. §. 1.
his ita constitutis, ubi scribit: *Itaque dicitur
prescientiam vsus liberi arbitrij præ-
destinatorum, futuræ talis cooperationis
eorum cum donis, & auxilijs Dei, ut ad vi-
tam æternam in hoc ordine rerum, quem
Deus creare statuit, pervenirent, non fuisse
causam, rationem, aut conditionem, quare
vel prædestinati, aut hi potius quam alijs, vel
quare ea ipsa numero prædestinatione, quasi
Deus voluerit ex sua parte illis conferre ea
ipsa mediæ, quæ donare illis statuit, per ea-
que eos prædestinare. quia prævidit illos ita
pro sua libertate cooperaturos, ut ea via ad
vitam æternam pervenirent, aut quasi id fue-
rit conditio, qua existentibus, et qua prævi-
sa, id Deus erat factururus, & sine qua id non
erat voliturus; sed pro sua tantum voluntate
mediæ illis conferre voluisse, per quæ il-
los prædestinavit. Licet enim Deus nulli
adult-*

adulorum deneget auxilia ad salutem necessaria; non tamen pro ratione vsus liberi arbitrij prævisi, sed pro sua tantum libera voluntate distribuit sua dona quibus vult, quādo vult, quantum vult, atque eo modo, quo vult, pro eadem sui libera voluntate ex sua æternitate eo pacto distribuere statuit, quo in tempore ea distribuit. Hucusque Molina, qui non potuit clarius exprimere omnimodam donorum gratiæ independentiā à bono eorum vsu prævisio.

229 Quinam fuerit error Semipelagianorum, supra exposuimus num. 217. & 218 cum P. Suarez: & sect. 6. num. 51. & 52. reddidimus rationem ex Augustino; cur merita conditionate futura nequeant esse ratio collationis gratiæ in genere causæ meritoria, & n. 53. cum D. Thoma explicuimus solum esse posse rationem in genere causæ finalis, seu rationem ad quam ordinet Deus collationem gratiæ. Vt autem ob oculos ponamus non nisi per iniuriam posse nobis obijci, quod consentiamus in aliquo cum Semipelagianis, eorum errorem breviter proponamus.

230 Igitur Semipelagiani licet contra Pelagium sentirent gratiam Dei esse necessariam ad sancte vivendum; & ad obtinendam æternam salutem media perseverantia; existimabant tamen, gratiam non dari omnino gratis, sed ex aliquo honore vsu liberi arbitrij, quæ ponebant vel in naturali affectu credendi, vel in desiderio salutis; vel in aliqua humana oratione, vel alia simili diligentia, quæ minime à gratia procederet, arbitantes, sententiam Augustini stantem contra Pelagianos gratiam Dei non solum esse necessariam ad sancte vivendum; & ultimo perseverandum; sed etiam ad primum initium salutis per actum honestum; ac proinde omnino gratis dari quin præcederet vllum meritum de condigno, vel de congruo; ac propterea revocantis totum humanæ salutis negotium ad electionem, & propositum Dei, quo vnos potius quam alios prædestinavit ad gratiam, quin ex parte illorum præcederet vlla meritorium disparitas; fatalem inducere necessitatem, hominés agere in desperationem, & Deum facere acceptatorem personarum. Contra hos viros, qui magnæ erant auctoritatis in Gallia, præsertim in vrbe Massiliæ, vnde Massilienses dicti sânt, acerrime disputavit Augustinus pluribus in locis, præcipue in lib. de Prædest. Sanct. & de bono perseverantiæ, & ad eos convincendos adduxit exemplum Iacob, & Esau, erga quos diversimode se habuit Deus, vnum eligens, & alterum relinquens antequam quidquam boni, vel mali egissent. Quia vero illi recurrebant ad merita Iacob postea futura, & ad demerita Esau, eos arguitur exemplo ge-

nellorum, quorum alter sine baptismo, alter vero cum baptismo moritur, in quibus non erat recurrere ad merita; vel demerita futura. Quomodo enim (aiebat Augustinus) præsciuit ea futura, quæ illis infantia morituris, præsciuit potius non futura? Hoc argumento turbati Semipelagiani confugiebant ad merita vel demerita conditionata, quæ Deus videbat in illis parvulis, vt propterea vni sit collatus baptisus, secus alteri, quia Deus prævidit, illum, si viveret, habiturum merita bona, istum vero mala. Vt hoc delirium convinceret Augustinus, argumentatus est ex illo sapientiæ ad Raptus est, ne malicia mutaret intellectum eius, ex quo constabat, eum, qui in iustitia raptus est, postea peccaturum, si viveret, quin peccatum illud conditionate futurum aliquid conduxerit, vt propter illud damnaretur; cum potius raptus fuerit, vt illud evaderet. Quod argumentum ita pressit adversarios, vt propterea negaverint librum sapientiæ esse canonicum, vt testatur idem Augustinus cap. 14. de Prædest. Sanct.

231 Itaque Semipelagiani dupliciter errabant circa merita conditionata, primo, quia arbitrabantur propter merita pure naturalia, & humana, & proprijs viribus arbitrij elicita Deum conferre gratiam, qui titulus communis erat in eorum principijs meritis præteritis, præsentibus, & absolute futuris, atque etiam meritis pure conditionate futuris. Secundo, quia existimabant merita pure conditionata posse exercere causalitatem meritoriam, ita vt in præmium, & mercedem illorum posset conferri gratia, quando merita erant bona, vel negari, quando erant mala. Hoc autem erat delirium, quia lumine naturæ notum est; neminem esse nunc premio, vel supplicio dignum propter id, quod nunc non facit, nec antea fecit, nec vnquam facturus est, sed dumtaxat faceret, si certa quædam poneretur conditio. Deinde, cum nullus sit homo, de quo Deus non videat plura merita conditionata, nimirum sub conditione quod illi tribueret auxilia gratuita vehementissime impellentia ad bonum; & de quo Deus similiter non videat plura demerita, & peccata conditionata, videlicet sub conditione quod tenuia ei cõferret auxilia, & gravissimas permitteret tentationes: evidenter deducitur, neque merita conditionata esse sufficientem rationem meritoriam, vt gratia conferatur; neque demerita conditionata esse sufficientem rationem meritoriam, vt gratia subtrahatur: alioquin homo simul esset dignus, vt propter merita conditionata ipsi conferretur gratia; & vt propter demerita conditionata ipsi subtraheretur gratia, quod est implicatorium.

232 Ex quibus manifeste patet, toto

velo distare sententiam Societatis ab errore Semipelagianorum, quia nos fatemur gratiam non sublequi, sed antecedere omne meritum, nullumque actum salutarem, seu conducentem in vitam æternam posse ab homine elici, quin præcedat gratia Dei per Christum, quæ omnino gratuito detur, fatemurque opera nostra salutaria, quæ Deus providet per scientiam mediam futura sub conditione auxilij indifferentis, non posse sortiri rationem causæ meritoria respectu illius gratiæ; sicut Thomista id ipsum fatentur de operibus salutariibus prævisis per scientiam simplicis intelligentiæ sub conditione auxilij prædeterminantis.

§. VII.

Sexta impostura Pseudophilæthis, Patrem Annatum obiectionem errantium sumpsisse pro solutione Augustini. Vbi ostenditur Augustinum nunquam retractasse hanc propositionem in qua aduersarij fatentur contineri doctrinam Societatis: Ut velimus, & suum esse voluit, & nostrum; nisi vocando, nostrum sequendo.

233 **P** Annatus disputatione 1. de scientia media, cap. 4. num. 57. agens contra Tuissium Calvinistam, Pseudophilæthis in impugnanda scientia media vel commilitionem, vel antesignanum, sic alloquitur: *Et si quis obmurmuret, quod in constituenda diuinæ gratiæ congruitate illa, partes esse aliquas dicamus creatæ libertatis, Augustinum appellem, cuius est illa vox ad simplicianum; Ut velimus, & suum esse voluit, & nostrum; suum vocando nostrum sequendo.* Hunc locum cum sibi obijcisset Pseudophilæthes cap. 1. art. 1. num. 14. illi respondet his verbis: *Respondeo quod iste locus disputando profertur secundum suum errorem, quo ante Episcopatum tenebatur; sed postea in eodem loco refutatur.*

234 Hoc referens P. Fourmestraux cap. 2. sui operis contra Pseudophilæthem lect. 6. num. 271. *Nescio (inquit) qua impudentia ausus fuerit Pseudophilæthes rem adeo falsam Annato affingere: cum nullum exeret in loco, quem citat Annatus, huius rei vel tenue vestigium: habeantur autem & in Pseudophilæthe certissima fraudis indicia. Ut iam demonstrabo: nisi forte paulo mitius de eo sentiens dixerit, Pseudophilæthem deceptum fuisse à Pseudo-Augustino (idest Iansenio) Doctore suo familiari, qui libro 2. de gratia Christi capit. 51. col. 224. impudentissime eadem imponit Doctores Societatis, Bellar-*

minio, Suario, Lessio; & ex quo calumniandi hanc, ut multa alia, in librum suum tanquam insigne aliquod triumphi sui ornamentum transfulerit, &c. Et postquam reulit verba Annati uimero præcedenti adducta, subdit P. Fourmestraux.

234 **D**isplicuit id Pseudophilæthis, vii & Tuissio Calvinistæ: *Doctorem igitur suum super hac re consuluit Augustinum Leerdamensem (sic à patria appellat Iansenium), & ex eo hanc commentitiam responsionem didicit.* Est statim apponit verba Pseudophilæthis, quæ paulo ante retulimus, & post illa addit: *Hæc sunt vero Pseudo-Augustini verba loco citato: Respondeo & istum locum ab Augustino pro suo errore, quo ante Episcopatum tenebatur, disputando profertur, & postea in eodem loco refutari. Quis non videat ex utriusque responsionis similitudine, ac propemodum verborum omnium identitate, responsum Pseudophilæthis ex responso Pseudo-Augustini profluxisse è eisdem probationibus uterque vitur, iisdem dolis, ut id per se suadeat.*

235 **S**ed ut constet, sententiam illam quam Annatus citavit ex Augustino, non esse obiectionem errantium, sed legitimam Augustini solutionem, & mentem, textum legamus; & ex antecedentibus, & consequentibus genuinam Augustini sententiam clarissime conspiciemus. Igitur Augustinus tom. 4. q. 2. ad simplicianum explicat locum illum Pauli Romanorum 9. *Cum nondum nati essent, &c.* de quo interrogatus fuerat, & in ipsius questionis initio, dicit se adiutorio gratiæ confisum aggredi illorum verborum explicationem: *Quo adiutorio, inquit, fidentior factus aggredior, & primo intentionem Apostoli, quæ per totam epistolam viget, tenebo, quam consulam. Hæc est autem ut de operum meritis nemo gloriatur, &c.* ait ergo Augustinus scopus Pauli in eo loco esse: *Quo gratia non detur ex meritis, sed ex liberalitate Dei* Hoc supposito multa de mente Apostoli disputat, & late probat, fidem esse donum Dei, *quia nemo potest credere nisi velit, nemo velle, nisi vocetur; nemo autem sibi præstare potest ut vocetur; & sic, vocando Deus præstat & fidem, quia sine vocatione non potest quisquam credere.* Ita loquitur initio colunæ quintæ illius questionis, idest paulo ante medium questionis. Et postmodum subiungit hæc aurea verba: *Nemo itaque credit, nisi vocatus; sed non omnis credit vocatus. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Vtique iij. qui vocantem non contempserunt, sed credendo secuti sunt, valentes autem sine dubio crediderunt. Quid est ergo quod*

que currentis, sed miserētis est Dei. An quia neque velle possumus nisi vocati, & nihil valet velle nostrum, nisi ut perficiamus adiuuet Deus? opus est ergo velle, & currere. Non enim frustra diceretur. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et sic currite ut comprehendatis. Non tamen volentis, neque currentis, sed miserētis est Dei, ut quod volumus a lipiscamur, & quo volumus perueniamus. Noluit Esau, & non cucurrit, sed si voluisset, & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, qui ei etiam velle, & currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret. Aliiter enim Deus præstat ut velimus, aliter præstat quod voluerimus. Ut velimus enim, & suum esse voluit & nostrum, suum vocando, nostrum sequendo. Quod autem voluerimus solus præstat: id est posse bene agere, & semper beate vivere. Hæc Augustinus ibi: ut autem exponit Pat. Suarez in opuscul. lib. 3. de auxilijs capit. 5. numer. 7. & de vera intelligentia auxiliij efficacis, capit. 36. pag. 249. illud quod non est adverbium, sed relativum, ut sensus sit, velle beate vivere, nostrum est cum Dei adiutorio: quod autem per hunc actum volumus, nempe posse bene agere, & semper beate vivere, solus Deus præstat.

236 Quid quæso est in ijs verbis, quod fundamentum præbere potuerit Pseudo-philethi ad asserendum, ea non continere sententiam Augustini, sed obiectionem, errantium? unde hoc collegit? unde intulit? Nūquid quia Augustinus aliquas clausulas sub interrogatione illa, *At*, proposuit, dicere debemus, eum non fuisse locutum ex proprio sensu? Minime gentium. Ut enim sapienter observat P. Suarez tom. 2. de grat. lib. 5. cap. 46. num. 3. *Ille modus interrogandi, quo Augustinus vitur, non est indicium dubitantis, nec ex alterius sententia loquentis: nam ille est ordinarius modus procedendi Augustini subtiliter inquirentis veritatem.* Imo non est argumentum, Augustinum non docendo, sed disputando illam doctrinam proposuisse, ut ostendit idem Suarez in opere de vera intelligentia auxiliij efficacis pag. 248. col. 2. quia frequens est Augustino à principio usque ad finem suarum quætionum interrogationibus, & responsionibus, ac replicis propositis magis ac magis difficultatem vigere: hic est frequens & subtilis Augustini filius. Unde si attente legatur, dū interrogat, & respondet, priusquam replicet, aliquid adiungit, quo responsionem, vel rejiciat vel approbet, & tunc ad vteriora proceditur iterum interrogando, seu replicando.

237 Quid est in illa sententia, quod catholicum non sit? *Ut velimus non esse vo-*

luit, & nostrum, suum vocando; nostrum sequendo. Certissimum enim est, Deum in sententia Augustini operari in nobis velle media vocatione, seu mediante vocatione facere, ut velimus, & credamus. Id constat manifestè primo ex hac ipsa quæstione 2. ad simplicianum ex illis verbis citatis num. 235. qui etiam velle, & currere vocando præstasset, nisi vocatione contempta reprobus fieret, tum quia in eadem quæstione expresse docet bonam voluntatem esse donum Dei, quia Deus media vocatione facit ut bene velimus, si queramus, inquit, *utrum donum Dei sit voluntas bona; mirum si negare quisquam audeat: at enim, quia non procedit voluntas bona vocationem, sed vocatio bonam voluntatem propterea vocati Deo recte tribuitur quod bene volumus.* Tum quia columna vltima illius quæstionis probat fidem esse donum Dei, quia nemo potest credere, nisi Deus gratuito cõferat illi vocationem, & suavitatem incernam, qua trahatur ad credendum: *Quis, inquit, potest credere nisi aliqua vocatione, hoc est aliqua rerum iustificatione tangatur? quis habet in sua potestate tali viso attingi mentem suam, quod eius voluntas moveatur ad fidem? quis autem animo amplectitur aliquid, quod eum non delectat? aut quis habet potestatem, ut vel occurrat quod eum delectare possit, vel delectet cum occurrerit? cum ergo nos ea delectant, quibus proficiamus ad Deum, inspiratur hoc & præbetur gratia Dei, non nutu nostro, & industria, aut operum meritis comparatur.*

238 Secundo constat, quia certum est Deum media gratia efficaci facere ut faciamus, & operari in nobis opera salutaria. At constantissimum est gratiam efficacem apud Augustinum non consistere in motione phisice prædeterminante, sed in vocatione congrua, ut fuse ostendimus in hac disp. tota sect. 8. Tertio, quia si illa verba, *ut velimus suum esse voluit & nostrum &c.* errore continet, errorè etiam continebunt hæc alia ex cap. 34. de spiritu, & littera: *Misericordia eius in omnibus præuenit nos. consentire autem vocationi Dei. vel ab ea dissentire propria voluntatis est.* Item illa, quæ habet libro de dogmatibus Ecclesiast. cap. 11. *Vbi, inquit, initium ergo salutis Deo miserante habemus; ut autem acquiescamus salutiferæ eius inspirationi, nostræ potestatis est.* Eundem enim sensum continent, ut est manifestum: errorem etiam continebunt verba illa, quibus lib. 1. retract. capit. 23. probat fidem esse donum Dei, retractans illud quod docuerat prius in quadam expositione Epistolæ ad Romanos, *quod ergo credimus nostrum est.* Nam retractans hoc dictum, inquit: *Professio hoc non*

non dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quae dantur in eodem spiritu. Vtrumque ergo nostrum est propter arbitrium voluntatis, & vtrumque tamen datum est per spiritum fidei & charitatis: & quod paulo post dixi: nostrum est credere, & velle, illius iuriam dare credentibus, & volentibus facultatem bene operandi per spiritum sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus nostris; verum est quidem, sed eadem regula. & vtrumque ipsius est, quia ipse praeeparat voluntatem, & vtrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis. Quod ipsum reperit in libro de bono perseverat cap. his verbis: *Vtrumque nostrum est, credere ac bene operari, propter arbitrium voluntatis; & vtrumque tamen datum est per spiritum fidei & charitatis.* Atque iterum: *Vtrumque ipsius est, quia ipse praeeparat voluntatem, & vtrumque nostrum, quia non fit, nisi volentibus nobis.* Cum ergo certum sit haec non fuisse ab Augustino pronuntiata secundum errorem, quo ante Episcopatum tenebatur; neque istud, *ut velimus suum esse voluit & nostrum: suum vocando, nostrum sequendo,* potest nisi per fraudem, & calumnia alleri, dictum fuisse ab errante Augustino.

239 Deinde si illa verba continent errorem, cur Augustinus illa non retractavit, dum libro 2. Retract. cap. 1. re cognovit illas quaestiones, quas scripsit ad Simplicianum? & tamen manifestum est, ea non revocasse, ut constabit legenti illud caput primum libri 2. retractationem. Et constabit etiam legenti caput quartum libri de Praedest. Sanct. ubi laudat doctrinam illius quaestionis 2. ad simplicianum: *In cuius quaestione solitione, inquit, elaboratum est pro arbitrio voluntatis humanae, sed vult Dei gratia.* Cur illius erroris non meminit in libro de bono persever. capit. 20. ubi approbat, & laudat doctrinam illius quaestionis secundae ad Simplicianum, vixit in qua plenius sapere incipit, gratiam Dei non dari secundum merita humana, sed secundum beneplacitum Dei? Quod plenius, inquit, sapere incipi in ea disputatione, quam scripsit ad beatam memoriam simplicianum Episcopum Mediolanensis Ecclesiae, in mei Episcopatus exordio, quando & initium fidei donum Dei esse cognovi & asserui. Planum ergo est illam sententiam, *ut velimus suum esse voluit, & nostrum* nullum continere errorem, sed doctrinam Catholicam, quia enim arbitrium nostrum elicere legitur bonam voluntatem, nisi Deus illud praevenerit sua vocatione sancta, & mediantem illa faciat ut bene vivatur adiutorio sibi oblato a Deo; illa volitio tribuitur Deo: quia vero arbitrium libere consentit Deo vocanti, &

libere cooperatur Deo adiuvanti, etiam ipsi arbitrio triluitur. Negari enim nequit Augustinum collocasse in vocatione congrua gratiam illam, qua Deus facit ut faciamus, & ratione cuius dicitur operari in nobis velle liberum honestum, & meritorium, ut saepe ostendi in hac disput. praesertim num. 220. Relinquitur ergo falsissimum esse, quod Pseudophilalthes respondit, nempe sententiam illam ab Augustino disputando prolata secundum errorem quo ante Episcopatum tenebatur. Falsissimum etiam est, quod addidit, nempe postea in eodem loco fuisse ab eo refutatum; cum in tota illa quaestione 2. ad simplicianum, in qua eam sententiam protulit, nullum verbum reperitur, quo illam retractet, sed plurima, quibus saepe confirmet, ut constat ex num. 237.

240 Sed videamus, quomodo Pseudophilalthes persuadeat, illa verba: *ut velimus suum esse voluit, & nostrum &c.* prolata fuisse ab Augustino secundum pristinum suum errorem: *sciendum est* (inquit Pseudophilalthes cap. 1. §. 1. num. 15.) *S. Augustinum aliquando credidisse, quod Deo vocanti ad bene vivendum, voluntas non ex inspiratione divina, sed ex propria libertate vellet bene vivere, qua voluntate posita Deus dat artem, siue potestatem bene vivendi: sicut enim ars pingendi est: quaedam potestas pingendi, quia illa habita potest quis recte pingere; ita ars, & industria, qua bene vivitur, vocatur ab Augustino potestas bene vivendi, quae phrasis est multum notanda.*

242 *Hic error fuit Semipelagianorum, qui dicebant, necessariam esse quidem vocationem Dei, non tamen ex inspiratione divina hominem habere voluntatem credendi; sed ex propria libertate illam habere, sicut & voluntatem bene vivendi, cui postea Deus praestaret bonam vitam, artem & industriam bene vivendi conferendo. Iuxta quem errorem dixit loco citato Augustinus: Aliter praestat Deus ut velimus, aliter praestat Deus quod voluerimus; ut velimus enim, & suum esse voluit & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo. Quod autem voluerimus solus praestat, id est posse bene agere, & semper beate vivere. Quorum verborum germanus sensus est: aliter praestat Deus, ut velimus bene vivere, aliter praestat ipsum bene vivere, quod iam voluimus. ut velimus bene vivere, & suum esse voluit & nostrum; suum vocando; nostrum sequendo. Bene autem vivere, quod iam voluimus solus praestat, artem & industriam bene agendi conferendo. In quo eluceat error praedictus Semipelagianorum: siquidem voluntatem bene vivendi tribuit tantum Deo vocatione & ratione, non ratione bene inspi-*

rationis: Volitio autem, quæ nobis competit ex propria libertate, & applicatione, & non ratione bonæ inspirationis, nostra rectissime dicitur. Hunc errorem retractavit D. August. Cū enim dixisset: quod ergo credimus (vocanti Deo) nostrū est; quod autem bonum operamur illius est, qui credentibus dat Spiritū Sanctū (per quæ facultas bene operandi cōfertur) statim corrigendo subiungit. Hoc profectō nō dicere, si iam scirem fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Huc utque Pseudophilalethes.

242 Quis autē hunc vltimū paragraphum legens, quæ scribit initio n. 16. & illū conferens cum verbis, quæ supra n. 233. in fine ex ipso retulimus, & quæ apud illum habentur ad finē n. 14. in quibus affirmat locū illū: *vt velimus suū esse voluit, & nostrū; suum vocando, nostrū sequendo*, qui habetur in q. 2. ad Simpl. ab Augustino disputādo proferri secundū suum errorem, quo ante Episcopatū tenebatur, seā postea in eodē loco refutari. Quis, inquit, hæc inter se conferens, non iudicaret, verba illa, quæ adducit ad probandū, Augustinū retractasse illū errorem, ab Augustino scripta fuisse in eadē questione ad Simplicianum paulō post verba illa, *vt velimus suū esse voluit è nostrum, &c.* Et tamen non ita est.

243 Quare vt constat, Pseudophilalethē non sincere, & ex bona fide processisse, sed insigni fraude vsum esse, vt incauto lectori facum, faceret: & legentibus persuaderet, D. August. in eadem questione ad Simplicianū sententiā in illis verbis contentam retractasse: sciendum est, allūde priorē locū, aliunde posteriorē desumptū esse. Non error, quæ retractat Aug. non continetur in illis verbis ex q. 2. ad Simpl. *Vt velimus suū esse voluit, &c.* sed in alijs longe diversis, quæ habentur t. 4. in libro expositionis quarundā propositionū Ep. ad Rom. in qua ita dixerat: *Quod ergo credimus nostrū est; quod autē bene operamur, illius est, qui in se credentibus dat Spiritū Sanctum.* Et rursū paulō inferius: *non ergo elegit Deus bene operantes, sed credentes potius, vt ipse faciat illos bene operari. Nostrū enim est credere & velle, illius autē dare credentibus & volentibus facultatē bene operandi, &c.* Hæc Augustinus, vbi inter velle & credere ex vna parte, & bene operari ex altera statuit hoc discrimen; quod credere & velle non sint ex Deo, sed ex libero arbitrio: bene autē operari sit ex Deo, sive ex eius gratia: cuius doctrinæ pars prima continet errorem Semipelagianorum. Hanc autem opinionem quam citoneam ad limam revocās August. lib. 2. retr. c. 23. eam corrigi ijs verbis. *Proinde quod continuo dixi: dicit enim idem Apostolus, idem Deus, qui operatur omnia in omnibus; nunquam ai*

dit omnia in omnibus: ac deinde subiūxi: quod ergo credimus nostrū est; profectō non dicerem, si iam scirem, etiā ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu.

244 Quid autē affine cū hoc errore habet sententia illa, quam ex Aug. lib. 1. ad Simpl. q. 2. retulit P. Annatus, *vt velimus suum esse velle & nostrum, suum vocando nostrum sequendo?* Nam error præcedentis loci in eo consistit, quod ille solum opera tribuit Dei gratiæ non autem ipsum credere & velle. At in sententia illa, quæ ex q. 2. ad Simpl. citavit Annatus, etiam ipsum velle credere tribuitur gratiæ Dei misericorditer vocantis ad volendum: ergo tantum abest vt illa sententia contineat errorem illum, quem antea tradiderat in libro expositionis quarundam propositionum Epistolæ ad Roman. vt potius illum damnet Ergo evidens est, Augustinum, quando 1. retractat. cap. 23. protulit verba relata ad finem num. 241. non retractasse sententiam relata ab Annato ex q. 2. ad Simplic. sed errorem contentum in libro expositionis quarundam propositionum Epist. ad Rom. Quod vltius inde convincitur, quod Augustinus in capite illius libri primi, retractationum non recognovit vt libros quos iam Episcopus scripsit ad Simplic. vt evidens erit legenti: sed hos libros, vel potius quæstiones vnus libri, recognovit lib. 2. c. 1. vbi illam sententiam non retractavit, sed potius vt ipse testatur libro de Præd. Sanct. cap. 4. & lib. de bono persev. cap. 20. (vt videmus supra num. 229.) doctrinam illius laudat, quia in illa, *etiam initium fidei donum Dei esse cognovit & asseruit.*

245 Tantumque abest, vt Augustinus in eo cap. 23. libri primi retractationum, retractaverit sententiam illam ex q. 2. ad Simplicianum adductam ab Annato, vt potius illam expresse confirmaverit: nam postquam illic reprobavit quod scripserat: *Quod ergo credimus nostrum est, &c.* subdit: *Vtrumque ergo (nēque credere & bene operari) nostrum est propter arbitrium libertatis, & vtrumque tamen datum est propter spiritum fidei & charitatis: hæc autem verba eundem sensum reddunt, eandemque sententiam continent ac illa, quæ ex q. 2. ad Simplic. retulit Annatus, vt velimus suum esse voluit, & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo:*

246 Falsissimumque est, quod Pseudophilalethes supra num. 240 dicebat, *Augustinum aliquando credidisse, quod Deo vocante ad bene viuendum, voluntas nō ex inspiratione diuina, sed ex propria libertate vellet bene viuere.* Nam apud Augustinum idem est aliquid fieri Deo vocante, ac fieri Deo inspirante: siquidem vt supra ostendimus q. 220. Augustinus frequenter docet, Deū ope-

rari in nobis ipsū *velle*, quatenus tribuens nobis suā internam vocationem sine meritis, mediante illa facit vt velimus. Sic enim habet in lib. 83. quæst. q. 68. *quoniā nec velle quisquam potest, nisi admonitus, & vocatus: efficitur, vt ipsum velle Deus operetur in nobis.* Et paulo post, *vocatio ergo ante meritum voluntate operatur.* Quasi diceret, Deū operari in nobis ipsum velle, quatenus ante omne nostrum meritū nobis donat vocationē congruā ad volendum, & in lib. de spirit. & litt. c. 34. *visorū (inquit) suasionibus agit Deus vt velimus & credamus, &c.* consule, quæ scripsimus n. 237. Vnde lib. 2. contra duas Epistilas Pelagianor. c. 8. inde probat initium salutis esse ex Deo, idest ex gratia Dei, *quia non sumus idonei cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis.* Et in lib. de predest. Sanct. c. 3. exinde probat non solum bonū opus, sed etiā ipsam fidem, & voluntatem credendi esse ex Deo, idest ex gratia Dei, quia nemo potest concipere voluntatē bonā, & desiderium credendi, quin precedat sancta cogitatio. *Quis enim non videat, inquit, prius esse cogitare quā credere: nullus quippe credit aliquid nisi prius cogitauerit esse credendum.* Quod ergo pertinet ad religionem, & pietatē, de qua loquebatur Apostolus, si non sumus sufficientes cogitare aliquid quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: profecto non sumus idonei credere aliquid quasi ex nobis meritis, quod sine cogitatione non possumus, sed sufficientia nostra, quæ credere incipimus, ex Deo est. Quo circa si quis nemo sibi sufficit ad incipiendū vel perficiendū quodcumque bonum opus, quod iam isti fratres (nempe Semipelagiani Mabilien- ses) verū esse consentiunt, vnde in omni opere bono incipiendo, & perficiendo, sufficientia nostra ex Deo est: ita nemo sibi sufficit ad incipiendā vel perficiendā fidē, sed sufficientia nostra ex Deo est: quoniā fides, si nō cogitur, nulla est, & non sumus idonei cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobismet ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

247 Deinde probatur, iuxta Augustinum idē esse aliquid fieri ex vocationē Dei, ac fieri ex inspiratione Dei; quia certū est Deū mediante gratia efficaci facere vt faciamus opera salutaria; vnde quidquid fit ex gratia Dei, fit ex inspiratione Dei; atqui gratia efficax iuxta Augustinū consistit in vocatione congrua, vt constat ex dictis n. 220. & ex n. 84. 85. 86. & 87. ergo inspiratio diuina efficax iuxta Augustinū consistit in vocatione congrua.

248 Et modus iste loquendi, quo vocationē ipsa inspiratio dicitur, constat ex Conc. Trid. Sess. 6. c. 5. vbi ait: *Tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationē, neque homo ipse nihil omnino agit inspirationē illā re-*

cipiens: vbi quā vocaverat illuminationē, postea inspirationē vocat: & initio illius capitis declarat: ipsius iustificationis exordium in adultis a Dei per Iesum Christū proueniente gratia sumendū esse, hoc est ab eius vocatione. Et postea Canone 3. *hanc gratiam prouenientem appellat inspirationem.*

249 Quare iuxta Augustinū illustratio intellectus, quæ Deus excitat hominē ad libere eliciendā voluntatē supernaturalē, vel se sola dicitur inspiratio, quia inter illa, & actū liberum salutarem non mediat semper alius actus voluntatis, indeliberatus scilicet: vel dicitur inspiratio ipsa vocationē, quia nomine vocationis non intelligit Augustinus solam illustrationem intellectus, sed etiam affectionem quandā indeliberatam voluntatis, quæ necessario resultat ex illustratione; ita vt ante actionem liberā voluntatis meritoriam præcedat motio voluntatis indeliberata, quæ immediatissime per modum cuiusdam ponderis inclinēt ad actionem liberam, & hoc tenet cōmunis sententia Theologorum apud P. Suarez t. 2. de grat. lib. 3. c. 74. n. 5. quæ affirmat excitantem gratiam non solum in intellectu, sed etiam in voluntate infundi ante deliberatum consensum salutarem. Quamvis autem quis diceret, inter vocationē seu illustrationem supernaturalē intellectus, & actū deliberatum voluntatis, ad quē Deus excitat mediante vocatione, nihil mediare; non incideret in errorē Pelagij, vt notat P. Suar. ibidē n. 4. nā Pelagius gratiā solū ponebat in doctrina externa, quatenus naturali modo potest intellectū excitare, & instruere; hæc vero sententia requirit specialē illuminationē internā, quā Pelagius nō agnoscebat, & ideo Aug. in libro de grat. Christi c. 13. vocat illā internam doctrinā quā Deus cū mira suavitate infundit: *Si doctrina dicēda est, inquit, certe sic dicatur, vt altius & interiorius eā Deus cū incredibili suavitate credatur infundere, non solum per eos, qui plantant & rigant extrinsecus: (vtique vt dicebat Pelagius) sed per se ipsum, quod est proprium catholicæ doctrinæ.*

250 Quare dum Augustinus dixit, *vt velimus suum esse voluit, & nostrum, suū vocando, nostrum sequendo;* nomine vocationis non intelligit solum externam vocationem, quæ fit per Evangelij prædicationem, aut per signa aliqua prodigiosa, quæ fiunt in fidei confirmationem; sed vocationem internā, quæ fit per illuminationē internā, seu per illustrationē supernaturalē, quam Deus in intellectu causat vt author supernaturalis. Neque solum intelligit hanc illustrationem, sed insuper affectionem in deliberatam inde resultantem erga bonum propositum per illustrationem, & totū significatur nomine vocationis; & nomine inspirationis.

Augustinus docet Deū
me.

media vocatione operari in nobis *velle*, videtur docere sententiam, quam sequuntur P. Molina, & P. Lessius locis citatis supra n. 198. Item P. Vazquez loco supra citato n. 209. P. Ripalda, P. Esparza, & alij plures; quod nimirum vocatio illa non solum concurrat moraliter, allieciendo, & inclinando voluntatem nostram ad consensum liberum salutarem; sed etiam phisicè influat immediate per modum principij efficiencis in illum cōsensum, saltem quando non adest habitus supernaturalis, qui per modum virtutis agendi simul cum voluntate induat. Vel saltem Augustinus tenet doctrinam, quam sequutus est P. Suarez in opere de vera intelligentia auxilij efficacis cap. 4. cuius titulus est: *Quamvis sola gratia non prædeterminet voluntatē humanam, tamen phisice efficere consensū eius, & determinationē ad illum*; ibi enim versu *Vnde addo* ait, non esse necessarium ut vocatio ipsa, & gratia excitans influat in actum liberi cōsensum per phisicam efficienciam adiuuando ipsum liberum arbitrium; sed solum esse necessarium ut intelligamus Deum hoc ipso quod liberum arbitrium excitat per præuenientem gratiam, esse paratum ad adiuuandum illum. Quod ipsum docet in opuscul. lib. 3. de auxilijs c. 4. & 1. 2. de grat. lib. 3. cap. 18. & 19. vbi probat in homine libere ac supernaturaliter operante sine habitu, principium adiuuans ad eliciendum supernaturalem actum esse ipsum spiritum sanctum, qui ad exigentiam gratiæ excitantis immediate adiuuat voluntatem ut principale principium proxime, & phisice faciens actum supernaturalem.

251 Quando igitur Augustinus ait consensum nostrum tribui Deo ratione vocationis, non excludit inspirationem, ut perperam inferebat Pseudophilalethes; vel quia ipsa vocatio supernaturalis est formaliter inspiratio, vel quia ad vocationem existentem in intellectu consequitur inspiratio existens in voluntate, id est affectus supernaturalis indeliberatus, quo Deus cum mira suavitate inclinat voluntatē ad cōsensum liberum; ex eo enim quod mentionē faciat solū vocationis male inferitur ipsum negasse inspirationem, sicut ex eo quod quis adstrueret actum intellectus ut necessarium ad aliquid agendum, perperam inferretur ipsum negare actum voluntatis: præsertim quando ex natura rei actus voluntatis consequitur ad actum intellectus, ut hic contingit; nā hoc ipso, quod Deus ut author supernaturalis infundat in intellectu illustrationem supernaturalem, ex cōsequenti imprimis voluntati affectionē indeliberatam erga bonum repræsentatum per illustrationem; & per illustrationem intellectus, & inspirationem voluntatis mouet hominem ad

liberū salutarem, & hoc exci-
et
excitetur per gratiam præuen-

nientem manet paratus ad phisice influendum cum arbitrio in actum salutarem non solum concursu simultaneo vniuersali, sed concursu supernaturali speciali.

252 Ad finem aduerto, hunc authorē, dum contendit, illi verba, *ut velimus suū esse voluit & nostrū suum vocando, nostrā sequendo*, continere errorē, eo videri collimare ut neget libertatē indifferentiæ, & adstruat, in operatione, quā gratia causat, nihil esse nostrum. Sic enim proponit obiectionē cōtra se in suo opusculo c. 1. a. 1. §. 3. n. 14. *Obijeris; S. Aug. lib. ad Simp. q. 2. ait, quod ipsum velle sic Dei, vocando, nostrum sequendo, ergo non potest dici quod in operatione gratiæ nihil sit nostrū*. Cui obiectioni responderet, id ab Augustino dictū secundum errorē, quo ante Episcopatum tenebatur. Ergo sentit in operatione gratiæ nihil esse nostrū. Id autē est plane falsum; nā actus nostri liberi meritorij sunt operationes gratiæ; & tamen in illis actibus aliquid est proprie nostrū, id est à nobis vere productum; quia de fide est, nos proprie operari libere libertate indifferentiæ per actiones meritorias; quāvis quidquid ibi est nostrū sit principaliter effectus gratiæ, quā voluntas non elicit actum salutarem, nisi ut excitata per gratiā præuenientem, & confortata per gratiā adiuuantē. Totaque actio meritoria est à gratia, & simul tota est à lib. arb. totalitē effectus, quāvis sit à lib. arb. ut motus per gratiā & antecedenter excitato. Vnde Aug. ser. 15. de verb. Apost. c. 1. 1. ait: *Non partim gratia, partim liberū arbitriū, sed totū singula opere indiuiduo peragunt*. Quod idē dicit Bern. lib. de grat. & lib. arb. circa finē: vbi de gratia sic loquitur: *Ipsa liberū excitat arbitriū, cū seminat cogitatū sanat cū immutat affectū, roborat ut perducatur ad actū, seruat ne sentiat defectū, sic autē ista cum libero arbitrio operatur, ut tantum illud in primo præueniat, in cæteris committitur. Ad hoc vtiq; præueniens, ut iam sibi deinceps cooperetur, ita tamen quod à sola gratia captū est, pariter ab vtraque perficitur, ut mixtim, non singillatim, simul, non vicissim, singulos profectus operentur*.

253 Quare licet nihil sit nostrū in operatione gratiæ, quæ antecedit nostrū consensum liberū, quia gratiā præuenientē Deus operatur in nobis sine nobis libere cooperantibus; tamen aliquid est nostrum in operatione gratiæ, quā Deus in nobis per gratiā cooperantem efficit; quia illa operatio nō solū est à gratia, sed à lib. arb. & ratio sumitur ex D. Th. 12. q. 111. a. 2. dicente, motū qui est in mobili, tribui mouenti; nostrā autē motū ad Deum ut mouentē cooperari, & ideo quando mens nostra (inquit) est mota, & non mouēs (vtrique liberē) solus autē Deus est mouens, operatio Deo tribuitur, & secundū hoc dicitur gratia operans, in illo au-

te effectu, in quo mens nostra & mouet, & mouetur, operatio non solum tribuitur Deo, sed etiam anime, & secundum hoc dicitur gratia cooperans. Ergo cum actio libera meritoria talis sit, ut per illam non solum anima moveatur à Deo, sed anima se ipsam moveat, actio meritoria proprie tribuitur arbitrio, licet non illi soli, sed illi & gratiæ, & huic principaliter. Quare cum de fide sit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum aliquid proprie agere cooperando Deo moventi, & excitanti; sit consequens, aliquid habere liberum arbitrium in actione supernaturali meritoria: ergo falsissimum est, quod incutit Pseudophilalethes, nempe in operatione gratiæ nihil esse nostrum.

S. VIII.

Detegitur inanitas trinationum, quibus Pseudophilalethes probat scientiam mediam euertere libertatem.

259 **H**AS rationes proponit hic author c. 1. a. 3. §. 1. Primam sic format n. 35. *Nulla scientia evertit libertatem, quæ non subijcit illum suo creatori; sed scientia media non subijcit libertatē suo creatori: ergo, &c.* Minorem probat, quia scientia media non potest defendi, quin asseratur aliquid esse à libero arbitrio, quod non sit à primo libero. Vanitas huius rationis constat ex dictis §. 2. huius sectionis, ubi probavimus voluntatē non posse se determinare, quin Deus influat tanquā primum liberum, & prima causa in hanc determinationem. Ad depellendam hanc imposturam, & convincendum de fallitate minorem argumenti, & eius probationem, sufficiat legere Eximium Doctorem in opere de vera intelligentia auxilij efficacis capit. 4. cuius titulus est. *Determinationem voluntatis ad consensum liberum, licet à solo Deo non fiat, non fieri à solo libero arbitrio.* Et sane quod scientia media subijciat libertatē suo creatori, à priori probatur; quia affirmat voluntatem operaturam sub conditione quod Deus illi concedat auxilium sufficiens, & paratus sit cum illa concurrere. Unde iuxta assertores scientiæ mediæ voluntas creata nihil potest operari sine auxilio primi liberi, & sine influenza eius; ergo essentialiter est liberum secundum subordinatum primo. Ut enim inquit D. Thom. in 2. dist. 37 q. 2. art. 2. *Huc est de ratione primi principij, ut possit agere sine auxilio prioris agentis, & sine influenza eius.*

260 Hinc corruiat secunda ratio, quæ ipse tertio loco proponit num. 37. scientia, quæ inflat liberum arbitrium, destruit libertatem; sed scientia media inflat liberum arbi-

trium: ergo, &c. Probat minorem, quia scientia media tribuit libero arbitrio aliquid non ab alio acceptum, nempe determinationem, qua se ad agendum determinat. Corruit, inquã, hæc ratio; nam eius minor propositio falsa est, & eius probatio falsa suppositione laborat; supponit enim, iuxta assertores scientiæ mediæ liberum arbitrium non accipere à Deo, quod se determinet ad eliciendum actum honestum præ turpi: quod est evidenter falsum, ut in hac sectione sæpe demonstravimus. Si autem loquamur de determinatione ad actum turpem præ honesto, verum quidem est, liberum arbitrium non eam accipere à Deo, quia Deus non est author actus peccati, neque est causa cur arbitrium eliciat potius actum peccati, quam oppositum; licet illum actum non efficiat arbitrium sine concursu simultaneo Dei; quia enim Deus exhibet illum concursum per decretum indifferens, vnicuique amans existentiam actus honesti, non habet homo à Deo quod se determinet ad actum pravum, licet non habeat sine Deo, eiusve concursu. Quod autem homo non habeat à Deo, sed à se, quod se determinet ad actum pravum, & determinet Deum ut influat potius in actum pravum, quã in honestum, non est materia inflationis, & superbiæ, sed materia humiliationis.

261 Tertia ratio, quam ipse secundo loco proponit, sic formatur ab hoc auctore eo art. 3. §. 1. n. 35. scientia, quæ exigit ad libertatem potentiam ad peccandum, destruit libertatem iuxta illud Ioan. 8. *Si ergo filius vus liberaverit, vere liberi eritis.* Sed scientia mediæ exigit ad libertatem potentiam ad peccandum; ergo, &c. Probat minorem, quia coniungere negationē amoris, v.g. cum præcepto urgente ad amorem, est peccare. Scientia autem mediæ exigit potentiam ad coniungendam negationem amoris cum præcepto amandi; quia iuxta principia scientiæ mediæ non potest stare libertas, quin sit potestas ad coniungendum tam actum, quam negationem actus cum omnibus antecedentibus ad actum; sed præceptum vrgens ad amorem, est quid antecedens amorem: ergo iuxta principia scientiæ mediæ non potest stare libertas ad implendum præceptum amoris, quin simul sit potentia ad coniungendum negationem amoris cum præcepto urgente ad amorem, quæ est formalissime potentia ad peccandum: ergo, &c.

262 Respondeo Doctores Societatis non exigere ad libertatem potentiam peccandi; Nam Deus perfectissimam libertatem habet; & tamen non habet potentiam peccandi similiter Christus. Potentiã ergo peccandi solum exigimus, in homine habente præceptum. Licet actus eliciendus non imponat necessitate

in sensu cōposito eius inerat voluntas cū proxima potentia antecedenti ad omissionem talis actus, implicat eam quod voluntas ligata præcepto indispensabili possit omittere actum præceptum, quin possit peccare, vñ latè ostendo tom. 3. disp. 30. sect. 2. & disp. 31.

257 Argumentū fallaciam cōtinet propter multiplicem acceptionē huius vocis *libertas*. Est enim æquivoca, alia est enim libertas à miseria, quæ appellatur libertas gloriæ, de qua Rom. 8. *Tunc & ipsa creatura liberabitur a corruptione in libertatem gloriæ filiorū Dei*. Alia est libertas à servitute peccati, quæ appellatur libertas gratiæ, de qua apostolus 2. ad Corinth. 3. *Vbi spiritus Domini, ibi libertas*. Et Christus Ioan. 8. *Si filius vos liberaverit, vere liberi eritis*. Tercia est libertas à necessitate, quæ appellatur libertas naturæ, & libertas indifferentiæ, de qua 1. Corinth. 7. *non habens necessitatem, sed potestatem habens suæ voluntatis*. has acceptiones libertatis plurimis scripturæ testimonijs illustrat Bernardus de grat. & lib. arbit. col. 3. & sequentibus: & Magister in 2. dist. 25. ex August. 4. est libertas à coactione; secundum quam acceptionem liberum dicitur quidquid est voluntarium, & sponte fit, & sine violentia, & coactione, & in hac acceptione amor beatificus est liber, quia est spontaneus, & absque coactione, & violentia elicitor. Et in hoc sensu accepit libertatem Michael Baius; qui in p. 39. & 66. damnatis ab Ecclesia asseruit: *solan violentiam repugnare libertati hominis naturalis: item, quod voluntarie fit; etiam si necessitate fiat, libere tamen fieri*. Hoc passim Vvaldephus apud Vvaldensium lib. 1. doctrinalis fidei cap. 22. & 23. & 24. docet *Deum libere producere Verbum, & Spiritum Sanctum, licet absolute necessario illud agat: & esse libertatem in Angelis confirmatis; qui tamen ad hoc agendum quod agunt, summa necessitate trahuntur*.

258 Et hanc tantum libertatem à coactione admittit in statu naturæ lapsæ Lutherus, & Calvinus, vt probat P. Ripalda contra Baium disput. 14. sect. 3. productis eorum testimonijs, & hunc errorem securus est Iansenius; & id circo asseruit: *Ad merendum, & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiri in homine libertatem à necessitate: sed sufficere libertatem à coactione*: quæ propositio cum alijs quatuor eiusdem tanquam hæretica damnata est ab Innocentio Decimo, vt vidimus tom. 1. disputat. 17. sect. 18.

259 His positis parebit fallacia rationis, quam ex Pseudo-Philalthe retulimus numer. 261. ex hoc enim quod scientia media, vel potius assertores scientiæ mediæ ad libertatem servando præceptum in-

dispensabile (si observandum sit cum plena indifferentia ad non observandum) exigant potentiam peccandi, non sequitur destruerē libertatem indifferentiæ, seu libertatem à necessitate, quæ datur in homine observante libere præceptum, iuxta illud: *Qui potuit transgredi, & non est transgressus*: neque sequitur destruerē libertatem à servitute peccati; nam homines, qui ob sanguinem Christi iustificantur, vere liberi sunt à servituti peccati, & tamen habent potentiam peccandi; nam hæc propositio est vera, *iustus potest peccare*. Quamvis enim libertas à servitute peccati cum omnimoda perfectione non obtineatur nisi in patria, vbi homines non possunt iam peccare; quia visio beatifica illos reddit impeccabiles: tamen, qui per Christi redemptionem iustificantur à peccato, iam non sunt sub servitute peccati: Nam solus is, *qui facit peccatum, servus est peccati*, dum non liberatur per iustificationem à servitute diaboli: is vero, qui potens facere peccatum, nihilominus peccatum non facit, non vincitur à diabolo, neque sub eius potestate constituitur, ac proinde vere liber est à servitute peccati, dum conservatur sine omni mortali,

260 Neque verba illa Christi: *si filius vos liberaverit, vere liberi eritis*, quidquam favent adversario. Vt enim ad litteram exponit Maldonatus cum Chrysostomo, Theophylacto, & Euthymio, illa particula *vere* duo indicat; alterum est, eam libertatem, quam iactabant Iudæi, quod filij essent Abrahami, veram non esse, quia componitur cum statu peccati, & servitute diaboli: alterum est non posse eos alia ratione veram consequi libertatem, nisi filius liberaverit, id est nisi Christus Filius Dei naturalis eos à servitute, & statu peccati eduxerit: Quid autem faciunt hæc ad probandum scientiam mediam tollere libertatem? est ergo illa ratio omnino frivola, ne ridiculam appellem.

§. IX.

Infertur ex dictis perperam Pseudo-Philalthe contendere Molinæ discipulos deficere in explicando concursu gratiæ vi cuius Deus discernit bene operantem à non operante.

261 **H**IC autem hoc est sui opusc. a. 1. §. 4. explicans in quo, suo iudicio, deficiant Molinæ discipuli, assertis, in hoc deficere, quod non distinguant inter prin-

cipium actus, & principium movens ad actū. Cū enim gratia in sententia Societatis sit principium indifferens; & in doctrina D. Thomæ principium actus, quod quandoque est agens, quandoque non agens, non possit sibi esse causa, quod actio fiat: sic inde gratiam in sententia Societatis nō esse causam, quod actio fiat, quāvis sit causa, quod actio, quæ sit, sit supernaturalis. *Istæ, inquit, sunt valde distinguenda, hæc actio quæ fit, est supernaturalis. & hæc actio supernaturalis fit: à gratia habetur quod actio, quæ fit à libero arbitrio: sit supernaturalis; sed non habetur à gratia, quod actio supernaturalis fiat à libero arbitrio.* Vnde infert, remanere difficultatem de libero arbitrio nō solum nude sumpto, sed etiam de libero arbitrio informato gratia: *Cum enim gratia* (inquit) *& quodlibet principium supernaturalis tenes se ex parte virtutis non dant libero arbitrio quod agat; quæritur à quo liberum arbitrium informatum habet, quod agat? Si dicas à libero arbitrio determinante se ipsum, contradicis. Apostolo dicenti 1. Corinth. 4. Quis te discernit? &c. Illud enim quod est sibi causa quod agat, se discernit à non agente. Si dicas à Deo specialiter applicante, consentis. Apostolo dicenti. quid autem habes quod non accepisti. Primum Molinæ discipuli offerunt; secundū S. Augustini & D. Thomæ discipuli unanimiter tenentur. Qui presvaleant? iuicet cordatus Theologus. Ecce lapis offensionis, in quo offenderunt omnes scientiæ mediæ defensores. Hæc ille.*

262 Verū hæc ex dictis facile evanescunt. Assertores namque scientiæ mediæ non solum dicimus necessariam esse gratiam adiuvantem, quæ per modū virtutis simul cum libero arbitrio influat phisice in actum salutarē; sicut influit habitus charitatis in actum charitatis, & relinqui habitus supernaturales influunt in suos actus; sed insuper dicimus esse necessariam gratiam excitantem, & prevenientem, per quam Deus excitat liberum arbitrium ut utatur habitu supernaturali, & cooperetur cum Deo, qui tanquam author supernaturalis paratus est adiuvari ipsum ad eliciendam actus salutaris. A gratia adiuvante habetur, quod actio, quæ fit à libero arbitrio; sit supernaturalis; non enim est supernaturalis quia supponit liberum arbitrium tanquam principium sui; sed quia supponit aliquod principium supernaturale. A gratia vero excitante, quæ consistit in vocatione, & inspiratione gratuita, habetur, quod actio supernaturalis fiat à libero arbitrio. Habetur, inquam, non quidem tanquam à principio eligente, vel tanquam à principio phisice prædeterminante, sed tanquam à principio moraliter applicante, ut cuius Deus propriissime facit ut liberum arbitrium utatur principio supernaturali, &

cū illo cooperetur, & liberè & laudabiliter efficiat actum salutarem ut enim vidimus supra n. 202. Deus facit ut velimus, non phisice determinando, sed moraliter persuadendo. Vnde nihil habet liberum arbitrium de quo gloriari possit, quasi non acceperit, quia quod se determinet ad eliciendum actum salutarem, habet à gratia adiuvante tanquam à principio efficiente, & à gratia excitante tanquam à principio moraliter inclinante, & obtinente, ut homo se determinet, ut cuius Deus facit vere, & proprie ut homo eliciat actum salutarem.

263 Vnde Molinæ discipuli, ut genuini D. Thom. & Augusti discipuli dant gratiæ quiddam illi tribuunt magna hæc Ecclesiæ lumina. Nā hoc ipsum dicimus, quod ex mente D. Thom. docet Thomistarum Princeps Capreolus in 2. dist. 28. q. 1. a. 3. ad 12. cuius verba usurpantes, dicimus: *Non solum movet nos Deus ad bonum velle partialiter efficiendo, sed etiam quodammodo specialiter faciēdo ipsam voluntatē partialiter concurrere, ita quod ipsa voluntas partialiter concusat applicata, & quasi instrumentaliter mota à Deo ad sic partialiter concurrēdū.* Etenim neque in sententia D. Thomæ neque in sententia D. Augusti. Deus applicat liberum hominis arbitrium ad eliciendū actum salutarem media phisica prædeterminatione, quæ est qualitas mortua, sed medijs actibus vitalibus, quos in nobis sine nobis meritis, & sine nobis libere cooperantibus operatur: ut enim inquit D. Thom. citatus supra n. 169. *hominem multipliciter trahit Deus, revelatione interna veritatis persuasionem, operationem miraculorum, blanditijs, admirabili delectatione, & amore veritatis.* ubi ut vides, S. Doct. enumerans modos, quibus Deus applicat arbitrium hominis ad eliciendum actum salutarem, faciēdo ut faciat, & trahendo illud ad agendum, non meminit, nisi motuum intentionalium.

274 Quod etiā docuit lect. 6. super cap. 8. Ep. ad Rom. ut expendi t. 1. pag. 275. n. 96 ubi dupliciter distinguit vocationē, aliam exteriorē, quæ fit ore prædicatoris, aliā interiorē: *quæ nihil aliud est, inquit, quā quidam mentis instinctus, quo cor hominis movetur à Deo ad assentiendam ijs, quæ sunt fidei vel virtutis.* & hæc vocatio necessaria est, quia cor nostrum nō se ad Deum converteret, nisi ipse Deus nos ad se traheret. *Joan. 6. nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum.* *Thyren. 5. converte nos Domine & convertemur.* Et etiā hæc vocatio est efficax in prædestinatis, quia huiusmodi vocationi assentiunt. En Div. Thomas ab scripturis edocuit ponit gratiam efficacem, non in qualitate phisica moruo modo prædeterminante, sed in vocatione, & illuminatione, quæ non sit efficax ab

infecto, sed efficax reddatur ab effectu: id quæ roboratur, quia vt vidimus num. 168. mo-
pito, qua Deus iuxta Div. Thomam efficaciter
mouet arbitrium ad eliciendum actum saluta-
rem, est morio, cui potest resistere, eius influ-
zum cohibendo, & vt ibidem, & numer. 137
constitit, ad libertatem in sententia D. Thomæ
& communi Patrum, & Theologorum requi-
ritur, quod voluntas non determinetur ab alio,
quæ essent falsa, si voluntas indigeret præde-
terminatione. Præterea, vt ait ipse Angelicus
Doctor q. 5. de malo art. vnico ad 15. *Causa il-
la, quæ facit voluntatem aliquid velle, non
oportet, quod necessitate id faciat*, id est, quod
faciat necessitando: redditque rationem, *quia
potest per ipsam voluntatem impedimentum
præstari, vel remouendo talem considerationem,
vel considerando oppositum*. Ergo supponit D.
Thomas motionem illam, per quam Deus fa-
cit voluntatem nostram aliquid velle, esse in-
tionalem, & ita facere voluntatem velle, vt
possit per eandem voluntatem impediri, quod
phifica prædeterminationi cõuenire nõ potest.

265 Deinde exploratum est gratiã
efficacem, per quam Deus applicat liberum
arbitrium ad operandum bonum, & per quam
facit, vt faciamus, non consistere iuxta Au-
gustinum in phifica prædeterminatione, sed
in vocatione congrua, qua id prorsus agitur,
& per agitur vt credamus, vt ipse ait cap. 19.
de prædestin. Sanct. & vt ipse inquit ibidem
cap. 16. explicans illud Rom. 9. *non ex ope-
ribus, sed ex vocante dictum est ei, quia ma-
ior seruiet minori; dictum est ex vocante, non
quacumque vocatione, sed qua vocatione sic
credens*. Et vt loquitur ipse Augustinus Epist.
107. ad Vitalem explicans naturam vocationis,
in qua ponit gratiam efficacẽ per quam Deus
facit vt faciamus, *vocatio illa alia atque so-
cra sic mouet sensum, vt accomodet assen-
sum*. Sæpeque in hac disputatione ostendimus
Deum iuxta Augustinum facere vt faciamus
bonum, quaremus gratiosè nobis immitit vo-
cationem congruam, vt patet ex num. 220. Et
vt ipse docet lib. 83. quæstionum quæst. 68.
id circo non potest quis gloriari de fide, alijs
quæ actibus salutaribus, quibus operans discer-
hitur à non operante, *quia etsi quisquam sibi
tribuat, quod veniat vocatus, nõ tamen quod
vocatus sit*. At proinde bona opera salutaria
debent tribui Deo, qui misericorditer, & nul-
lis præcedentibus meritis tribuit homini prin-
cipia supernaturalia necessaria ad operandum;
& insuper media vocatione congrua, & inspi-
ratione facit vt homo vtatur illis principijs, &
salutariter operetur.

266 Vnde si queramus, à quo habeat li-
berum arbitrium informatũ gratia, quod agat

respondere debemus, habere à se, & à gratia, &
se quidem, vt eligente, & determinante, sup-
posito auxilio sufficienti, & proxima potestate
ad vtrumque: à gratia vero vt principaliter in-
fluente, & faciente moraliter vt homo se deter-
minat. Vnde cum Deus tribuendo principium
supernaturale, quo homo constituitur potens
operari, & insuper conferendo vocationẽ con-
gruam, quæ illi persuadet vt opereatur, & cum
illo cooperado principaliter, sit causa, cur homo
recte opereatur, ideo hominem bene operantem
à nõ operante principaliter discernit. Homo etiã
ipse in aliquo vero sensu se discernit, non qui-
dem viribus proprijs, sed viribus gratiæ; quia
de fide est hominem libere operari, & vere &
proprie se determinare (quidquid sit, an se de-
terminet, quia à Deo prædeterminatur) ac proin-
de in eodem sensu, in quo verum est se deter-
minare ad actum salutarem; verum est se dis-
cernere; minus tamen principaliter. Vnde non
prohibetur gloriari, sed prohibetur gloriari;
quasi non accepit, & iubetur gloriari in
Domino, à quo accepit.

267 Id egrègiè explicat Augustinus lib.
de prædest. Sanct. c. 5: expendens enim illa ver-
ba Apostoli: *Quis te discernit, quid habes
quod non accepisti*, inquit, *posset dicere homo
inflatus aduersus alterum: discernit me fides
mea, iustitia mea, vel si quid aliud. Talibus
occurrrens cogitationibus bonus Doctor, quid
autem habes*, inquit, *quod non accepisti? A
quo, nisi ab illo, qui te discernit ab alio, cui
non donauit, quod donauit tibi? Si autem ac-
cepisti*, ait, *quid gloriaris, quasi nõ accepis?*
*Numquid, quæso, agit aliud, nisi vt qui glo-
riatur, in Domino gloriatur? Nihil autè huic
sensui tam contrarium est, quam de suis me-
ritis sic quemquam gloriari, tanquam ipse si-
bi ea fecerit, non gratia Dei. Quare qui de suis
meritis gloriatur quasi ipse ea fecerit, non gra-
tia Dei: iste contra Apostolũ gloriatur; qui au-
tem gloriaretur de suis meritis, non quasi ipse
solus ea fecerit, sed quia ipse eũ gratia Dei fe-
cerit, iste non vitiose gloriaretur; sic enim glo-
riabatur Apostolus, quando dicebat: *Abundã-
tius omnibus laboraui, non ego autè, sed gra-
tia Dei meũ*. Vnde optime Bernardus de verbis
Apostoli: *Non ait Apostolus, si autè accepisti,
quid gloriaris; sed quid gloriaris quasi nõ ac-
cepis, nõ vt prohibeat, sed doceat gloriari. Quod
prius observauerat Augustinus Ep. 116. vbi ex-
ponens hunc locũ Apostoli, inquit: *Hoc vtiq̃
totum ideo, non vt homo non gloriatur, sed
qui gloriatur in Domino gloriatur, quia ope-
ra ex gratia, non ex operibus gratia. Ratio
ergo vnica, cur homo rectè operans nequit
in se ipso gloriari, iuxta Augustinum, & iuxta
veritatem est, quia illa opera non facit nisi vt***

instrumentum Dei movētis ipsum per gratiam: & ideo non potest inflari adversus alium quasi non acceperit, quia Deus contulit ipsi illum actum salutarem, eo ipso quod contulit vocationem congruam ad illum eliciendum. Vnde idem Augustinus in Enchiridio cap. 32. aiebat: *Non est volentis neque currentis, & c. quomodo non volentis? quia & ipsa voluntas preparatur à Domino.* Constat autem voluntatem preparari à Domino per vocationem, & inspirationem, ut vidimus supra num. 80. & docet insuper August. lib. 2. de peccator merit. cap. 18. & de prædest. Sanct. cap. 16. Item qu. 2. ad simpl. ijs verbis: *Nisi vocando præcedat misericordia Dei, neque credere quisquam potest, ut ex hoc incipiat iustificari & accipiat facultatem bene operandi. Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Deus, qui hoc modo vocavit, quo aptum erat eis, qui secuti sunt vocationem.*

68 Id explicat pulchra similitudine Anselmus in concordia pag. 82. col. 1. *Si quis (inquit) largiatur vestem alteri, cui nihil debet, & qui nullum potest à se indumentum habere, quamvis ipse habeat potestatem vendendi, & non vendi ipsa veste, non ideo si illa utatur, imputandum est illi, quod sit inanus, sed vestem dati, præsertim si non solum vestem dedisset, sed potestatem servandi & vendendi, & ad bonum eius usum illum excitaret. E contra vero, si vestem projiceret, ei tantum imputaretur nuditas.*

269 Ergo quando Deus gratiose tribuit homini vires supernaturales non est imputandum homini si bene utatur, sed Deo danti illas vires, & media vocatione congrua facienti, ut illis bene utatur. Si autem abuteretur, sibi soli debet tribuere, & sic Augustinus lib. 8. q. 4. loquens de vocatis ad cenam dicebat supra num. 220. eos qui venerunt, non posse sibi tribuere, quia nimirum venire non possent nisi vocarentur: eos autem, qui vocati noluerunt venire, non posse alteri tribuere; quia ut venient vocati, erat in eorum potestate. Vnde concludit Augustinus: *Propterea est si quis, nam sibi tribuit quod venit vocatus, non potest sibi tribuere quod vocatus sit, ac proinde non potest absolute, & simpliciter homo sibi tribuere, quod elicerit actum salutarem, quem non elicit nisi mediante gratia sibi abique meritis concessa: licet possit tribuere sibi secundum quid, & ex suppositione gratia collata. Cum enim consentiens à non consentiente discernatur per ipsum consensum; & de fide sit, hominem libere ponere consensum suum salutarem, certum est, secundario, & supposita existentia auxilij sufficientis, se discernere tanquam instrumentum Dei per gratiam ipsum*

principaliter discernentis. Consule quæ dixit 1. disp. 17. lect. 13. pag. 287.

270 Neque ex eo quod gratia sit principium indifferens in principijs Societatis, sequitur non posse esse causam quod actus fiat. Quia non est indifferens ad movendum, vel non movendum quantum est ex se, liquidem determinare allicit, & inclinatur ad agendum, & fieri non potest ut existat in anima, quin illum inclinet ad recte agendum; sed dicitur indifferens permissivè quoad exercitium, quia non connectitur cum existentia exercitij ad quod movet, sed permittit, quod pro nutu voluntatis possit coniungi cum exercitio operis. Sic consilia & exhortationes, quibus unus homo persuadet alteri ut aliquid eligat, sunt causa moralis, quod existat illa electio, & tamen non connectuntur cum illa electione, sed sunt indifferentia negative, ut pro nutu voluntatis illius hominis, cui exhibentur, relinquuntur sine effectu. Ratio autem à priori est, quia gratia excitans, & præveniens, quæ Deus facit ut faciamus, licet in inclinando, & alliciendo non attemperatur libero arbitrio, liquidem ante omne exercitium liberum arbitrij hoc ipso quod existat, illud allicit, & inclinatur: tamen in concurrente actualiter attemperatur arbitrio, penes quod manet electio, & ideo concurrat actualiter ad actum virtutis, ad quem quantum est ex se necessario inclinatur in actu primo, & in genere causæ formalis, quia arbitrium vult elicere illum actum, & acquiescere impulsui gratia: in cuius proinde potestate erat relinquere gratiam illam sine effectu. Quare optime componitur, gratiam prævenientem esse causam moralem, quod actio honesta fiat, & tamen gratiam illum esse indifferentem in efficiendo, id est non connexam cum efficientia actuali, ut patet in consilijs, & exhortationibus.

271 Quod autem ex D. Thoma: afferebatur num. 267. *nempe principium actus, quod quandoque est agens, quandoque non agens, non possit esse sibi causa quod actio fiat,* iam supra in hac disput. num. 137. explicatum est. Et nequit intelligi de principio electivo habente dominium sui actus; hoc enim potest esse causa, quod actio fiat, quin à Deo prædeterminetur, in præsentem autem materiam intellectum de gratia præveniente, quæ in agendo, & operando attemperatur arbitrio; & pro nutu ipsius concurrat, solum probat, gratiam non posse esse causam eligentem, & phisice determinantem, quod actio fiat, hoc enim spectat ad voluntatem; non probat autem, quod non possit esse sibi causa moralis, quod actio fiat, quatenus est causa moralis, quod voluntas se determinet ad agendum. Sic consilia & exhortationes

hominis respectu alterius est sibi causa quod actio consiliata fiat; quatenus est causa moralis, quod alter homo eliciat illam actionem: idem enim est hominem motum à consilio eligere illam actionem, ac consilium esse causam motalem, quod actio fiat.

SECTIO XV.

Retegitur deceptio, quam passus est M. Ferre, qui ex vna parte vero fateretur sententiam Societatis contineri in doctrina de vocatione congrua tradita ab Augustino q. 2. ad Simplicianum: & ex alia falso affirmat illam doctrinam fuisse ab Augustino retractatam.

272 **R** P. M. Ferre è Sacra Prædicatorum Familia tom. 2. in 1. partem tract. 6. quæst. 3. §. 10. pag. 70. objicit contra se, & in favorem scientiæ mediæ celebrem illam doctrinam Divi Augustini in q. 2. ad Simplicianum, vbi gratiam efficacem explicat per vocationem exhibitam in eadem occasione; in qua homo ei libere adiungit consentium, potens eidem resistere, & eam sine effectu relinquere; cuius mentionem fecimus in hac disput. num. 66. & 67. num. 86. & num. 220. Postquam vero ea verba contra se, & pro scientiæ mediæ attulit, num. 112. inquit: *Non possum negare in prædictis verbis Iesuiticam tradi de scientiæ mediæ doctrinam, & plusquam Iesuiticam.* Addit tamen, eam doctrinam non tradi ab Augustino assertive, sed disputative, & curando pro viribus partes agere libere arbitrij. Vt autem hoc persuadeat, notat, illam quæstionem duas habere partes, in prima autem parte Augustinum quæstiones movere de discretionem vnius præ alio, & eas solvere secundum doctrinam Iesuiticam, in posteriore autem parte quæstiones illas solvere iuxta doctrinam Thomisticam, dando primarum gratiæ, & discretionem vnius præ alio reducendo in ipsam electionem, & prædestinationem Dei. Et in huius rei confirmationem adducit auctoritatem eiusdem Augustini, qui libro secundo retractationum capit. 1. recognoscens quæstionem illam ad Simplicianum vt genuinum opus ab ipso scriptum, inquit, *In cuius quæstionis solutione laboravi est quidem pro libero arbitrio voluntatis humanæ, sed vixit Dei gratia, nec nisi ad illud potuit perveniri. Vt liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolus, quis enim te discernit? quid autem habes, quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris quasi non accepisti? quod volens etiam Martyr Cyprianus ostendere,*

lo gloriandam, quoniam nostrum nihil est. Sic Augustinus.

273 *In quibus (subdit M. Ferre glossans Augustini verba) ipse docet, in prima parte illius quæstionis ad Simplicianum, in qua continetur doctrina adducta contra nos, elaborasse pro libero arbitrio, id est in favorem eius; in secunda vero elaborasse in favorem gratiæ. & vicisse Dei gratiam; id est convisum fuisse ad standum pro illa, non obstantibus ijs, quæ in favorem liberi arbitrij scripserat. Quod ipsemet Augustinus in eodem lib. 2. Retract. cap. 1. docet, & simul dicit locum Scripturæ Sacræ quò comictus fuerat. Sic enim habet. Quod volens etiam Martyr Cyprianus ostendere hoc totum ipso titulo definiuit dicens: in nullo gloriandum, quando nostrum nihil est. Ecce quare dixi superius hoc Apostolicum præcipue testimonio etiam me ipsum fuisse comictum, cum de hac re aliter saperem, quam mihi in hac quæstione solvenda, cum ad Episcopum Simplicianum, sicut dixi, scriberem, Deus revelavit. Hoc itaque Apostolicum testimonium, vbi ad reprimendam hominum inflationem dixit, quid enim habes, quod non accepisti? non finit quemquam fidelium dicere: habeo fidem quam non accepi, reprimi utque his Apostolicis verbis huius responsionis elatio:*

274 Verum enimvero facile erit probare ex concessis à Magistro Ferre sententiam Societatis de indifferentia auxiliorum ac scientiæ mediæ esse genuinam Augustini sententiam; quia certum est ex confessione huius auctoris eam doctrinam contineri in verbis Augustini loquentis de vocatione congrua in prima parte quæstionis secundæ ad Simplicianum. At non minus certum est, eam doctrinam nunquam fuisse ab Augustino retractatam. Ergo doctrina Societatis de scientiæ mediæ, & indifferentia auxiliorum est Augustini doctrina. Probat minor, quia Augustinus non retractavit eam doctrinam in eo loco, quem Magister Ferre citat, nempe lib. 2. retractationum cap. 1. neque verba quæ adducit tanquam scripta ab Augustino in eo loco, in quo recognovit quæstiones illas ad Simplicianum, ab eo ibi scripta sunt; vt evidenter constabit legenti caput illud primum secundi libri retractationum: in quo manifestum est ea verba non contineri. sex ego vel septem editiones operum D. Augustini consului, & in nulla ea verba reperi in eo quem M. Ferre citat, loco, nam in eo loco statim post illa verba: *Quod volens etiam Martyr Cyprianus ostendere, hoc totum ipso titulo definiuit dicens, in nullo gloriandum, quoniam nostrum nihil est, adijcit: in secundo libro tractantur cætera quæstiones, &c.*

verba autē illa: *Ecce quare dixi superius*, & quæ Magister Ferre citat tanquam ab Augustino scripta lib. 2. retract. cap. 2. non ibi scripta sunt, sed in libro de Prædestinatione Sanctorum cap. 4. non quidem ad retractandum quidquam ex ijs, quæ dixerat in quæstione illa 2. ad Simplicianum; nam potius eam doctrinam ibi laudat tanquam sibi revelatam à Deo contra inimicos gratiæ; quod etiam facit lib. de bono perseverant. cap. 20. quia in illa quæstione inæpuit rectè sapere, & asserere, etiam initium fidei donum Dei esse. Quod antea non cognoverat. Quare in verbis illis trāscriptis à Magistro Ferre nihil retractavit Augustinus ex ijs, quæ docuerat in illa quæstione ad Simplicianum, ut existimat hic author, sed aliud longe diversum, quod docuerat in libro expositionis quarundam propositionum Epistola ad Romanos, ubi asseruit, fidem non esse donum Dei; ut vidimus supra num. 243. dixerat enim in illo libro: *Quod credimus nostrum est, quod autem bene operamur, illius est, qui in se credentibus dat Spiritum Sanctum*. Quæ errorem retractavit lib. 1. retract. cap. 23. & huius retractationis iterum mentionem facit lib. de Prædestinatione Sancti. cap. 4. ubi eam retractationem confirmat, & laudat doctrinam illius quæstionis secundæ ad Simplicianum, ubi hunc errorem primo contexit motus illis verbis Apostoli: *Quid habes quod non accipisti?* quibus reprimitur superbia humana, ne possit dicere, *habeo à me fidē* & convincitur error Semipelagianorum, qui volebant, fidem, & initium salutis esse ex nobis, & non sublequi, sed præcedere gratiam, quasi Deus gratiā daret secundum meritum fidei habitæ viribus solius arbitrij.

275 Debileque nimis est fundamentum, quo adductus est M. Ferre ad asserendum, D. Augustinum retractasse; quod in prima parte illius quæstionis dixerat de vocatione congrua, nimirum quia Augustinus lib. 2. retract. cap. 1. dixit: *In solutione illius quæstionis laboratum esse quidem pro libero arbitrio voluntatis humanæ, sed vicisse Dei gratiam*. Hoc enim Augustini dictum non significat, ipsum retractasse, quæ prius dixerat de libertate arbitrij in sectando vel repudiando vocationem, sed significat id quod omnes catholici confitentur, vicisse scilicet Dei gratiam, quatenus scilicet abunde probavit gratiā non conferri ex meritis, sed esse initium omnis meritij, ita ut non solum bona operatio, sed ipsa fides, bonaque voluntas credendi procedat ex gratiā: hic enim est scopus totius quæstionis, scilicet ostendere gratiā non dari ex meritis, sed ex mera libertate Dei, quia neque fides, neque bona voluntas credendi, neque desiderium

salutis haberetur, nisi præcedat vocatio inefficax gratuita, quæ sit initium salutis, ut constat ex dictis supra num. 218.

276 Constatque Div. Augustinum non disputando, sed aliter collocasse gratiam efficacem in vocatione congrua, & asseruisse, in potestate hominis, qui contempserit vocationem, fuisse illam reddere efficacem; ut patet ex illis verbis, quæ habentur columna 64 illius quæstionis: *Nobis Esau, & non currit, sed si voluisset, & cucurrisset, Deo adiutorio pervenisset, qui etiam velle, & currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret*. Videturque manifestum, Augustinum assertive posuisse gratiam efficacem in vocatione congrua: nam paulo post verba adducta à M. Ferre, nimirum col. 7. illius quæstionis sic ait. *Verum ergo est, multi sunt vocati, pauci vero electi: nam illi electi qui congruenter vocati: illi autem, qui non congruebant, neque contemperabantur vocationi, non electi, quia non secuti. Item verum est, non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia etsi multos vocet, eorum tamen miseretur, quos ita vocat, quod modo eis vocare aptum est. Ut sequantur*. Id quæ constat ex columna ultima illius quæstionis, ubi probat fidem esse donum Dei, quia nemo potest credere, nisi Deus conferat illi vocationem, & suavitatem internam, qua trahatur ad credendum, ut vidimus supra num. 237. Item constat ex col. 7. eiusdem quæstionis, ubi ait: *Si queramus utrum Dei donum sit voluntas bona, mirum, si negare quisquam audeat. At enim quia non præcedit voluntas bona vocationem, sed vocatione bona voluntas, propterea vocanti Deo recte tribuitur, quod bene volumus, nobis vero tribui non potest quod vocamur. Non igitur ideo dictum est putandum: non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia nisi eius adiutorio non possumus adipisci quod volumus, sed ideo potius, quia nisi eius vocatione non volumus*. Quis non videat hæc assertive ab Augustino dicta esse? in quibus tamen eadem doctrina continetur, ac in verbis relatis à M. Ferre, in quibus ipse putat manifeste contineri doctrinam Societatis. Deinde cap. 34. de spiritu & litt. & in libro de Ecclesiasticis dogmatibus eandem doctrinam habet, ut constat ex dictis num. 235. & 236. quam tamen nemo dixerit Augustinum retractasse.

277 Denique omnino incredibile est, Div. Augustinum in prima parte illius quæstionis ad Simplicianum doctrinam falsam in rem gravi tradidisse; & tamen periculum eius à se cognitum postea, nullibi norasse, neque retractasse. Constat autem

lib. 2. retractionum cap. 1. & ex lib. de prædestin. Sanct. cap. 4. & ex lib. de bono perseverantia cap. 20. Augustinum non retractasse, neque correxisse illam doctrinam, sed potius illam commendasse; ut liquidum fiet legendi, quæ diximus sectione præcedenti S. 8. à num. 238. contra Pseudophilaethem.

278 Hinc constat debilem nimis esse coniecturam, quam M. Ferre ibidem num. 113. adducit ad persuadendum doctrinam positam ab Augustino in priori parte quæstionis secundæ ad Simplicianum continere errorem Pelagianorum de fide prævisa ante electionem, quasi Deus ideo eligat ad gratiam, quia prævidet fidem habitam ex viribus arbitrij. Coniectura est, quia Augustinus lib. de bono perseverant. cap. 21. commemorans libros, in quibus contra Pelagianos probavit, gratiã non dari secundum merita nostra, recenset quæstionem illam secundam ad Simplicianum, & remittit adversarios, nempe Massilienses, ad illam quæstionem, in qua legere possent impugnationem sui erroris: *Videant, inquit, utrum in primi libri posterioribus partibus eorum duorum, quos ad Simplicianum scripsi, remiserit aliquid, quod vocetur indubium, gratiam Dei non secundum merita nostra dari. Et utrum ibi non satis egerim, etiam initium fidei esse donum Dei.* Ad suam coniecturam faciendam, ponderat M. Ferre illa verba, in primi libri posterioribus partibus: dicitque Augustinum his verbis innuere, se quidem in prioribus partibus illius quæstionis docuisse, gratiam dari secundum merita arbitrij; cæterum in posterioribus partibus asseruisse, etiam initium fidei esse Dei donum.

279 Miror virum doctum tam levi coniectura duci potuisse. Nam verba illa in primi libri posterioribus partibus, non referuntur ad priores partes illius quæstionis secundæ ad Simplicianum, sed ad priores partes illius libri primi ad Simplicianum, qui com duas continet quæstiones; & in prima non agit de necessitate gratiæ ad initium fidei, sed de re aliã longe diversa, super illa verba Apostoli Rom. 7. *Quid ergo dicemus? Lex peccatum est?* &c. in secunda vero parte agit de necessitate gratiæ ad omnes actus salutes etiã ad initium fidei, ad illa verba Rom. 9. *Cum nondum nati essent neque aliquid boni egissent, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia maior serviet minori* &c. Patet verba illa in primi libri posterioribus partibus referri ad secundam quæstionem illius libri primi ad Simplicianum, ab initio usque ad finem eius. Idque clarissimè liquet ex initio vel proximo illius secundæ quæstionis, in quo dicit Augustinus, inentionem Apostoli in tota

Epistola esse: *Ut de operum meritis nemo gloriatur, de quibus audebant Israelitæ gloriari, quod datæ sibi legi servissent, & ex hoc Evangelicam gratiam tanquam debitam meritis suis percipiebant, quia legi serviebant.* Unde in tota illa quæstione à principio usque ad finem hoc agit Augustinus, ut prober electionem gratiæ non fieri ex præscientia meritorum liberi arbitrij, sed mere gratuito ex proposito, & beneplacito Dei; nullumque esse actum salutarem, etiam initium fidei, qui non procedat à gratia. Quomodo ergo credibile sit, Augustinum in ea ipsa quæstione, in qua ab initio assumit probandum, fidem esse donum Dei, renovasse errorem, quo ante Episcopatum tenebatur? & in priori parte eiusdem quæstionis asseruisse errorem pristinum, in posteriori vero illum revocasse? Quomodo credibile sit, Augustinum in priori parte illius quæstionis docuisse, fidem non esse donum Dei; & tamen hoc postea non notasse: sed potius doctrinam illius quæstionis sæpe commendasse? & ad illam remississe Semipelagianos? Patet ergo Magistrum Ferre deceptionem passum esse.

SECTIO XVI.

Solvantur argumenta, quibus Illust. Godof. contendit, scientiam mediam non esse necessariam ad conciliandam certitudinem prædestinationis, gratiæque efficaciam cum nostra libertate.

280 **H**Æc argumenta proponit Rom. 23 in 1. partem disput. 67. à num. 11, usque ad finem.

§. I.

Primum argumentum ab autoritate Augustini.

ARGVIT primo, S. Augustinus testis est nostræ libertate certitudinem prædestinationis, & efficaciam gratiæ concessit: & tamen ut hæc componeret, scientiæ mediæ non meminit, neque illa usus est: ergo absque illa componenda, atque concilianda est certitudo prædestinationis, & efficacia gratiæ. Minorem probat primo, ex confessione P. Molina, qui in concordia Olysiponensi pag. 489. §. nos pro nostra tenuitate, facitur illam concordie rationem peritam à scientia mediâ, non fuisse assignatam ab Augustino. Probat secundo autoritate Augustini lib. de correptis & grat. cap. 4. ubi hæc habet: *Deo volenti sal-*

saluum facere nullum hominis resistit arbitrium, sic enim velle, & nolle in volentis, & nolentis est potestate, ut diuinam voluntatem non impediatur, neque superet potestatem.

281 Ex quibus verbis sic arguitur quia, si ut Deus vellet voluntati efficaciter saluum facere, necessarium esset praeuidere consensum nostrum in statu conditionato, quod Deo saluum facere volenti non resisteret humanum arbitrium, non deberet Augustinus id probare ex eo quod arbitrium humanum non superat potestatem diuinam, sed hac causali dicitur Augustinus; ergo sentit Deum in praedestinando, & in volendo efficaciter nostrum liberum consensum non supponere necessarium illum praesens in statu conditionato, neque huiusmodi praesentia indigere, ut consensum liberum velit, & efficaciter praedestinet, ac proinde sine praesentia consensus liberi in statu conditionato conciliauit Augustinus efficaciam gratiae, & praedestinationis diuinae certitudinem cum libertate creatam. Maiorem, in qua est difficultas, probat, quia ad hoc statuitur praedicta necessitas, ut impotentia resistendi Deo volenti efficaciter, non sit antecedens, sed consequens libertatem creatam; ergo praedicta necessitate supposita, quod arbitrium humanum non resistat, neque resistere possit Deo efficaciter volenti, non est referendum ad supereminentiam potestatis diuinae, sed ad libertatem creatam, quia nempe antequam Deus efficaciter velit, ut voluntas creatura consentiat, supponitur consentiens in statu conditionato, & hac suppositione praesens, Deus efficaciter vult ut consentiat.

282 Respondeo, argumentum hoc imprimis manifeste retorqueri posse contra aduersarios: quia Augustinus recte conciliauit certitudinem praedestinationis cum nostra libertate; & tamen ut haec componeret, non meminit physice praedeterminationis, neque illa usus est. Ergo, &c. Et sane priori titulo nos vii possumus hac forma arguendi contra aduersarios; qui in scholas invexerunt auxiliium physice praedeterminationis, ut saluarent perfectissimum Dei dominium supra nostram voluntatem, & omnipotentissimam Dei potestatem ad flectenda hominum corda. Sic enim arguemus. Augustinus recte explicuit omnipotentissimam Dei potestatem ad flectenda hominum corda. Atqui vultam explicare naturam, quam requirit ad potestatem physice praedeterminandi, sed ad potestatem congrue vocandi, & varijs & miris modis interne illuminandi, & inspirandi; ergo potestas physice praedeterminandi non est necessaria ad salvandum perfectissimum Dei dominium supra voluntatem

creatam, omnipotentissimamque Dei potestatem ad flectenda libere hominum corda. Minor constat ex sect. 7. num. 66. & 67. & ex sect. 14. num. 220. & ut testatur Eximius Doctor tom. 2. de grat. lib. 5. capit. 26. numer. 34. Vbiq; Augustinus non aliter explicat gratiam efficacem, quam per internam suasionem, & affectionem. Quod probauerat ibidem cap. 24. num. 18. & laus ostendit eodem lib. 5. cap. 46.

283 Deinde directe respondeo ex dictis tom. 1. disp. 36. sect. 9. num. 64. & sequentibus, & disp. 38. sect. 10. a num. 45. vbi idem argumentum propositum, & diluuntur est, Augustinum recte conciliauit illa duo, quia in vltis argumentis probauit, certitudinem scientiae, & praedestinationis diuinae atque efficaciam gratiae non opponi cum libertate humana, & virtualiter vltim fuisse scientia media, quam in pluribus locis supponit dari in Deo, ut ostendit tom. 1. disp. 16. sect. 2. p. 245. idque specialiter facit, quoties docet in potestate hominis non operantis, esse recte operari, & efficaciam reddere vocationem, qua sufficienter vocatur ad agendum: & quoties docet Deum infallibiliter facere ut faciamus conferendo vocationem congruam, quae talis naturae sit, ut cum illa libere coniugat homo assensum, seu potens eam reddere incongruam. Id patet primo ex lib. 8. 3. quaest. q. 68. in verbis citatis supra num. 220. pag. 74. vbi docet, eos, qui vocati ad carnem noluerunt venire, non posse alteri tribuere, quod non venerint, nisi sibi, quia ut veniret vocati erat in eorum libera potestate: eos vero, qui vocati venerunt, propterea non posse sibi absolute tribuere, quod venerint: quia quamuis sibi tribuere possint, quod vocati venerint, non tamen quod vocati sint. Patet secundo; ex q. 2. ad simplicianum in verbis citatis supra num. 235. pag. 79. vbi ait: Noluit Esau, & non cecurrit; sed si voluisset, & cecurisset, Dei adiutorio peruenisset; qui etiam vellet, & cecurrere vocando praestaret; nisi vocatione contempta reprobus fieret. Quibus verbis significat in potestate hominis sufficienter vocati esse, reddere vocationem efficacem, quia habet paratum, & oblatum Dei adiutorium ad actualiter operandum; si illo velit uti, quin sit necessarium novum auxilium praeviens dependens a solius Dei voluntate. Patet tertio, ex cap. 34. de spiritu, & licet vbi inquit: Misericordia eius in omnibus praevient nos; consentire autem vocationi Dei vel ab ea dissentire, propriae voluntatis est. Et ex libro de dogmat. Ecclesiast. cap. 11. vbi ait: Initium salutis Deo miserante habemus; ut autem acquiescamus salutis eius

inspiratiōni, nostræ potestatis est:

284 Supponit etiam virtualiter scientiam mediam, quod docet, inter vocationem per quam constituitur homo potens operari, & ipsum consentum salutarem non mediare aliam gratiam prævenientem, sed per ipsam vocationem Deum facere ut homo consentiat, quod scilicet antecedenter prævidet hominem consenturum, si ei conferatur talis vocatio in tali rerum opportunitate. Id autem supponit in locis nuper citatis, & insuper in q. 2. ad Simpl. dum docet: *Credere, Dei esse & nostrum; Dei vocando, nostrum sequendo.* Quod etiam supponit eius discipulus Prosper lib. 2. de vocat. genr. cap. 26. ubi cum descripsisset modum vocandi Dei per inspirationes, & illuminationes, immediate subiungit: *Sed voluntas subiungitur huic gratiæ, quæ ideo excitata est, ut incipiat velle cum merito, quod diuino semine conceperat.* Id quoque supponit Bernardus libro de grat. & lib. arbitrio circa finem, cuius verba adduximus supra sect. 14. num. 24. Quare merito dixit Pater Suarez com. 2. de grat. lib. 5. cap. 25. num. 3. in Sanctis Patribus non inveniri speciale auxilium actuale distinctum ab excitante, & præuium ad actum, ac proinde distinctum ab influxu simultaneo imbibito in ipso actu; quale est auxilium prædeterminans positum à modernis Thomistis. Et idem author eodem lib. 5. cap. 47. inquit an Augustinus phisicæ prædeterminationi aliquando faveat; & subiungit: *Respondemus nullum reperiri apud Augustinum testimonium, in quo id doceat, vel ex quo satis probabili coniectura talis mens colligi possit.*

285 Denique scientiam mediam supponit Augustinus quoties gratiam efficacem, per quam Deus facit infallibiliter ut faciamus, ponit in vocatione congrua. Quia Deus nequit infallibiliter facere media vocatione congrua ut voluntas liberè opereatur, nisi quia ante decretum conferendi illam vocationem scit voluntatem infallibiliter operaturam, si ei conferatur in tali tempore, & occasione; id enim est vocationem esse congruam, id est ita congruentem genio, & dispositioni hominis, cui conferatur, ut ei sit liberè exhibiturus consentum. Plurima autem sunt loca, in quibus id docet, ut constat ex sæpe dictis in hac disputatione, præsertim sect. 8. & ex dictis sect. 14. num. 220. Fatemur tamen nunquam Augustinum explicite adhibuisse scientiam mediam ad explicandam concordiam inter certitudinem prædestinationis, & libertatem creaturæ: quia nunquam laboravit Augustinus in explicandâ hac concordia: nec mirum eum D. Thomas qui magis scholasticè difficultates has tractavit, *Nec Verbum*

quidem fecit de hac concordia, ut inquit litteratissimus eius interpret Casertanus t. p. q. 221 art. 4. sin assignent nobis adversarij textum Augustini, in quo hanc concordiam explicuerit. Cur autem id non fecerit, explicui tom. 1. pag. 538. num. 65. Quare ut communiter monent auctores, præsertim Ioannes de Roa Davila lib. 2. de suprema Dei providentia, & prædest. sect. 2. num. 76. p. 326. Augustinus, alijque antiqui huius concordie fuerunt potius assertores, quam explanatores. Itaque Augustinus ea tradidit principia, ex quibus postea P. Molina, & Societatis Schola hanc concordiam eliquit. Si autem capacissimam mentem divinūque illud ingenium applicuisset ad hanc concordiam explicandam, palmam præripuisset Molina; qui licet non primus scientiam mediam assererit, siquidem illa quoad rem significatam in Patribus; & Scripturis iaceat: tamen primus illa usus est ad hanc concordiam dilucide exponendam.

286 Iam vero ad auctoritatem Augustini allatam num. 268. ex lib. de corrept. & gratia, quæ habetur non quidem capit. 4. sed cap. 14. respondeo, ibi tantum doceri ab Augustino, non esse Deum sicut homines, quæ possunt aliquid efficaciter velle, quin obtineant id quod volunt, quia possunt alij homines, aliaque causa impedire ne voluntas illa obtineat finem intentionum, eam frustrando, & irritans reddendo. Deus autem hoc ipso quod aliquid efficaciter intendat, omnipotentis facilitate illud obtinebit; ut loquitur idem Augustinus Epist. 107. Itaque duo denotantur in illa auctoritate; primum est, nullum esse hominem, cuius æternam salutem non posset Deus efficaciter intendere, & præstinare: secundum est superposita hac intentione efficaci, nullam causam posse facere ut Deus non obtineat id, quod efficaciter vult: & utrumque est verissimum, & à nobis conceditur. Nam cum Deus sit omnipotens, & habeat infinitos modos vocandi ad bonum quancumque rebellem voluntatem, nullus est homo respectu cuius non habeat Deus infinita auxilia congrua ad faciendum ut liberè convertatur, quarum congruitatem Deus per scientiam mediam novit; hæc autem scientia supposita, potest præstinare cuiuscumque hominis salutem, simul decernendo relinquere illum in manu consilij sui: hæc autem voluntas efficax Dei est irresistibilis, & infrustrabilis, quia per nullam potentiam fieri potest, ut illa existat quin obtineat finem intentum. Quia enim Deo subest cum voluerit posse, & quia nihil absolute vult nisi prudentissimo consilio, habensque in thesauris scientiæ, & potentie suæ media, quibus possit infallibiliter exequi quidquid absolute vult, ideo om-

nis talis voluntas eius infallibiliter sit: inquit P. Suarez tom. 2. de grat. lib. 5. cap. 33. num. 8. ex quo sequitur neminem posse resistere voluntati divinae, quia nemo potest efficere, ne impleatur voluntas, cui essentialiter est infallibiliter impleri: ille enim dumtaxat potest resistere alterius voluntati, qui potest efficere ne illa impleatur, & obtineat quod intendit.

287 Nec obstat ponderatio facta à Godoy num. 269. Pro cuius solutione nota, quod scientia media, quae debet praecedere ante decretum efficax salvandi hominem; non est scientia, per quam Deus novit, quod ipsi saluum facere volenti voluntate efficaci, non resistet humanum arbitrium: hæc enim est scientia simplicis intelligentiæ, cum assumat conditionem essentialiter connexam cum conditione scilicet est scientia per quam, Deus cognovit Petrum convertendum libere, & perseveraturum in bono, si ei tribuat tale auxilium indifferens cum proxima indifferentia ad utrumque. Hoc notato, concedo necessarium esse, quod ante decretum efficax salvandi Petrum, v. g. debeat praecedere illa scientia media; nego tamen, hinc sequi, quod non deberet Augustinus tribuere omnipotentiae, quod nemo possit resistere voluntati Dei efficaci. Nam in omni sententia antequam Deus intendat efficaciter aliquem finem debet praecedere scientia conditionalis, per quam infallibiliter Deus cognoscat, quod si adhibeat talia media, infallibiliter obtinebit talem finem. Alioquin temere intendet finem (& sic in sententia Thomistarum ante decretum praefinitum operis nostri praecedit scientia conditionalis necessaria, representans opus illud infallibiliter promendum, si ad illud praedeterminet) hoc autem non tollit, quo minus infallibilis consecutio salvationis Petri fundetur in omnipotentia Dei: propterea enim necesse est, ut Deus habeat media, quibus possit Petrus infallibiliter convertatur, quia est omnipotens, & potest immutare voluntatem Petri varijs & miris modis. Et insuper est infinite sapiens, & determinatus ad sciendum, quid re ipsa futura sit voluntas, si tali medio pulsetur, & moveatur ad agendum. Unde quod Deus possit cuiuscumque rebellis voluntatis conversionem praefinire praefinitione infallibiliter connexa cum conversione, & cui nemo possit resistere, fundatur in omnipotentia, & infinita sapientia Dei. Quamvis enim Deus sciret, quod voluntas illa rebellis convertenda sit, si detur illi tale auxilium, non esset potens illam convertere, si non esset potens conferre auxilium, & amovere impedimenta, quae illud ab effectu consequendo retardare possent. Sicut si Deus communicaret

Angelo scientiam mediam eventus futuri sub quocumque auxilio: & negaret illi potestatem distribuendi auxilia, non esset potens convertere hominem, neque esset capax ita volendi salutem Petri, ut Petrus non posset resistere ei; & ipsius voluntatem frustrare. Potestas ergo praefinendi conversionem hominis praefinitione infustrabili, cui homo resistere nequeat, fundatur in omnipotentia Dei; licet non in illa sola, sed insuper in sapientia infinita.

288 Quare ex illa autoritate solum concluditur, dari aliquod auxilium praeveniens hominis voluntatem, & procedens ex absoluto, & efficaci proposito voluntatis Dei, quo apud se statuit hominem salvare, & dare illi fidem, & iustitiam necessariam ad consequendam salutem; quod auxilium ita sit efficax ut infallibiliter consequatur effectum. ut aiebat P. Suarez supra sect. 8. n. 17. At quod hoc auxilium sit praedeterminans, minime inde colligitur; aliunde vero ex alijs Augustini locis citatis paulo supra num. 271 & 272. clare deprehenditur, infallibilitatem illam conjunctionis auxilij cum conversione Petri, non fundari in sola entitate auxilij, sed in hac, & in infinita Dei sapientia comprehendente non solum quid possit facere voluntas eum quocumque auxilio, sed quid re ipsa futura sit: Patetque ex contextu Augustini, eum eo loco solum intendere Deum habere omnipotentissimam potestatem ad flectenda hominum corda, & ad se trahendi quaecumque rebellem voluntatem, & ex nolente facere volentem, quia statim post illa verba: *Sic enim velle, & nolle in voluntis ac nolentis est potestate, ut divinam voluntatem non impedit, neque superet potestatem*; immediate subiungit: *Dei enim qui faciunt, quae non vult, facit ipse, quae vult.*

289 Hinc in forma ad argumentum Godoy ex num. 269. nego maiorem, ad cuius probationem, nego similiter antecedens, nempe ad hoc adstrui necessitatem scientiae mediae praecedentis ante decretum salvandi, ut impotentia resistendi Deo volenti efficaciter, non sit antecedens, sed consequens. Et enim impotentia resistendi voluntati efficaci Dei est omnino antecedens, & essentialis nostrae voluntati, quia nostra voluntas nunquam potest facere ut voluntas efficax Dei non consequatur effectum. Etsi enim necessitas proveniens à praefinitione essentialiter imbebente, vel supponente scientiam mediam, sit necessitas consequens nostram libertatem, quatenus voluntas nostra potens impedire actum praefinitum per hoc auxilium, potest facere, ne Deus praefinierit, idemque sit, necessarium esse quod existat actus praefinitus, ex suppositione quod sit praefinitus,

ac esse necessarium quod existat ex suppositione quod prævius sit extrinsecus. Tamen impotentia resistendi voluntati efficaci Dei, illave frustrandi, est omnino antecedens. & fundatur in omnipotentia Dei, est enim metaphisicè impossibilis eventus, in quo Deus aliquid efficaciter velit, & illud non fiat. Idque est, quia ipse est omnipotens. Nulla enim creatura est incapax habendi volitionem absolutam, & efficacem, cui possit resisti, seu quæ possit à fine intento separari. Aliud ergo est voluntatem nostram habere potestatem antecedentem impediendi præfinitionem, seu faciendi, ne unquam Deus præfinitur eius operationem liberam per illud auxilium, cum quo defacto operatur, aliud est habere potestatem resistendi præfinitioni, illamve frustrandi. Primum est verum: secundum est falsum. Quare impotentia resistendi præfinitioni est omnino antecedens: impotentia autem impediendi est consequens; quia quavis ex suppositione quod existat præfinitio nequeat voluntas illam impedire: absolute tamen dum habet auxiliū sufficientem ad operandum; habet potentiam antecedentem ad faciendum, ne unquam exteterit præfinitio. Sicut licet non possit voluntas impedire amorem iam existentem, quia unum quodque ex suppositione quod sit, necesse est esse; tamen in instanti quo amat, habet potentiam antecedentem ad impediendum amorem.

190 Præterea argumentum Godoy non probat voluntatem efficacem, quæ Deus vult Petrum salvum facere, esse voluntatem efficacem prædeterminandi, sed ad summū probaret, esse voluntatem efficacem conferendi aliquam vocationem congruam ex infinitis, quas Deus habet in thesauris suæ omnipotentiae, ideoque Petrum non posse frustrare illam efficacem Dei voluntatem, quia licet possit frustrare singula auxilia congrua specificative sumpta, nunquā tamen potest frustrare omnia. Vnde Deo volenti salvum facere nullum resistere poterit arbitrium, quia licet possit resistere cuicumque medio indifferenti vi cuius Deus faciat ut arbitrium libere consentiat, nunquam tamen conringere poterit, ut resistat omnibus collectivè: & quia illa præfinitio nulli determinare est alligata; salvabitur impotentia absoluta resistendi præfinitioni, quamvis deur potentia resistendi singulis auxilijs, quibus illa potest adimpleri.

191 At instat Godoy 1. pag. 793: num 13. nam etiam si potestas divina non superemineret, neque esset supra voluntatem creaturæ, dummodo ut illius consensum vellet illam consentientem in statu conditionato supponeret, Deo volenti salvare non posset

set humanum arbitrium resistere: ergo si vult Deus velis salvare, prædicta supponit, & illius prævisio requiritur, ut Deum volenti salvare humanum arbitrium non resistat, superflue ab Augustino recurritur ad ad supereminentiam potestatis divinæ, & si ne necessitate vitur prædicta causali, nempe quia arbitrium humanum non superat potestatem divinam. Respondeo, propterea secundum Augustinum Deo volenti salvum facere nullum resistere arbitrium, quia Deus non solum habet potestatem volendi & quasi desiderandi ut arbitrium convertatur, sed habet plenissimam potestatem immutandi arbitrium per se ipsum immediate, & faciendi ut recte operetur, & salutem consequatur; ac proinde ita velle & nolle est in potestate liberi arbitrii, ut divinam voluntatem non impediatur quominus efficaciter velit, & præfinitur eius operationem, nec superet potestatem, quominus faciat, ut arbitrium convertatur, ipsum immediate immutando per illustrationem intellectus, & affectionem necessariam voluntatis, quas Deus immediate causet per se ipsum; quam potestatem supra arbitrium humanū Angelus non habet, ut enim inquit D. Thom. 1. p. q. 106. artic. 2. *Ex parte ipsius potentie voluntatis nullo modo potest moveri nisi à Deo operatio enim voluntatis est inclinatio quædam volentis in bonum; hanc autem inclinationem solus ille immutare potest, qui virtute volendi cõtrahit.* Quod ipsum docet 12. q. 8. a. 1. & 2. vnde Angelo volenti ut homo convertatur potest arbitrium humanū resistere; & sic velle & nolle est in potestate nostræ voluntatis, ut Angelicam voluntatem impedire possit, & superare potestatem. Vnde negandum est antecedens instantiæ factæ. Nam si potestas divina non superemineret, neque esset super voluntatem creaturæ; Deo volenti salvum facere posset arbitrium creatum resistere, quia tunc non haberet potestatem faciendi ut convertatur. Vnde quamvis ut Deus præfinitur efficaciter salutem humanam obrinendam per meritum, debeat supponi in Deo scientia media, non frustra recurrit Augustinus ad supereminentiam potestatis divinæ; quia sine illa neque Deus potest efficaciter præfinitur conversionem voluntatis; neque infallibiliter facere ut convertatur. Si enim Deus non haberet supereminentem potestatem supra arbitrium creatum, posset quidem desiderare conversionem hominis desiderat, & voluntate frustrabili ab homine, non tamen præfinitur præfinitione infustrabili, & irresistibili.

§. II.

Secundum argumentum petiitum ab omnipotentissima Dei potestate, quæ magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas.

292 **H**OC argum. proponit ibidem Godoy n. 14. nam iuxta Augustinū lib. de corrept. & grat. cap. 14. Efficacia vocationis diuinæ oritur ex omnipotentissima potestate, quæ magis habet in sua potestate voluntates hominum, quàm ipsi suas; at si indigeret scientia mediæ ad vocandū vocatione efficaci, non magis haberet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, ac proinde Dei potestas in vocando, & decernendo non esset omnipotentissima. Ergo non indiget tali scientia. Probat minorem secundo, quia hoc ipso quod Deus nequeat efficaciter vocare, neque efficaciter præfinire liberū consensum, nisi prius per scientiam mediā cognoscat voluntatem creatam libere vocationi consentientem, supponitur voluntas creatā se determinans ad consensum, & determinans vocationem diuinā, cum impotentia in Deo ad determinandam voluntatem creatam, ut libere vocationi consentiat, & ut suā vocationem determinet: ergo voluntas creatā magis habet in sua potestate propriam determinationem, & consequenter consensum, quam ipse Deus.

293 Probat secundo eandem minorem. Nam hoc ipso quod præscientia conditio libera in statu conditionato necessaria sit, ut Deus efficaciter illum decernat, ac illoque disponat, mediante ista cognitione constituitur proxime complete potens ad decernendum, & disponendum de illo, & vocandum vocatione efficaci, sed cum hoc stare non potest quod Dei potestas omnipotentissima sit in vocatione efficaci, & in decernendo efficaciter consensum liberum voluntatis creatæ: ergo, & c. Minorem probat primo, quia si Deus non a se, sed ab alio constitueretur proxime potens ad aliquid efficiendum, non esset omnipotens in efficiendo. Rursus si non a se, sed ab alio redderetur potens proxime ad intelligendum, non esset infinitus ad intelligendum. At præscientia consensu liberi in statu conditionato, non conuenit Deo a se, sed ab alio, nempe a voluntate creatā, alias esset Deo libera: ergo si per illam constituitur Deus complete proxime potens ad vocandum vocatione efficaci, & ad efficaciter decernendum consensum liberum voluntatis creatæ: illius potestas in vocando efficaciter, & in decernendo efficaciter omnipotens esse nequit. Probat

secundo eandem minorem, quia si Deus ab alio posset reddi impotens ad aliquid efficiendum, vel ad aliquid intelligendum, non esset in efficiendo omnipotens, neque in intelligendo infinitus. Ergo pariter, si ab alio potest reddi impotens ad vocandum vocatione efficaci, & ad decernendum efficaciter consensum liberum voluntatis creatæ, non erit summe potens in vocando vocatione efficaci, neque in decernendo consensum liberum efficaciter. At dato quod per scientiam mediā constituitur potens proxime ad vocandum, & efficaciter decernendum, per carentiam scientiæ mediæ constituitur impotens vocare efficaciter, & decernere; quæ carentia non conuenit Deo a se, sed ab alio, nempe a voluntate creatā, alias esset libera Deo, quod non minus repugnat, quam quod ipsa scientia mediā sit libera!

294 Confirmat primo: nam iuxta nos per scientiam consensu in statu conditionato constituitur diuina voluntas proxime potens ad illum efficaciter decernendum: ergo per carentiam eiusmodi præscientiæ redderetur proxime impotens ad illum efficaciter decernendum; sed carentia scientiæ mediæ non est libera Deo, sed voluntati creatæ: & consequenter non conuenit Deo a se, sed a voluntate creatæ: ergo ab alio a se constituitur proxime impotens ad efficaciter decernendum, & vocandum: quod non coheret cum summa potestate in decernendo, & vocando.

295 Confirmat secundo: nam iuxta principia scientiæ mediæ non potest Deus efficaciter præfinire consensum liberum, nisi procedat eiusmodi scientia; sed hanc scientiā non habet Deus a se, sed a voluntate creatā; ergo a se non est potens præfinire efficaciter consensum liberum voluntatis creatæ: & consequenter non habet omnipotentissimam potestatem in præfiniendo nostrum consensum liberum: & consequenter efficacia in vocatione diuina non oritur ex omnipotentissima potestate, quæ Deus in se continet voluntatem creatam, contra Augustinum ubi supra, & contra manifestissimam veritatem.

296 Respondeo ex illo Augustini loco solum colligi Deum habere omnipotentissimam potestatem ad faciendum hominum corda, & ad faciendum ut ex nolentibus fiant volentes; quod verissimum est: inde tamen minime colligi, quod habeat potestatem id faciendi per prædeterminationem, quando volitio est libera homini. Verissimumque est Deum magis habere in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, quamvis non possit prædeterminare ad actum liberum; ut satis explicui in hac disp. num. 159. & 170. homo enim non habet in sua potestate suam

volitionem, nisi ex suppositione quod Deus illi contulerit proximam indifferentiam ad utrumque conferendo omnia comprincipia necessaria ad agendum, & excitando per cognitionem, & offerendo concursus: at Deus omnipotentissimam facilitate conferi homini omnia comprincipia necessaria ad agendum, & cum illo cooperatur, potestque varijs & miris modis per vocationem, illustrationem, & inspirationem facere ut homo libere opereatur, ut amet quod antea odio habebat, & mira cum delectatione amplectatur, quod antea execrabatur. Iam enim ostendi in hac disput. n. 84. 85. & 86. num. 198. & n. 220. Deum iuxta Augustinum non facere ut voluntas nostra libere & laudabiliter se exerceat, mediante prædeterminatione, sed mediante vocatione congrua, non mediante motione pure phisica, sed mediante directione, illustratione, inspiratione, & motione intentionali. Idque denuo comprobatur ex eodem Augustino lib. de grat. & lib. arb. cap. 16. vbi inquit: *certum est nos magis, data servare si volumus, sed quia preparatur voluntas à Domino, ab illo petendum est, ut tantum velimus, quantum sufficit ut volendo faciamus. Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit ut velimus bonum, de quo dictum est, quod preparatur voluntas à Domino, de quo dictum est Ps. 36. à Domino gressus hominis dirigitur & viam eius vult: de quo dictum est ad Philip. 2. Deus est qui operatur in vobis & velle & operari.* Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit Ezech. 36. *Faciam ut in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis, & faciatis.* Cum dicit *faciam ut faciatis*, quid aliud dicit, nisi, auferam à vobis cor lapideum, unde non faciebatis, & dabo cor carneum, unde faciatis? Et hoc quid est, nisi auferam cor durum, unde non faciebatis, & dabo cor obediens, unde faciatis? Ille facit ut faciamus, cui dicit homo Psalm. 110. *Pone Domine custodiam ori meo:* hoc est enim dicere, sic ut ponam custodiam ori meo. Quod beneficium Dei iam fuerat consecutus, qui dixit, *Posui ori meo custodiam.* Psalm. 38.

297 Quare Deus habet magis in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, quia summa facilitate potest mutare eorum dispositionem, auferendo cor lapideum, & durum, & conferendo cor carneum, & molle; quia potest preparando voluntatem facere ut amet obiectum honestum, & desinat amare obiectum turpe: preparatio autem illa non fit per qualitatem mortuam, qualis est prædeterminatione phisica, sed per actus vitales intellectus,

& voluntatis, infundendo intellectui illustrationem, & imprimendo voluntati inspirationem, seu affectionem & inclinationem vitalem indeliberatam, quæ suaviter inclinât arbitrium ad volitionem liberam honestam elicendam, ut ostendimus supra n. 169. ex D. T. & n. 80. & 81. ex Concilio Arausicano, & ex D. Augustino.

298 In forma ad argumentum ex n. 290. respondeo, distinguendo maiorem. oritur ex omnipotentissima potestate, supposita præscientia conditionata, concedo maiorem: non præsupposita, nego maiorem. Nam potestas omnipotentissima Dei ad faciendum ut voluntas creata libere opereatur, est potestas exercendi per applicationem gratiæ præuenientis, cui voluntas resistere potest: est potestas exercenda per media indifferentia, seu non prædeterminantia, ut ostendimus ex scripturis, & Concilijs, & Patribus, ex Theologis, & manifestis rationibus, ut constat ex dictis r. i. d. 11. 14 & 17. n. 69. & hic tota l. 8. & l. 9. n. 105. & 106. & l. 10. n. 135. & 187. & n. 146 cum quatuor sequentibus. Item n. 166 cum quatuor sequentibus. Potestas autem ad faciendum ut voluntas infallibiliter convertatur per media non prædeterminantia, seu non habentia essentialē connexionē cum consensu, completur per præscientiā conditionatā futuri consensu. Vel absolute potest responderi concedendo maiorem, & negando minorem; ad cuius probationem respondetur, quod dum Deus intelligitur proxime potens facere ut voluntas convertatur libere, supponitur quidem voluntas creata se determinans conditionate, & determinans vocationē ad influendum actualiter in consensum liberum; & supponitur Deus impotens determinare ad consensum liberum per modum principij eligentis, vel per modum phisice prædeterminantis; non tamē per modum principij moraliter determinantis: Deus enim media vocatione congrua determinat moraliter voluntatem nostrā ad consensum liberum, illi efficaciter persuadendo, ut se determinet. Et ut supra vidimus numer. 161. P. Suárez docet: *Simpliciter asserendum esse, Deum determinare voluntatem, non sine illa, sed cum illa.* quatenus concurrat simul nec tum illa, & media vocatione congrua facit ut voluntas cooperetur cum ipso. Quod sufficit ut falsissimum sit consequens illatum à Godoy eo num. 290. nempe voluntatem creatam magis habere in sua potestate suam determinationem, quam illam habeat Deus in sua. Unde concessio antecedenti, nego consequentiam.

299 Ad secundam probationem minoris ex numer. 291. concedo maiori, nego minorem. Ad cuius primam probationem, concedo maiori, nego minorem. Falsum enim est scientiam mediam nostri consensu liberi,

non convenit Deo à se, sed ab alio, nempe à voluntate creata: nam cum Deus habeat ab æterno illam scientiam, & voluntas creata ab æterno non sit; & cum habeat ab æterno illam scientiam conditionatam respectu actuum voluntatis, quæ nunquam extitura est, patet, Deum non à voluntate creata, sed à se ipso determinari ad habendam illam scientiam; à se ipso, inquam, non elective & libere, sed necessario necessitate attemperanti se alterius electioni libera; seu necessario necessitate opposita electioni & libertati propriæ, non tamen necessario necessitate opposita contingentiæ, & electioni atque libertati alienæ. Deus enim non accipit scientiam à rebus, sed ex se est completissimus ad intelligendum in omni linea; summæque determinatus ut cognoscat non solum quid possit facere voluntas creata, si constituitur in tali occasione cum proxima indifferentia ad utrumque, sed quid re ipsa factura sit sub illa conditione. Vnde illa, quæ sufficiunt ut voluntas creata, si constitueretur in tali occasione, se determinaret ad unum actum præ opposito, satis sunt, ut ex æternitate Deus cognoscat electionem voluntatis futuram sub illa conditione. Atqui ut voluntas se determinaret sub conditione quod constitueretur in tali occasione cum proxima indifferentia ad utrumque, nõ requiritur aliqua suppositio præsens antecedens scientiam, & connexa essentialiter cum eo quod voluntas posita ea conditione se determinaret (nam ad effectum, qui esset, non requiritur præparatio causæ, quæ iam sit) imo requiritur carentia talis suppositionis, tum propter libertatem, tum ne Deus ponens à se, & ex se illam connexionem erga actus malos, sit author peccati: ergo neque illa suppositio requiritur ut Deus cognoscat.

300 Deus ergo ob eminentiam sui intellectus est essentialiter determinatus ad cognoscendum quid voluntas creata sit electura posita illa conditione; & quamvis non sit connexus cum eo quod voluntas creata posita illa conditione eligat potius hoc exercitium, quam oppositum; tamen est determinatus ad cognoscendam hanc partem præ opposita, per hoc præcisè quod posita conditione voluntas eligat hanc partem præ opposita, quia est essentialiter determinatus ad affirmandum omnem vere affirmabile; & per hoc præcisè, quod posita tali conditione voluntas creata se determine potius ad hanc partem quæ oppositam, antecedenter ad decretum purificandi conditionem est verum affirmare, quod voluntas si constituitur sub tali hypothese eliget potius hanc partem, quam oppositam.

301 Hæc latè explicui tomo 1. disput. 14. sect. 3. pag. 224. & disput. 19. pag.

351. Quæ Deus à se habet scientiam maliã; licet in habendo illam se attemperet arbitrio creato, id enim à se cognoscit, quod arbitrium creatum posita conditione eligit. Neque scientia media est proprie libera creata voluntati, sed improprie; quia solum est libera ipsi obiective, tanquam principio potenti ponere vel non ponere obiectum, quod scientia media affirmat; idque non absolute, sed conditionate; eatenus enim est libera creaturæ obiective, & improprie scientia media, quatenus obiectum affirmatum à scientia media, proprie, & subjective est liberum creaturæ, sed obiectum affirmatum à scientia media non est de præsentia, & absolute liberum creaturæ, sed foret posita conditione, quia solum posita conditione, potest voluntas ponere, & non ponere obiectum: ergo scientia media adhuc obiective, & improprie non est libera absolute voluntati creatæ; sed conditionatè, id est, erit libera posita conditione. Tunc autem non est proprie libera voluntati, ut potest quæ non proprie determinat ad scientiam affirmantem, sed solum ponit conditionem obiectivam, in ordine ad quam Deus est necessitatus ad determinandam existentiam scientiæ mediæ affirmantis: neque proprie impedit scientiam negantem, sed ponit conditionem obiectivam relate ad quam Deus est essentialiter impediendus ad illam habendam; ut explicui t. 1. pag. 611. num. 44.

302 Vnde absurdum non est Deum reddi potentem proxime præfinire nostram operationem liberam per scientiam mediã, quia hæc non est aliquid creatum, neque ab aliquo creato proprie dependens, siquidem existeret eodem modo scientia mediã in Deo, quamvis nulla creatura unquam existeret; non dependet autem ab alio id quod existit, quamvis aliud nunquam existat. Vnde ex eo quod Deus non foret omnipotens ad efficiendum, si ab aliquo à se distincto redderetur potens ad aliquid efficiendum; minime sequitur non esse infinite perfectum in præfiniendo, ex eo quod nequeat præfinire operationem liberam non præcedente scientia mediã; sed potius sequitur esse infinite perfectum in præfiniendo, cum non possit præfinire operationem liberam quousque habeat medium proportionatum, quo posito infallibiliter ponetur operatio libera, id est medium indifferens, quod voluntas frustrare valeat, hoc enim duntaxat est medium proportionatum ad faciendum ut existat operatio libera.

303 Hinc patet ad secundam probationem ex num. 261. ad quam concessio antecedenti, nego suppositum consequentis. Deus enim neque à se, neque ab alio potest constitui impotens præfinire nostram operationem liberam, qui.

quia quamvis possit deficere Deo scientia media de congruitate huius auxilij determinate, & illius determinate; non tamen potest deficere scientia media de congruitate omnium: quia fieri non potest ut inter tot auxilia indifferentia, quibus Deus potest facere ut voluntas convertatur liberè, nullum appareat efficax ad exprimendam à voluntate conversionem liberam. Vnde contingere poterit ut sit impotens præfinire conversionem liberam per auxilium *A.* item per auxilium *B.* & sic de singulis forisim, non potest tamè contingere ut neque auxilium *A.* neque *B.* neque aliquid aliud ex tota collectione auxiliorum indifferentium appareat efficax ad eliciendam conversionem liberam à voluntate. Vnde necessarium est, ut Deus sit potens proxime præfinire conversionem liberam voluntatis creatæ. Quod si dicas saltem contingere posse, ut Deus non sit proxime potens præfinire consensum liberum per auxilium *A.* v. g. determinare. Respondeo id quidem sequi, sed non esse absurdum; quia nõ spectat ad perfectionem Dei quod per quodcumque medium possit facere ut voluntas libere convertatur, ut constat ex dictis sect. 7. n. 60. versu *Nec absurdum est.* Tunc autem non redderetur impotens ab alio, sed à se, quia scientiam mediam de inefficacia auxilij, *A.* non habet Deus ab alio, sed à se, cum attemperacione tamen ad electionem alterius, quæ foret posita conditione, ut constat ex nuper dictis.

304 Hinc patet ad primam confirmationem ex num. 292. ad quam dico, quantumque scientiam mediam de congruitate auxilij alicuius, v. g. auxilij *A.* sufficere ad hoc ut Deus sit proxime potens præfinire, quia ad consecucionem finis sufficit vnum medium: ad hoc autem ut sit impotens præfinire requiri tarentiam scientiæ mediæ cuiuscumque auxilij, seu earentiam omnium collectivè: illam autem earentiam esse impossibilem. Quamvis autem foret possibile quod Deus careret omni scientia media de congruitate auxiliorum, illa tarentiam non haberet ab alio, nempe à voluntate creatæ, sed à se cum attemperacione ad earentiam electionis liberæ voluntatis creatæ, quæ foret posita quocumque auxilio indifferenti. Licet autem in eo eventu, in quo per possibile vel impossibile nullum appareret auxilium congruum ad converendam voluntatem relicta libertate, Deus non posset facere ut converteretur liberè; posset nihilominus absolute & simpliciter convertere ipsam, nimirum illam determinando, & necessitando ad conversionem.

305 Ex dictis patet etiam ad secundam confirmationem ex n. 293. ad quam concessa maiori, nego minorem; quamvis enim Deus

non sit proxime potens præfinire consensum liberum nisi dependenter à scientia mediæ, hæc tamen non habet à voluntate creatæ, sed à se, quia à se determinatur ad cognoscendum illud quod esset factura voluntas creatæ, & scientiæ illam minime accipit à creatura.

§. III.

Tertium argumentum petitur à lesione divina libertatis in prædestinando, & divini domini in convertendo.

306 **H**OC argumentum proponit Godoy disp. 67. §. 2. n. 34. & est illud ipsum, quod nos proposuimus supra sect. 7. n. 62. quia ex nostra sententia sequitur possibilem esse metaphisice eventum, in quo Deus nequeat aliquem hominè prædestinare. Cui respondemus primo, illum eventum esse metaphisice impossibilem; quia saltem necessitando, & prædeterminando rebellem voluntatem ad opera salutaria, quibus evitentur peccata mortalia, potest in omni eventu possibili Deus hominè destinare efficaciter ad gloriam. Quod si obiecias, saltem sequi possibilem esse metaphisice eventum in quo non possit prædestinare ad gloriam ut coronam meritorum, quæ potuerint simpliciter omitti, quæ hæc prædestinatio essentialiter supponit scientiam mediam. Respondeo primo hunc casum etiam esse metaphisice impossibilem, ut latè ostendam disp. sequenti, quia cum Deus in thesauris suæ omnipotentiæ habeat infinita auxilia indifferentia, quorum singula necessitant moraliter, impossibile metaphisice est, ut inter tot non appareat aliquod congruum ad faciendum, ut voluntas cum illo libere convertatur. Deinde etiam loquendo de auxilijs non necessitantibus moraliter, cum Deus varijs, & miris, & infinitis modis possit quancumque rebellem quaterere voluntatem, impossibile metaphisice est, ut inter tot non appareat aliquod congruum ad expugnandam suaviter voluntatem, & ita responderi primo loco P. Suarez 2. de grat. lib. 5. cap. 24. num. 18. cuius verba dabimus disp. sequenti n. 2.

307 Qui subinde num. 19. novam subiungit solutionem similem illi, quam traderat in opusc. lib. 3. de auxilijs cap. 14. n. 16. & quam supra sect. 7. n. 70. retulimus *Si ar-*
 „ *guens* (inquit) *urgeat*, ut casum admit-
 „ tamus; illo posito respondemus, in eo nihil
 „ aliud supponi, nisi dari voluntatem hominis
 „ ita dispositam, vel affectam in aliquo casu, ut
 „ consensura non sit, quocumque modo allicia-
 „ tur vel attrahatur, donec necessitetur; perinde
 enim

enim est dicere, non esse consenturam nisi per efficaciam extrinsecam Dei determinatam; quod arguens supponit, ac dicere, non esse consenturam, nisi necessitate, nam ut probavi; illa duo idem sunt. Sicut ergo arguens dicit, ex illa hypothese Deum non posse absolute velle ut consentiat, nisi volendo etiam prædeterminare phisice eius voluntatem ex parte ipsius, præter omnem motionem motalem; ita nos dicimus, non posse Deum tunc velle absolute ut ille consentiat, nisi volendo ut saltè necessario velit, cù præciet nullo modo esse libere volitum.

308 Quapropter licet eo quod voluntas possit resistere singulis auxilijs indifferentibus, sequitur posse resistere omnibus: id est, si ex eo quod nullum est assignabile auxilium indifferens, cui in statu conditionato non possit apparere resistens, sequitur contingere posse, ut appareat in statu conditionato resistens omnibus, id est singulis nulli excepto: sanè Deum velle, ut voluntas creata maneat libera, est Deum velle ut sit metaphisice possibilis eventus, in quo nullum appareat auxilium congruè ad faciendum ut voluntas libere convertatur; unde possibilitas metaphisica illius eventus involvitur essentialiter in ipso conceptu essentiali libertatis creatæ; ac proinde non est contra Dei dominium supra voluntatem creatam ut liberam; siquidem hoc dominium est potestas ad movendam voluntatem præcisè per auxilia resistibilia, & frustrabilia; ut satis ostensum est in hac disp. sect. 2. n. 17. & 18. & sic. 7. n. 69. Loca autem D. August. solum probant Deum habere defacto, & in omni eventu moraliter possibili media congrua ad faciendū ut voluntas libere convertatur; ut ostendi sect. 7. n. 73. & patet exemplo petito à Conlio Tridentino, iuxta quod homo sine speciali privilegio non potest vitare omnia venialia; tamen illa impotentia est solum moralis; quia metaphisice non repugnat ut homo sine speciali privilegio vitet omnia venialia. Sufficit ergo impossibilitas moralis illius eventus, ut simpliciter dicere possimus: *impossibile est quod Deus non possit facere ut voluntas creata libere convertatur.* Nam impossibilitas moralis quod omnia auxilia indifferentia appareant inefficacia, est multo maior, quam impossibilitas moralis, quod omnia venialia vitentur sine auxilio speciali. Ergo si hæc posterior est sufficiens, ut simpliciter, & absolute vere pronuntiemus: *impossibile est quod homo sine speciali privilegio vitet omnia venialia:* Ergo à fortiori illa prior est sufficiens, ut verissime dicamus, *impossibile est quod Deus non possit facere, ut voluntas libere convertatur.*

309 At insurgit Godoy ea disp. 67. num. 41. quia si collectio auxiliorum indifferentium fundat metaphisicam infallibilitatem conversionis liberæ sub aliquo ex illis auxilijs vague & confusè loquendo; poterit Deus independenter à scientia media præfinire efficaciter consensum nostrum liberum: si enim independenter à scientia media per simplicem intelligentiam cognoscit Deus, necessarium metaphisice esse ut voluntas convertatur cum aliquo ex infinitis auxilijs indifferentibus; poterit vi solius scientiæ simplicis intelligentiæ præfinire efficaciter consensum liberum voluntatis creatæ; illumque obtinere. Verum hoc argumentum præoccupatum manet in hac disp. sect. 3.

310 Et sanè quamvis illa præfinitio foret independens à scientia media in essendo; esset tamen dependens ab illa in operando. Deus enim efficaciter intendens ut Petrus convertatur libere in instanti A, v. g. debet vi illius præfinitionis applicare aliquod auxilium efficax vi cuius infallibiliter obrineatur finis; neque enim simul potest conferre totam collectionem auxiliorum; & cum non possit applicare auxilium prædeterminans ad obtinendam operationem liberam; debet applicare auxilium indifferens: medio autem auxilio indifferenti nequit Deus infallibiliter obrinere consensum liberum, nisi præcedente scientia media. Consule quæ diximus illa sect. 3. Præterea cisp. 6. ostendemus, quamvis metaphisice sit necessarium, ut non appareant per scientiam mediam omnia auxilia indifferentia incongrua ad conversionem, & consequenter sit necessarium ut aliqua appareant congrua: tamen Deum non posse præfinire conversionem liberam priori ad scientiam mediam.

311 Sed instat secundo ibidem n. 46. p. 804. quia saltè ex nostra sententia sequitur, Deum non posse extorquere consensum liberum à voluntate creata media gratia auxiliante in singulari, nisi prævideat illam consentientem in statu conditionato; ac proinde si voluntas in illo statu dissentiens prævideatur, Deus est impotens ad extorquendum consensum; ex quo ulterius sequitur negationem consensu vi obtinendi per hoc auxilium singulare esse necessariam Deo. Respondeo numquam Deum videre, voluntatem creatam non convertendam sub auxilio singulari v. g. A. nisi sub conditione quod Deus illud conferat, & neget omne aliud: siquidem nullum est auxilium inefficax, quod non redderetur efficax si Deus circumstantias mutaret, auferendo illas quæ magis retrahunt à consensu, & superaddendo alias, quæ magis invitant ad consensum, videlicet superaddendo novam illustrationem,

& inspirationem, vel illustrationem iam existentem deo augendo, & intendendo. Quare postquam Deus prævidit Petrum non convertendum cum auxilio *A.* potest facere ut convertatur cum auxilio *A.* videlicet mutando circumstantias, & superaddendo novam illustrationem in intellectu, & novam inspirationem, seu affectionem indeliberatam in voluntate, si autem velit conferre auxilium *A.* & simul negare omne aliud auxilium; non est absurdum quod nequeat per illud determinate auxilium negando omne aliud facere ut convertatur, hæc enim est impotentia consequens, proveniens ex eo quod Deus non vult concedere aliud auxilium. Sicut non est absurdum in sententia adversariorum, quod Deus nequeat convertere Petrum conferendo præcisè auxilium sufficiens, & negando auxilium prædeterminans. Ratio autem à priori est, quia ad perfectionem libertatis divinæ non spectat, quod possit per quodcumque medium obtinere finem, sed quod in thesauris suæ omnipotentiae habeat media efficacia ad obtinendum quemcumque finem honestum. Nec attinet ad perfectionem divini dominij quod per quæcumque vocatationem quantumvis languidam possit flectere quamcumque rebellem voluntatem: sed solum attinet, quod in thesauris suæ omnipotentiae habeat media efficacia ad convertendum quemcumque rebellem peccatorem, servata eius libertate, & quod nullum sit obiectum honestum, ad quod amandum, & querendum non possit efficaciter movere quæcumque voluntatem, ut constat ex ijs, quæ latius diximus, 1. disputat. 28. sectio. vltima numer. 62.

311 At instat tertio Godoy ibidem numer. 48. pag. 804. nam inconveniens maximum est, quod id quod erat absolute possibile Deo, reddatur impossibile ipsi ex suppositione libera creaturæ, & non libera Deo, cum in hoc Dei potestas & libertas subiciatur potestati, & libertati creaturæ. At pro priori ad scientiam mediam erat Deo absolute possibilis consensus liberi voluntatis creatæ per hoc auxilium, & ex suppositione scientiæ mediæ de inefficacia illius auxilij, redditur absolute impossibilis Deo consensus liber per illud determinate auxilium, quod prævidetur inefficax, quæ suppositio est libera creaturæ, & non est libera Deo. Ergo nisi in singulari gratiæ efficacis auxilijs admittatur intrinseca efficacia minuitur Dei potestas, & suprema Dei libertas destruitur.

313 Instat quarto num. 49. quia est contra potestatem divinam, quod aliquid sit absolute possibile creaturæ, & non sit Deo absolute possibile, cum ex hoc sequatur creatura

esse potentiorē Deo. At hoc sequitur ex nostra sententia de indifferentia auxiliorum; ergo &c. Probat minorem, quia quod est impossibile ex suppositione subiecto non libera, est absolute subiecto impossibile, secus autem si ex suppositione subiecto libera sit impossibile. At suppositio scientiæ mediæ de inefficacia auxiliij *A.* v.g. est libera voluntati creatæ, & non est libera Deo: ergo impossibilitas coniunctionis consensus cum auxilio ex suppositione quod prævideatur inefficax per scientiam mediam est absoluta respectu Dei, secus autem respectu voluntatis creatæ: & consequenter ex eo quod Deus non possit per tale auxilium extorquere consensum, sequitur, quod aliquid sit absolute possibile creaturæ, quod non est possibile Deo.

314 Hæc tamen facile diluuntur ex ijs, quæ fufius dixi t. 2. d. 38. sect. vlt. n. 72. & sequentibus, eisdem instantijs respondens: Ad tertiam ex n. 310. respondeo admitendo maiorem, & distinguendo minorem. Propriori ad scientiam mediam erat Deo absolute possibilis consensus liber voluntatis creatæ per hoc auxilium, erat absolute possibilis Deo ut determinanti ad existentiam auxiliij, & ut cooperanti ad consensum ex determinatione voluntatis creatæ, concedo minorem; erat possibilis Deo ut determinanti ad existentiam consensus liberi supposito auxilio, nego minorem, quoad primam partem, & similiter, nego reddi absolute impossibile Deo consensum creaturæ per suppositionem scientiæ conditionatæ; siquidem non obstante illa scientia manet potens determinate ad existentiam auxiliij, & supposita existentia auxiliij manet potens cooperari ad consensum liberum ex determinatione voluntatis creatæ; sicut enim non obstante scientia mediæ voluntas creatæ habet absolute potestatem ad ponendum consensum, ita habet potestatem determinandi Deum ad concurrendum in consensum. Si autem summamus voluntatem creatam reduplicativè ut coniunctam cum scientia mediæ de inefficacia auxiliij, respectu illius sic sumptæ non est possibilis consensus liber; vnde nihil mirum quod non sit sub eadem reduplicacione possibilis Deo. Vnde in eo sensu in quo voluntati creatæ, ut eligenti & determinanti est possibilis consensus, est possibilis Deo ut efficienti, & cooperanti ex determinatione alterius supposito auxilio. Quare per scientiam mediam de inefficacia auxiliij indifferentis nihil deperit Deo de potentia, quam ante scientiam mediam habebat ad consensum liberum per tale auxilium determinate; quia habet potestatem non obstante scientia illa determinandi ad existentiam auxiliij, & supposita existentia auxiliij concurrédi ad consensum, & hanc eandem, & non maiorem

habebat propriam ad scientiam mediam.

315 Ad quartam instantiam ex illa
 11. respondeo, distinguendo maiorem; est
 absurdum, quod aliquid sit absolute possibile
 creatura, & non sit possibile Deo neque ut de-
 terminandi, neque ut efficiendi ex determina-
 tione alterius, admitto maiorem, & non sit pos-
 sibile Deo præcisè ut determinandi; nego maio-
 rem. Et nego in eodem sensu minorem, & con-
 sequentiam. Ad probationem minoris, negan-
 dum est suppositum; quia scientia media de-
 inefficaciâ auxiliij ñ facit, ut Deo sit impossi-
 bile convertere hominem per illud auxiliium;
 quia cum scientia illa coheret in voluntate
 creata potestas antecedens se determinandi ad
 consensum; hæc autem est potestas determi-
 nandi Deum ut concurrat ad consensum; &
 consequenter est potestas faciendi, ut Deus cõ-
 ferendo auxiliium illud singulare fecerit ut vo-
 luntas libere convertatur: implicat enim vo-
 luntatem creatam, posito auxiliio indifferenti
 se determinare cum illo potius ad consensum,
 quam dissentium, quin Deus conferendo illud
 auxiliium fecerit voluntatem libere converti;
 ac proinde quamvis supposita collatione auxi-
 lij sufficientis, & negarij omnis alterius au-
 xilij iam Deus non exerceret novam libertatem
 circa positionem consensus, quia concurrat ex
 determinatione arbitrij, creati ad cõsensum li-
 berum; tamen sufficit exercuisse libertatem in
 positione auxiliij, & oblatione concursus, & re-
 ipsa concurrere, ut vere dicatur facere ut volu-
 ntas convertatur: quando enim dedit auxiliium
 sufficiens, & obtulit concursum ad consensum
 salutarem ex serâ intentione consensus, quan-
 tum est ex se dedit consensum, neque stat per
 ipsum, quod consensus non sequatur; solum-
 que deest, quod arbitrium creatum velit accipe-
 re donum sibi oblatum, quod donum utique
 accipit dum consentit. Cum ergo scientia me-
 dia futuri dissentis non auferat à voluntate
 creata potentiam antecedentem ad acceptan-
 dum donum sibi oblatum, id est consensum sa-
 lutarem, libere cooperando Deo vocam; con-
 sequens est ut non auferat à Deo potentiam ad
 convertendam voluntatem per collatione eius-
 modi auxiliij, ut enim inquit Augustinus lo-
 quendo de Ely, qui noluit sequi vocationem:
*Deus velle & currere illi vocando præstasset
 nisi vocatione contempta reprobus fieret.* Vide
 textum Augustini supra n. 235. vide etiam alios
 Augustini textus in huius doctrinæ confirma-
 tionem, & plura alia t. 1. pag. 624.

316 Instat denique Godoy ea disp-
 67. pag. 805. num. 50. quia est contra summam
 Dei libertatem, quod aliquid in statu absolute
 sit liberum creatura & non sit liberum Deo.
 At in nostra sententia aliquid est liberum crea-

turæ, quod non est liberum Deo, nempe caren-
 tia coniunctionis consensus cum auxilio præ-
 viso inefficaci, quia illa carentia coniunctionis
 est consequens libertatem humanam, & non
 est consequens libertatem divinam, siquidem
 oritur ex suppositione scientiæ mediæ, quæ
 est libera creature, & non est libera Deo: ergo
 nostra sententia est contra summam Dei liber-
 ratem. Hoc argumentum late proposui, & la-
 tius dissolvi t. 1. pag. 619. à num. 63. usque
 ad 70. ex ibi disputatis.

317 Respondeo esse quidem con-
 tra summam Dei libertatem quod aliquid sit
 liberum creaturæ, quod non sit mediate liberum
 Deo; siquidem nihil potest esse liberam crea-
 turæ, quin Deus & ipsi liberam potestatem ad
 operandum tribuat, & offerat illi suum concursus;
 nõ oportet autem ut id quod est liberum creaturæ
 sit immediate liberum Deo, ut specialiter cernunt
 in actibus liberis peccaminosis, quorum existen-
 tiam Deus non amat; & talis existentia solum
 est libera Deo mediate, quatenus libere con-
 tulit potentiam peccandi, & obtulit concur-
 sum suum ad finem observandi præceptum, seu
 ad finem non peccandi. Iam vero carentia con-
 iunctionis consensus cum auxilio præviso in-
 efficaci est mediate libera Deo, quatenus libe-
 re contulit libertatem, ut cuius arbitrium se
 determinavit ad non coniungendum consen-
 sum cum auxilio illo. Ex suppositione autem
 scientiæ mediæ representantis inefficaciam au-
 xilij *A.* ad exprimendum consensum saluta-
 rem à voluntate, non est libera voluntati caren-
 tia coniunctionis consensus cum auxilio illo,
 sed est necessaria necessitate consequenti, quæ
 sicut non tollit libertatem antecedentem ad po-
 nendum consensum, ita non tollit libertatem
 antecedentem ad faciendum ut Deus confereat
 do auxiliium *A.* ad consensum, contulerit cõ-
 sensum. Quod autem scientia illa sit libera vo-
 luntati creatæ, & non sit libera Deo, probat
 quidem, quod Deus supposita existentia auxi-
 lij, & oblatione concursus non exercet novam
 libertatem, neque determinat physice ad exi-
 stentiam exercitij liberi, non probat autem quod
 non influit immediate ex vi libertatis exercita
 in præparando concursu: ac proinde probat caren-
 tiam coniunctionis consensus cum auxilio
A. esse quidem immediate liberam volunta-
 ti creatæ, & non esse immediate liberam
 Deo; non tamen probat illam carentiam
 coniunctionis non esse mediate liberam

Deo; quod sufficit ad salvandum perfe-
 ctissimum Dei dominium, & li-

bertatem.

)2(

S. VI:

Quartum argumentum desumptum ex eo, quod ex nostra sententia videatur sequi prædestinationem solum esse certam certitudine præscientiæ: non autem certitudine ordinis & causalitatis.

318 **E**X hoc capite sic arguit ea disp. 67: num. 71. nam ex nostra sententia videtur sequi prædestinationem prout à generali providentiâ distinguitur, solum esse certam certitudine præscientiæ, non autem causalitatis, & ordinis; consequens autem est falsum, & contradictum S. Thomæ q. 6. de verit. art. 3. Responderetur prædestinationem in eo à providentiâ communi differre, quod divina providentiâ communis reprobis non semper consequitur finem ad quem subiectum ordinat: Nam Deus per suam providentiâ omnes homines ordinat ad salutem, & tamen hæc communis providentiâ non connectitur cum salute reprobis: At prædestinatio non respicit dumtaxat ordinem ad finem, sed illius ordinis exitum, ut vidimus ex D. Thoma disp. 1. sect. 3. num. 26. ac proinde essentialiter connectitur cum consecutione finis, inducitque non solum mediâ sufficientiâ ad finem, sed efficaciâ. Dicitur autem certa non solum certitudine præscientiæ, sed certitudine ordinis & causalitatis, quia non differt tantum à providentiâ communi, quatenus supra illam addat solum præscientiâ absolutam eventus absolute securi, quasi affectus, & benevolentia Dei erga reprobos, & prædestinatos sit idem, solumque detur differentia, quod Deus prævideat per scientiâ visionis in prædestinatis perseverantiâ usque in finem, & consecutionem gloriæ, quam non prævidet in reprobis: sed differt ratione ordinis & causalitatis, quia in sententiâ D. Th. & S. Augustini, quæ communis etiam est inter Doctores Societatis, Deus eligit efficaciter prædestinatos ad gloriâ ut coronam supposita scientiâ mediâ, & ex intentione gloriæ confert prædestinatis auxilia efficaciâ quia efficaciâ. Præterea ex parte ordinis ad finem prædestinatio est certa, quia in sententiâ omnium assertorum scientiâ mediâ proprii ad scientiâ visionis eventus securi, Deus vere & proprie amat efficaciter perseverantiâ finale prædestinari, & præfinit omnia opera necessaria ad salutem, quia ex directione scientiâ mediâ vult conferre auxilium efficaciter ad perseverandum, & recte operandum, quod est velle efficaciter perseverantiâ, & præfinit opera necessaria ad salutem, unde quia habet decretum

absolutum & efficaciter supposita scientiâ mediâ prædestinatio est certa certitudine ordinis: ut explicui supra sect. 10. num. 175. certitudo autem illa ordinis non fundatur in medijs, quibus prædestinatus movetur ad merendam salutem, quia hæc sunt indifferentia; sed fundatur in ipsa intentione efficaci Dei supponente scientiâ mediâ, ut cuius necessitatur Deus ad conferenda auxilia, quæ per scientiâ mediâ apparuerat ut congrua ad exprimendos à voluntate actus salutares. Quare certitudo illa ordinis petit ut Deus ex intentione salutis conferat mediâ, quæ novit infallibiliter habitura effectum; quia vero illa intentio tendit ut existat finis ex vi meritum, perit ut mediâ non sint infallibilia ab intrinseco, sed solum ab extrinseco, nempe ratione scientiâ mediâ.

S. V.

Ultimum argumentum:

319 **I**LLVD proponit hic author ibidem pag. 816. §. 5. contenditque præter voluntatem, quæ Deus suam omnipotentiam applicat voluntati creatæ, ut cuius constituitur proxime expedita ad utrumque; requiri novum Dei decretum, ut de facto operetur unum extremum contradictionis præopposito. Id autem probat, quia consensus liber voluntatis creatæ est sub dominio Dei immediate, & formaliter, quia Deus est supremus dominus voluntatis creatæ, & consensus liberi illius; hoc autem non haberet, si consensus non esset liber Deo immediate & formaliter. Nam si consensus non esset immediate formaliter sub dominio Dei, solum esset sub illo virtualiter & mediate; subiectio autem virtualis & mediata non sufficit ad salvandum perfectum Dei dominium. Quod probat à paritate, quia non minus est de ratione dominij subiectio rei sub dominio cadentis, quam de ratione causæ efficiens dependentia effectus ab illa: sed non salvatur ratio primæ, & supremæ causæ efficiens per dependentiam mediatam, & virtualem, unde omnes Theologi docent contra Durandum Deum immediate influere in omnes effectus creatos, quia sine influxu immediato nequit ratio primæ causæ subsistere; ergo non salvatur ratio supremi dominij per subiectionem mediatam, & virtualem, & consequenter, si consensus liber voluntatis creatæ non est subiectus immediate, & formaliter dominio Dei, Deus supremus dominus illius non est. Probat præterea idem assumptum; quia si Deus non haberet formale, & immediatum dominium supra actus liberi voluntatis creatæ, non esset ita perfectè dominus illorum actuum

ac est perfectè dominus aliarum entitatum quæ sub dominio creaturæ non cadunt, erga quas habet dominium formale immediatum.

320 Secundo probat, præter voluntatem divinam constituentem arbitrium creatum in actu primo proximo, esse omnino necessariam novam, & distinctam voluntatem divinam, ut arbitrium creatum de actu primo transeat ad actum secundum; nam arbitrium consentire in actu secundo est novum beneficium divinum distinctum à constitutione illius solum in actu primo; novitas autem beneficij novam & distinctam voluntatem requirit; ergo in transitu arbitrij creati de actu primo ad actum secundum nova Dei voluntas necessario intercedit.

321 Verum ex solidissimis principijs Societatis facile est probare perfectissimè Dei dominium supra actus liberos voluntatis creatæ solum importare dependentiam immediatam illorum actuum à Deo per concursum simultaneum, & insuper potestatem supremam ex parte Dei ad immutandum arbitrium per gratiam prævenientem, faciendo ut eliciat actus liberos, quando sunt honesti; vel potestatem permittendi tentationes inclinantes ad malum quando actus sunt peccaminosi, nam dominium ita immediatum circa actus liberos creaturæ, ut Deus prædeterminet voluntatem ad unum actum præ alio, est dominium repugnans, & involvens duo contradictoria: Nam ad libertatem requiritur ut voluntas relinquatur in manu consilij sui, ut ad quodcumque voluerit porrigat manus; ut autem Sapienter docet Bellaminus lib. 4. de grat. & liber. arbit. cap. 14. *quomodo relinquatur in manu consilij sui, qui in omnibus actionibus suis determinatur ab alio, cui resistere nullo modo potest?*

Secundo ad libertatem requiritur, quod Deus paratus sit concurrere cum voluntate ad utrumque contradictionis extremum, tam ad amorem quam ad odium; nam voluntas creata constituitur proxime potens operari per decretum divinum applicans ipsi omnipotentiam; ut fateatur ipse Godoy in suo argumento, & ostendimus supra lect. 10. à num. 120. Non stat autem Deus esse paratus ex se ad concurrendum ad amorem vel odium, & tamen decreto suo efficaciter à se & ex se prædeterminare voluntatem ad eliciendum potius amorem quam odium; ut enim inquit P. Suarez lib. 5. de grat. c. 23. n. 8. *Quis dicat Deum esse paratū ad dandum, vel faciendū quod ex se absoluto decreto statim non dare, vel non facere?* Tertio, quia ut sæpe ostendimus in hac disput. præsertim lect. 1. n. 17. & lect. 11. à num. 146. ex scripturis,

Concilij, Patribus atque Theologis, præsertim D. Thom. ad libertatem requiritur, quod

voluntas non prædeterminetur ab alio. Quarto quia si ad eliciendum actum odij requiritur decretum efficax Dei, sequitur, voluntatem nostram dum amat non habere veram sufficientiam antecedentem ad odium; ut constat ex illo primo principio nostræ scholæ, quod P. Suarez sæpe per se notum appellavi, ut constat ex dictis lect. 1. num. 13. *nimirum impossibile esse, me habere in mea potestate effectum, nisi nullo modo ab actu vel in mea potestate, quidquid est necessarium, ut effectus fiat.* Denique quia Deus perfectissimum dominium habet supra actus liberos pravos, & tamen non potest determinare voluntatem nostram ad illos eliciendos; quia hoc ipso determinaret illam ad peccandum: ut enim inquit Eximius Doctor lib. 3. de grat. cap. 36. *Hæc propositio videtur ex terminis nota. Qui efficaciter facit alium facere opus, quod sine peccato facere non potest, facit eum peccare.* Vide quæ scripti t. 1. disput. 11. lect. 6. & 7.

322 Respondeo ergo ad argumentum Godoy, perfectissimo dominio Dei erga actus liberos creaturæ repugnare, quod sit immediatum in determinando physice; sed solum debere esse immediatum in influendo; medium vero in determinando moraliter ad actus honestos, media vocatione, & inspiratione, quod sufficit ut sit perfectissimum dominium supra voluntatem creatam, quia potest illa uti & non uti ut instrumèto in ordine ad actus bonos eliciendos, faciendo ut libere se determinet ad amandum obiectum honestum, & poneudos actus, ad quos eliciendos Deus ipsam adjuvat per concursum simultaneum: potestque suspendendo suum concursum quovis tempore voluerit impedire illorum actuum existentiam. Dominium etiam supra actus malos est perfectissimum, quia quovis voluerit potest eorum existentiam impedire, & permittere ut diabolus, vel alia causa inclinet efficaciter ad illos eliciendos; nequit tamen facere ut existant, quia dominium perfectissimum supra actus malos nequit esse illorum induktivum, sed duntaxat permissivum, nec minus perfectum est dominium Dei circa actus nostros liberos, quamvis non possit determinare immediate ad ipsorum existentiam; quam dominium erga alias res à nostra voluntate independentes, ad quarum existentiam immediate physice determinat: quia perfectio domini non destruit naturam rei cui dominatur, sed debet esse proportionatum ipsi. Sic dominium Dei supra actus vitales non minus perfectum est, quam supra alias res; quamvis vitas, & non illos possit se solo producere.

323 Nec paritas inflexus immediati primæ causæ in omnes effectus causæ secundæ

causæ probat, pariter Deum debere immediatè phisice deierunt ure ad existentiam actus liberi: nam causam primam influere immediate in omnes res creatas non opponitur cum eo quod causæ secundæ etiam immediate influant; quia optime stat causas distinctas immediate influere in eundem effectum; & aliud Theologi habent argumenta efficacia ab autoritate, & ratione ad probandum contra Durandum, Deum immediate concurrere cum causis secundis ad omnes earum actiones. Causa enim secunda essentialiter subordinata est primæ in agendo: *Hæc autem subordinatio* (inquit P. Suarez lib. de vera intelligentia auxiliij efficacis pag. 149.) *consistit in hoc, quod tota virtus, & motio prævia recepta in causa secunda est imperfecta simpliciter, & incompleta ad agendum se sola, indigetque naturæ suæ naturali cooperatione ipsiusmet causæ, à qua recipit virtutem agendi.* At nõ stat voluntatem creatam relinqui in manu consilij sui, & tamẽ indigere prædeterminatione phisica Dei vt eliciat hunc actum præ illo; vt evincunt nostra argumenta.

324 Neque secunda probatio ex numero 318. quidquam obtinet: quia licet actus ipse secundus salutaris, seu consensus liber voluntatis nostræ, quo complectitur obiectum honestum, sit donum Dei, eiusque beneficium; non tamen est novum beneficium distinctum à collatione actus primi, & vocationis subijs circumstantijs, in quibus vocatio cognoscitur habitura effectum, quia Deum tribuere homini actum primum proximum ad actum salutarem eliciendum, illumque vocare vocatione congrua, seu vocatione, cui prævidetur consensura voluntas, idem est moraliter ac dare

ipsum consensum. Et quavis is, qui consentit cum vocatione, maius beneficium à Deo accipiat, quam is qui non consentit; ideo est; quia est maius beneficium conferre vocationem in circumstantijs in quibus prævidetur habitura effectum, & multum profutura, quam illam conferre in circumstantijs, in quibus prævidetur non profutura, nec habitura effectum.

325 Constatque hæc doctrina ex Augustino, qui ubique docet, Deum ratione vocationis operari vt velimus, vt sæpe ostendimus in hac disputat. præsertim num. 246 & consensus salutarem, seu bonam voluntatem esse donum Dei, quia ratione vocationis facit vt illam eliciamus, vt constat ex illis eius verbis q. 2. ad Simpl. *Si queramus, vtrum donum Dei sit voluntas bona, mirum, si negare quisquam audeat. At enim quia non præcedit voluntas bona vocationem, sed vocatio bonam voluntatem. propterea vocanti Deo recte tribuitur, quod bene volumus, nobis verò tribui non potest, quod vocamur.* Nul ubique Augustinus medium agnoscit inter vocationem & consensum, vt notavit P. Suarez lib. 5. de grat. cap. 25. num. 3. & de vera intelligentia auxiliij efficacis cap. 37. pag. 263. cuius verba adduxi in hac disput. num. 85. & num. 284. & constat ex illis verbis Augustini q. 2. ad Simpl. *Vt velimus, suum esse voluit & nostrum suum vocando, nostrum sequendo.* Et ex cap. 34. de spiritu & lit. *Miseri cordia eius in omnibus prævenit nos; consentire, autẽ vocationi Dei, vel ab ea dissentire propriæ voluntatis est.* Et lib. de dogmat. Eccl. c. 11. *initium ergo salutis Domino miserante habemus, vt autem acquiescamus salutiferis eius inspirationi, nostræ potestatis est.*

DISPUTATIO QVARTA AD QVAEST. XXIII. ARTIC. VI.

An collectio auxiliorum indifferentium fundet metaphisicam infallibilitatem consensus liberi futuri sub aliquo ex illis, seu an ex sententia Societatis sequatur possibilem esse metaphisice eventum, in quo Deus nequeat hominem convertere libere, illumve prædestinare ad gloriam, vt coronam.



HANC Disputationem instituo, vt penitus enervem præcipuum fundamentum Thomistarum sect. 7. disputationis præced. sufficientes

solum, cui illi maxime fidunt arbitrarie positionem sciëntiæ mediæ dom libertati creaturæ consulit, divinam auferre.

SECTIO PRIMA.

Status quæstionis & authorum placita.

Supponit hæc quæstio illum casum esse infinities moraliter repugnantem: cum enim Deus nullo negotio possit dispositiones corporis, & animi mutare, luce clarissima supernaturalium bonorum pulchritudinem ostendere intellectui, & voluntatem, prius virtutis opera fastidientem, illorum amore inflammare, & suavissima voluptate perfundere, demonum tentationes propulsare, & passiones tranquillas reddere, profecto potest quando voluerit ita voluntatem impellere ad conversionem, ut moraliter sit certum re ipsa convertendam. Habet itaque infinitos modos trahendi illam ad consensum, quorum singuli moralem certitudinem fundent. Vnde attentis illis omnibus, infinities moraliter est certum, non de futuro Deo modum congrue vocandi peccatorem, quantumvis obstinatum. Dubium ergo est, an in cumulo illo auxiliorum fundari valeat metaphisica infallibilitas, ita ut repugnet evētus, in quo per scientiam mediam nullum auxilium appareat efficax ad faciendam ut homo libere salvetur. Igitur hunc evēntum metaphisice possibilem esse docent Herizze disp. 71. cap. 6. num. 32. & disp. 22. cap. 3. à num. 18. P. Arriaga tom. 1. in 1. p. disp. 135. n. 5. Albertinus §. princip. philosophico q. 13. circa tertium Corollar. n. 16. P. Suar. lib. 1. de prædest. cap. 7. num. 15. & 18. favet etiam in opusc. lib. 3. de Auxil. cap. 14. n. 14. licet hic non ita clare loquatur, nam initio numeri dicit, illum eventum esse simpliciter impossibilem, postea vero admittit hanc impossibilitatem non esse, nisi tantum moralem. Pat. Ripalda, & Aldrete in manuscriptis, & aliqui RR.

2. Répugnare autem imprimis videtur satis perspicue tradere P. Suar. lib. 5. de grat. cap. 24. n. 18. *Quia licet qualibet vocatio (inquit) singularis & determinata non habeat de se infallibilem, sed contingentem effectum, nihilominus cum Deus infinitis modis possit vocare, confuse & indeterminate loquendo impossibile est, non esse aliquam vocacionem habituram effectum, quam Deus pro infinita sua scientia distinet, & in particulari vocat, & pro sua omnipotentia facere potest.* Vbi cum nullam limitationem adhibeat, satis clare videtur loqui de impossibilitate metaphisica, ac proinde retractabile quod 1. p. docuerat.

3. Eandem sententiam tenent P. Corninch. disp. 7. de Incarnat. n. 36. & disp. 2. de Cupellin. dub. 7. n. 112. Merarius tom. 2. pag. 99.

n. 3. Tannerus tom. 2. disp. 6. q. 2. n. 110. Sfortia de Deo cap. 42. Ribaden. disp. 10. de prædest. n. 55. Fatiolus q. 14. art. 13. n. 437. Mascareñas disp. 3. de auxil. p. 4. n. 10. Granad. tract. 4. de scient. visionis disp. 4. sect. 4. Ruiz disp. 10. de provid. sect. 4. & disp. 55. de prædest. sect. 2. n. 7. & 8. & sect. 3. n. 3. & sect. 4. n. 4. favet non obscure P. Vazquez 1. p. disp. 94. n. 57. 58. & 61. Vbi asserit, non esse dicendum, in potestate alicuius fuisse non prædestinari, quem sequitur Alarcon disp. 5. de prædest. sect. 6. n. 2. fuisse namque in potestate cuiuslibet, si posset frustrare omnia auxilia, quia hoc ipso posset efficere, ne ipsum Deus posset eligere ad gloriam ut coronam. Denique Bellarm. lib. 2. de grat. & liber. arbitr. cap. 17. *Se eadem ratione.*

4. Itaque hæc sententia asserit necessarium esse, ut in tota collectione reperiantur aliqua auxilia, sub quibus voluntas videatur libere consentura, scilicet loquendo vague, & in suppositione confusa, non vero in suppositione determinata. Pro cuius intelligentia recolendum est ex sumulis, quænam sit suppositio confusa, quænam determinata. Prior teste Fonseca lib. 8. instit. cap. 3. 1. est quæ explicatur solo descensu disiuncto. Posterior, quæ exponitur descensu disiunctivo: porro descensus disiunctus est ille, qui fit per particulam *vel* disiunctim acceptam, seu ut necit partes termini unius propositionis, non vero integras propositiones. Disiunctivus autem, qui fit per particulam *vel* disiunctive acceptam, id est necitentem integras propositiones. Exemplum suppositionis confusæ cernitur in hac propositione: *Aliquis oculus est necessarius ad videndum*, quæ sic debet exponi: *Dexter vel sinister est necessarius*: non autem sic, *dexter est necessarius, vel sinister est necessarius*. Exemplum determinatæ cernitur in hac: *Aliquis homo est iustus*, quæ debet exponi: *Peetrus, vel Paulus est iustus, &c.*

5. Igitur in nostro casu ex eo, quod sit vera hæc propositio: *Necesse est, ut voluntas videatur per scientiam mediam convertenda sub aliquo auxilio*, non licet inferre in hac sententia: ergo *necesse est, ut videatur convertenda sub A. vel necesse est, ut videatur convertenda sub B. &c.* quia descensus positus in consequenti est disiunctivus, & terminus *aliquis* positus in antecedenti supponit confuse: sed solum potest inferri per descensum disiunctum sic: *ergo necesse est, ut videatur convertenda vel sub A. vel sub B. & sic de reliquis*, ita ut tota collectio ingrediatur sub illa particula *vel* ad suscipiendam prædicationem in illa propositione. Quare licet auxilia, quæ videntur efficacia, debeant esse de-

terminata, cum nihil vagum detur a parte rei, quia tamen non est necesse ut illa determinate videantur, sed illa vel alia, ideo in hac sententia dicitur necessarium esse, ut aliqua auxilia vage videantur efficacia.

Advertendum est autem, dum in hac disputatione inquiritur, an ex eo, quod voluntas possit resistere singulis determinate, sequatur posse resistere omnibus collectivè, sermonem non esse de resistentia in statu absoluto, quia supponitur voluntatem non posse simul pulsari omnibus auxilijs, sed de resistentia in statu conditionato relative ad idem instans, ut sit sensus, an ex eo, quod voluntas possit videri resistens in statu conditionato huic auxilio, & possit videri resistens illi, &c. possit videri resistens omnibus, ita ut nullum assignetur, cui non videatur resistens.

SECTIO II.

Eligitur, & probatur sententia affirmans, collectionem fundare metaphysicam infallibilitatem.

EGO secundæ sententiæ subscribō, eamque probo primo auctoritate Sacre Paginæ, quæ dum commendat potestatem Dei ad emollienda hominū corda illam tradit. Nimirū Prov. 21. *Sicut divisiones aquarum, ita cor Regis in manu Domini, quò cumque voluerit inclinabit illud.* Rom. 3. v. 18. *Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.* Eccl. 21. *An non habet potestatem figulus ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam?* Hierem. 18. 6. *Sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea,* & similia.

7 Secundo auctoritate Augustini, qui lib. 1. ad Simpli. quæst. 2. ex varietate vocationum, quibus Deus potest hominum corda rangere, deducit absolutam impossibilitatem illius eveniūs, ut constat ex sect. 7. disputationis præcedentis; & dum in Enchiridiō cap. 98 dicebat: *Quis tam impie desipiat, &c.* plane videtur sentire, illa duo inter se pugnare, nempe Deum elice, & non posse malas hominum voluntates, quando voluerit, & quomodo voluerit in bonum convertere. Item quia cap. 14. de corrept. & Gratia, ait: *Sic velle & nolle in volentis, ac nolentis est potestate, ut Divinam voluntatem non impediatur, nec superet potestatem.* Ergo sentit ita esse in potestate peccatoris frustrare auxilium sibi collatum eliciendo velle, vel nolle, ut tamen nequeat privare Deum proxima potestate illum convertendi aliquo alio auxilio, aut impedire ne velit efficaciter eius conversionem; quod, tamen possit,

si valeret frustrare omnia auxilia, quia ut inquit idem August. de Spirit. & Litt. cap. 314. *Hanc dicimus potestatem, ubi voluntati adiacet facultas faciendi.* In illo autem eventu Divinæ voluntati non adiaceret facultas faciendi, ut peccator ille converteretur liberè. Huc spectat de Cantatissimum illud eiusdem dictum, eodem cap. 14. *Sine dubio habet Deus humanorum cordium, quò placet inclinandorū omnipotentissimam potestatem.* Item illud in fine cap. *Magis habet in potestate voluntates hominum, quam ipsi suas.* Nec non illud ex lib. 14. de Civit. cap. 27. *Quis audeat credere, aut dicere, ut neque Angelus, neque homo caderet, in Dei potestate non fuisse?* Item illud ex quæst. 2. ad Simpli. *Non potest effectus misericordie Dei esse in hominis potestate, ut frustra illius misereatur, si homo nollit.* Similia habet lib. de grat. & liber. arbit. cap. 16. & de corrept. & grat. cap. 5. & de gratia Christi cap. 24. & de prædest. Sanct. cap. 8. & de bono perf. cap. 8.

8 Tercio ratione, & argumentorū primò: quia perfectissimum Dei dominium supra nostrum arbitrium, eiusque omnes actiones, & subiectio creatæ voluntatis ad Divinam postulant, ut homo nequeat privare Deum proxima potestate ipsum prædestinandi, & irahendi quocumque voluerit; ergo nequit homo efficere, ut in tota collectione nullum videat auxilium efficax ad ipsius liberam conversionem. Confirmatur. Dominium est potestas utendi, & non viendi: ergo implicat casus, in quo Deus non sit plenissime potens uti voluntate creatæ ad fines Divinæ bonitati congruentes, sicut implicat casus, in quo non sit perfectè Dominus illius: Atqui uti est applicare ali- quod principium actionis ad actionem, ut definit S. Thom. prima secundæ, quæst. 16. art. 2. Ergo implicat casus, in quo non habeat plenissimam potestatem applicandi voluntatem nostram ad merendam gloriam, ut coronam: hæc autem applicatio non potest fieri media prædeterminatione; ergo debet media vocatione congrua, qua ita Deus suadet, ut persuadeat, sicut loquitur Augustinus: ergo repugnat eventus, in quo non sit potens media vocatione congrua efficere ut voluntas eliciat actum meritorium.

9 Argumentorū secundo: quia ex forma arguendi à singulis ad omnia, planè sequitur, quemlibet hominem habere potentiam physicam antecedentem ad vincendas omnes tentationes, quantumvis graves, & consentiendum singulis auxilijs, quantumvis exiguis, & vitandam omnem imperfectionem moralem, ac proinde possibilis erit casus, in quo Petrus, &c. videatur consentiens in statu conditionato

10 cuilibet auxilio; & resistens cuilibet tenta-
tioni. Hoc autem nimis durum apparet: primo,
quia Tridentinum Sessio. 6. Can. 22. definit,
iustificatum sine speciali auxilio Dei in ac-
cepta iusticia perseverare non posse: tunc au-
tem Petrus non indigeret speciali auxilio ad
perseverandum, siquidem quolibet sibi colla-
to, quamvis exiguo, & debili, esset persevera-
urus. Secundo, quia tunc non posset Petrus di-
cere Deo: *Domine tibi gratias ago, quia non
permisisti, me in peccatum labi*. Siquidem non
posuisset peccatum aliquod, imò nec imperfe-
ctionem moralem illi permittere. Tertio, quia
si semel hoc posset videre de Petro, posset vi-
dere de omni homine, imò de omni creatura
rationali iuxta formam arguendi Adversario-
rum: ac proinde possibilis foret casus, in quo
nullam posset deserere, nec ex eadem massa fa-
cere aliud vas in honorem, aliud verò in con-
tumeliam, contra Apostolum.

10 Quarto, quia iam posset reddi
perspicua ratio, cur vnus assumeretur, alius ve-
ro relinqueretur: si ponatur enim Deus Petrum
videre cuilibet auxilio consentientem, & Pau-
lum cuilibet dissentientem, iam in promptu fo-
reratio, cur Petrum eligeret ad gloriam, scili-
cet, quia eum non potuit deserere, & eum non
eligeret Paulum, scilicet, quia relicta libertate
non potuit prædestinare. Vnde in hoc casu ces-
saret illud Augustini monitum tract. 26. in Ioan.
*Cur hunc trahat, & non illum, noli velle iu-
dicare, si non vis errare*: Hinc Petrus nimium
sibi iribere posset in negotio sue salutis, nem-
pe non solum, quod vocatus venerit, sed etiam
quod ita vocatus sit, vt venturus esset. Vnde
principaliter se ipsum diceret à Paulo, con-
tra illud Apostoli: *Quis enim te discernit?
&c.* Vt enim docet Bellarm. lib. 1. de Grat. &
lib. arbit. cap. 13. §. 5. *Ad nostra, propterea, qui
discernit principaliter credentem à non cre-
dente est Deus, quia vni dat gratiam effica-
cem, & non alteri, cum possit e converso fa-
cere*. Quæ ratio cessaret in nostro casu. Hinc
Augustin. cap. 5. de prædestin. Sanctior. docet
semper agnoscendum esse Dei iudicium in eo,
quod vnus malè operetur, & misericordiam in
eo, quod alius operetur benè, quia licet ex sup-
positione, quod vterque vocatus sit, ipsis impu-
tari debeat, quod aliter benè, aliter pravè opere-
tur, nihilominus occultum est Dei iudicium,
quod vni potius, quam alteri præparaverit vo-
cationem congruam: *Multi audiunt verbum
veritatis, inquit, sed alij credunt, alij contra-
dicunt: volunt ergo isti credere, nolunt illi,
quis hoc ignoret? Sed cum alijs præparatur;
alijs non præparatur voluntas à Domino, dis-
cernendum est vtrique, quid veniat de miseri-
cordia eius, quid de iudicio.*

11 Argumentor tertio: quia sic vi-
dentur se habere infinitæ tentationes, quarum
singulæ necessitent moraliter, in ordine ad
fundandam metaphysicam infallibilitatē lapsus
suscipiant tentationes finitæ, quarum nulla neces-
sitar moraliter, in ordine ad fundandam infalli-
bilitatem moralem, cum par utrobique sit ex-
tremorum distantia: sed in collectione finita
eiusmodi tentationum fundatur moralis infal-
libilitas lapsus, vt patet in collectione tenta-
tionum longo tempore occurrentium ad pec-
candum veniat, quæ nequeunt collectivè
vinci sine speciali privilegio, vt definitum est
in Tridentino Sess. 6. Can. 23. cum tamen pos-
sint singulæ seorsim: ergo in collectione infini-
ta tentationum, quarum singulæ necessitent
moraliter, potest fundari metaphysica infalli-
bilitas. Idemque argumentum fieri valet in
collectione auxiliorum, quorum singula neces-
sitent moraliter, &c.

12 Argumentor quarto: quia etiam
si nullum auxilium determinate sumptum fun-
daret moralem certitudinem consensus futuri
sub ipso determinatè, nihilominus in collectio-
ne infinita auxiliorum, quæ diversa sunt in mo-
do movendi, posset fundari metaphysica certi-
tudo consensus futuri sub aliquo illorum va-
gè; quo enim maior est multitudo auxiliorum,
quibus potest pulsari voluntas, eo est difficilius
non esse convertendam cum aliquo illorum,
crescitque arithmetice difficultas pro incre-
mento multitudinis: difficilius enim est, non
esse convertendam cum aliquo è mille, quam
cum aliquo è centum: & quantum vna multi-
tudo excedit aliam, tantundem vna difficultas
excedit alteram: ergo ubi multitudo est sum-
ma, difficultas erit summa: ergo est summè dif-
ficile non inveni in infinita collectione ali-
quod sub quo videatur convertenda voluntas:
ergo est summè necessarium vt inveniatur, ac
proinde metaphysice infallibile.

13 Hinc consequenter affirmo: si
actu existeret infinita multitudo hominū, fo-
re summe difficile vt omnes servarent vni-
formitatem operandi seclusa speciali provi-
dentia: nam quo maior est multitudo, eo est
difficilior vniformitas, siquidem eo sunt plu-
res cause potentes illam impedire, & quo plures
sunt eiusmodi cause, eo arithmetice est diffi-
cilius vniformitatem non impediri, & certius
re ipsa impediendam: Si ergo multitudo est
summa, continens scilicet infinitas causas po-
tentes impedire vniformitatem, est summè dif-
ficile illam non impediri, ac proinde summè
certum, esse impediendam: Vnde necesse foret,
vt ex infinitis hominibus aliqui benè, & ali-
qui male operarentur, sicut de facto moraliter
est necessarium, vt ex existentibus aliqui pec-
cent.

cent, iuxta illud Christi: *Neceſſe eſt, ut ſcanda-
da veniat*: Sicut autem non propterea deſa-
cto eſt neceſſe, ut hic homo peccet, nec eſt ne-
ceſſe, ut ille, ſed aliquis vagè; ita ſimiliter, &c.
nec indignum Deo foret producere tunc me-
ta-phyſicam infallibilitatem, ut aliquis homo
vagè peccaret, quia hæc non conſiſteret in ali-
quo prædicato cogente aliquem hominem de-
terminare, ſed in ipſa indifferentia, & volubili-
tate tot voluntatum; nec inquam deveniri poſ-
ſet ad aliquem hominem determinatum illius
multitudinis, qui eſſet phyſice neceſſitas ad
peccandū. Dum autè ad homine non perveni-
tur, nihil abſurdi continet illa neceſſitas, quia
peccatum non fit, niſi ab hoc determinato. Et
confirmatur: quia non minus diſtant multitudo
finita, & infinita, quam neceſſitas moralis, &
phyſica: ergo ſi in prima fundatur moralis ne-
ceſſitas, ut aliquis peccet, poterit phyſica fun-
dari in ſecunda.

14 Denique argumentor: quia ſi
componi poteſt cum noſtra libertate metaphy-
ſica infallibilitas fundata in collectione, pro-
culdubio illa admitti debet, quia id magis cõ-
mendat omnipotentiffimam Dei poteſtatem
ad ſectenda hominum corda: ac poteſt: ergo,
&c. Probat minor: quia voluntas noſtra pro-
culdubio operatur libere, ſi in eo inſtanti, in
quo operatur, nihil exiſtit in rerum natura ha-
bens antecedentem cõnexionem cum eo, quod
operetur: ita ſe haberet in noſtro caſu, quia
collectio auxiliorum licet habeat connexio-
nem cum conſenſu in ſtatu conditionato; non
tamen in ſtatu abſoluto; & licet exigat ut vo-
luntas videatur conſenfura cum aliquo, vagè &
confuſè loquendo; non tamen ut videatur con-
ſenfura cum hoc determinatè: ac proinde ex
ſuppoſitione quod hoc detur, & omne aliud
negetur, non exigit ut abſolutè operetur cum
hoc determinatè: ergo, &c.

SECTIO III.

*Oſtenditur in præſenti materia non valere
argumentum à ſingulis ad omnia.*

15 **Q**UIA adverſarij non poſſunt
aliunde probare, voluntatè no-
ſtram poſſe reſiſtere omnibus
auxilijs collectivè in ſtatu conditionato, ſeu
poſſe impedire omnes formalitates Scientiæ
Mediæ affirmantes conſenſum liberum ut con-
ditionare futurum, niſi quia poteſt reſiſtere ſin-
gulis auxilijs, impedirevè ſingulas formalita-
tes Scientiæ Mediæ, operæ prætium erit hoc
fundamentum evertere, ut ea ſententiâ ruat:
igitur illam arguendi formam eſſe fallacem,
oſtendo primo per inſtantiam neceſſitatis mo-

ralis: nam ut conſtat ex quarta probatione no-
ſtra ſententiæ aliqua fundatur infallibilitas in
collectione, quæ non fundatur in ſingulis: ali-
qua ergo potentia poteſt voluntas impedire
ſingulas formalitates Scientiæ Mediæ, quæ nõ
poteſt omnes: non ergo valet hic ex vi formæ
argumentum à ſingulis ad omnia.

16 Secundo per rationem. Stat, po-
tentiam aliquam poſſe impedire ſingula ex-
trema alicuius collectionis, quin poſſit totam
collectionem impedire, ſeu facere ut nullum
extremum collectionis maneat exiſtens: ergo
ſtat, voluntatem noſtram poſſe impedire ſin-
gulas formalitates Scientiæ Mediæ de futuro
conſenſu, quin poſſit impedire totam earum
collectionem, ſeu facere, ut nulla detur Scientiæ
in Deo de futuro conſenſu. Probat antecedens
primò: ſtat, potentiam aliquam poſſe ponere
ſingula extrema alicuius collectionis, quin poſ-
ſit ponere totam, ſeu facere ut nullum maneat
non poſitum, ut cernitur in Deo, qui poteſt in
hoc inſtanti ponere ſingulas creaturas poſſi-
biles; & tamen non poteſt ponere omnes, ita ut
nulla maneat non poſita: ergo ſimiliter de po-
tentia impediendi. Secundo, quia de facto exi-
ſtunt actu infinitæ carentiæ, earum ſcilicet re-
rum, quas Deus nunquam producet, quarum
ſingulas poteſt Deus potentia antecedenti im-
pedire, nimirum producendo earum oppoſitum:
& tamen non poteſt impedire totam collectio-
nem; alioquin poſſet facere, ut exiſteret colle-
ctio oppoſita, nempe multitudo omnium poſ-
ſibilium, quod tamen eſt impoſſibile ex eorū
muni ſententiâ, quæ vel poſſibilitatem cuius-
libet infiniti in actu negat: ergo ſtat, volunta-
tem poſſe impedire ſingulas formalitates Scien-
tiæ Mediæ de efficaciâ auxiliorum, quæ pro-
culdubio ſunt infinitæ reſpectu cuiuslibet ho-
minis, quin poſſit impedire totam collectio-
nem, imò nec eius infinitatem tollere.

17 Dices primò: hoc argumentum
petitum à carentijs rectè oſtendere, poſſe dari
inſinitum actu, quia alioquin de facto daretur
collectio infinitarum carentiarum neceſſariò
exiſtens; cuius tamen ſingula extrema exiſte-
rent liberè: hoc autem non minus repugnare
videtur, quam dari aliquam collectionem, quæ
liberè exiſtat, & tamen ſingula eius extrema
exiſtant neceſſariò. Sed contra, quia ut oſtendit
diſp. 19. phyſ. ſect. 3. ſaltem negari nequit re-
pugnare aliquod genus infiniti, v.g. corporum
diſcretorum. Secundo, quia licet Deus poſſet
ponere actu inſinitos Angelos, tamen ſuppoſi-
to decreto non producendi inſinitos, neceſſariò
exiſteret collectio infinitarum carentiarum,
cuius ſingula extrema exiſterent liberè, quia
adhuc ſuppoſito illo decreto poſſet producere
ſingulos Angelos, & impedire ſingulas caren-

tias; & tamen non posset impedire omnes collectivè: ergo à potestate impediendi singula extrema alicuius collectionis non valet argumentum ad potestatem impediendi omnia collectivè.

18 Et ratio est, quia aliud est simul cum potentia ad impediendum hoc extremum existere potentiam ad impediendum illud, & sic de potentia ad reliqua, quod significatur per potestatem impediendi singula: aliud existere potentiam ad impediendum hoc simul cum illo, & illo, &c. quod significatur per potentiam impediendi collectionem: prima namque est si multas potestatis. Secunda potestas si multatis non debet autem ista necessario coniungi cum illa; quia potest dari specialis repugnantia in eo, quod coniungantur omnia exercitia, quae non datur in eo quod coniungantur potestates, ut patet in Deo, qui simul habet potentiam ad omnia; non tamen ad omnia simul producenda.

19 Dices secundo, illo argumento evinci, non dari eiusmodi carentias distinctas ab omni positivo, per quas formaliter verificetur propositio negans existentiam rei, sed carentias rerum nunquam existentium consistere in decreto divino nunquam res producendi; illudque esse formale verificativum propositionis negantis existentiam. Fateor me hoc argumento probasse disputatione quarta metaph. eiusmodi carentias consistere in decreto divino; quia existimabam tunc optimum esse argumentum à libera existentia singulorum ad liberam existentiam collectionis, idque probabam, quia valet singula extrema alicuius collectionis existunt; ergo tota collectio existit: singula dependent ab alio; ergo tota collectio dependet ab alio; singula existunt necessario; ergo tota collectio existit necessario; ergo similiter valere debet: singula existunt liberè; ergo tota collectio existit liberè; ergo si darentur illae carentiae, darentur collectio, quae simul existere liberè, & necessario; liberè, quia singula eius constitutiva existere liberè, necessario, quia non posset Deus ponere oppositam collectionem; quae doctrina, si vera foret, destrueret sententiam hucque probatam: quia si singula formalitates Scientiae Mediae de efficacia auxiliorum existunt liberè respectu nostris; ergo tota collectio existit liberè; ergo possumus facere, ne existat, inducendo scilicet collectionem oppositam formalitatum Scientiae Mediae de inefficacia auxiliorum.

20 Nunc autem re maioriùs considerata existimo, illud argumentum non esse efficax; & in primis, quod eiusmodi carentiae debeant admissi, videntur sentire omnes Philosophi, qui cum Aristotele docent, privationem

esse principium corporis naturalis: haec enim aliquam carentiam importat distinctam ab omni ente positivo. Deinde, sententia communis negans decreta libera addere aliquam formalitatem intrinsicam supra praedicata necessaria, debet dicere, decretum non producendi Angelum compleri per carentiam actionis creativae; sicut decretum producendi completur per ipsam actionem.

Quod autem argumentum illud non sit efficax, ostendo in primis: quia licet daremus, carentias rerum nunquam existentium consistere in decreto, Deo adaequate intrinseco, res nunquam producendi: sanè decretum producendi tot creaturas, & non plures, denominaret singulas, quarum productionem Deus omisit, libere exclusas: nulla enim est determinate sumpta, quam Deus non potuerit producere, & tamen non denominaret totam collectionem infinitam liberè exclusam; alioqui posset non excludi ab existendo, ac proinde existere actu, quod communiter negant Theologi cum D. Thoma, & Philosophi cum Aristotele: ergo non valet hic argumentum, &c.

21 Ratio autè à priori cur non valeat à singulis liberè existentibus ad existentiam liberam collectionis, est, quia liberè existere, est existere à potentia potente impedire existentiam rei; stat autem potentiam posse impedire existentiam huius extremi, & posse impedire existentiam illius; & tamen non posse impedire existentiam omnium collectivè, praesertim ubi collectio est infinita; quia cum haec sit infinite maior singulis extremis, est argumentum à minori ad infinite maius, arguere à potestate impediendi singula ad potestatem impediendi omnia simul. Valet tamen argumentum à singulis necessario existentibus ad existentiam necessariam collectionis; quia existere necessario est, existere à potentia non potente impedire existentiam: potentia autem, quae non potest impedire, hoc extremum, nec potest impedire illud, &c. à fortiori non potest impedire totam collectionem. Quomodo enim possit facere, ut totaliter desinat existere collectio involvens A. qui nequit facere, ut desinat existere A?

22 Illud tamen argumentum: singula extrema collectionis existunt: ergo tota collectio existit: singula dependent &c. est planè evidens, quia non alia ratione potest esse existens aliqua collectio entium, nisi quia in illa nullum est ens, quod non existat, nec alia ratione potest esse dependens, nisi quia in illa nullum est, quod non dependeat. Atqui singula extrema collectionis dependere, idem est, ac nullum esse in collectione, quod non dependeat; ergo si singula dependent, etiam tota collectio

lectio dependet, non quidem vna singulari dependētia, aut actione, sed collectione omnium. At in nostro casu dispar est ratio: quia non valet potentia potest impedire singula extrema collectionis: ergo potest totam. Valeret autem: singula sunt impedita: ergo omnia: sic non valet: Deus potest producere singulas creaturas: ergo potest producere omnes collectivē. Valeret autem, singula sunt producta: ergo omnes collectivē. Ratio discriminis, quia in prima propositione distributio cadit supra potentia, solumque ad sui veritatem postulat similitudinem potestatis, quae non necessario coniungitur cū potestate similitudinis. At in secunda cadit supra exercitia potentia, ac proinde postulat illorum similitudinem ad sui veritatem.

23 Dices, totam collectionem dependere nihil aliud est, quam nullum extremū esse, quod non dependeat: ergo totam collectionem existere liberē, nihil aliud erit, quam nullum extremum esse, quod non existat liberē. Nego consequentiam: disparitas est, quia liberē existere collectionem, aliquid amplius significat, nempe potentiam posse efficere, ut omnia simul desinant: cum eo autem, quod nullum sit extremum in collectione, de quo potentia non possit efficere, ut desinat esse; oppositum non posse facere, ut omnia simul desinant: sicut cum eo, quod nulla sit carentia, de qua Deus non possit facere, ut desinat esse, recte cohaere: non posse facere, ut omnes simul desinant. Et ratio est: quia potentia est capax necessitatis vagae, cuius non sunt capacia exercitia: ac proinde denominationes, quae sumuntur à potentia, possunt esse necessariae quoad aliquod extremum vagē, licet sint liberāe quoad singula determinatē. Quod si collectionem existere liberē, nihil aliud significaret, quam nullum esse in illa extremum, quod non existat liberē; tunc libenter admitteremus illam collectionem formalitatem Scientiae Mediae existere liberē respectu nostri; non tamen propterea admittendum foret, voluntatem posse totaliter ipsam impedire, nullum scilicet extremum relinquendo, quia simul cum libertate ad impedienda singula habet necessitatem ad non impedienda omnia simul.

24 Sed insurges: haec est bona consequentia: singula auxilia sunt frustrata: ergo omnia: igitur haec erit bona: singula sunt indifferentia, & in connexa: ergo omnia. Respondeo, eo modo, quo singula sunt indifferentia, & in connexa, collectionem esse indifferentem, & inconnexā: singula autem sunt inconnexa cum suarum actione adus sub ipsis determinatē; & hoc modo etiam collectio est inconnexa: quia sicut auxilium *A.* non perit, ut sub ipso determinatē videatur consensus, ita nec colle-

ctio: ac sicut ista postulat ut videatur, vel sub *A.* vel sub *B.* &c. ita auxilium *A.* postulat ut videatur vel sub ipso, vel sub *B.* &c. quia cum sit suapte natura ordinatum ad movendam voluntatem essentialiter subordinatam Deo, dicitur postulare, quod illa postulat: haec autem essentialiter postulat ut videatur convertendā sub aliquo totius collectionis. Unde quolibet auxilium, licet quia indifferens sit compossibile cum frustratione sui; non tamen cum frustratione omnium, ut probant nostra fundamenta: ac proinde ex eo quod voluntas possit videri in statu conditionato resistens cuilibet determinatē, non sequitur, posse videri resistētem omnibus, quia non est bona consequentia à singulis ad omnia collectivē in his praedicatis, quorum existentia in aliquibus est incompossibilis cum existentia eorundem in omnibus.

25 Unde patet discrimen ad alia exempla: nam extremum *A.* existens & dependens non postulat vagē, ut deat in collectione aliquod; quod non sit existens, & dependens: hoc enim esset postulare chymaram, cum cuilibet sit essentialiter dependere. At recte potest postulare, ut vel ipsum, vel aliud videatur coniungendum cum opere.

26 Quod si dicas, hoc non esse infallibilitatem fundari in auxilijs, sed in ipsa voluntate essentialiter incapaci ut videatur frustras omnia in statu conditionato. De hoc non multum contendam: dummodo enim mihi concedas, impossibile esse metaphysice eventum, in quo nullum appareat efficax; de reliquo sollicitius non ero: quia non in alio sensu contendam, fundari infallibilitatem in collectione; nisi quia voluntas nequit videri frustrans conditionatē singula, ita ut nulli videatur consentiens.

27 Hinc deduces fallacem esse hanc arguendi formam: voluntas potest resistere singulis auxilijs: ergo potest videri singulis resistens: sed videri resistētem singulis, est videri resistētem omnibus: ergo potest videri resistēs omnibus. Quia hoc argumentum, primo instatur in necessitate morali. Rursus clarissime sic Deus potest producere singulas creaturas: ergo potest videri singulas producens, sed videri producentem singulas, est videri producentem omnes: ergo, &c. Fallacia autem stat in eo, quod in primo consequenti distribuuntur potestates, non autem exercitia, quia ad salvandam veritatem illius propositionis sufficit, ut simul cum potentia ad resistendum vni, habeat voluntas potentiam ad resistendum alieri, licet resistentiae sint impossibiles. At in minori subsumpta distribuuntur exercitia. Hinc concesso omnibus, negari potest ultimum consequens, quod facit sensum compositum; ac proinde

de non sequitur ex præmissis, quia variatur suppositio: ceterum claritatis gratia, distinguitur primum consequens: potest videri resistens singulis seorsum, & in sensu diviso resistentiæ reliquorum, concedo: distributivè, distributio- ne cadente supra resistencias, seu in sensu com- posito resistentiæ reliquorum, nego.

SECTIO IV.

Solventur reliqua argumenta.

28 **O**bjectes secundò. Collectio infinita auxiliorum nequit existere secun- dum se totam: ergo in illa nequit fundari connexio metaphysica cum consensu in statu conditionato. Respondeo, ad hoc satis esse, ut omnia illius collectionis extrema simul sint possibilis, licet nequeant simul existere: quia hoc ipso possunt simul assumi per modum hypothesis ab infinitis formalitatibus Scientiæ Mediæ, quarum singule tendant sub singulis auxiliis: nam Scientia Mediæ non perit existenti- am, sed solam possibilitatem conditionis, sub qua tendit. Quod si roges, ubinam existat modo illa connexio tanquam in subiecto, quando- quidem non existit collectio illa infinita? Res- pondeo, existere in omnipotentia, ut continen- te voluntatem, & potente illam movere varijs & infinitis modis in hoc instanti divisive; ip- sa autem volûtas dum existit habet in se illam connexionem, antequam autem existat habet eam obiective in cognitione divina. Et sane argumentum clarè instatur in necessitate mor- tali.

29 **D**ices, non posse dari illam ne- cessitatem vagam adhuc moralem, ut videatur voluntas conuertenda cum aliquo collectionis, si non possit assignari aliquod determinatè cum quo sit necessarium ut videatur conuertenda. Sed contra, quia necessitas saltem moralis rela- tivè ad aliquod vagè, quæ non sit necessitas ad aliquod determinatè, negari nequit, tum propter dicta in quarta probatione nostræ sen- tentiæ: tum, quia ita sentiunt communiter Doctores. Consultatur P. Ruiz. disp. 8. de Pro- vid. ubi latè probat, dari necessitatem vagam in rebus ipsis fundatam, & scilicet. 1. num. 6. ait, Christum Dominum in illis verbis Math. 18. *Necess. est ut veniant scandala, &c.* aperitè significare necessitatem vagari per varias per- sonas, & varia scandalorum genera. & in eodem sensu exponunt P. Suar. lib. 1. de Grat. cap. 24 n. 13. P. Molina q. 14. disp. 20. P. Vazquez prima secundæ disp. 189. num. 40. & D. Hieronymus ad illam locum, qui ait: *Ideo vobis est homini, qui quod necesse est, ut fiat in mundo, virgo suo facit, ut per se fiat Ideo clarissime docuit Aristoteles secundò de Cælo cap. 12.*

dicens: *Rectè agere multa, aut sapè, difficile est, ut talos coenses mille projicere impossibile est, sed unum, vel duos facilius.*

30 **I**d ipsum sentiunt communiter Theologi docentes, hominem lapsum gratiæ viribus destitutum non posse longo tempore vitare omnia mortalia cõtra legem naturalem, ut videre est apud P. Suar. lib. 1. de Grat. cap. 26. num. 4. quod verum esse testatur cum com- muni num. 10. licet longo tempore nulla occurreret tentatio tam gravis, quæ moraliter necessitaret. Item Tridentinum hoc non obli- curè docet, dum definit Scilicet. 6. Can. 23. neminè in tota vita posse omnia venialia sine speciali privilegio cavere. De quo cõsulendus est idem Suar. lib. 9. de Grat. cap. 8. qui rectè probat Concilium agnoscere hanc impotentiam sim- pliciter relatè ad omnia collectivè, quam non agnoscit relativè ad aliquod determinatè. Le- gatur ibi num. 22. 27. & 28. & lib. 1. cap. 249 num. 13. & 15. & cap. 28. num. 14. & 15. Vbi rem à priori explicat, & solvit vulgare argu- mentum à singulis ad omnia.

31 **P**ræterea, hoc sentiunt commu- niter nostri Theologi cum P. Suar. lib. 1. de Grat. cap. 13. asserentes cogitationem congruam non esse gratiam respectu naturæ humanæ se- cundum se: ex eo enim quod singulis homini- bus debita sit cogitatio honesta sufficiens, de- ducunt, vagè, & confusè loquendo debitam esse aliquibus cogitationem congruam, quia posita cogitatione insufficienti in omnibus, *Veluti natu- rali necessitate, sequitur* (ut inquit ibi n. 6. Eximius D.) *ut cum illa aliqua voluntates liberæ bene operentur.*

32 **H**inc apud P. Ruiz disp. 65. de Scientia à scilicet. 3. plures Antiqui Patres ad il- lam celebrem quæstionem, cur Deus summè potens, ac benignus non impedierit omnia peccata hominum, & Angelorum, respondent, salva libertate, quæ ipsis naturaliter debetur, id non potuisse facere; licet poverit iuxta alias extraordinariæ providentiæ leges. Sentiunt ergo attenda illorum natura necessarium moraliter fuisse, ut aliqui peccarent.

33 **E**t certè à posteriori habemus argumentum satis efficax: experimur enim. nunc quam homines vniiformiter, semper verò diffo- miter operari: ergo quia in illorum multitudine datur aliqua connexio potius cum uno, quàm cum alio: nam sicut ex eo, quod semper ignis calefacit, colligimus scilicet natura esse ad hoc determinatum: ita ex eo quod semper homines difformiter operentur, debemus colligere in il- lorum collectione fundari aliquam necessita- tem, ut non omnes vniiformiter operentur, quæ tamen coheret cum indifferentia, quam vni- quisque in se peritur.

Dices,

34 Dices, hanc difformitatem nasci ex decreto divino, eo quod Deus ob pulchritudinem univ[er]si & alios fines extrinsecos decrevit non concurrere uniformiter cum causis cōiungentibus. Sed contra, quia non potuit à se, & ex se intendere pulchritudinem resultantem ex eo, quod alij bene, alij prave operentur: primo, quia ex se vult omnes homines salvos fieri. Secundo, quia inde sequeretur, dum eis distribuit seriem aliquam auxiliorum, non distributurum, si videret omnia fore efficacia, hoc autem est absurdum, quia si desinit dare hoc auxilium, quia videt fore efficax, & de industria dat aliud, quod videt inefficax, arguitur amare inefficaciam potiusquam efficaciam ac proinde peccatum.

35 Deinde est ratio à priori; quia ex ipsis terminis apparet probabilius, impediendum esse, quod habet plures causas adequatas impeditivas sui, quam quod habet pauciores; nam quilibet fundat aliquid quale specie impeditivis, & quo plures sunt, maior est spes, cum finitum additum finito faciat maius: ac in multitudine mille hominum v.g. plures sunt cause impeditivæ uniformitatis, quam difformitatis in operando: ergo certius est, impediendam illam, quam istam: ac proinde homines difformiter operaturos. Prob. min. quia duo quilibet sunt sufficientes, ut alius velit, alius nolit: altero nolente, iam est impossibile, ut detur omnimoda uniformitas in collectione: tot ergo sunt ibi cause potentes illam impedire, quot sunt binarii hominum. Cause autem impeditivæ difformitatis non sunt tot. Pone difformitatem esse omnium minimam, & quæ proinde facilius impediari valet, qualis est illa, qua omnes uniformiter operentur præter unum. Ad hanc impediendam non sufficit binarius hominum; quia licet ambo recte operentur & sic consentiant quantum possunt ad eam impediendam; nihilominus non manebit impedita, quia quilibet aliorum potest prave operando facere, ut detur in collectione difformitas illa minima: requiritur ergo quaternarius, ut se solo sufficiat impedire difformitatem, quia hic, & non alius numerus minor, est sufficiens, ut duo velint, & duo nolint: quibus hoc modo se habentibus quidquid consentit reliqui, efficere non poterunt, ut maneat impedita illa difformitas; si autem de alia maiori sit sermo, plura individua requiruntur ad eius impeditivam; ac proinde pauciores erunt in collectione cause se solis sufficientes eam impedire, iam vero si queramus causam sufficientem se sola impedire omnem difformitatem, hæc unica est, nempe tota collectio: verissima ergo est minor, quam probandam assumpsimus.

36 Hæc dixi, ut constet, negari non posse saltem aliquam necessitatem moralem fundari in collectione, quæ in nullo determinate fundatur, quatenus aliquo pacto est necessarium, ut voluntas videatur convertenda sub aliquo totius collectionis vage, & confuse loquedo, quo non est nec-

cessarium ut videatur convertenda sub aliquo determinato. Et hanc existimo esse irrefragabilem instantiam, qua pleraque fundamenta contraria infringuntur. Unde concludo, ex eo quod singula auxilia sint physice indifferentia, solum argui, omnia esse physice indifferentia in eo sensu, quo ex eo quod singula creaturae sunt possibiles, inferuntur, omnes esse possibiles; sicut enim solum hic inferuntur, omnes esse possibiles in ordine ad existendum seorsim, non autem ad existendum simul; ita ibi solum inferuntur, omnia esse indifferentia ut fruantur seorsim; non autem ut fruantur simul.

37 Obijcies tertio principaliter. Nequit Deus amare connexionem infallibilem antecedentem cum peccato quin amet peccatum. Qua de causa licet prædeterminaretur ad actus bonos, non posset ad malos, iuxta principia Societatis. At si collectio auxiliorum fundaret metaphysicam infallibilitatem, eam connexionem amaret; quia sicut collectio connectitur antecedenter cum eo quod voluntas videatur consentura alicui vage, ita cum eo quod videatur restituta alicui, & consequenter peccatura. Resp. Deum amantem connexionem antecedentem cum peccato determinate in statu absoluto, hoc ipso amare peccatum; quia implicat dari illam connexionem, quin detur tale peccatum; secus de connexionem cum peccato in statu conditionato sub aliquo auxilio vage; quia illa potest dari, quin unquam detur aliquod peccatum.

38 Dices, hoc recte probare Deum amantem illam necessitatem, non amare peccatum in statu absoluto; amare tamen in statu conditionato; quod ei non minus repugnat. Respondeo, absurdum quidem esse, ut Deus ex se amet facultationem conditionatam peccati, quia hæc nihil aliud est, quam voluntatem peccaturam, si ponatur talis conditio; hoc autem Deus nequit velle: nego tamen hoc absurdum sequi, quia qui amat necessitatem vagam, ut voluntas videatur peccatura sub hac, vel illa conditione, imprimis non amat, ut videatur peccatura sub hac determinate, nec ut videatur sub illa determinate: ac proinde non amat aliquam futuritionem peccati determinate, nec tunc amat aliquam vage, quia hoc esset amare vitamque sub disjunctione: stat autem Deus amare necessitatem huius vel illius extremi, quin amet utrumque vage, ut patet in necessitate eliciendi actum bonum, vel malum, quam Deus amat, quin tamen amet disiunctive actum bonum & malum: alioqui utrumque proprie amaret, & pro illo signo non posset determinare displicere peccatum. Igitur Deus amaret præcisè necessitatem ut detur aliqua futuritio libera peccati, quia omnis huiusmodi futuritio mala est.

39 Dices: implicat Deum amare necessitatem honeste vel prave operandi, quin

amor huius necessitatis attingat alterum extremum illius contradictionis: ergo similiter in nostro casu, &c. Resp. antec. implicare ratione materiæ, non autè ratione formæ: nã ex terminis necessitatis ad unũ è duobus extremis non sequitur, eũ qui amat illã necessitatẽ, amare vtrumque vage; alioqui defacto Deus amaret peccatũ, dũ amat actũ primum ad bene vel male operandũ: nec sequitur amare alterum determinate, nisi necessitas illa sit suapte natura ordinata ad existentiam vnus potius quã alterius: nã si ita ordinata non sit, nulla est ratio, cur ea amata ametur potius vnũ quam aliud: igitur ideo antecedens ratione materiæ implicat, quia necessitas bene vel male operandi ex se ordinatur ad rectã operationẽ præcisẽ; at in nostro casu necessitas huius, vel illius futuritionis peccati ad nullã ordinatur, sed potius illam necessitas ordinatur ad futuritionẽ actus boni, quia voluntas, quæ est necessitas alicuius futuritionis peccati, & alicuius futuritionis actus boni, est vnice propter actũ bonũ. Vt enim inquit Bern. lib. de grad. & lib. arb. *Soli inter animantia datum est homini posse peccare ob prærogatiuam liberi arbitrii: datum est autem non vt proinde peccaret, sed vt g'oriosissè appareret, si non peccaret, cum peccare posset.*

40 Obijcies quarto: si collectio fundaret metaphisicã infallibilitatem, Deus per scientiã simplicis intelligentiæ cognosceret, non defuturum sibi aliquod auxilium congruum ad exprimendũ ab homine consensum liberũ: ergo in vi huius scientiæ præcisẽ posset habere decretum efficax intentivum illius consensus: quod scilicet in essendo foret independens à scientiã mediã, dependens tamen ab illa in operando, quatenus non posset Deus exequi auxilium, nisi illa præluceret ad decretum executivum. Probatur consequentia, quia qui infallibiliter scit sibi nõ defuturũ medium efficax ad finem, potest istum intendere antequã sciat quodnam si determinate illud medium. Respondeo consequentiã esse nullam, quia collectio non habet connexionẽ essentialẽ cum existẽtia absoluta consensus, sed eũ aliqua futuritione conditionata illius: at decretum haberet priorẽ illam connexionem: certum autem est, minus officere libertati id, quod non connectitur eũ existentia actus, quam illud quod connectitur. Rursus collectio non petit vt voluntas convertatur determinate cum hoc auxilio, adhuc ex suppositione, quod illud præcisẽ deatur, secus decretum: denique istud videtur æquivalere collectioni, hæc autem si actu existeret, necessitaret voluntatem: nulla erød est paritas. An vero absolute possit admitti illud decretũ, dicens postea disp. 6.

41 Ad probationem consequentiæ respondeo, non posse Deũ efficaciter intendere finem nobis liberũ ex directione scientiæ nobis nõ li-

berã: quia hoc ipso illa intentio foret à nobis impedibilis, ac proinde libertatem eveniret. Vnde propriori ad scientiã mediã nõ esset Deus adhuc proxime expeditus ad præfinitendũ, quia adhuc non haberet scientiã à nobis impedibile, ac proinde non cognosceret nostram operationem liberam vt amabilem efficaciter pro illo priori, sed vt amabilem pro posteriori.

42 Ex dictis in hac disp. infero non esse contra libertatem actus, quod sit necessario futuris in statu conditionato sub aliquo auxilio vage, quia hoc nihil aliud est quam dari phisicã necessitatẽ vt sit libere futurus sub hoc, vel illo auxilio, discurrendo per infinita. quæ solum est necessitas excludens potẽtiam impediendi omnes futuritiones conditionatas collectivẽ; non autem potẽtiam impediendi singulas determinate: dum autem hæc maneat, integra manet libertas, quia hæc nunquam exercetur, nisi per auxilia determinata, vnde si singulis potest resistere, libere operatur, quia hoc ipso operatur quin detur aliquid antecedens connexum cum operatione. Nec vnquam inferri potest, actũ necessario existere, ex eo, quod necessarium fuerit, videri futurũ conditionate sub aliquo auxilio vage, dum modo necessariũ non fuerit, videri sub illo met, eũ quo defacto fit. Quod appositio explicatur exemplo: nã quod detur necessitas, vt voluntas videatur operatura sub conditione prædeterminationis, non facit vt non operetur libere quando operatur cum solo auxilio indifferenti: ergo similiter quod detur necessitas, vt voluntas videatur operatura sub aliquo ex infinitis, non facit, vt nõ operetur libere nunc, quãdo operatur cum auxilio, cui resistere potest.

43 Infero secundo, absurdum non esse dari necessitatẽ phisicã vt Petrus peccet in statu conditionato sub aliqua ex infinitis tentationibus vage, seu dari necessitatem, vt detur aliqua futuritio conditionata peccati Petri, absurdum autem foret, dari illam necessitatem, vt Petrus peccaret in statu absoluto: nam si esset necessitatus antecedenter ad peccandũ in vno è quatuor instantibus v. g. transactis tribus primis sine peccato, absolute esset necessitatus ad peccandum in ultimo, quin haberet potẽtiam ad illud cavendum: quod tamen repugnat: nam vt inquit Augustinus lib. 3. de libero arbitrio: *quæcumque causa est voluntatis. si ei resisti non potest. sine peccato ei deditur.*

44 Infero ultimo, quantum nostra sententia præstet sententiæ Prædeterminationum: nam in ipsorum principijs nequit Deus voluntatem, quo voluerit, trahere, nisi ei iniiciendo durum prædeterminationis vinculum. At in nostris potest hoc fortiter, & suaviter in omni eventu præstare: fortiter, quia per medium infallibile, non ratione sui, sed ratione præscientiæ; suaviter, quia illud

medium de se est indifferens, & cui ipsa resistere potest, & dissentiri, si velit, ut definiunt con- cilia. Illi libertatem divinam salvant, sed crea- tam evertunt: nos utramque amico fœdere con- ciliamus.

45 Nec vero possunt nostram sententiam impugnare, contendentes voluntatem potentem frustrare in statu conditionato singula auxilia, hoc ipso posse frustrare omnia: siquidem cū D. Th. 1. 2. q. 109 a. 8. & 3. contra gent. c. 160. in casu simili docent, non valere argumentum à singulis ad omnia; quod recte explicat Ferrar. in comment. illius cap. 5. *considerandū*. Vbi ex mē- te S. Thom. ait, hominē lapsū posse vitare om- nia peccata divisim, quia ostēso quocumque in particulari, verum est dicere, potest hoc vitare; non posse tamē omnia coniunctim, ita scilicet, quod neque hoc, neque illud committat, singu- lis enumeratis: sed necesse esse, ut hoc commit- rat, aut illud. Idem nos asserimus, voluntatē sci- licet posse frustrare in statu conditionato om- nia divisim, quod perinde est ac posse singula; non tamē omnia coniunctim. Legatur etiā Cai. in comm. art. 5. *similitudo*: ubi hanc impotentiam vitandi omnia collectivè explicat, quia fieri nō potest ut voluntas libera circa singula, omnia vitet. Id autem nos asserimus de impotentia phisica relative ad infinita auxilia.

SECTIO QUINTA

Exponitur quo pacto in moralibus recte cohæ- reat necessitas ad aliquod extremam vagam libertate ad singula de- terminate.

46 **Q**uamvis ex dictis sect. 2. in 4. proba- tione nostræ sententiæ, & sect. 4. in solutione secundi argumenti cla- rissime liqueat, negari nō posse necessitates va- gas, saltem morales: nihilominus difficilia con- tra eas conficiuntur argumenta, eisque potest nostra sententia impugnari. Sic ergo potest de- mum contra nostram sententiā opponi: si posset cum libertate phisica ad resistendum singulis au- xilijs in statu conditionato cōponi phisica ne- cessitas ad non resistendum omnibus collectivè, quando collectio est infinita; posset quando col- lectio est finita cum libertate morali ad resistē- dum singulis in statu conditionato componi ne- cessitas moralis ad non resistendum omnibus collectivè; ita videlicet, ut quavis moraliter sit possibile voluntatē nō videri consentientē cui- libet determinate sumpto, nihilominus non sit moraliter possibile, eā non videri consentientem alicui vage; at hoc falsum est: ergo illud ex quo sequitur. Sequela maioris videtur perspicua in nostris principijs. Eam vero esse falsam, proba- tur, transferendo maiori clarioris gratia neces-

sitatē morālē, ut voluntas in statu conditionato videatur convertenda sub vno è finitis auxilijs in hoc instanti, ad necessitatē vagā absolutā ut recte operetur in vno è pluribus instantibus; vel ut peccet; quia planum est eandē esse difficultatē utrobique. Igitur non posse cōponi necessitatē morālē peccandi aliquando cum potentia mo- rali vitandi peccata in singulis instantibus; sic probatur: si iustus esset necessitatus moraliter ad peccandum intra aliquod tēpus; sane Deus, qui cōprehendit infirmitatē humanā, illud tēpus discerneret. Ponamus ergo dies, quos non potest iustus transigere sine peccato, esse decē. Tunc fiet ergo iustus ille non est moraliter necessitatus ut peccet in aliquo è novē: alioqui descendendo perveniremus ad primum diē, imo ad primā ho- rā primi diei, in qua esset necessitatus: ergo ha- bet potentiam morālē ut vitet peccatum in primis novē diebus: transactis ergo illis novē sine pec- cato, in decimo esset moraliter necessitatus ad peccandum. Hoc autē durum apparet; quia quod vitaverit peccatū in antecedentibus, non impe- dit, imo iuvat, ut vitet in sequenti: si ergo tenta- tio tunc occurrens non est fortior præcedenti- bus, sed relinquit voluntatē in æquilibrio, non magis potest esse tunc necessitatus ad peccan- dum, quam si in præcedētibz peccasset. At si in præcedētibz peccasset, non foret tunc neces- sitatus, &c.

47 Confirmatur: qui vitat singula peccata illius denarij vnum post aliud, vitat collectivè omnia: at iustus potest vitare singula vnum post aliud, quia ad nullū determinate sumptū neces- sitatur moraliter vi tentationis vehementis: ergo potest vitare omnia collectivè. minor probatur: nā vitato primo, potest moraliter vitare secūdū; siquidem in secunda hora nihil habet adigens ipsum ad peccandum magis quam in prima; & vitato secundo potest moraliter vitare tertium; & sic de reliquis: ergo, &c.

48 Secūdo principaliter impugnatur neces- sitas, quæ vagatur per multas personas: nā si esset necessitariū, ut aliqui ex hominibus de se morali- ter indifferentibus, & quorū nullus determinate foret necessitatus moraliter, peccarent, Deus cognosceret numerū determinatū hominū, inter quos vagaretur illa necessitas. Ponamus exēplū gratia vagari inter decē: ergo non esset necessa- rium moraliter ut aliqui è novē peccarent; ad proinde contingere moraliter potest ut novē si- mul vitarent peccatum: ergo tunc decimus ma- neret moraliter necessitatus ad peccandum. Hoc autē est absurdum; quia quod alij recte operen- tur, nullam mihi peccandi necessitatem impo- nit: ergo impossibile est ut deur necessitas illa moralis vaga. P. Molina in conc. disp. 20. agit de necessitate morali peccandi venialiter, asserit in ijs eventibus fortuitis non posse definiri tē- pus determinatum, intra quod aliquid moraliter

fieri possit, in maiori vero non possit, aut in quo effici non possit, in minori autem possit verum hoc tempus determinatum saltē à Deo non ignoratur, vt probat optime P. Ruiz d. 8. de providentia s. 8. & P. Gran. 1. 2. controv. 8. de grat. tr. 2. disp. 9. n. 4. & quidē cum ex duabus contradictorijs necesse sit alteram esse determinate veram, & à Deo cognosci: quocumque tempore assignato, cognoscere debet Deus, an sit, vel non sit necessarium moraliter hominem peccare intra illud.

§0 multi existimant voluntatem necessitatem moraliter vt in aliqua è decem horis peccet, proinde esse necessitatā vt peccet in prima, ex suppositione quod non sit peccatura in reliquis: & similiter esse necessitatā moraliter vt peccet in vltima, ex suppositione quod nō peccaverit in reliquis: quia necessitas vaga cōmittendi peccatum in aliquo è pluribus instātibz, est necessitas conditionata cōmittendi in hoc sub conditione quod nō cōmittatur in reliquis: vnde ex suppositione consequenti nota Deo, quod non cōmittendū sit in futuris, est necessariū moraliter vt cōmittatur in primo. Verū hæc doctrina mihi falsa apparet propter ipsas rationes dubitandi supra ad iustas, quia me evitaturū esse postea peccata, non facit vt in hoc instanti aliter cōparet cum tentatione nunc occurrenti, quā si postea peccaturus nō essem, quantū acciner ad potestātē antecedentē: ergo quandoquidē voluntas comparata cum hac tentatione habet potestātē moralē illā vincendi, eā potestātē retinet non obstāte suppositione illa consequenti. Si enim quod Deus sciat me peccaturū in instāti A. non tollit à me potestātē moralē antecedentem non peccandi in A. multo minus, quod sciat me recte operaturum postea, tollit à me potestatem male operandi nunc.

§1 Pro enodatione dubij præmitto primo, necessitatem moralē peccandi esse duplicē; aliā fundatam in vehementiā tentationis inclinantis ad peccandū: aliā fundatā in nativa incōstantia voluntatis indifferentis, quæ potens varie operari, nequit facile eundē tenorē operandi dudū servare, præsertim in ijs, quæ eius inclinātiōni adversantur. Præmitto secundo, moralē vtrāque necessitatē esse duplicē, alterā pure antecedentē; alterā antecedentē & consequentē simul. Prima videtur definita à P. Molina in conc. d. 20. illis verbis: *necessitas moralis nihil aliud est, quam difficultas tanta, quod res aliqua contingat, vt merito arbitrio prudentis spectatis circumstantijs euenire non posse iudicetur.* Secunda nihil aliud est, quā difficultas magna, superabilis quidē viribus voluntatis, nunquā tamen re ipsa superanda. Prima appellari potest necessitas moralis secundū quid; secunda necessitas moralis simpliciter; solum nāque dicitur absolute & simpliciter, moraliter impossibile id, quod nunquā

contingit. Hinc quia ob ingentem difficultatē vitandi omnia venialia longo tempore, nunquā contingit ea vitare cōmunibus gratiæ auxilijs, absolute dicitur, hominem non posse sine speciali auxilio vitare diu omnia venialia: similiter, quia tentatio vrgens dæmonem ad peccandum, ita vehemens est, vt nunquam superetur, dicitur simpliciter necessitare moraliter.

§2 His positis, dico, voluntatem comparatam cum multitudine tentationum longo tempore occurrentiū esse necessitatā moraliter, vt alicui succūbar, vage & confusē loquendo, scilicet huic, vel illi, vel illi sub disiunctione, & cū hoc recte coherere, quod non sit necessitata moraliter, vt succūbar huic, nec sit necessitata moraliter, vt succūbar illi, & sic de reliquis disiunctive, & determinare sumptis. Ratio est, quia inspecta frigiditate voluntatis, datur fundamentū, vt quis prudenter iudicet, illam non operaturam vniformiter contra propriā inclinationem, per decē continuos dies; ac proinde ad asserendū in aliquo ipso, vage & confusē loquendo, peccaturā: quod tamen fundamentū nō datur ad asserendū, illā non operaturā vniformiter in prima die determinare, nec ad asserendū non operaturā in secunda determinatē, & sic de reliquis. Si quidē vt constat ex dictis s. 2. & 4. ex natura rei est difficilior voluntatē indifferentē eundē operandi tenorē servare in longo tempore, quā in parvo: quia constat esse necessitatā moraliter ad peccandum in aliquo vage; quin vlla dies possit determinari in ordine ad quam determinatē sumptam deur illa necessitas.

§3 Deinde assero, cum hoc recte coherere, quod si supponamus illam vitavisse peccata omnia in novē prioribus diebus, adhuc non sit necessitata moraliter ad peccandum in decimo. Ratio est: quia licet inspecta natura voluntatis & multitudine tentationum valde difficile sit, eas omnes superare, & propterea prudenter iudicemus in aliquo instanti lapsuram; nihilominus hæc difficultas non datur in eo quod superet tentationem occurrentem in vltimo instanti, ex suppositione quod superaverit reliquas, ac proinde prudenter iudicare non possumus re ipsa lapsuram in illo vltimo instanti: cum ergo necessitas moralis importet illam difficultatem antecedentem, & illud fundamentum iudicij prudentis; consequens est, vt facta illa suppositione non deur necessitas moralis peccandi in vltimo; licet præscindendo ab illa suppositione deur necessitas moralis, vt peccet in aliquo instanti illorum dierum.

§4 Quomvis autē voluntas nō sit necessitata moraliter ad peccandū in vltimo, nihilominus si habuit necessitatē moralem simpliciter talē peccandi in aliquo vage, & supponatur nō peccavisse in aliquo ex antecedētibz, certissimum

erit quod peccabit in ultimo, nō quia id necessarium sit necessitate aliqua antecedenti, sed est necessarium necessitate pure consequenti: nā hoc ipso quod supponatur habuisse necessitatē moralem simpliciter talē peccandi in aliquo vage, supponitur Deum cognovisse illā lapsuram in aliquo instanti determinato; & hoc ipso quod supponatur non peccavisse in antecedentibus, supponitur instans illud fuisse instans ultimum: ac proinde sicut est necessarium voluntatē peccare ex suppositione quod Deus viderit ipsam peccaturā, ita est necessarium voluntatē peccare in ultimo, ex suppositione quod fuerit necessitata simpliciter moraliter ad peccandū in aliquo, & nō peccaverit in antecedentibus: & similiter esset necessarium, quod peccaret in primo, si videretur à Deo non peccatura in reliquis.

55 Cōfirmatur, propterea est necessarium moraliter, hominē destitutū speciali gratiæ auxilio aliquādo labi venialiter intra longū tēpus; quia attenda remissa attentione rationis ad bonū honestū, nimia propensione appetitus ad bonū delectabile, frequentia occasiōnū delinquendi venialiter, & nativa inconstantiā voluntatis indifferētis; est nimis difficile, ut homo diu abstineat ab omni labe; & propter hanc difficultatē videtur Deus non esse aliquem hominē, qui vitaverit, vel vitaturus sit omnia venialia. Ut ergo esset moraliter necessarium, ut homo, qui vitavit longo tempore omnia venialia, laboreretur in ultimo instanti, opus erat, ut tunc daretur ingens illa difficultas vitandi ultimū ex suppositione, quod sint vitata reliqua: tū ut Deus cognosceret, nullū esse hominem, qui vitatis omnibus antecedentibus, vitaturus esset ultimum. Virumque autem hic deficit, ergo & necessitas moralis.

56 Ex quo colligo, in moralibus non esse bonū argumentū: voluntas habet necessitatē morale labendi in aliquo instanti totius vitæ: ergo habet necessitatē morale labendi in ultimo sub conditione quod non fuerit lapsa in prioribus: nā eū hęc necessitas moralis potissimū fundetur in inconstantiā; & verebilitate voluntatis, quæ hoc ipso quod in multis instantibus sit in æquilibrio, difficilimū est, quod in omnibus inclinetur ad eandē partē; quæ difficultas est maior, quo in pluribus existit; certe si secundū se cōpareretur eū omnibus illis instantibus, præberet fundamentū nobis, ut prudenter iudicemus lapsurā in aliquo. At si supponatur vicisse ferē totā hanc difficultatē, & contra propriā inconstantiā uniformiter operatā fuisse in omnibus præter ultimum, nō est illa difficultas, ut operetur quoque in ultimo. Quod tamen erat necessarium ut foret necessitata ad labendum in ultimo sub conditione quod non fuerit lapsa in antecedentibus. Valet tamē illud argumentū in necessitate physica: nā hoc ipso, quod dicitur necessitas physica

ut voluntas operetur in vno ē quatuor instantibus, datur necessitas physica ut operetur in quarto ex suppositione quod non fuerit operata in anterioribus: quia cum illa consistat in aliquo predicato indivisibili essentialiter connexo est eo quod voluntas operetur in aliquo, consistit in predicato essentialiter connexo cū eo quod operetur ex illa suppositione in ultimo: quam connexionē non haberet, si facta illa suppositione adhuc voluntas maneret libera in ultimo: at in nostro casu necessitas moralis secundum illud quod dicit de suppositione antecedenti nō consistit in indivisibili, quia consistit in illa difficultate, quæ maior est, quo instantia, & occasiōnes sunt plura; potestq; vinci ex parte, quin vincatur tota, nec habet connexionē essentialē cum suo termino, quando quidē relinquit potentiam physicā ad vincendā totā illā difficultatē; ac proinde ad faciendum, ut illa difficultas non sit simpliciter necessitas moralis, quia hanc denominationē non habet usque dum ei adiungitur carentia omnimodæ uniformitatis in operando.

57 Ex his infero, voluntatē in omnibus instantibus habere potentiam morale ad evitanda venialia in singulis, in nullo vero habere potentiam morale ad evitandum in omnibus: quod perinde est, ac dicere, potentiam morale evitandi venialia cum omni instanti coniungi; ceterum exercitium vitandi non posse coniungi moraliter cum omni. Ac proinde voluntatē habere similitudinem potestatis ad omnia venialia vitanda: non tamen potestatem morale similitatis. Quod sub alijs terminis explicari potest dicendo, voluntatem posse quidē divisively vitare omnia: fieri tamen non posse, ut vitet omnia. Quā distinctionē videtur tradere D. Th. 1. 2. q. 99. a. 8. in corpore ubi de hominē lapsō loquens, inquit, *potest singula peccata mortalia vitare: sed quod diu maneat absque peccato mortali, esse nō potest.* Unde dum dicitur: voluntas potest vitare singula venialia, non tamē omnia, propositio facit hunc sensum: potest singula, fieri tamen non potest ut vitet omnia: quia fieri nequit, ut voluntas libera circa singula, omnia vitet, ut loquitur Cai. in illo articulo *5. similitudo*. Hinc cum vitari vnum post aliud sine vlla interruptione, sic vitari omnia collective: non habet potentiam morale, ut vitetur vnum post aliud sine interruptione, licet quolibet vitato habeat potentiam morale ad vitandum aliud. Unde hęc propositio *Iustus potest vitare singula peccata vnum post aliud*, distinguenda est: & concedenda, si distributio cadat supra potestates: neganda vero, si cadat supra exercitia: nā si cadat supra potestates, perinde est, ac dicere, iustum in omnibus instantibus habere potentiam morale ad vitanda venialia, quod est verum: si cadat supra exercitia, perinde est, ac dicere, iustum in omnibus habere

potentiā moralem, & in omnibus illam redu-
dendum ad actum, quod est falsum.

58 At insurgēs. Supposito quod iustus vi-
taverit omnia peccata in antecedentibus instan-
tibus, perinde est, illum in ultimo habere po-
tentiā moralem ad vitandū tunc peccatū, ac
habere potentiā moralem ad coniungendam vi-
tationē ultimi cum antecedentibus: quia im-
plicat facta illa suppositione vincere tentationē
tunc occurrentē dividēdo illam à victorijs præ-
cedentibus, ac proinde est necessarium vincere
coniungendo cū precedentibus. Respondeo, po-
tentiā moralem, quā habet in ultimo, de se præ-
tendere à victorijs precedentibus, ac proinde
habere voluntatē potentiā moralem in ultimo, nō
arguere, quod habeat absolute potentiā mo-
ralem ad ponendam victoriam illius tentatio-
nis in sensu composito reliquarum. Facta autē
suppositione, quod vitaverit reliqua omnia, res-
pondeo, voluntatē ut vestitam illa suppositione
habere potentiā moralem secundū quid, seu secū-
dum id, quod potentiā moralis importat de sup-
positione antecedenti ad coniungendā victoriā
ultimæ tentationis cum victoriā precedentium;
nihilominus habere illā potentiā moralem coniū-
ctam cū impotentia cōsequenti; quia licet pos-
sit vincere tentationem in illo ultimo instanti,
certissimū est, nō esse victurā; quia id Deus no-
vit. Ideo autē novit, quia supponimus Deū vi-
ditūse voluntatē non victurā tentationē in omni
instanti, & tamen supponitur vicisse in omni-
bus antecedentibus. Si autem loquamur de ne-
cessitate morali, quatenus præcise importat
suppositionē antecedentē, seu difficultatē illam
magnam, ut voluntas uniformiter operetur;
respondeo, voluntatē ut vestitā victorijs præce-
dentibus habere potentiā moralem ad operandū
uniformiter toto illo tempore; quia postquā su-
peravit fere totā difficultatem, non est moraliter
impossibile ut non superet exiguam eius parti-
culā, quæ restat. Tunc autem non sequitur, ante-
cedenter ad illā suppositionem dari potentiā
moralem ad operandum moraliter, quia antece-
denter ad omnem suppositionem datur ingens
difficultas, quæ appellatur impotentia mora-
lis.

59 Dices: qui habet potentiā moralem ad
aliquid faciendū facta aliqua suppositione, ha-
bet absolute potentiā moralem ad illud faciendū
si habeat potentiā moralem ad ponendā talem
suppositionem: sed facta suppositione, quod vo-
luntas vitaverit omnia venialia in instantibus
antecedentibus ante decimū (Ponamus clarita-
tis gratia necessitatē moralem esse ad peccandū,
in vno è decem instantibus) habet potentiā mo-
ralem ad vitandū decimū peccatū in sensu cōposi-
to reliquorū omnium; & alitunde habet potentiā
moralem ad ponendā eam suppositionem vitan-

di collectivē novem: ergo, &c. Respondeo, distin-
go maiorem, si habet potentiā moralem ad po-
nendam suppositionem, coniūctam tamen cum
difficultate fere æquali illi, quā involuit impo-
tentiā moralis, nego maiore: si habet potentiā
moralem expertē illius difficultatis, cōcedo maio-
rē. At in nostro casu licet voluntas dicatur habere
potentiā moralem ad vitanda novē collectivē, ea
tamen coniūcta est cū difficultate fere æquali
illi, quam habet ad vitanda decem collectivē, ad
quā collectivē dicitur esse impotēs moraliter.

60 Pro intelligentia solutionis nota, prop-
terea voluntatē dici absolute impotentē respectu
collectionis decenariæ, non autē respectu colle-
ctionis novenariæ, quia ad vitanda decē colle-
ctivē est magna difficultas, & inde nascitur ut
nullū hominē Deus videat, qui cū auxilijs ordi-
narijs vitaturus sit decē collectivē. At in colle-
ctione novenaria licet sit fere equalis difficul-
tas, illi tamē non adiungitur illa suppositio cō-
sequens, quod nullū scilicet Deus videat homi-
nē, qui cum auxilijs ordinarijs vitaturus sit novē
collectivē. Illud enim est impossibile moraliter
quod ita est difficile, ut licet contingere possit,
nūquā tamē contingat. Quare licet magnā diffi-
cultatē habeat voluntas in vitandis novē colle-
ctivē; quia tamen similis difficultas videtur ab
aliquo superanda cū similibus auxilijs; absolute
dicitur habere potentiā moralem ad vitanda novē
collectivē. Quod si à nullo videretur superanda;
etiā respectu illius collectionis diceretur impo-
tens moraliter. Ex hoc autē non licet inferre, si
habet hanc potentiā moralem ad vitanda novē; &
vitaris novē habere potentiā moralem ad vitandū
decimū, absolute habere potentiā moralem ad
vitanda decē collectivē. Nā potius respectu co-
llectionis decenariæ habet impotentiam mora-
lem: quia respectu illius habet magnā difficul-
tatem superabilem quidem ab omnibus, à nullo
tamen unquā superandā, quā non habet respectu
novenariæ, quia respectu illius habet magnam
difficultatem non superabilem solū, sed re ipsa
ab aliquo superandam, nec rursus habet impo-
tentiā moralem respectu decimi, vitaris iam
novem, quia licet non sit ipsum superatura, non
habet tamen ingentem difficultatem illud supe-
randi: quæ tamen difficultas involuitur in cō-
ceptu impotentia moralis. Rursus ad hoc ut vi-
taris novem diceretur moraliter impotens vita-
re decimum, opus erat ut Deus nullum videret
hominem, qui vitaris novem, esset vitaturus de-
cimum cum auxilio ordinario. Quod tamen nō
ita evenit: ergo rectē coheret impotentia mo-
ralis ad vitanda decem collectivē cum potentiā
morali ad vitanda novem collectivē, cui succe-
dat potestas moralis vitandi decimum.

61 Hinc loquendo de necessitate, quæ
vagatur per diversas personas, v.g. ut aliquis è
de.

Decem hominibus sunt peccata; dico singulos esse indifferentes, & potentes moraliter vincere tentationem sibi concurrentem, & singulos esse impotentes coniungere victoriam suae tentationis cum victorijs omnium aliarum. Unde omnes sunt indifferentes moraliter, ut recte operentur seorsim, non autem ut recte operentur simul, habentque simultatem potentiarum, non tamen potentiam simultatis. Si autem populus novem vitasse peccata, admitto decimum ut vestitum hac circumstantia habere potentiam moralem coniugendam victoriam suae tentationis cum victorijs aliorum, quam tamen secundum se non habet. Ex hoc autem, & ex eo, quod moraliter possit contingere novem evitare simul peccata, non sequitur posse contingere ut decem evitent. Propterea illud potest moraliter contingere, quia difficultas ut novem conveniant, non est ex ijs, quas Deus videt à nulla collectione simili, & similiter prevenia esse superandas. Ex hoc autem quod difficultas haec non sit eiusmodi; & ex eo quod facta suppositione quod novem vitaverint peccatum, decimus habeat potentiam moralem ad coniugendam victoriam suam cum reliquis omnibus; non sequitur posse contingere moraliter, ut decem simul evitent peccatum; quia ad hoc satis est, ut à nulla collectione simili, & similiter prevenia videat Deus simul vitanda illa peccata: & hoc secundum componitur cum illo primo. Quare ex suppositione quod sit necessarium moraliter ut aliquis è decem peccet in hoc instanti; & ex suppositione quod novem vitaverint, recte deducitur decimum peccaturum, nunquam tamen deduci potest, esse necessarium ad operandum. Et ex ijs patet ad rationes dubitandi.

62 Ex dictis in foro solutione ad hanc objectionem contendente non dari necessitates vagas respectu diversorum suppositorum. Sic enim arguunt. Omnes sumus moraliter certi, quod in collectione mille hominum, aliquis sit otiose locuturus in instanti A. & tamen potest Deus ex omnibus possibilibus seligere mille homines, quorum nullus otiose loqueretur in instanti A. ergo moralis nostra certitudo fundatur in experientia, qua discimus nunquam tantam multitudinem evitare simul verbum otiosum: ergo non fundatur in rebus ipsis. Respondeo, negando consequentiam: quia si multitudo mille hominum à Deo selecta esset omnino similis huic, quae defacto datur; tunc tantumdem fundamentum nobis praestaret, ut iudicemus aliquem alius locuturum otiose, ac nobis praestat collectio existens; debemus enim ponere omnia esse utrobique paria, quod scilicet singula individua utriusque sint aequae indifferentia: quia inspectis causis de se sufficientibus impedire uniformitatem non loquendi otiose, prout iudicamus, non

esse impediendam, licet se ipsa non impediretur; ac proinde nostri iudicii etiam prudens & maxime probabile, falsum tamen fore: sicut in sententia contraria dici etiam debet, nam experientia eorum, quae defacto accidit, esset fundamentum ut intellectus idem iudicaret de illa collectione, ac proinde ut deciperetur. Si tamen supponamus dari necessitatem moralem absolute talem ut in collectione millium aliquis nunc loquatur otiose; negandum est Deum posse seligere mille homines omnino similes in suis passionibus, & inclinationibus cum eis, qui defacto dantur, & similibus preventos auxilijs, quorum nullus loqueretur tunc otiose. Et ratio est, quia necessitas moralis, ut aliquis è collectione millinaria otiose loquatur, nihil aliud est quam difficultas uniformiter vitandi verba otiosa, superabilis quidem, nunquam tamen superanda nec ab alia omnino aequali, & simili: quia illud dicitur moraliter impossibile respectu alicuius collectionis, quod nunquam continget in simili collectione. Ex hac autem suppositione, iam Deus nequit producere eiusmodi multitudinem, quae simul vitaret omne verbum otiosum. Si autem necessitas moralis non constituitur per hoc, quod nullam Deus videat collectionem similem, quae esset uniformiter operatura: sed per hoc quod nulla vitam existerit, nec aliquando existura sit. Respondeo, defacto in collectione mille hominum reperiri necessitatem moralem, ut aliquis otiose loquatur; quae tamen non reperiretur in illa collectione à Deo selecta: nam quamvis in actu primo eadem appareat difficultas, haec tamen à collectione defacto existente nunquam superatur; superatur vero ab ea collectione, quod discrimen sufficit ut in vno casu detur necessitas moralis & non in alio, quandoquidem non affert solum difficultatem in actu primo, sed carentiam victoriae uniformis in actu secundo.

SECTIO VI.

Denuo ostenditur impossibilem esse metaphysice eventum, in quo voluntas creata nulli auxilio indifferenti totius collectionis appareat in statu conditionato consentiens.

63 **P**ostremo sic suadeo illud eventum esse metaphysice impossibilem. Stat creaturam rationalem esse ab intrinseco necessitata ut in statu conditionato appareat consentiens huic vel illi auxilio ex tota collectione; & tamen libere operari in statu absoluto: ergo creatura rationalis est ab intrinseco necessitata ut in statu conditionato appareat operans libere sub aliquo ex infinitis auxilijs diversis & inaequalibus. Probo consequentiam, quia ex nullo alio capite potest assignari

repugnantia antecedentis, nisi quia illa necessitas vaga in ordine ad statum conditionatum pugnat cum libertate in statu absoluto; ergo si non pugnat, ex nullo capite repugnat eiusmodi creatura rationalis. Antecedens vero probatur: quia necessitas illa, ut voluntas appareat in statu conditionato operatur libere sub aliquo ex infinitis auxilijs diversis, & inaequalibus, non infert necessitatem metaphisicam, ut operetur determinare cum aliquo: ac proinde non facit ut dum voluntati consentitur aliquid singulare auxilium, cum illo operetur necessario.

64 Aliqui Recentiores solum defendunt possibilem esse eventum, in quo non videatur Deus ex infinita collectione auxiliorum aliquid efficax ad hęcetdam voluntatem rationalem; idque non aliter probant, quam solvendo argumenta, quibus oppositę scientię auctores contendunt talem eventum esse impossibilem: ij autem sic impugnandi sunt; voluntas nostra est ab intinseco necessitata, ut appareat in statu conditionato consentiens alicui auxilio collectionis: ergo non est possibile illi eventus. Probatür antecedens: non repugnat substantia rationalis creata ex se metaphisice necessitata ut in statu conditionato appareat consentiens alicui auxilio totius collectionis: ergo talis est voluntas nostra; nam semel admitta, possibilitate illius naturę, nullam superbit fundamentum ut negemus nostram voluntatem habere similem indolem: nam illa admitta, recte talis necessitas coheret cum libertate. Si autem coheret, cur negetur nostrę voluntati? certe si esset possibile substantia rationalis creata, quę possit phisice predeterminari ad actionem liberam; nullum esset fundamentum ad asserendum nostram voluntatem inaptam esse predeterminari ad actionem liberam: ergo pariter.

65 Et quidem qui positive affirmat possibilem esse illum eventum; positive affirmat esse contra naturam nostrę voluntatis habere ex se necessitatem ut appareat pro statu conditionato consentiens alicui auxilio: nam idem est possibilem esse illum eventum; ac voluntatem nostram non habere talem necessitatem: ergo si nullum est fundamentum ad asserendum, esse contra naturam nostrę voluntatis, quod habeat illam necessitatem, nullum est fundamentum ad asserendum possibilem esse metaphisice eventum, in quo nullum per scientiam mediam appareat efficax auxilium ad conversionem liberam nostrę voluntatis. Atqui ad primum nullum est fundamentum: ergo nec ad secundum. Probatür minor, nam si possibile est substantia rationalis habens eiusmodi necessitatem; nullum est

fundamentum ad asserendum nostram voluntatem non habere eiusmodi necessitatem. Quare dum adversarij non assignaverint positivam repugnantiam in illa necessitate, non possunt reddere rationem sufficientem conclusionis.

66 Sed forsam dabunt rationem repugnantię: quia si semel adstruitur possibile necessitas ut voluntas appareat consentiens alicui ex infinitis auxilijs; nulla erit ratio cur non sit possibile voluntas libera habens necessitatem ut appareat pro statu conditionato consentiens alicui auxilio ex collectione finita. Sed in primis paritas non urget: nam una necessitas potest esse contra libertatem, quamvis non sit alia. Sic esset contra libertatę divinę necessitas ut in rerum natura detur collectio aliqua finita determinata carentiarum: & tamę non est contra libertatem divinam quod detur necessitas, ut in rerum natura existat collectio infinitarum carentiarum. Quod patet, quia Deus non potest facere, ut existant in rerum natura omnes substantię possibile simul, & tamę potest facere, ut simul existat quicumque numerus finitus substantiarum: ergo pariter licet voluntas nostra non possit facere ut existant simul omnes scientię medię de efficacia auxiliorum, quę seorsim existere possunt, poterit tamen facere ut existat simul quilibet numerus finitus illarum scientiarum.

67 Deinde dico non militare eandę rationem, nam si semel voluntas esset metaphisice necessitata ut appareret consentiens auxilio *A.* vel *B.* esset metaphisice necessitata ut appareat consentiens *B.* sub conditione quod appareat dissentiens *A.* Vnde supposita scientia de inefficacia auxilij *A.* & collato auxilio *B.* iam esset metaphisice necessitata ad consentiendum *B.* quia si posset illi dissentire, posset coniungere dissentium ad auxilium *B.* cū scientia media de dissensu ad ad auxilium *A.* quia dissentiendo auxilio *B.* non impediret scientiā mediam representantem dissentium sub *A.* ergo coniungeret dissentium sub *B.* cū tali scientia media: ergo faceret ut existerent simul scientia repręsentans dissentium sub *A.* & scientia repręsentans dissentium sub *B.* quod est contra suppositionem. At hoc absurdum non sequitur in collectione omnium auxiliorum; nam perveniri non potest ad casum, in quo voluntas appareat dissentiens omnibus præter unum; siquidem si semel apparet consentiens alicui, hoc ipso apparet consentiens infinitis maioribus, & maioribus intra eandem speciem: nam si apparet consentiens sub auxilio ut quatuor, etiam apparet consentiens sub auxilio ut quinque quoad cetera simili ipsi, nisi penes inensionem.

68 Dices auxilia indifferentia non posse crescere in infinitum versus maximum, sed habere terminum fixum ultra quem si ascendatur, perit libertas; sed contra, quia hoc gratis dicitur. Dices secundo: ergo saltem voluntas nequit esse metaphysicè necessitata ut appareat consentiens alicui ex infinitis auxilijs æqualibus & diversis; nam defacto apparet consentiens aliquibus, & aliquibus dissentiens; vel ergo illa auxilia, quibus apparet dissentiens sunt infinita, vel finita. Ponamus esse infinita: ergo illa quibus defacto apparet consentiens erunt numero finita: hoc autem admissio, nulla erit repugnantia in eo quod appareat omnibus dissentiens præter unum: nam si defacto apparet dissentiens omnibus præter centum, v. g. quæ repugnantia esse poterit in eo, quod appareat dissentiens omnibus præter unum? Conferatur ergo illud unum. Certe huic poterit dissentire: & consequenter inducere Scientiam Mediam representantem assensum sub illo: ergo poterit coniungere Scientiam Mediam de inefficacia huius cum Scientia Media de inefficacia reliquorum; eo planè argumento, quod nos nuper fecimus contra necessitatem vagam appetendi consentientem alicui auxilio ex collectione finita.

69 Ego in peculiari disputatione de hac re explicui quo pacto cohareat libertas cum eo quod appareat dissentiens omnibus præter unum, quamvis sit necessitas, ut appareat consentiens alicui vagè, quia nimirum dum potest dissentire illi vni, potest impedire scientiam representantem assensum sub reliquis omnibus. Nunc aliter probò non esse fundamentum ad asserendum possibilem esse eventum, quem adversarius intendit: nam omnia in commoda præcluduntur, si dicamus voluntatem nostram esse necessitatam metaphysicè, ut appareat pro statu conditionato consentiens infinitis auxilijs; hoc autem optime dici potest: quia stat illam esse necessitatam ut appareat consentiens infinitis assumptis ab infinitis Scientijs Medijs pro hypothesi, & tamen non esse necessitatam ut appareat consentiens alicui determinatè. Sic Deus est metaphysicè necessitatus ut appareat per scientiam visionis videns infinitas carentias à parte rei, & tamen non est necessitatus ut appareat videns aliquam determinatè, quia nulla est carentia, quam Deus non potuerit excludere per productionem rei illi oppositæ; & tamen Deus non potuit facere ut non darentur à parte rei infinitæ carentiæ. Hoc posito cessat illud inconveniens, quia nunquam potest reduci voluntas ad statum, in quo appareat dissentiens omnibus præter unum. Denum dicitur, in illa multitudine infinita auxiliorum indifferentium æqualium & dissim-

milium, fore infinita, quibus videretur consentiens; & infinita quibus videretur dissentiens; quia quælibet multitudo infinita includit infinitos binarios, & infinitos ternarios & vnde negandum est suppositum; quando ponit arguens, esse finita auxilia, quibus apparet consentiens voluntas.

SECTIO VII.

Solvitur difficilis obiectio:

70 **P**robavimus ex dominio Dei supra voluntatem creatam impossibilem esse metaphysicè eventum in quo Deus non habeat proximam potestatem convertendi libere nostram voluntatem, seu faciendi ut liberè convertatur. Contra hanc rationem militat hoc argumentum: nam ad dominium Dei non spectat habere potestatem proximam ad faciendum ut voluntas convertatur per hanc numero conversionem: ergo nec ad dominium Dei spectabit habere potestatem ad faciendum ut convertatur per aliquam conversionem liberam. Probatur consequentia: quia Deus non habet minus perfectum dominium supra voluntatem ut contentivam huius numero actionis liberæ, quam supra voluntatem absolutè: ergo si dominium Dei supra voluntatem ut contentivam huius numero actionis liberæ non postulat Deus in omni eventu posse facere ut voluntas convertatur per hanc numero conversionem liberam; nec dominium Dei supra voluntatem absolutè consideratam postulabit ut in omni eventu possit facere, ut voluntas liberè convertatur. Antecedens vero constat, quia potest Deus per Scientiam Mediam dederit, voluntatem non convertendam, si ei conferatur præcisè auxilium *A*. Nam vero supposita hac scientia nequit Deus facere ut voluntas convertatur per illam numero conversionem, quæ alligata est auxilio *A*, ut principiorum etenim vel hoc potest facere conferendo præcisè auxilium *A*; & hoc non, ut patet: vel adiungendo aliud auxilium, quod prævidit fore efficax. Et hoc non potest dici: quia adiungendo hoc novum auxilium, faceret quidem ut voluntas converteretur per conversionem essentialiter supponentem ut principium hoc novum auxilium; non vero per conversionem essentialiter supponentem præcisè auxilium *A*: nam eadem numero actio conversionis non est indifferens ut oriatur ab hoc vel ab illo principio movente, sed potius variatis auxilijs variantur actiones.

71 Huic argumento bifariam respondetur: primo admittendo antecedens, & negando consequentiam; ad probationem

concessa maiori & minori, negatur consequens: est enim argumentum à paritate, quod red-
 dita disparitate sufficienter solvitur. Dico ergo
 perfectam Dei dominium supra voluntatem
 ut contentivam huius numero actionis non
 postulare ut Deus possit in omni eventu facere
 ut voluntas ponat illam actionem; nam domi-
 nium Dei supra voluntatem ut contentivam
 huius numero actionis, idem est formalissimè
 ac dominium Dei supra hanc numero actionem;
 hoc autem dominium non postulat ut Deus
 valeat in omni eventu facere ut existat illa
 actio, sed solum postulat ut Deus immediatè
 concurret ad illam, possitque impedire eius
 existentiam præcisè per hoc quod voluntas
 omnipotentiam applicare ad concurrendum
 cum voluntate ad eiusmodi actionem & possit
 producere omnia quæ ex parte voluntatis primi-
 tunc necessaria ad eius existentiam non requi-
 riuntur autem ut possit inducere eius existentiam;
 quia nec hoc potest facere prædeterminatio-
 nem, quia hæc hæc dicit libertatem; nec per aliud
 auxilium indifferens, quia hoc non movet ad
 illam actionem, sed ad aliam diversam. At
 vero dominium perfectissimum Dei supra vo-
 luntatem secundò se, non est præcisè domi-
 nium supra actionem aliquam in particulari;
 sed est potestas utendi & non utendi voluntate
 pro libito suo in ordine ad fines suæ bonitati,
 & providentiæ congruentes; ac proinde est po-
 testas applicandi voluntatem ad consecutio-
 nem finis intenti à divina providentiâ; nam
 ut est applicare principium actionis ad agen-
 dum: ergo est potestas applicandi voluntatem
 ad merendam gloriam, illamque obtinendam
 ut coronam: ergo sicut repugnat metaphysicè
 in quo Deus non habeat perfectissimum
 dominium supra voluntatem humanam,
 ita repugnat eventus in quo Deus non possit
 facere ut voluntas liberè convertatur. Quare
 perperam arguitur ab uno ad aliud; nam ex eo
 quod Deus habeat perfectissimum dominium
 supra voluntatem potest se solo plura in illa
 producere: ex eo vero quod habeat perfectum
 dominium supra voluntatem ut contentivam
 hanc determinatè actionem, non sequitur pos-
 se facere se solo ut ponat hanc numero actio-
 nem.

72. Et quidem longè aliud est Deum
 non posse simpliciter convertere liberè volun-
 tatem; aliud non posse per hanc numero actio-
 nem: primum argueret defectum virtutis in
 Deo: secundum vero solum arguit specialem
 limitationem, & alligationem ex parte actio-
 nis; quæ quia essentialiter alligata est huic nu-
 mero principio, nõ est capax ut Deus per aliud
 medium possit movere ad ipsam ponendam.
 Primum auferret perfectum à Deo dominium

supra voluntatem creatam: secundum vero non
 tollit hoc dominium. Primum visum est ab
 lurdisimum Augustino: secundum vero nulli-
 bi ab ipso rejicitur. Quid enim contra perfe-
 ctissimum Dei dominium, quod nequeat con-
 vertere voluntatem per hanc numero conver-
 sionem, si absolutè potest illam convertere? Sa-
 nè in sententia Thomistarum absurdum non
 est quod Deus per quodcumque medium ne-
 queat facere ut voluntas convertatur, siquidem
 nequit facere ut convertatur per auxilium pure
 sufficiens. Ratioque à priori videtur esse; quia
 in ordine ad fines, quos divina providentiâ in-
 tendere potest in conversione libera volunta-
 tis, & in ordine ad ostensionem divinarum per-
 fectionum & attributorum, quæ relucet in eo,
 quod Deus infallibiliter trahat voluntatem ad
 sui conversionem; de materiali omnino se ha-
 bet, quod hoc fiat per hanc numero actionem
 potius quam per illam: nihil ergo adimitur
 Deo per hoc quod sit possibilis casus, in quo
 ipse non possit convertere voluntatem per hanc
 numero actionem potius quam per illam, quæ
 vis enim non possit per hanc, potest tamen per
 aliam omnino æquivalentem, & omnino par-
 rem in ordine ad ostensionem divinarum at-
 tributorum.

73. Et confirmatur: nam perfectissimum
 Dei dominium supra substantiam crea-
 tam postulat, ut Deus nullo à se distincto indi-
 geat ad ipsius productionem, ut enim inquit
 D. Thomas 3. contra Gentes cap. 1. *Domini-
 um supra res à se productas perfectum habet, ut
 pote qui ad eas producendas non exterioris
 agentis adminiculo indiget, nec materie fun-
 damento, & tamen perfectissimum Dei domi-
 nium supra voluntatem ut contentivam huius
 actionis, seu perfectissimum Dei dominium
 supra actionem creaturæ non exposcit, ut Deus
 non indigeat aliquo à se distincto ad produ-
 ctionem illius actionis; evidens enim est indi-
 gere creatura ad positionem illius actionis: er-
 go plura exposcit perfectissimum Dei domi-
 nium supra voluntatem secundò se, quàm su-
 pra voluntatem ut contentivam huius actio-
 nis: non ergo recte arguitur ab uno ad aliud.*

74. Aliter secundo potest solvi ar-
 gumentum, negando antecedens, ad eius pro-
 ductionem respondeo, supposita Scientiâ Mediâ,
 per quam Deus videt voluntatem non conver-
 tendam cum auxilio A, posse Deum facere
 ut convertatur cum auxilio A, per eandem
 numero conversionem, quæ apparebat non su-
 turæ: non quidem tribuendo illud auxilium sub
 ijs circumstantijs, sub quibus videbatur non
 futurum efficax: hoc enim esset chymera; sed
 conferendo illud auxilium seunctum ab illis
 circumstantijs, in quibus, & propter quas vide-
 ba-

barur futurum inefficax: si enim Deus videt per scientiam mediam, voluntatem, quamvis invitetur ad bonum honestum per auxilium *A.* nihilominus illud non amplexuram; sane simul videre debet ob quam rationem hoc sit factura voluntas; nunquam enim voluntas deserere potest bonum honestum præcisè ut deserat, sed quia apparet aliqua ratio mali, vel incommodi in amplectendo illud bonum; vel quia illud est impossibile cum bono delectabili, erga quod voluntas ipsa est affecta. Quare si Deus conferat auxilium *A.* invitans ad amorem obiecti honesti, & auferat à voluntate omnem cognitionem inclinantem ad non amandum illud bonum, infallibiliter obtinebit consentium, & faciet ut voluntas se convertat per illam conversionem, quæ tanquam principium sui respicit essentialiter auxilium *A.* degerminate.

75 Dices primo: quamvis Deus auferat à voluntate omnem cognitionem inclinantem ad non amandum bonum honestum, ad quod invitat auxilium *A.* adhuc voluntas manet indifferens ad amandum bonum honestum vi auxilij *A.* vel ad pure omittendum illius amorem, quia quantumvis auxilium *A.* invitet ad amandum bonum honestum; non tamen necessitat: nam sola propositio invitativa boni infiniti habet vim rapiendi voluntatem ad amorem: non autem propositio abstractiva boni honesti finiti: ergo poterit contingere ut Deus videat voluntatem invitatum ad amorem honesti per auxilium *A.* non amplexuram bonum honestum, quamvis nihil habeat positive inclinans ipsam ad non amandum illud bonum. In hoc autem casu iam Deus non poterit facere ut voluntas convertatur per illam conversionem, quæ essentialiter respicit ut principium sui solum auxilium *A.*

76 Respondeo in illo eventu voluntatem non mansuram cum proxima indifferencia ad omittendum amorem obiecti honesti, ad quem invitat auxilium *A.* quia implicat voluntatem omittere actum honestum, quin possit reddere rationem cur omitrat, ac proinde quin adsit aliquod motivum inclinans ad omittendum, omnis enim operatio, ad quam non determinatur à natura, debet esse eiusmodi, ut de illa possimus reddere rationem; de ijs autem ad quæ natura nos determinat, satis est, quod possit natura reddere rationem, & hæc est causa cur non sit necesse ut possimus reddere rationem de primis principijs aut speculativis; aut practicis, quando illis assentimur. De ijs autem quæ non sunt naturaliter nota, ac proinde quæ non sunt nota omnibus, tenetur unusquisque reddere rationem, & consequenter posse dicere, cur ijs præbet assensum; & de ijs, quæ

non ab omnibus naturaliter appetuntur, & necesse est, sed libere: nam huius appetitus rationem reddere non pertinet ad naturam, vixit quæ condidit nos indifferentes ad ea appetenda: à contrario à nemine queritur, ut ait Aristoteles, cur ei placeat voluptas, & displiceat dolor; nõ enim debemus reddere rationem istius affectionis, quæ non est imputabilis nobis, sed naturæ, ad eam nos determinati: repugnat ergo nostram voluntatem esse proxime expeditam ad omittendum actum quin cognoscat aliquod motivum, aliquamve rationem, ob quam possit omittere.

77 Dices, sufficientem rationem esse ad omittendum, quod bonitas cognita sit finita. Sed contra, quia cum natura rationalis creata non sit ex se beata & foelix; sed ex se indigeat bono à se distincto ut sit beata, ad quam beatitudinem habet necessariam inclinationem; implicat ut cesset ab amore boni per hoc præcisè, quod bonitas cognita non sit simpliciter infinita; nam non esse infinitam, est non esse summam, est posse dari aliam maiorem: posse autem dari aliam bonitatem maiorem, non est ratio cur cesset ab amore minoris bonitatis, si utraque indigeo, & una non impedit aliam. Quod à postero confirmatur, quia motus primi mo primi versantur circa bonum finitum obiectum cognitum, & tamen non sunt liberi: ergo non sufficit bonum cognitum esse finitum ut affectus regulans per eiusmodi boni cognitionem sit liber. Quare motus primo primi propterea sunt necessarij, quia proponitur obiectum ut delectabile, quin voluntas advertat aliquam rationem mali, & propterea necessario afficitur voluntas erga bonum delectabile, donec evigilat ratio, & animadvertit bonum illud delectabile habere coniunctam rationem mali moralis; qua advertentia adveniens, iam constituitur in equilibrio; & manet libera ad omittendum amorem boni delectabilis: ergo in eventu in quo voluntas haberet rationem invitantem ad amorem boni honesti, & nullam haberet cognitionem retrahentem, necessario amaret.

78 Ad illud vero quod dicitur, esse proprietatem boni infiniti clare cogniti rapere ad sui amorem. Respondeo hoc esse verum ex meritis ipsius obiecti: nam bonum infinitum clare visum talis est indolis, ut à nulla alia cognitione possit impedi, quo minus rapiat voluntatem in sui amorem. At in nostro casu, quamvis voluntas nostra necessario amaret bonum honestum, id non ideo contingeret, quia obiectum cognitum ex meritis suis raperet ipsam ad amorem; sed quia voluntas eo quod sit finita, & indigens bono à se distincto ut sit beata, est necessitata ut amet bonum, quo in-

higer, in casu in quo nullam rationem mali viderat in illo amando, nec in obiecto amato; nec advertebat illud esse impossibile cum alio.

79 Sed obijcies: possibilis est actio honesta essentialiter libera; quæ nimirum supponat tum cognitionem invitantem ad sui existentiam, tum cognitionem retrahentem: hanc autem actionem non poterit Deus extorquere à voluntate, si semel per scientiam mediam videat voluntatem sub tali actu primo, quem essentialiter supponit illa actio, non elicitoriam illam actionem. Responderi potest; impossibile esse actionem essentialiter liberam: ratioque potest reddi; quia alioquin Deus non haberet perfectissimum dominium supra talē actionem; quia nimirum non posset facere ut existeret, quantumvis honesta & laudabilis foret, & hoc potest esse optimum fundamentum ad probandum libertatem esse extrinsecam actioni liberæ: aliaque à priori potest reddi ratio, quod actio nequeat essentialiter supponere id quod inclinatur in non existentiam sui; ac proinde solum potest supponere indifferentiam voluntatis qua parte includit cognitionem inclinantē in ipsius existentiam, non autem qua parte includit cognitionem propendentem in sui non existentiam.

80 Dices: iuxta Patrem Suarez prolog: 1. de grat. cap. 9. actio semel orta à voluntate ut prædeterminata nequit oriri à voluntate ut indifferenti; quia essentialiter diversa est actio per quam voluntas operatur dum determinatur ab alio, quam cum determinatur à seipso nequit eadem actio transire de libera in necessariam. Respondeo negando consequentiam. Et quidem ipse Suarez ibidem num. 21. docet & explicat quo pacto possit transire eadem actio de libera in necessariam. Igitur dico actionem ortam à principio inclinante in ipsius existentiam essentialiter supponere principium illud: unde si illud ita inclinet ut determinet, illa essentialiter supponit illud principium ut determinans ad sui existentiam; ac proinde incapax est ut oriatur à voluntate ut indifferenti. Hinc vero minime sequitur, quod actio, quæ semel est libera, nimirum quia oritur à voluntate habente indifferentiam ad utrumque, seu cognitionem retrahentem à tali positione: non sequitur, inquam, quod hæc actio non possit transire in necessariam, nimirum per subtractionem cognitionis indifferentis: nam cum illa essentialiter solum supponat cognitionem inclinantem ad sui existentiam, potest manere deficiente omni cognitione retrahente, quo in eventu foret necessaria. Unde per mutationem cognitionis retrahentis potest actio transire à libera in necessariam, & e contrariis.

per positionem talis cognitionis potest à necessaria transire in liberam.

81 Hinc in feres possibilem quidem esse in nostra voluntate actionem essentialiter necessariam, nimirum, illam, quæ essentialiter supponeret actum effectivè imperantem, vel prædeterminationem physicam, vel visionem infiniti boni: hinc vero nequaquã deduci possibile esse actionem essentialiter liberam. Ratio disparitatis est, quia est actio essentialiter supponere potest principium inclinans, & determinans ad sui existentiam, nequaquam tamen principium retrahens.

82 Dices: Angelus reflectens supra indifferentiam proximam ad amandum, vel non amandum aliquid obiectum potest elicere hunc affectum, quia habeo indifferentiam ad amandum vel non amandum, volo elicere amorem talis obiecti: hic autem affectus est essentialiter liber, vi potest supponens essentialiter indifferentiam proximam ad amandum, vel non amandum. Respondeo primo, hoc argumentum non evincere intentum; quia ille actus reflectens supra indifferentiam illam, non reflectit supra indifferentiam voluntatis Angelicæ ad ipsum ponendum, vel non ponendum; sed supra indifferentiam proximam ad amandum, vel non amandum directe obiectum. Secundo & melius respondeo, illum affectum esse impossibilem in Angelo; tum quia sequeretur possibilem esse actum non cadentem sub perfectum Dei dominium: tum quia illa indifferentia qua parte retrahit à ponendo amore, nequit esse motivum ut Angelus se determinet ad amandum: hoc enim motivum duntaxat potest esse bonitas inclinans ad amandum.

83 Secundo ad argumentum responderi potest distinguendo illam propositionem: possibilis est actio essentialiter libera, libertate essentialiter supponente hanc numero indifferentiam, seu hanc numero cognitionem retrahentem ab amore, nego: libertate supponente hanc numero cognitionem invitantem ad amorem, concedo: & nego consequentiam. Denique si sit possibilis actio essentialiter libera, & supponens essentialiter hanc numero indifferentiam, respondendum est iuxta dicta disp. 3. sect. 7. n. 70. & sect. 16. n. 311. & t. 1. dis. 11. sect. 4. non esse absurdum, quod Deus nequeat aliquando facere ut existat talis actio.

SECTIO ULTIMA.

Epilogus totius disputationis & dilucidatio nostræ sententiæ explicatio.

84 **A**SSERIMYS, cumulum infinitum auxiliorum, quibus divisive potest in quocumque instanti Deus hu-

manam pulsare voluntatem, fundatè infallibilem & metaphysicam connexionem cum eo quod voluntas nostra per scientiam mediam appareat pro quolibet instanti convertenda sub aliquo illius collectionis, vage & confusè loquendo. Quod perinde est ac dicere, voluntatem creatam propter essentialè subordinatorem, quam habet ad Deum ut potentem divisivè movere illum ad operandum in quocumque instanti varijs & miris modis, infinitisque variationibus maioribus & minoribus sine fine, essentialiter postulare, ut Deus per scientiam mediam videat, illam vel esse convertendam sub hoc auxilio, vel sub illo, discurrendo per singula collectionis; ita ut sit metaphysicè impossibilis eventus, in quo Deus per scientiam mediam nullum in tota collectione & cumulo auxiliorum indifferentium, quibus divisivè in quocumque instanti potest pulsare voluntatem, reperiat, quo videat voluntatem se ipsa convertendam, si ei conferatur.

85 Itaque si voluntas compareretur cum quocumque auxilio determinato, verum est dicere: nõ est necesse ut per scientiam mediam Deus videat voluntatem convertendam esse cum hoc auxilio *A.* nec item est necesse ut videatur convertenda sub *B.* nec est necesse ut videatur convertenda sub *C.* & sic de singulis: tamen si comparemus illam cum tota collectione, non quidem ut simul conferenda, & assumendo illam per modum unius hypotheseos (quia hoc est impossibile, & non coheret cum libertate) sed ut conferenda divisivè, & assumendo illam ut continentem infinitas hypotheseos infinitarum formalitarum scientiæ mediæ. Sic necesse est ut appareat convertenda, vel sub auxilio *A.* vel sub auxilio *B.* vel sub *C.* vel sub aliquo alio totius collectionis. Itaque contingens est ut Deus per scientiam mediam videat voluntatem non esse convertendam sub *A.* item contingens est ut videat non esse convertendam sub *B.* item contingens est ut videat non convertendam sub *C.* & sic de reliquis divisivè & determinatè sumptis: non tamen est contingens, ut Deus videat nec convertendam sub *A.* nec sub *B.* nec sub *C.* nec sub aliquo alio totius collectionis.

86 Ad modum quo contingens est moraliter ut in mundo non veniat scandalum per Petrum determinatè; item contingens est moraliter ut non veniat per Paulum determinatè; & sic de singulis divisivè & determinatè sumptis: & tamen non est moraliter contingens ut nec per Petrum, nec per Paulum, nec per aliquem alium hominem scandalum veniat; nam iuxta verbum Christi: *nece est ut scandala veniant*; similiter contingens est moraliter ut Petrus in instanti *A.* non loqua-

tur; similiter contingens est ut non loquatur Paulus: & sic de singulis determinatè ac seorsim, & tamen non est contingens, ut nec Petrus, nec Paulus, nec vllum aliud individuum totius generis humani loquatur in instanti *A.* Item contingens est moraliter ut quilibet nostrorum absque speciali privilegio evitet peccatum *A.* item contingens est ut evitet peccatum *B.* & sic de reliquis singillatim ac seorsim; & tamen non est contingens ut absque speciali privilegio nec committat peccatum veniale *A.* nec *B.* nec *C.* nec aliquid ex tota collectione. Solumque datur discrimen ab ijs exemplis ad nostrum casum; quod in ijs necessitas est moralis, in nostro eventu est metaphysica: in ijs necessitas vaga est in ordine ad plures personas, vel plura instantia temporis; in nostro vero casu necessitas vaga est in eadem voluntate in ordine ad unum determinatè instantem; ceterum respicit vage aliquod ex infinitis auxilijs divertis, & inæqualibus versas maximum.

87 Et hanc necessitatem metaphysicam à priori probamus ex essentiali subordinatone nostræ voluntatis ad Deum, ut potentem illam movere efficaciter ad bonum libere amplectendum; hæc enim subordinatio postulat, ut in nullo eventu possibili adhuc metaphysicè, careat Deus proxima potestate convertendi illam libere: qua proxima potestate careret, nisi collectio auxiliorum fundaret eam metaphysicam infallibilitatem. Ratio, ob quam asserimus collectionem auxiliorum fundare metaphysicam infallibilitatem conversionis libere futuræ sub aliquo illorum vage, est, quia hæc metaphysica connexio fundata in collectione auxiliorum ex una parte salvat perfectissimum Dei dominium supra voluntatem creatam, nam vi illius in omni eventu possibili erit *cor regis in manu Domini, ut quocumque voluerit vertat illud; & sic velle & nolle in volentis, ac nolentis erit potestate, ut diuinam voluntatem non impediatur, nec superet potestatem.* Ut loqui ut Augustinus capit. 14. de corrept. & grat. siquidem vi illius repugnat metaphysicè eventus, in quo Deus non sit proxime expeditus ad faciendum ut voluntas libere convertatur: ex alia parte salvat libertatem creaturæ; nam absdubio voluntas nostra libere operatur, si in eo instanti, in quo elicit operationem, nihil datur in rerum natura habens antecedem connexionem cum eo quod operetur. At ita se habet res in nostro casu: quia licet collectio auxiliorum, vel potius omnipotentia ut potens movere nostram voluntatem in quolibet instanti per aliquod ex infinitis auxilijs; & nostra voluntas ut subiaccens potentia Dei, habeat connexionem infallibilem cum

operatione libera in statu conditionato, non tamen in statu absoluto: & licet essentialiter collectio possit ut voluntas videatur per scientiam mediam operaturam sub aliquo vage, non tamen sub aliquo determinate. Vnde collectio non petit essentialiter ut voluntas operetur cum auxilio illo determinate, quod in statu absoluto voluntati conferatur: cum illo ergo voluntas libere operatur: nostra ergo sententia utrumque salvat; & perfectissimum dominium Dei supra voluntatem creaturæ, & istius libertatem. Sententia Prædeterminatorum salvat quidem Dei dominium; sed minime salvat libertatem creaturæ: ac proinde nec dominium Dei salvat circa operationes liberas, sed illud demedio tollit. Sententia vero admittens possibilitatem pure metaphisicam eventus, in quo nullum appareat auxilium, per scientiam mediam efficax ad convertendam voluntatem relinquendo ei plenam libertatem, optime salvat libertatem creaturæ; minus tamen bene dominium Dei.

88 Brevissime sic: essentialis subordinatio voluntatis creatæ ad Dei dominium exposcit; ut in omni eventu possibili possit Deus facere ut illa libere opereatur. Rursus libertas creaturæ postulat ut auxilia, quibus ad operandum moveatur, sint intrinsicè indifferencia. Hæc duo optime coherent, si dicamus, voluntatem creatam talis esse nature ut comparata cum quolibet auxilio determinate possit apparere in statu conditionato ei resistens, comparata vero cum omnibus sit essentialiter incapax, ut appareat in statu conditionato resistens huic & illi & sic de singulis, nullo excepto. Primum sufficit ad libertatem; quia voluntas nunquam operatur nisi cum auxilio determinate; & illa non petit essentialiter ut videatur determinate operaturam sub illo. Secundum sufficit ad Dei dominium; quia licet possit fieri ut Deus non habeat scientiam mediam de efficacia auxilij A. & possit fieri ut non habeat scientiam mediam de efficacia auxilij B. & sic de singulis; nunquam tamen potest fieri ut Deus nec habeat scientiam mediam de efficacia auxilij A. nec de efficacia auxilij B. nec de vilo alio.

89 Possissimum fundamentum, quod nititur ad negandam possibilitatem metaphisicam illius eventus, est auctoritas Augustini, ubique clamantis: *Deum habere omnipotentissimam potestatem humanorum cordium quo voluerit inclinandorum; magis habere in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas: & ut certum supponentis posse Deum malas hominum voluntates quas voluerit, quando voluerit, & quomodo voluerit in bonum convertere.* Hæc Augustini testimonia avide Præde-

terminatores arripiunt ut suam sententiam de gratia intrinsicè efficaci confirment. Ego vero firmissime mihi persuasum habeo, Divum Augustinum Prædeterminatoribus non favere, sed potius sententiam, quam modo defendo, tradere. Quamvis enim probabilius sit ex his locis apud Augustinū non tantum infinites moraliter repugnantem esse eventum, in quo Deus nequeat efficaciter hominem trahere ad conversionem plenè liberam quo ad substantiam; sed penitus esse metaphisicè impossibile; tamen hanc impossibilitatem metaphisicā, nusquam Augustinus fundavit in eo, quod impossibile sit voluntatem motam auxilio intrinsicè efficaci non converti: sed in eo quod cum Deus possit varijs & infinitis modis vocare voluntatem, impossibile est, ut inter tot, tamque diversas vocationes, non appareat aliqua congrua ad exprimendum consensum. Ipsum audiamus q. 2. ad Simplic. vbi pro illis omnibus, qui ita vocantur ut non consentiant, hæc regulam generalem tradit: *Si vellet Deus illorum misereri, posset ita vocare quomodo illis aptum esset, ut moverentur, & intelligerent, & sequerentur: nā cuius Deus miseretur, sic cum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem nō respuat.* & hinc ita infert: *cum ergo alius sic, alius autem sic moveatur ad fidem, eademque res vno modo dicta moveat, alio modo dicta non moveat, aliumque moveat, alium non moveat; quis audeat dicere (perpendite illationem) defuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaverit, voluntatemque coningeret, in qua Iacob iustificatus est?* Quid clareius pro nostra sententia? quam non minus perspicue tradidit lib. 1. contra duas Epistolas Pelagianorum cap. 9. vbi ait, *voluntatem nostram trahi à Deo varijs & miris modis ut velit, & cap. 5. de corrept. & gratia vbi ait: homines varijs & innumerabilibus modis vocari & moveri ad recte operandum.* Et in hoc fundat Augustinus impossibilitatem eventus, in quo Deus non possit homines convertere: non ergo unquam Augustinus explicuit omnipotentissimam Dei potestatem ad flexenda hominum corda per potestatem prædeterminandi phisicè; nam hic modus trahendi ad conversionem non est varius & multiplex, sed uniformis respectu omnium: sed per potestatem vocandi hoc vel illo modo ex infinitis diversis similibus, & inæqualibus & miris, quos intra thesauros suæ omnipotentiaæ continet, inter quos impossibile est est aliquid non esse congruos ad emolliendam duriciam cordis humani. Ex hac potestate vocandi quæcumque rebellem voluntatem varijs & miris modis induit Augustinus in q. 2. ad Simplic. hæc illa-

tionem; quæ est ipsissima nostra conclusio:
Cum Deus deserit non sic vocando, quomodo

ad fidem moueretur, quis dicat modum, quo
ei persuaderetur ut crederet, omnipotenti de-
fuisse?

) ~~~~~ ()

DISPUTATIO QUINTA

AN CVM VNICO AVXILIO, VA- RIATIS CIRCVMSTANTIIS, IN OMNI EVENTV SIT Deus proxime potens convertere libere voluntatem?

SECTIO PRIMA.

*Explicatio sententiæ Societatis, & man-
ductio ad resolutionem que-
stionis.*

1 **SOCIETATIS** sententiam de intrinse-
ca indifferentia auxiliorum, & neces-
sitate scientiæ mediæ ad concilian-
dam efficaciam gratiæ, & infallibilitatem præ-
destinationis cum nostro libero arbitrio, inde
potissimum imperunt Moderni Thomistæ post
Illustrissimum Didacum Alvarez inter Præde-
terminatores facile principem: quod ex illa
sequi videatur, possibilem esse metaphisice
eventum, in quo salva libertate nequeat Deus
convertere humanam voluntatem: nam si sin-
gula auxilia moventia ad operandum libere sunt
suapte natura indifferentia, singula possunt in
statu conditionato apparere per scientiam me-
diam inefficacia ad obtinendam conversionem:
si autem singula possunt apparere inefficacia;
possunt omnia: possibilis ergo erit eventus, in
quo Deus in toto cumulo auxiliorum indiffe-
rentium ut coniungantur cum non conversio-
ne, nullum inveniat efficax ad obtinendam con-
versionem; ac deinde, in quo non sit: proxi-
me, & absolute potens convertere voluntatem,
integra manente ipsius libertate: non enim est
Deus simpliciter potens obtinere finem, ubi
nullum habet medium efficax ad illius confe-
cutionem. Quid autem (inquiunt) hac sequela
absurdius? ut enim clamat Augustinus: *Quis
tam impie desipiat, ut dicat, Deum non pos-
se convertere quem voluerit, ubi voluerit,
quando voluerit, & quomodo voluerit?*

2 Hæc est ratio, qua adversarij ad-
bitrantur se triumphum egisse de Societatis
sententia. Verum nostri Doctores huic argu-
mento duplicem adhibent solutionem, & utra-
que solidissimam. Primo: Eximius Doctor Pa-
ter Franciscus Suarez in opusculis, & cum eo

alij non pauci respondent admitcendo possibi-
litate pure metaphisicam illius eventus; &
negando eius absurditatem: tum quia Deus
saltem necessitandò in omni eventu metaphi-
sico potest convertere voluntatem: tum quia
satis superque est, illum eventum esse infini-
tes moraliter repugnantem, ut stultus, & im-
pius foret, qui diceret, Deum non posse con-
vertere libere voluntatem: aliud enim est, Deum
non posse: aliud, possibilem esse pure meta-
phisice eventum, in quo non possit: hoc se-
cundum prudenter asseritur; illud primum stul-
tie, & impie affirmaretur: stulte quidem, quia
stultum est, affirmare existentiam eventus sum-
me repugnantis moraliter, etsi possibilis me-
taphisice: sicut stultissimum foret, asserere,
nullum hominem unquam peccaturum; & impi-
us vero; tum quia Scripturæ clamant, Deum ha-
bere plenissimam potestatem ad flectenda li-
bere hominum corda; & argumenta Societatis
contra Prædeterminatores evincunt hanc po-
tatem non convenire ipsi independentem à
scientiæ mediæ. Vnde in locis illis scripturæ,
in quibus illa potestas exprimitur, virtualiter
est revelatum, Deum defacto per scientiam me-
diam videre infinita auxilia congrua ad con-
versionem liberam voluntatis: tum quia im-
pietas quædam est, sine aliquo fundamento
denegare Deo, quæ sapientes omnes ipsi con-
cedunt.

3 Secundo: idem Eximius Doctor
tomo posthumo de auxilijs, qui est secundus
de gratia, Pater Coinch, Cardinalis Sfortia,
Pater Antonius Perez, & alij multi, quibus
ego disput. præcedenti libenter subscripsi, ar-
bitrantur, illum eventum esse metaphisice im-
possibilem: sicut enim adversarij dicunt, vo-
luntatem creatam propter essentialem subordi-
nationem, quam habet respectu divinæ, essen-
tialiter postulare, prædeterminari à Deo in
omni suo exercitio: ita nos asserimus, propter
eandem subordinationem, essentialiter exigere,

vel per scientiam mediam appareat convertenda sub auxilio *A.* indifferenti, vel appareat sub auxilio *B.* vel sub *E.* vel *D.* vel aliquo alio ex infinitis diversis, & inæqualibus versus maximum: optime enim cohærent hæc duo, nempe voluntatem ab intrinseco esse necessitatam metaphisice, vt appareat in statu conditionato conuenienda sub *A.* vel sub *B.* vel sub *C.* vel sub *D.* & sic de reliquis; & tamen nec esse necessitatam, vt appareat sub *A.* determinate; nec esse necessitatam, vt appareat sub *B.* determinate, & sic de singulis: quemadmodum supposito decreto efficaci aliquid producendi ad extra, Deus est vage necessitatus ad producendam creaturam *A.* vel *B.* vel *C.* vel aliquam aliam; & tamen nec est necessitatus ad producendum *A.* determinate, nec est necessitatus ad producendum *B.* determinate, & sic de singulis. Hoc pacto ex vna parte salvamus perfectissimum Dei dominium ad flexenda libere hominum corda in omni eventu possibili; & ex alia salvamus nostram libertatem: cum enim voluntas nostra nunquam in statu absoluto pulsatur; imo nec pulsari possit cumulo omnium auxiliorum, sed per aliquod determinatum, & cum ipsa non sit necessitata, vt sub illo determinate appareat consentiens; sane cum illo libere operatur.

4 Adversarij autem quamvis optime videantur salvare dominium Dei, neuiquam tamen salvant nostram libertatem; ac proinde nec dominium Dei supra nostras actiones liberas. Et hoc dumtaxat probant testimonia Augusti, ille enim absurditatem eventus, in quo Deus nequeat, convertere libere creaturam voluntatem, non deduxit, ex eo quod semper sit potens prædeterminare ad conversionem liberam, qui modus trahendi est semper vniformis; sed ex eo quod *varijs, & miris modis possit trahere nostram voluntatem vt velit*; sicut ipse loquitur libro 1. contra duas Epistolas Pelagi. cap. 19. *& diuersis, & innumerabilibus modis illam vocare, & mouere*; vt loquitur cap. 5. de correptione, & gratia. Hinc quest. 2. ad Simpl. *Cum alius, inquit, sic, alius autem sic, moueatur ad fidem, eademque res saepe alio modo dicta moueat, & alio modo dicta non moueat, aliusue moueat, alium non moueat, quis audeat dicere, defuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad iã fidem mentem applicaret, in qua Iacob iustificatus est?* Quare si ex mente Augustini repugnat metaphisice eventus, in quo Deus non sit proxime expediens ad mouendam efficaciter voluntatem ad conversionem liberam, ideo est, quia ex mente illius est impossibile, vt intergor tamque varios, & mirros modos, quibus Deus pulsare potest nostram voluntatem, non

appareat aliquis congruus ad consensum liberum exprimendum.

SECTIO SECVNDA.

Resoluitur questio affirmatiue.

5 **N**VNC vt magis exarremus fundamentum Prædeterminantium, magisque commendemus dominium Dei supra creaturam voluntatem, asserimus. Deum cum eodem numero auxilio posse convertere liberè voluntatem, quando voluerit, quomodo voluerit, & vbi voluerit. Sumo auxilium *A.* collatum voluntati in occurso tentationis *A.* pertrahentis à bono honesto, & impellentis ad malum turpe; & sic arguenter: vel Deus videret voluntatem pulsaram auxilio *A.* in occurso talis tentationis convertendam, vel videret non convertendam. Si primum; ergo in auxilio *A.* habet quiddam requiritur, vt obtineat conversionem liberam à voluntate. Si secundum; ergo videret, ob quam rationem voluntas desinet converti sub auxilio *A.* voluntas namque cum sit potentia rationalis de se inclinata in bonum honestum, nunquam deserit bonum honestum, vt deserat, seu nunquam deserit illud, quia honestum, ergo semper deserit ob aliquam determinatam rationem, qua deficiente non deseret, si enim ita desereret bonum honestum ex vi tentationis *A.* graviter impellentis ad malum, vt pariter foret hic & nunc desertura ob ob quamcumque aliam tentationem minorem, & minorem sine termino, desereret præcisè, vt deserat, & convinceretur, de se non habere inclinationem ad bonum honestum.

6 Quod voluntas de se sit inclinata in bonum rationis, patet primo à posteriori, quia alioqui peccatum non esset contra naturam rationalem. Secundo: quia vt Caietanus 1. 2. q. 59. art. 6 ex D. Thoma probat, voluntas non indiget, quantum est ex se, bono superaddito continentia, vt inclinetur in bonum proprium huius virtutis, quia iam supponitur inclinata, sed solū vt resistat insurgentibus passionibus appetitus sensitivi. Tertio à priori, quia finis, ad quem præcipue destinatus est appetitus rationalis, nequit esse alius, quam bonum rationis: Deus ergo videns voluntatem non convertendam sub auxilio *A.* videret non convertendam ob aliquam determinatam rationem boni delectabilis repertam in obiecto turpi, qua deficiente hic & nunc non desereret; nam si non esset desertura ob quamcumque tentationem: ergo non deserit bonum honestum præcisè, quia tentatur: ergo quia tentatur tali tentatione, & cum tali, vel tali vehementia: ergo deficiente illa tentatione, & occurrente alia

longe minori non desereret ob illam bonum honestum: ergo in ipso modo deserendi bonum honestum ex vi tentationis *A.* cognosceret infallibiliter Deus, non fore voluntarem deserturam hic & nunc bonum honestum, si non pulsaretur tentatione *A.* sed alia minori: ergo videret auxilium *A.* quod in occurso tentationis *A.* apparet inefficax ad obrinendam conversionem, fore efficacem, si occurrat sub alia tentatione minori, idque videt in ipso modo deserendi bonum honestum ob tentationem *A.* representato per scientiam mediam: ergo per hoc præcisè, quod in statu absoluto conferat auxilium *A.* sub occurso illius tentationis minoris, & non sub occurso tentationis *A.* vel alterius maioris, infallibiliter obtinebit conversionem: ergo cum solo auxilio *A.* est proxime potens Deus convertere libere voluntatem sub occurso variarum circumstantiarum, vel tentationum; ac proinde est metaphisice impossibilis eventus, in quo Deus non videat, auxilium *A.* fore efficacem ad conversionem liberam voluntatis sub aliqua ex infinitis tentationibus minoribus; & minoribus, sub quibus potest conferri.

7. Nostra hæc ratio duo continet principia, & utrumque indiget probatione. Primum est, voluntatem nostram nunquam posse ita deserere bonum honestum, ut esset ipsum desertura ob quacumque tentationem minorem, & minorem sine termino. Secundum est, hoc ipso quod illud deserat, non præcisè, quia tentatur, sed quia tentatur tali vel tali tentatione, & in tali vel tali gradu, in ipso modo deserendi bonum honestum posse Deum infallibiliter apprehendere, non fuisse deserturam, si loco talis tentationis occurreret alia minor.

8. Ex primo ergo capite potest obijci, nullum esse fundamentum ad atterendum, non posse voluntatem ita deserere bonum honestum propositum per auxilium *A.* ut esset illud desertura ob quacumque aliam tentationem minorem, & minorem ex ijs, quæ relinquunt libertatem physicam ad peccandum: nam ex eo quod voluntas hoc modo deserat bonum honestum nihil sequitur contra naturam ipsius voluntatis: si enim aliquid sequeretur, maxime quod voluntas illa haberet summam adhesionem ad malum: id vero absurdè minime sequitur; sicut enim componitur optime cum inclinatione, quam habet voluntas de se ad bonum, quod sub infinitis tentationibus minoribus, & minoribus retineat potentiam antecedentem illud deserendi, cur pariter cum illa inclinatione non coherbit, quod sub infinitis illis tentationibus videatur illud desertura?

9. Varijs modis potest explicari ra-

tio repugnantia reperta in eo quod voluntas ita deserat bonum honestum, ut esset illud desertura ob quacumque tentationem minorem, & minorem. Dico ergo, illum eventum pugnare cum inclinatione, quam habet de se natura rationalis ad bonum honestum: nam hoc ipso, quod voluntas de se habeat inclinationem ad bonum honestum, impossibile est, ut videatur operatura sub quacumque tentatione minori, & minori contra bonum honestum: nam quo minor est tentatio, eo maior est vis auxilij proponentis bonum honestum. Unde illud auxilium potest coniungi cum aliqua tentatione adeo levi, ut in occurso illius necessiterum moraliter voluntas ad amplectendum bonum honestum, si autem potest coniungi cum aliqua tentatione talis debilitatis, potest coniungi cum infinitis, atque adeo illud auxilium pro infinitis circumstantijs potens est necessiterum moraliter implicare autem contradictionem, ut voluntas videatur desertura bonum honestum pro infinitis circumstantijs, in quorum singulis est necessitata moraliter ad illud non deserendum: quo enim plures sunt circumstantiæ in quibus potest vi illius auxilij apparere necessitata moraliter ad bonum honestum, eo est arithmetice difficilius, non apparere operaturam bonum honestum: ergo ubi sunt illæ circumstantiæ infinitæ, difficultas illa erit infinita; ac proinde insuperabilis à voluntate: quantum enim multitudo infinita superat finitam, tantum necessitas fundata in collectione infinitarum circumstantiarum, quarum singule scorsim necessitam moraliter, superat necessitam fundatam in collectione finitarum circumstantiarum: ergo talis necessitas fundata in collectione infinitarum circumstantiarum est simpliciter infinita; ac proinde metaphisica. Et sane cum nihil violentum sit perpetuum, impletur ut voluntas appareat uniformiter vincens infinitas necessitates morales. Sic quia voluntas demonis est in singulis instantibus necessitata moraliter ad peccandum, impossibile metaphisice videtur, quod per totam æternitatem à parte post vinceret illam inclinationem, & moralem necessitatem, & appareret uniformiter operatura bene per totam æternitatem.

10. Ex his infero quod liber auxilium comparatum cum infinitis tentationibus maioribus, & maioribus sine termino fundare metaphisicam infallibilitatem peccati futuri sub aliqua ex illis tentationibus; quia voluntas, quæ appareret resistens infinitis tentationibus maioribus, & maioribus sine termino; hoc ipso non esset ex se fragilis, sed potius ex se esset confirmata in bono; quod ei repugnat.

11. Dices; hanc formam arguendi esse fallacem; quia quantumvis, quo maior

est multitudo hominum, sit difficilior, totam illam multitudinem uniformiter operari, non sequitur, esse summe seu infinite simpliciter difficile, multitudinem infinitam uniformiter operari, alioqui esset metaphisice necessarium; ut aliqui eorum operarentur bene, & aliqui eorum operarentur male: ac proinde esset metaphisice necessarium, ut infiniti viderentur operantes uniformiter: nam si ex multitudine infinita aliqui operantur bene, & aliqui male: ergo vel male operantes sunt infiniti, vel bene operantes: si enim tam bene operantes, quam male operantes sunt finiti, ex utroque non resultabit multitudo infinita. Ergo iam non est necesse, admittere multitudinem infinitam uniformiter operantem, videlicet, infinitos homines operantes uniformiter cum eisdem omnino auxilijs: nam posito eodem auxilio in infinitis hominibus, vel infiniti operantur bene cum illo, vel infiniti operantur male: ergo iam dantur infiniti uniformiter operantes, sive bene, sive male.

12. Respondeo, esse metaphisice impossibile, seclusa specialissima providentia, quod tota multitudo infinitorum hominum operantium cum eadem indifferentia, & equilibrio conveniat in operando bene, vel conveniat in operando male; sed necessarium est metaphisice, ut si existat multitudo infinita hominum, & illis conferatur eadem indifferentia, & idem equilibrium ad utrumque, alteri operentur bene, & alteri operentur male. Nam quo maior est multitudo, eo difficultas conveniendi in exercitio libero est maior: ergo ubi fuerit infinita multitudo, erit difficultas infinita, ac proinde metaphisica: Vnde ad argumentum respondeo, quod in illa multitudine infinita hominum, vel erunt infiniti male operantes, vel erunt infiniti bene operantes: ceterum infiniti operantes bene intermixti erunt cum plurimis operantibus male: infiniti autem operantes male intermixti erunt cum plurimis operantibus bene. Et sane argumentum aequè probat, non intercedere necessitatem moralem, ut ex infinita multitudine hominum aliqui operentur bene, & aliqui operentur male, seclusa specialissima providentia, quod tamen est contra communem sententiam, & apprehensionem.

13. Dices, Deum per scientiam mediam videre infinitos homines uniformiter operantes cum eisdem auxilijs, licet videat alios infinitos operantes difformiter ab illis, & inter se conformiter: ergo poterit in statu absoluto producere illos infinitos homines, quos videt uniformiter operantes, illosque separare à reliquis, quos videt non

convenire cum illis in operando, quo in eventu darentur infiniti homines uniformiter operantes, videlicet, operantes bene, quin essent intermixti alijs operantibus male. Ergo non est metaphisice impossibile, ut dentur infiniti homines uniformiter operantes, quin ibi interveniant alij operantes male. Inho argumentum in necessitate morali. Deinde respondeo, Deum non posse producere infinitos homines omnimoda conformitate operantes bene cum eisdem auxilijs, nisi viendo speciali industria, & providentia peculiari, separando nimirum vnos ab alijs speciali cura; quare nisi specialiter dirigatur scientia media impossibilis erit casus. Pone, Deum cedere scientia media, & producere infinitos homines, eisque conferre auxilia aequalia tunc erit impossibile metaphisice, quod illi omnes sic producti convenirent in operando bene.

14. Adversarij videntes hoc argumento negabunt, fundari necessitatem moralem in illa multitudine, quia hac necessitate admitta evidenter instatur totum argumentum. Verum hanc necessitatem negari non posse, satis ostendi, & sane si non daretur aliqua necessitas fundata in ipsis rebus, non posset dari ratio, cur semper ita contingat, quod homines difformiter operentur, alijs peccantibus, alijs bene operantibus, nec enim hoc revocari potest in Dei decretum: alioqui Deus de industria seligeret auxilia in congrua aliquibus, quia intenderet perse difformitatem in operando resultantem eo quod alij bene, alij male operentur. Sed de hoc copiose egi supra.

15. Confirmatur, & urgetur ratio: nam auxilium *A.* comparatum cum infinitis tentationibus minoribus, & minoribus versus minimum aequale infinitis auxilijs maioribus, & maioribus versus maximum; nam quo minor est tentatio, eo maior est vis auxiliij impellens voluntatem ad bonum. Vnde si auxilium conferretur sine occurso alicuius tentationis terrahentis à bono voluntas necessario operaretur, ut aliunde suppono. At voluntas est essentialiter determinata, ut appareat in statu conditionatu consentiens alicui ex infinitis auxilijs maioribus, & maioribus sine termino: ergo est essentialiter determinata, ut appareat consentiens auxilio *A.* Quod aliqua ex infinitis tentationibus minoribus, & minoribus sine termino. Probatur minor, quia voluntas, quae apparet resistens infinitis auxilijs maioribus, & maioribus sine termino, & sequens malum sub omni tentatione minori, & minori sine fine, ex se esset moraliter necessitata ad deferendum bonum honestum, & sequendum bonum iurpe: nam ille infinita

uniformitas in deserendo bonum honestum, & amplectendo bonum turpe, hoc evincit. Sicut quod voluntas aliqua videatur per totam æternitatem à parte post deseruita Bonum honestum, est argumentum moralis necessitatis; ut patet in demonibus. At implicat, ut voluntas, quæ ex se est ordinata ad bonum rationis, sit ex se moraliter necessitata ad illud deserendum: ergo, &c.

16 Confirmatur: nam voluntas, quæ sub omni auxilio retrahente, & ob quamlibet tentationem minorem, & minorem desereret bonum honestum, certe non discederet à bono honesto ob tentationem impellentem: si quidem infinite plus inclinaretur per auxilia ad bonum honestum: ergo desereret ob proprium genium, & indolem: ergo haberet ex se indolem illam inclinantem ad deserendum bonum honestum; quod repugnat.

17 Hinc quia eadem tentatio sub infinitis auxilijs minoribus, & minoribus sine termino æquivaleret infinitis tentationibus maioribus, & maioribus; eodem modo probatur, voluntatem essentialiter esse determinatam ob suam fragilitatem ad succumbendum tentationi *A.* sub aliquo ex infinitis auxilijs minoribus, & minoribus sine termino: sicut est essentialiter determinata, ut appareat succumbens alicui ex infinitis tentationibus maioribus, & maioribus sine termino (si semel iste progressus possibilis sit; quod ego alibi nego, asserens esse metaphisice necessarium, ut voluntas appareat bene operans in statu conditionato, non tamen esse metaphisice necessarium, ut appareat male operans) nam voluntas quæ apparet resistens uniformiter omnibus tentationibus maioribus, & maioribus sine termino, non esset ex se fragilis, sed potius ex se esset confirmata in bono.

18 Hinc à priori nostra conclusio probatur: voluntas creata duo habet, nimirum & habere ex se inclinationem ad bonum honestum, esseque ad illud inclinatum; & esse ex se fragilem, & defectibilem. Omnis autem actio debet sapere naturam sui principij; & illam explicare: ergo omnis actio libere elicita à nostra voluntate, eius naturam explicare debet; dum ergo rectè operatur duo explicat nostra voluntas, directe inclinationem ad bonum, indirecte suam fragilitatem; similiter dicitur peccat voluntas duo explicat, directe suam fragilitatem; quia succumbit tentationi; indirecte suam inclinationem ad bonum, quia ita succumbit, ut non succubuisse, si tentatio esset minor; sum enim ipsa sit ordinata ad bonum virtutis, adhuc dum peccat, explicat illam inclinationem quodammodo, quia peccat cum aliqua reverentia virtutis, non illam pro-

fus contemnendo, sed ita ut in ipso modo ad hærendi bono turpi significet, se finire ab illo hic & nunc trahi in actu secundo, quia movet cum tanta efficacia, fore tamen, ut non finiret se moveri ab illo, si esset propositum minori cum efficacia. Et in hoc sensu explicari potest, quod dixit D. Thom. in 2. dist. 42. q. 2. art. 9. ad 2. nempe; *in quolibet peccato esse aliquam virtutis, & peccatum habere aliquam per mixtionem ad virtutem.* Et quod in omni peccato explicet voluntas aliquo pacto inclinationem ad bonum rationis, probatur ex cõmuni proloquio Theologorum; *quod omnis peccans est ignorans: in omni enim peccato necessario datur aliqua ignorantia saltem negativa; quia non peccaret, si loco huius cognitionis haberet aliam cognitionem vividiorè de bono virtutis: ut enim inquit Cardinalis Sforzia 1. 2. disp. 6. quæst. 1. art. 6. num. 13. cum scientia possibilis de turpitudine peccati sit syncretice infinita propter infinitatem bonitatis divinæ, semper est verum, quod hic homo cum aliqua cognitione de malitia peccati, quam cognitionem re ipsa non habet; non peccaret, & quamvis posset peccare etiam cù illa cognitione; implicat tamen, quod videretur peccaturus cum quacumque cognitione possibili. Itaque in omni peccante ex terminis arguitur aliqua ignorantia; nulla autem alia esse potest, nisi quam exposuimus.*

19 Sed objicies ad probandum non posse Deum in præsentia actu bono nostræ voluntatis cognoscere, quod ipsa esset peccatura sub aliquo auxilio minori, nec posse electionem rectam habere illam connexionem cum electione prava futura, si loco huius tentationis occurrisset alia maior: nam si electio bona habet hanc connexionem: ergo Angelus qui antecedenter ad operandum comprehendit illam electionem, amat illam connexionem cum eo, quod ipse esset peccaturus sub conditione, quod occurrisset hic & nunc maior tentatio. Respondeo; Angelum amantem suam electionem, & cognoscẽtem omnia illius prædicata, hoc ipso amare illam connexionem conditionatam cum peccato; non tamen amare peccatum, seu terminum illius connexionis; quia hæc est connexio pure speculativa, & cõcomitans cum eo, quod voluntas hic & nunc peccavisset, si loco huius tentationis parva pulsata fuisset alia maiori: siquidem hæc connexio nunquam potest influere in conditionatum, siquidem non potest coexistere cum positione conditionis; estque connexio cù aliquo, quod fuisset sub conditione, quod ipsa non existeret, non cù aliquo, quod erit sub conditione, cum qua talis connexio possit coexistere, nõ est autem necesse, ut qui amat connexionem

speculativam cum aliquo termino, & merè concomitantem, amet terminum, ut patet in Deo amante scientiam visionis de peccato, & poenitentiam illius, quin amet peccatum: & patet, quia Deus iuxta omnes potest producere revelationem, per quam affirmet, voluntatem, quæ hic & nunc recte operatur, nunc fuisse pravè operaturam; si loco huius tentationis pulsata fuisset quadam alia longe maiori: in hoc autè eventu Deus amat connexionem conditionatam cum peccato, nempe revelationem: & tamen amare illam connexionem, non est amare conditionate peccatum. Similiter dum Deus speciali decreto confert auxilium, præcisè quia est efficax; illudque decretum amat; amat per ipsum mer connexionem cum eo, quod hic & nunc absolute nõ fuisset collatum auxilium, si videretur inefficax; & tamen non amat conditionate terminum illius connexionis per tale decretum: nam tum decretum illud essentialiter supponat scientiam de efficacia auxilij, si amaret non existentiam illius auxilij sub conditione, quod non existeret talis scientia, amaret sub conditione, quod non existeret ipsum mer, quod tamen repugnat. Ut ergo ex amore connexionis conditionatæ inferatur amor termini, debet illa connexio nõ esse speculativa, sed practica, & antecedens.

SECTIO TERTIA.

Solvuntur obiectiones contra nostram rationem.

DICES primo: ex eo quod voluntas nostra inclinatur ex aliquo motivo determinato ad deferendum hic & nunc bonum honestum, nõ sequi, quod deficiente illo motivo, & succedente alio minori in ipsius locum, hic & nunc non desereret: hæc enim inter se optime cohererent, nimirum & quod deserat ob hoc motivum, & quod esset deseritura ob aliud minus. Respondeo, si hoc motivum *A.* verbi gratia, non obtinuit hic & nunc assensum præcisè secundum rationem, qua differt ab alio motivo minori, verbi gratia, *B.* sed insuper ob aliam rationem communem quoque motivo *B.* optime illa duo coherere: secus vero si motivum *A.* hic & nunc obtinuit assensum præcisè secundum rationem, qua differt à motivo *B.* minori. Itaque asserimus, quoties voluntas moveatur in actu secundo ad aliquid eligendum, semper aliqua ratio est conditio, sine qua hic, & nunc non eligeret simpliciter & absolute, quamvis posset; sicut enim dum voluntas eligit, quia moveatur à tali motivo cum energia ut quatuor verbi gratia, in ip-

so modo eligendi explicat, se hic & nunc electuram similiter fuisse tale obiectum, si moveretur reliquis paribus cum energia ut quinque, pariter explicare debet, se non fuisse hic & nunc electuram, si moveretur cum energia ut tria.

21 Sed rogabis, an dum voluntas eligit aliquid obiectum ob motivum unum taliter propositum, in ipso modo eligendæ ob illud motivum explicet, se hic & nunc fuisse similiter electuram ob aliud motivum propositum cum simili, vel maiori energia, & efficacia, verbi gratia, dum eligit observationem præcepti ob præmium gloriæ propositum cum efficacia ut quatuor, an explicet, se fuisse similiter observaturam præceptum ob motivum poenarum inferni propositum cum energia ut quatuor, vel quinque? Respondeo, id contingere posse: quia attenda complexione, & indole subiecti, eiusque dispositionibus, potest fieri, ut respectu illius perinde sit ad exprimendam hic & nunc observationem præcepti spes mercedis, ac timor supplicij; unde potest ita moveri ab spe gloriæ, ut tamen ratio formalis obtinendi assensum non tam sit differentia specifica illius motivi ab altero; quam ratio quadam communis utriusque; non tamen est necessarium, ut ita contingat, sed possunt optime hæc duo coherere; nempe quod voluntas hic & nunc moveatur ad observationem præcepti, quia merces gloriæ proponitur cum energia ut quatuor, & tamen quod non moveretur hic & nunc, si loco huius motivi propositum fuisset motivum poenarum cum æquali, imo cum maiori energia.

22 Ad nostram autem conclusionem tuendam satis est, quod hoc motivum nequeat hic & nunc obtinere consensum sub his circumstantijs; quin in ipso modo assentiendi tali motivo cognoscat infallibiliter Deus, quid faceret ex vi eiusdem motivi voluntas sub alijs circumstantijs magis inclinâribus, vel sub alijs minus impellentibus: similiter non posse Deum videre, hoc motivum hic & nunc fore inefficax sub talibus circumstantijs, quin videat fore efficax sub alijs minus retardantibus eius impulsu.

23 Notandum vero est, ex eo quod idem motivum possit sub vnis circumstantijs obtinere consensum, & non sub alijs (v. g. motivum bonitatis divinæ, quod potest efficaciter movere ad observationem præcepti, quando illa non est nimis ardua; secus vero, quando est nimis ardua) nihil contra nos deduci; aliud enim est, quod propter ingruentem difficultatem retardetur quis ab eliciendo actu, quem aliàs eliceret, si illa difficultas non ingrueret; aliud, quod hic & nunc eliciatur actum

actum ob motum in conspectu talis difficultatis v. g. vt duo, & quod non esset illum eliciturus ob illud motum, seu in vi illius motivi in conspectu alterius difficultatis. Dicimus itaque in ipso modo acquiescendi motivo inclinanti ad actum, voluntatem explicare non solum, quid faceret, si illud motum propositum fuisset vividius, sed quid faceret, si esset propositum minus vivide, & cum tali vel tali remissione: dicimus ergo idem motum posse esse indifferens, vt pro varietate circumstantiarum retardantium, vel impellentium re ipsa desinat obtinere consensum, vel illum obtineat. Ceterum asserimus, hoc ipso, quod aliquod motum re ipsa obtineat consensum sub talibus, vel talibus circumstantiis, in ipso modo assentiendi tali motivo posse Deum infallibiliter deprehendere, quod non obtinisset consensum sub alijs circumstantiis minoribus.

24 Dices; ex eo quod Deus videat, voluntatem consentire tali motivo in instanti *A.* non sequitur, quod videat illam similiter consenturam eidem motivo eodem modo propositum in instanti *B.* imo efficacius propositum: ergo pariter ex eo quod Deus videat voluntatem consenturam tali motivo in instanti *A.* taliter, vel taliter propositum, non sequitur, quod voluntas hic & nunc non consentiret tali motivo, si remissius moveret, vel si propositum esset cum minori efficacia in actu primo. Nego consequentiam; nam voluntatem consentire in instanti *A.* ob hanc rationem, & ob eandem non consentire in *B.* seu non esse consenturam in *B.* non opponitur: At voluntatem consentire in instanti *A.* ob hanc rationem, quia proposita est cum efficacia vt quatuor v. g. & non fuisse consenturam ob eadem si fuisset proposita cum efficacia vt quinque, est penitus impossibile. Rursus consentire ob hanc rationem, præcisè quia proposita est cum efficacia vt quatuor, & similiter consenturam fuisse, quamvis proposita fuisset cum efficacia vt vnum, est etiam implicitorium. Quare voluntas existens in duobus instantibus est æquivalenter multiplex in ordine ad non explicandum in vno instanti id quod faceret in alio: existens vero in vno non est æquivalenter multiplex, &c.

25 Hic etiam advertendum est ad veritatem nostræ rationis non requiri, quod in præsentis consensu voluntatis possit Deus infallibiliter cognoscere, quid fecisset hic & nunc voluntas sub alio motivo, quo non est pulsata, dum consentit cum motivo *A.* sed quid fecisset sub motivo *A.* casu quo illud fuisset propositum cum maiori efficacia, vel cum minori. Et ratio est; quia voluntas solum approbat, vel reprobat

motum illud, quo defacto pulsata est; non autem rem illud, quo defacto non est pulsata. Vnde ex eo quod dissentiat motivo timoris, non sequitur, quod dissentiret motivo amoris. At Deus, qui simul cognoscit omnia motiva, quibus potest duci ad aliquid decretandum, in ipso exercitio operandi vñice ob aliquod motum; v. g. in ipso exercitio mittendi Christum vñice ob redemptionem generis humani, potest infallibiliter deprehendere, se hic & nunc non fuisse decreturum illud obiectum materiale ob aliud motum deficiente isto, ob quod vñice motus est defacto, & ideo si semel Deus decrevit incarnationem vñice ob motum redimendi genus humanum à peccato originali, in ipso decreto debet cognoscere, se non fuisse decreturum incarnationem ob aliud motum, casu quo defuisset istud. Nostra ratio inde à nobis confirmatur; quia si voluntas hic & nunc desereret bonum honestum propositum per auxilium *A.* vt illud esset desertura ob istud bonum sub quacumque tentatione minori, & minori argueretur adhesionem illam voluntatis ad bonum turpe esse summam in actu secundo, & voluntatem ferri summo conatu in illud bonum turpe: nam adhesio in actu secundo, quæ fundat veritatem illam conditionalem, quod voluntas non desereret hic & nunc illud bonum turpe, quantumvis magis, ac magis vrgereus ad prosecutionem boni honesti oppositi, videtur esse summa adhesio, sicut quando intellectus ita adhæret alicui conclusioni, vt nulla ratione in oppositum, ab illa dimoveri valeat; adhesio illa est summa, quia in ratione adhesionis non potest crescere.

26 Dices, illam adhesionem ad bonum turpe propositum per tentationem *A.* non esse summam; quia adhæret bono turpi propositum per tentationem *A.* eo quod bonum honestum languide propositum est, non adhesura, si bonum honestum oppositum esset propositum cum magna energia, & efficacitate in actu primo. Sed contra, quia quando voluntas ita adhæret bono turpi propositum per tentationem *A.* intentionem vt quatuor v. g. vt esset eidem bono adhesura, quantumvis esset propositum per tentationem minorem, & minorem sine termino; sane ita adhæret, vt quantumvis bonum honestum oppositum esset propositum vividissime, & efficacissime, ei non adhæret; etenim bonum honestum, sicut eo vehementius movet, quo eius propositio intensior, & efficacior est, quamvis tentatio sit semper eadem, nec decrescat; ita eo vehementius movet, quo tentatio minor est, quamvis eius boni cognitio, & propositio sit semper eadem: quare eandem vim habet auxilium vt quatuor comparatum cum tentatione minori, & minori

sine termino, quam auxilium maius, & maius sine termino comparatum cum tentatione ut quatuor: ergo voluntas ita deserens bonum honestum propositum per auxilium ut quatuor in vi tentationis ut quatuor, ut illud esset desertura in vi cuiuscumque tentationis minoris, & minoris sine termino; profecto in vi tentationis ut quatuor ita illud deseret, ut perseverante eadem tentatione ut quatuor, esset illud desertura, quatinvis auxilium esset maius, & maius sine termino; eadem enim est proportio tentationis ut quatuor ad auxilium maius, ac maius sine termino, ac auxilij ut quatuor ad minorem, & minorem tentationem sine fine; sicut enim vis motiva auxilij ut quatuor crescit magis ac magis, decrescendo tentatione opposita magis ac magis; quo enim tentatio est minor, magis mover auxilium (siquidem ubi tentatio est nulla, necessitat) ita tentatio ut quatuor decrescit, crescenti magis auxilio. Unde perinde est comparare voluntatem cum auxilio ut quatuor, & tentatione minori, & minore sine termino, ac illam comparare cum tentatione ut quatuor, & auxilio maiori, & maiori sine termino.

17 Dices secundo; adhesionem ad aliquam conclusionem non fore summam, nisi intellectus ita illi adhaereat, ut ob nullam rationem, nullumve motivum, vel medium adductum ad probandum contrarium possit ab illa dimoveri: ergo pariter non erit summa adhesio voluntatis ad bonum turpe, nisi ita illi adhaereat, ut ob nullum motivum oppositum, nullumve auxilium dimovenda foret ab amore boni turpis. At in nostro casu non ita res se haberet; nam voluntas solum desereret bonum honestum propositum per auxilium *A.* ita ut in sensu composito auxilij *A.* esset illud desertura ob quamcumque tentationem minorem, & minorem sine termino, non tamen ita ut in sensu composito cuiusque alterius auxilij proponemus aliud motivum ad compleendum bonum honestum esset illud desertura: ergo quatinvis convinceretur, voluntatem nostram amplecti bonum turpe cum summa adhesionem, si nullum appareret auxilium efficax in tota collectione ad illam dimovendam à bono turpi, non tamen sequitur hoc absurdum, ex eo quod auxilium *A.* verbi gratia in nulla circumstantia appareat efficax ad dimovendam voluntatem à bono turpi.

18 Respondeo primo; non minus implicare, quod voluntas deserat bonum honestum, quatenus propositum per auxilium *A.* per summam adhesionem ad bonum turpe; quam quod deserat bonum honestum absolute per summam adhesionem ad malum; nam voluntas nostra ut cognoscens

bonum honestum per auxilium *A.* habet inclinationem ad illud: implicat autem, ut ab inclinatione ad bonum honestum oriatur summa adhesio ad bonum turpe. Respondeo secundo: ex eo quod voluntas ita deserat bonum honestum propositum per auxilium *A.* ob quamcumque tentationem minorem, & minorem sine termino, recte argui, quod in vi tentationis alicuius determinatae; verbi gratia; tentationis *A.* possit ita deserere bonum honestum, ut illud esset desertura sub quocumque auxilio occurrenti cum tentatione *A.* non enim minus difficile apparet, quod voluntas vincat impulsu auxilij *A.* sub infinitis occasionibus necessitantibus moraliter; quam quod in vi alicuius tentationis determinatae appareat vincens infinita auxilia diversa inclinancia diversimode ad vincendam illam tentationem.

19 Dices tertio; nullam implicationem esse in eo, quod voluntas summa adhesionem amplectatur bonum turpe: sicut nulla est implicatio in eo quod intellectus summa adhesionem assentiat alicui conclusioni. Respondeo, sicut est impossibile, ut intellectus adhaereat falso summa adhesionem, ita impossibile est, ut voluntas adhaereat bono turpi, & apparenti summa adhesionem. Dices: ergo saltem bono honesto poterit adhaerere summa adhesionem voluntas; sicut potest intellectus adhaerere veritati. Respondeo posse adhaerere bono honesto infinito, secus bono honesto finito: nam omne bonum honestum finitum comparatur veritati probabili, seu non apparenti cum evidentia ex apprehensione terminorum. Unde sicut repugnat, ut intellectus adhaereat summa adhesionem veritati probabili, ita repugnat, ut adhaereat voluntas summa adhesionem bonitati finita, saltem ubi proponitur cum aliqua indifferentia. Dixi saltem, nam etsi daremus, voluntatem ferri summa adhesionem ad bonum, quando illud amplectitur necessario, quia nihil datur retrahens ab eius amore; non posset ferri summa adhesionem in illud, quando proponitur cum aliqua indifferentia, sicut intellectus nequit ferri summa adhesionem in aliquam conclusionem, quando adest aliqua ratio ut cumque sufficiens ad dissentendum; nisi forsam interveniat fides, quae facit, ut intellectus summa adhesionem amplectatur obiecta obscura. Absolute vero repugnat, ut aliquod bonum finitum voluntas amplectatur cum summa adhesionem: nam ita illud amplectitur necessario, quod si adesset cognitio vehementissime inclinans ad oppositum, non amplecteretur; necessitas namque illius amoris non oritur ex meritis obiecti, sed ex defectu

cognitionis repræsentantis bonum turpe delectabile.

20 Dices quarto: quamvis ita intellectus assentiat alicui veritati evidenter propositæ, ut ob nullam rationem dimoveri possit ab illius assensu: non sequitur, ferri summo conatu in illam veritatem: ergo pariter quamvis ita voluntas amplecteretur bonum turpe, ut in omni eventu esset illud amplexura in hoc instanti, quamvis magis, ac magis urgeretur ad bonum honestum, non propterea sequitur, illum conatum fore summum. Concesso antecedenti, nego consequentiam: nam illa conditionalis in intellectu evidenter cognoscere non est necesse, quod fundetur in conatu ipsius potentia, sed fundatur in meritis obiecti propositi evidenter per apprehensiones prævias ad assensum. At in voluntate amplectente bonum turpe nequit fundari in meritis obiecti, utpote quod non rapit ex se voluntatem ad sui amorem: ergo debet fundari in ipso conatu voluntatis: si ergo voluntas ita amplectitur bonum turpe, ut illud esset amplexura, quamvis fortius, & fortius impelleretur ad bonum honestum: sequitur illud amplecti summo conatu sibi possibili.

SECTIO QUARTA.

Soluntur alia obiectiones.

31 **O**bjicies ulterius, Deum in determinatione præsentis nostræ voluntatis non posse infallibiliter scire, quid fecisset hic & nunc nostra voluntas sub alijs circumstantijs: ergo ex eo quod Deus per scientiam mediam cognoscat, voluntatem nostram restitutam auxilio *A.* si eo pulsetur in occursum talis tentationis, non sequitur, quod in hac resistentiæ prævisa per scientiam mediam possit infallibiliter cognoscere, quod non esset restituta, si illud auxilium hic & nunc daretur in occursum alterius tentationis minoris. Consequentia est legitima. Probatur antecedens: nam Deus in determinatione præsentis suæ voluntatis nequit cognoscere, quid ipse esset decreturus casu quo deficerent circumstantiæ illæ à quibus præsens eius determinatio libera dependet: ergo multo minus poterit scire, quid esset volitura nostra voluntas hic & nunc, si deficerent illæ circumstantiæ, à quibus præsens eius determinatio essentialiter dependet. Probat antecedens: nam dum Theologi disputant, an si Adamus non peccaret, Christus veniret, questionem instituunt ex vi præsentis decreti, quasi inquirerent, an vi præsentis decreti, quo præfixa est incarnatio, Christus non veniret, Adamo non peccante: dicunt

que, questionem in alio sensu esse inutilem: si inquiratur, an si Adamus non peccasset, Christus existisset vi alterius decreti, seu an tunc haberet Deus decretum mittendi Christum, nihil potest responderi in alteram partem. Audiamus P. Vazquez r. i. in 3. p. disp. 10. n. 4. ubi ait, controversiam non esse inter Theologos, an si Adamus non peccasset, habuisset Deus voluntatem aliam circa incarnationem: *nam de voluntate, quam Deus non habuit, sed in tali, vel tali casu habuisset, non licet (inquit) disputare. Unde enim alicui innotescere potest* Idemque docet P. Suárez. 3. p. q. 1. in comentario articuli tertij, & P. Valenti tom. 4. disp. 1. quest. 1. punct. 7. ubi distinguit duplicem illius questionis sensum. Primus est, an Christus venisset vi præsentis decreti. Secundus, an venisset vi alterius, id est, an si Adamus non peccasset, habuisset Deus aliud decretum mittendi Christum: aitque, hancque questionem in hoc secundo sensu nullam fere utilitatem habere, nullamque moralium prudenti, atque probabili cogitatione id assequi posse: ergo nequit Deus in decreto suo voluntatis nunc existenti scire, an ipse habuisset aliud decretum circa finem eundem, casu quo non existerent circumstantiæ à quibus dependet decretum præsens.

32 **R**espondeo, Deum in determinatione præsentis suæ voluntatis dignoscere posse, quid ipse esset decreturus, deficiente aliqua circumstantia, vel fine, dependenter à quo defacto aliquid præfixit. Sic in decreto, quo defacto dat auxilium, quia efficax, cognoscit se non collaturum fuisse illud auxilium, si videret inefficax: nam ex communi sententia nostrorum sæpe Deus ita dat auxilium, ut non esset collaturus, si videret inefficax: & hic modus dandi identificatur virtualiter cum decreto collativo (non dico cum decreto immediate exequenti) auxilij: ergo in modo tendendi talis decreti cognoscit Deus, se non collaturum fuisse hic & nunc illud auxilium. Quod hic modus dandi identificatur virtualiter cum illo decreto, suadetur: nam hoc, quod est, Deum ita dare auxilium, ut non esset collaturus, si videret inefficax, est aliqua specialis benevolentia, quam exercet erga hominem, cui confert auxilium, & specialis affectus erga rectam operationem; quæ specialis benevolentia identificari debet virtualiter cum aliquo exercitio divinæ libertatis, non est autem aliud exercitium, cum quo identificetur, nisi decretum, quo Deus vnice motus ab efficacia auxilij illud decernit. Rursus in ipso decreto negandi auxilium incongruum aliquibus hominibus cognoscit Deus infallibiliter, se non fuisse negaturum, si illud auxilium apparuisset congruum per scientiam mediam:

negat enim præcisè, quia in cõgruũ, & in hoc ostendit specialem benevolentiam erga hominẽ iuxta illud Augustini pronũtiatũ: *male vsurus eo, quod vult accipere, Deo miserante non accipit.* Aliquãdo enim ita Deus subtrahit auxiliũ quod videt incongruũ, vt esset eodẽ modo subtrahendus, si videret congruũ: Ille autem prior modus subtrahendi est specialis benevolentia erga hominẽ, cui denegatur illud auxiliũ: ergo in modo speciali tendendi sui decreti potest Deus cognoscere, quid ipse esset in alio eventu decreturus.

33 Iam ad id, quod adducitur ad oppositum suadendũ, dico, Deum in ipso decreto mittendi Christum cognoscere posse, an esset venturus Christus, Adamo non peccante, id quod non obscure mihi videtur docuisse, Sanctus Thomas 3. p. 2. q. 1. arti. 3. in corpore, vbi hæc habet: *Cum in Scriptura Sacra vbi que incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignetur, convenientius dicitur incarnationis opus ordinatum esse à Deo in remedium contra peccatum, ita quod peccato nõ existente incarnatio non fuisset: quamvis potentia Dei ad hoc non limitetur; potuisset enim etiam peccato non existente Deus incarnari.* Et D. Thomas affirmat, Deum ita ordinasse incarnationem in remedium peccati, vt Adamo non peccante, Christus absolute nõ veniret: non enim asserit, quod in illo eventu non veniret ex vi præsentis decreti, sed quod non venisset simpliciter, quamvis posset: ergo ex eo quod defacto venisset Christus in remedium peccati, colligit Div. Thomas absolute non venturum; idemque videntur sentire plures Ecclesiæ Patres, qui in hac controversia, vt inquit Pater Vazquez vbi supra num. 1. in hæsitanter decernere non dubitarunt, quid, si Adamus non peccasset, de mysterio Incarnationis futurum fuisset: nam si loquerentur de adventu, vel non adventu cum limitatione, & cum hoc additõ diminueret ex vi præsentis decreti, falsò absolute pronũtialent, Christum venturum non fuisse, Adamo non peccante: quare quamvis Recentiores Theologi dicant quæstionem illam: *An Christus veniret Adamo non peccante?* intelligendam esse de adventu ex vi præsentis decreti; nihilominus nos cum Divo Thoma atermus, intelligi posse de adventu simpliciter, & absolute, sive ex vi huius decreti, sive ex vi alterius.

34 Sed age demus adversarijs, quæstionem illam non disceptari à Theologis nisi cum illa limitatione, an scilicet veniret ex vi præsentis decreti: an propterea cogimur dicere, Deum non posse in præsentis determinatione causæ liberè infallibiliter cognoscere, quid ipse hic & determinasset sub alijs cir-

cumstantijs? minime gentium. Dico ergo propterea nos non posse decernere, an absolute veniret Christus Adamo non peccante, quia licet ex scripturis, & Patribus satis superque colligamus illum venisse de facto in remedium peccati, ignoramus tamen, an simul cum hoc motivo concurrerit defacto aliud motivum independentens à peccato, quod ita defacto amaverit, vt vi illius misisset Christum, quamvis Adamus non peccasset: item; quia ignoramus, an ita defacto Deus executus fuerit incarnationem dependentem à peccato, vt decretum ipsum intentivum incarnationis essentialiter ex se connexum sit cum peccato; an potius ita executus sit incarnationem in remedium peccati, vt tamen decretum intentivum non respiciat determinate finem redemptionis. Quod si sciremus, remedium peccati fuisse vnicum motivum intendendi Christum, nobis tunc liceret colligere, absolute Christum non venturum, Adamo non peccante. Vnde quia Divus Thomas arbitratus est, hoc fuisse motivum adequatum incarnationis, quandoquidẽ aliud in scripturis non exprimitur; ideo absolute pronũtiavit, Christum non venturum Adamo non peccante. At quamvis nos ignoremus. Deus tamen, qui comprehensive penetrat sua decreta, & modum tendendi illorum, optime in decreto mittendi Christum defacto habito cognoscere potest, an fuisset misurus Christum, si Adamus non peccasset: ergo similiter in nostro casu optime potest in determinatione libera nostræ voluntatis cognoscere infallibiliter, quid esset electura voluntas hic & nũc sub alijs circumstantijs.

35 Sed insurges denuo: quamvis decretum intentivum respiciat pro vnicò motivo redemptionem generis humani à peccato, non potest Deus in illo infallibiliter cognoscere, quod non esset Christus venturus absolute, Adamo nõ peccante: ergo pariter in nostro casu non poterit Deus in determinatione præsentis nostræ voluntatis infallibiliter cognoscere, quid ipsa esset voluntas hic & nunc sub alijs circumstantijs, & deficiente illo motivo, quo defacto allecia est, atque succedente loco illius alio minori. Antecedens probatur, quia non videtur, quo pacto decretum respiciens pro motivo vnicò redemptionem generis humani habere possit connexionem cum eo, quod non peccante Adamo, simpliciter Christus non veniret. Responderi poterit, decretum illud non habere hanc connexionem, sive non suadare illam veritatem conditionatam ex eo quod respiciat pro motivo redemptionem, sed quia ex suo peculiari modo tendendi supponit, Deum hic & nunc non motum fuisse aliunde, quam ab honestate redemptionis ad mittendũ Christum.

stum : nam hoc ipso , quod Deus per illud decretum explicauerit , se vnice motum fuisse à bono redemptionis ad mittendum Christum , nequit cum illo decreto componi scientia , qua Deus affirmet ; *Veniret Christus , quamuis non esset redimendum genus humanum.*

36 Sed de hoc ipso vrget dubitatio , nam quod illud decretum excludat alia motiva , & supponat , Deum non aliunde , quam à bono redemptionis inductum fuisse ad producendum Christum ; probat quidem , quod in sensu composito illius decreti non potuerit Christus venire ex alio motivo , casu quo defuisset hoc motivum , seu istud decretum innitens huic motivo. Respondeo , aliquod motivum posse esse conditionem , sine qua non moveretur Divina voluntas ad aliquid decernendum , quamvis posset moveri : hæc enim duo recte cohærent , nempe quod voluntas hic & nunc non faceret aliquid , si defuisset talis , vel talis circumstantia , & tamen quod posset hic & nunc , facere illud sine talibus circumstantiis. Quod si semel aliquod motivum , vel aliqua circumstantia potest esse conditio sine qua Divina voluntas non decerneret tale obiectum , sane modus ipse decernendi tale obiectum ob illud motivum , illam ve circumstantiam , explicare debet , hoc ipsum , & esse fundamentum talis veritatis conditionatæ ; seu scientiæ affirmantis , voluntatem non decreturam fuisse tale obiectum , si defuisset tale motivum , talis ve circumstantia. Et hoc pacto dicimus , modum tendendi illius decreti , quo Deus decerneret incarnationem vnice ob motivum redemptionis , sufficienter explicare , peccatum Adami fuisse conditionem , sine qua Deus non decerneret incarnationem , quamvis posset. Vnde nõ solum tale decretum est impossibile cum existentia alterius decreti decernentis incarnationem ob aliud motivum , sed etiam est impossibile cum scientia conditionata affirmante incarnationem exituram ex vi alterius decreti , casu quo Adamus non peccaret ; quem admodum decretum præsumens existentiam auxilij vnice ob eius efficaciam , seu quia est efficax , non solum est impossibile cum decreto alio decernente idem auxilium ob aliud motivum , sed etiam cum scientia affirmante , conferendum fuisse illud auxilium , quamvis videretur inefficax : quare sicut hæc duo sunt inter se connexa : *Auxilium confertur vnice , quia est efficax : ergo non erat conferendum , si videretur inefficax ;* similiter sunt connexa hæc duo : *Christus mittitur vnice in remedium peccati , seu propter redemptionem generis humani : ergo non erat mittendus , si non daretur peccatum , in cuius remedium veniret.* Ratio autem videtur esse ; nam dum

Deus ita confert auxilium , vt esset collaturus ipsum , quamvis videret inefficax , hoc ipso evincitur , in ipso cõferendo respicere ad aliud motivum præter quam ad efficaciam auxilij : ergo dum in ipso conferendo respicit vnice ad efficaciam auxilij , e contrario sequitur , non fuisse absolute collaturum , si vidisset inefficax : pariter ergo in nostro casu dum Deus ita mittit filium suum , vt esset missurus illum , quamvis Adamus non peccasset , evincitur , non respicere in mittendo filio vnice ad remedium peccati , & e contra dum in illo mittendo vnice respicit ad motivum redemptionis , sequitur non fuisse absolute missurum , si mundus non esset redimendus.

37 Dices ; ex eo quod Deus confertur auxilium vnice quia est efficax , solum sequi , quod deficiente efficacia non esset collaturus illud per hoc decretum ; non autem quod non esset collaturus absolute : ergo pariter in nostro casu. Sed contra : nam quamvis Deus nõ cõferret auxilium efficax vnice ob efficaciam , sed ob efficaciam , & aliud motivum , adhuc esset verum , quod deficiente efficacia non esset collaturus per tale decretum : ergo dum confert vnice ob efficaciam , aliquid amplius sequitur , nempe quod simpliciter , & absolute non esset collaturus , si non daretur talis efficacia.

38 Ratio à priori nostræ assertio- nis desumenda est ex natura voluntatis , quæ in modo aliquid volendi propter tale , vel tale motivum explicare debet , an esset , vel non esset absolute volitura tale obiectum , deficiente tali motivo ; alioqui in modo assentiendi alicui obiecto , quia eius honestas proponitur eum intentione vt quatuor , non explicaret , se assensuram fuisse , si illa honestas proponeretur eum intentione vt sex , vel si proponeretur eum intentione omnino simili , & solo numero differenti , quod probavimus esse fallum . Et hinc sumimus confirmationem nostræ sententiæ : sicut enim voluntas nostra in modo assentiendi alicui motivo sufficienter ostendit , se fuisse hic & nunc consensuram , si illud motivum propositum esset eodem modo per aliud auxilium , vel per aliam cognitionem , sive per cognitionem maiorem , & intensiorem , ita sufficienter ostendere debet , se non fuisse assensuram , si illud motivum propositum fuisse ; cum tali , vel tali remissione , & languiditate .

39 Et sane quod Deus in decreto mittendi Christum respiciente pro vnico motivo , vel sine redemptionem generis humani cognoscere possit , ac debeat , Christum non venturum , si humanum genus non esset redimendum ; suadetur : nam motivum illud propter quod posset venire Christus , quamvis Adamus

onus non peccasset, & consequenter quamvis humanum genus non esset redimendum: defa-cto quando Deus decrevit incarnationem vni- te ob redemptionem generis humani (suppo- nimus disputandi gratia ita re ipsa accidit) ipsum inclinabat in actu primo ad mittendum Christum: ergo si defa-cto, quando simul ade- rat aliud motivum inclinans ad hoc ipsum, nō moveri in actu secundo, si seorsim existeret, & proponeretur solitarie non moveret: quod enim seorsim existat, non addit illi vim motivam, & inclinationē divinę voluntatis: quare hoc ipso (quod defa-cto voluntas divina noluerit sinere se moveri ab illo, in hac eius determinatione fun- dari debet veritas conditionalis, quod non sine- ret se moveri ab illo, si seorsim proponere- tur.

39 Quod voluntas nostra in modo amandi aliquod motivum, vel amandi aliquod obiectum propter tale motivum, debeat suffi- cienter explicare, quid ipsa faceret circa illud obiectum, deficiente eo motivo, vel mutatis aliquibus circumstantijs, seu quod in affectu presentis fundari valeant veritates conditio- nare, suadeatur iterum; nam vt inquit Cardi- nalis Esfortia 1. 2. disp. 4. quest. 2. art. 15. numero. 3. *Vnusquisque ex his obiectis, quę Petrus voluit nunc, colligit, quid voluisset, si aliqua alia circumstantia fuisset ipsi manife- stata:* Idque colligit non tantum dubitative, sed certo; nemo enim est, qui dubitet, nū Pe- trus, qui emit pomum nesciens, in qua arbore natum fuerit, empturus esset idem pomum, si scivisset, natum esse in arbore *A.* vel si sci- visset, quod tunc Turca salrabat, & ista veritas conditionalis est adeo certa, vt nemo vereatur iurare, se si id scivisset, idem facturum fuisse, quod fecit. Similiter in affectu, & voluntate presentis Petri comedendi ovum *A.* evidenter potest apprehendi, quod hic & nunc voluisset comedere ovum *B.* si fuisset repodium loco ovi *A.*

40 Idque possumus declarare alio exemplo: distinguit Theologi cum D. Thoma 1. 2. q. 6. art. 8. duplicem ignorantiam, alteram antecedentem, alteram concomitantem, di- cuntque ignorantiam antecedentem esse illam, quę privat cognitione, quę si adesset impedi- ret effectum, qui ponitur, stante ea ignorantia; & propterea hæc ignorantia dicitur causa ef- fectus: ignorantiam vero concomitantem, di- cunt, esse eam, quę privat cognitione, quę quavis adesset, non impediret effectum, qui causatur, stante tali ignorantia, & propterea hæc ignorantia non est causa effectus. Exem- plum ignorantie concomitantis est, cum quis ignorans occidit inimicum, quem, si scivisset eodem modo occidisse, vel cum quis iacit sa-

gitam ad occidendam feram, quam existimat esse aprum, & re ipsa occidit cervum, ad quem occidendum eodem modo iaceret sagittam, si existimaret, feram illam esse cervum. Exem- plum ignorantie antecedentis est, cum quis occidit amicum existimans inimicum; nullo enim pacto occideret amicum, si illum agnos- ceret: ignorantia antecedens causat involun- tarium. Et ratio est, quia vt aliquid sit involu- ntarium, oportet, quod sit contra aliquem in ex- terno impetum voluntatis: id autem quod fit cum ignorantia concomitanti non est contra aliquem internum impetum voluntatis, quia etiã si sciret ille, qui sic ignerat, nihilomi- nus faceret idem, & post factum non sentit do- lorem; quod sufficit ne effectus ille sit illi posi- tive involuntarius.

41 Iam in eventu ignorantie con- comitantis ita fit effectus, vt eodem modo fie- ret, quamvis adesset scientia opposita illi ig- norantie: in eventu ignorantie antecedentis ita fit effectus, vt non fieret, si adesset scientia opposita illi ignorantie: istę autem veritates conditionalis fundantur in affectu absoluto ip- sius voluntatis existenti de presentis; nam da- tur de presentis discrimen inter operantem cum ignorantia concomitanti, & operantem cum ignorantia antecedenti, & vni effectus subse- cutus est in voluntariis positive, & non alie- ri; quod nequit esse verum, nisi vi presentis dispositionis voluntatis: ergo in affectu abso- luto voluntatis defa-cto existenti fundari po- test veritas conditionalis: nihil ergo mirum, quod in presentis affectu voluntatis possit Deus infallibiliter dignoscere, quid esset nunc factu- ra nostra voluntas, si deficeret ratio illa moti- va, a qua hic & nunc permota est, & succede- ret alia minor.

42 Sed oppones, affectum absolutum, qui modo est dependenter a tali motivo, non posse esse medium cognoscendi, quid esset ele- ctura voluntatis deficiente hoc motivo, nā defi- ciente hoc motivo deficeret hic actus; nihil autem potest esse medium cognoscendi sub cō- ditione, quod ipsum met deficeret: medium enim ad cognoscendum exiturum esse aliquid posita tali conditione, debet esse aprum con- iungi cum positione conditionis, vt ita ex exi- stentia illius, inferatur existentia conditionis. Respondet, quando medium cognoscendi est causa eventus, qui cognoscitur, requiri, vt possit coniungi cum existentia conditio- nis, vt sic causet conditionatum: ceterum ex terminis id non requiri, vt patet exemplis; nām in voluntate efficaci occidendi aprum, quia fera est, potest cognosci evidenter quod is, qui iacit hic & nunc sagittam, ad oc- cidendum aprum, illam iaceret ad occidendu

cervum, si cognosceret, feram illam esse cervum; & tamen tunc non daretur voluntas illa occidendi aprum. Similiter in voluntate efficaci comedendi ovum *A.* quia hic & nunc apponitur, potest cognosci evidenter, quod daretur voluntas comedendi ovum *B.* si loco illius poneretur: & in actu, quo quis consentiret, quia vocatur auxilio *A.* proponente poenas inferni cum intentione ut quatuor, potest cognosci evidenter, quod consentiret, si eadem poenae proponerentur cum intentione ut sex: falsum ergo est ex terminis non posse id, quod nequit coexistere cum positione conditionis, esse medium cognoscendi, quid fieret, si existeret talis conditio. Similiter in voluntate efficaci, qua quis statuit, restituere decem, quia retinere alienum Deo displicet, seu quia retentio rei alienae in quantitate gravi est gravis Dei offensa potest cognosci infallibiliter, quod hic & nunc haberet voluntatem efficacem restituendi duodecim, si deberet duodecim Simili-

ter in voluntate efficaci dandi auxilium praecise quia est efficax, cognoscit Deus se ego fuisse collaturum, si videret inefficax. Ratio a priori est, quia ut aliquid sit medium cognoscendi, quid existeret, posita conditione, satis est, quod ex se habeat connexionem cum eo quod posita conditione ponatur conditionatum, potest autem hanc connexionem habere quamvis nequeat componi cum existentia conditionis: nam ad illam connexionem satis est, quod nequeant illa duo componi, nempe existeret illum actum, & tamen verum esse affirmare, non existurum conditionatum posita conditione. Hoc pacto consensus sub auxilio *A.* est medium ad cognoscendum, voluntatem consenturam sub auxilio *B.* omnino simili, si daretur loco auxilij *A.* quia non possunt componi haec duo, voluntas consentit, quia vocatur auxilio *A.* & tamen non esset consentura, si vocaretur auxilio *B.* omnino simili.



DISPUTATIO SEXTA.

AN SIT POSSIBILIS PRAEFINITIO EFFICAX NOSTRI OPERIS LIBERI INDEPENDENS A Scientia Media in essendo, dependens tamen in operando.

SECTIO PRIMA.

Aliqua praesupposita ad quaestionem.

AD praesentem quaestionem supponimus laedere nostram libertatem decretum Dei efficacem tam in essendo quam in operando independens a scientia media: nam decretum sic independens esset praedeterminativum nostrae voluntatis, decretum autem praedeterminativum nostrae voluntatis infallibiliter inferens eius actum, laedit libertatem: nam ut inquit Div. Thomas 1. contra gen. c. 68. num 6. *Dominium quod habet voluntas supra suos actus, per quod in eius potestate est velle, vel non velle, excludit determinationem virtutis ad unum.* Atqui per decretum praedeterminans determinatur voluntas ad unum, nempe ad actum ad quem praedeterminatur: ergo dominium quod habet voluntas supra suos actus, excludit decretum praedeterminativum. Ratioque a priori est, nam ad libertatem requiritur quod volun-

tas relinquatur in manu consilij sui cum plena & proxima indifferentia ad eligendum inter extrema opposita; non relinqueretur autem in manu consilij sui, si nihil posset eligere, nisi quod Deus efficaci decreto praedeterminasset: ut enim sapienter inquit Bellar. lib. 4. de grat. & lib. arb. cap. 14. *Quomodo relinquatur in manu consilij sui, qui omnibus actionibus suis determinatur ab alio, cui resistere nullo modo potest?*

2. Quare ad hoc ut voluntas sit proxime indifferens ad utrumque non sufficit quod detur iudicium indifferens ex parte intellectus: requiritur enim praeterea, inquit idem Bellar. ibidem, *ut homo sit dominus suae actionis, & possit agere & non agere; qui autem determinatur ab alio ad aliquam actionem, certe non est dominus illius actionis.* Unde ut inquit Div. Thomas in secundam dist. 28. quaest. 1. art. 1. *non esset homo liberi arbitrij nisi ad eum determinatio sui operis pertineret.* Itaque supponimus ad praesentem quaestionem de conceptu agentis liberi esse quod seipsum determinet ad suam

quam operationem, & non determinetur ab alio, quod pluribus in locis expresse docet D. Thom. præsertim in 2. dist. 39. q. 1. art. 2. ubi ait: *Ipsa quidem potentia voluntatis, quantum in se est, indifferens est ad plura, sed quod determinat exeat in hunc actum, vel in illum, non est ab alio determinate.* Sic habet editio novissima Parisiensis anni 1659. operum D. Thomæ correctæ à Fr. Ioanne Nicolay Ordinis Prædicatorum, & sic legendum probat Petrus à S. Ioseph. Ordinis Cisterciensis maximè decus in Apolog. pro S. Tho. adversus quosdam Recentiores qui physicam prædeterminationem falso illi affigunt dist. 1. scilicet 3. nam antiqui codices per errorem typographi, habent; *Sed quod exeat &c. non est ab alio determinate.* Revera autem idem est sensus, nam quamvis voluntas possit ab alio accipere quod feratur in hoc, vel in illud extremum vage; siquidem omnis indifferentia ad utrumque est necessitas quædam vaga eliciendi hoc vel illud extremum contradictionis: tamen quod exeat in hoc extremum determinate præ illo, non potest esse ab alio, nimirum ut determinante.

3. Quod D. Thomas hic affirmat, affirmat quoque Anselmus in concordia Cap. 1. Vbi cum dixisset, necessitatem antecedentem, *qua causa est ut res sit*, opponi cum libertate; & solum coherere cum libertate necessitatem consequentem; *quam facit ipsemet operans, addit: sola voluntas determinat ibi quid teneat, neque aliquid facit vis necessitatis, ubi operatur: sola electio voluntatis.* Ita Clemens Papa Epist. 13. dicens: *Nihil est quod audientes fidem ad credendum determinet, nisi arbitrium eorum.* Ita alij Patres apud Examinium Doctorem lib. 3. de grat. à cap. 43. vsque ad 49. Ita omnes antiqui Thomistæ, & Theologi apud eundem lib. 5. de grat. cap. 50. sufficiant verba Thomistarum Principis Capreoli in 2. distinct. 24. q. 1. art. 3. ad 6. *Dicendum, quod voluntas quantum est de sua natura est ad opposita ipsa tamè ratione sua libertatis determinat se ad id quod vult, & ita non indiget alio determinante.*

4. Unde iuxta Societatis fixa principia definitio illa libertatis, iuxta quam potentia libera dicitur, quæ potius omnibus prærequisitis ad agendum potest agere, & non agere, debet intelligi in sensu compositio, ita nimirum ut ad libertatem requiratur ut voluntas possit cum omnibus prærequisitis ad agendum coniungere non actionem; hoc enim postulatur indifferentia proxima, & veritabilis ad utrumque, & in hoc differt à potentia necessaria, quæ in se est determinata ad unum, ut cum prærequisitis ad actionem solum possit coniungere actionem; potentia vero libera ita est

ad utrumque, ut cum omnibus prærequisitis ad actionem possit vel actionem, vel omissionem actionis coniungere. Unde repugnat inter prærequisita ad actionem liberam numerari aliquid quod essentialiter connexum cum actione. Nam ubi aliquid prærequisitum ad actionem essentialiter connexionem habet cum actione, voluntas nullam habet potestatem ad seiungenda illa prærequisita actionis ab actione: nam illa seiunctio est chymæra ex terminis suis, & nullam habet potestatem ad chymæram. At ubi nulla est potestas ad seiungenda prærequisita actionis ab actione, datur omnimoda necessitas ad coniungenda prærequisita actionis cum actione: ergo &c. At omnimoda necessitas ad coniungenda prærequisita actionis cum actione, est omnimoda necessitas ponendi actionem, nam ponere actionem ex terminis est illam coniungere cum omnibus ad agendum prærequisitis; ergo ubi aliquid prærequisitum ad actionem essentialiter connexionem habet cum actione, datur omnimoda necessitas ponendi actionem, ac proinde tollitur libertas.

5. Secundo ad præsentem quaestionem suppono rem mihi verissimam, nempe non solum moraliter infinites esse impossibiles; sed etiam metaphysice repugnare eventum, in quo Deus ex auxilijs suapte natura indifferentibus nullò in tota collectione videat, cum quo voluntas sit liberè convertenda: ac proinde metaphysice necessarium esse, vage & insupponibile confusa loquendo, ut inter auxilia indifferentia appareant per scientiam mediam multa congrua. Hæc suppositio constat ex dictis dist. 4. & 5.

6. Hoc supposito, iam appareret vergerissimè dubitandi ratio ad suadendum, posse Deum ante scientiam mediam efficaciter decernere conversionem liberam. Cum enim per scientiam simplicis intelligentiæ cognoscat se posse pulsare voluntatem infinitis modis diversis, & inæquibus, & simul cognoscat implicitatum esse dari aliquam voluntatem, quæ contra omnes vocaciones indurescat, ita ut de eâ verum sit affirmare, nec converteretur extra auxilio A. si detur, neque cum B. neque cum C. &c. Certus omnino est in signo simplicis intelligentiæ, se pro posteriori per scientiam mediam prævisurum multa auxilia congrua ad convertendam voluntatem: ergo priori ad scientiam mediam potest sic decernere: volo ut Petrus libere convertatur pro tali tempore: nam hoc decretum licet in sui existentia non pendeat à scientia media; pendet tamen in operando; quia ut illius decreti solum cogitur Deus ad conferendum aliquod ex auxilijs, quæ per scientiam mediam apparuerint congrua. Unde ut illius decreti in executione solum applicat

pliat Deum voluntati auxilium suapte natura indifferens, quod per scientiam mediam prævisum est efficax: ergo illud decretum non lædit libertatem; quia vbi omnia principia proxima sunt indifferentia ad vtriusque voluntas libere operatur, prorsus enim implicat voluntatem nostram elicere actum cum proxima indifferentia ad illum omittendum, & tamen nõ elicere libere.

SECTIO SECUNDA.

Multipli ratione ostenditur repugnantia talis præfinitionis.

7 **F**irmissime tamen asserimus eiusmodi præfinitionem anteverentem scientiam mediam pugnare cum nostra libertate: conclusionem probamus primo ab auctoritate, deinde ratione.

§. I.

Probatur conclusio ab auctoritate.

EX doctrina Anselmi lib. 2. cur Deus homo cap. 18. vbi distinguens necessitatem antecedentem, quæ cū libertate cohereret, ait, *necessitatem consequentem esse quam res ipsa facit; & necessitatem antecedentem esse quæ facit rem esse, est (inquit) necessitans antecedens, quæ causa est vt sit res, & est necessitas sequens, quam res facit.* Idemque latius docet in concordia cap. 1. vbi docet non coherere cum libertate necessitatem aliam, nisi *quam facit voluntas, seu quæ descendit de voluntate;* & exponens concordiam liberi arbitrij cum Dei providentia, & præscientia, ait, *Dei scientiæ & providentiæ esse necessitatem consequentem, quia necessitas consequens descendit de libera voluntate.* Vnde adiunxit: *sola voluntas determinat ibi quid teneat, neque aliquid facit vis necessitatis, vbi operatur sola electio voluntatis.*

8 Idem ex Anselmo docet Beatus Alberus Mag. 1. p. sum. q. 62. memb. 8. in medio: *Duplex est (inquit) necessitas, absoluta scilicet, quam vocat Anselmus antecedentem, quæ est ex causis proximis ad effectum ordinatis; & est necessitas consequens rei positionem, sicut sedentem sedere, dum sedet: quod subiacer necessitati primæ nullo modo concordat cum libero arbitrio.* Anselmi doctrinam optime explicat Vvaldensis lib. 1. doctrinalis fidei cap. 25. vbi postquam ex Anselmo distinxit duplicem illam necessitatem, antecedentem, & consequentem, subdit: *Periculose ergo, vt mihi videtur, quidam magni viri necessitatem istam præcedentem ponunt in*

humanis operibus, etiam eo quod fluat ex voluntate Dei; maxime cum antiquis Ecclesiæ Patribus nihil consonans reperire possunt, cū conantur: & illud, quod adducitur, cor regis in manu Domini, & quocumque veluerit inclinat illud, ipse textus exponit se intelligi de necessitate tractionis, vel inclinationis; non autem de necessitate illa, quæ præcedit secundum Anselmum.

9 Ex qua doctrina sic argumentor: ex illo decreto efficaci provenit necessitas vt voluntas creata operetur; cum impossibile sit Deum habere illud decretum præfinitivū operationum Petri, & Petrum non operari: at necessitas proveniens ex illo decreto non est necessitas consequens, cum necessitatem illius decreti non faciat libertas creata, nec descendat de fonte liberi arbitrij creati, sed solius arbitrij divini: ergo est necessitas illa est antecedens resp. arbitrij creati: sed omnis necessitas antecedens iusta Anselmum pugnat cum libertate: ergo, &c.

10 Secundo argumentor auctoritate & ratione D. Thomæ in quartum dist. 49. quæst. 1. art. 3. quæst. 2. ad primam, vbi hæc habet verba: *creaturarationalis se habet ad opposita in eis, quæ ei subsunt, & hæc sunt illa, quæ per ipsam determinantur, non autem potest in opposita illorum, quæ sunt ei ab alio determinata; & ideo voluntas non potest in oppositum eius, quod ex divina impressione determinatur.* Quæ auctoritate imprimis cogita Thomistas sit, voluntatem prædeterminatam ad actum amoris per impressionem divinæ prædeterminationis, non posse in omissionem amoris, quia non potest in oppositum eius quod sibi determinatur per impressionem divinam. Deinde etiam sit argumentum contra illam præfinitionem antecedentem scientiam mediam, nam cum per illam præfinitionem determinatur à Deo immobiliter, & irresistibiliter vt Petrus operetur, non potest Petrus in oppositum eius, quod sibi determinatur per illam præfinitionem, quia alioqui posset frustrare illud decretum, ei vt resistere.

11 Tercio argumentor, ex doctrina Augustini, qui lib. 3. de lib. arbit. cap. 18. & lib. de natura & grat. c. 67. generaliter affirmat, quoties voluntas cedit causæ alieni moventi illam, quia non potest ei resistere, nõ illi imputari ad culpam vel ad premium: *quæcumque, inquit, ista est causa voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur.* quod ideo verum est, quia tunc voluntas sine libertate consentit, nulla enim alia causa potest illam excusare à culpa, si alias actio de se peccaminosa sit: ergo perinde fuit dicere, sine peccato ei ceditur, ac sive libertate ei ceditur. Ergo.

go iuxta Augustinum quaecumque causa est voluntatis honestae, si ei resisti non potest, sine laude, ac proinde sine libertate ei ceditur. Sed Deus praedefiniens operationem nostram praefinitione antecedente scientiam mediam est causa, cui resisti non potest: siquidem voluntati efficaci Dei nemo potest resistere: ergo sine laude, ac proinde sine libertate ei ceditur: ergo praefinitio efficax Dei antevertens scientiam mediam pugnat cum libertate nostrae operationis.

S. II.

Prima ratio repugnantiae talis praefinitionis.

12. **I**AM à ratione sic arguor primo: voluntas creata subiaccens praefinitioni illi efficaci antecedenti scientiam mediam, non habet proximam potentiam antecedentem ad actum oppositum actui per talem praefinitionem efficaciter amato: ergo non libere, sed necessario ponit actum praefinitum, consequens est legitima. Probatur: voluntas subiaccens illi praefinitioni non habet nec pro libito suo potest habere vel acquirere carentiam talis praefinitionis; cum enim nostra voluntas eacenus possit impedire decretum Dei, quatenus potest impedire scientiam, cui innititur; & illud decretum innitatur scientiae simplicis intelligentiae omnino in impedibili ab aliquo agente; non potest voluntas nostra impedire illud decretum. Atqui voluntas non habens nec pro libito suo potens habere carentiam decreti essentialiter conexi cum amore, non habet potentiam antecedentem ad actum vel exercitium oppositum amori: ergo, &c. Probatur minor: nam carentia decreti antecedentis existentiam amoris & cum illo essentialiter conexi est praerequisitum essentialiale ad exercitium oppositum amori: voluntas autem non habens, neque pro libito suo potens habere aliquid essentialiter praerequisitum ad existentiam alicuius exercitij, non habet proximam potentiam ad illud. Sic quia cognitio sancta est essentialiter praerequisita ad salutariter operandum; natura non habens ex se sufficientiam ad sanctam cogitationem, non habet ex se sufficientiam ad recte operandum, ut Augustinus arguit contra Pelagianos lib. de Praedest. Sanct. cap. 2. sic quia cognitio essentialiter praerequiratur ad amandum; qui non habet nec pro libito suo potest habere cognitionem obiecti, non habet in sua potestate amare obiectum: & qui non frui potest nec pro libito suo frui potest luce essentialiter praerequisita ad legendum, non habet libertatem ad legendam epistolam in medijs noctis genebris, & qui non habet neque pro libito suo

potest habere medium essentialiter praerequisitum ad consecutionem finis, non habet in sua libera potestate finem, & hoc est firmissimum & primum principium in schola Societatis, quod Eximius Doctor lib. 5. de grat. cap. 23. per se notum appellat, quo principio probamus, si physica praedeterminatio sit necessaria & praerequisita essentialiter ad operandum, peccatorem, dum actu peccat, non habere auxilium sufficiens ad recte operandum, quia in eo instanti, in quo peccat, non habet nec pro libito suo potest habere praedeterminationem ad recte operandum. Et simili argumento evincitur contra Ioannem Vincendum (qui ad salvandum auxilium sufficiens in homine carente praedeterminatione, asseruit praedeterminationem non esse praerequisitam ad operandum) voluntatem praedeterminatam ad amandum, non habere sufficientiam ad omissionem amoris, etsi enim praedeterminatio amoris non sit necessaria ad amandum, eius tamen carentia est necessaria ad omitendum amorem: voluntas autem dum patitur praedeterminationem ad amorem non habet neque pro libito suo potest habere carentiam talis praedeterminationis: ergo non habet potentiam proximam ad omissionem amoris.

13. Quod autem carentia illius decreti antecedentis efficaciter amantis existentiam amoris sit essentialiter praerequisita ad exercitium oppositum amori v.g. ad odium vel ad hollitionem; constat: nam potentia proxime expedita ad aliquod exercitium constituitur per carentiam omnis impedimenti antecedentis respectu talis exercitij, seu per carentiam impedimenti non constituti in potestate ipsius potentiae: at decretum antecedens efficaciter amans existentiam amoris est impedimentum respectu odij; cum impossibile sit existere illud decretum & simul existere odium: & est impedimentum non descendens ex libertate hominis. Ergo est impedimentum antecedens odij; ergo carentia talis decreti essentialiter est praerequisita ad odium.

14. Id ipsum magis explicatur in medio producendo argumentum, quo Augustinus lib. de praedest. Sanct. capit. 2. probat nos non habere sufficientiam ad fidem ex eo quod non habemus sufficientiam ad cogitationem praerequisitam ad credendum: *Quis non videt prius esse cogitare quam credere, nullus quippe credit nisi prius cogitaverit esse credendum, quod ergo pertinet ad religionem & pietatem de qua loquebatur Apostolus, si non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, profecto non sumus idonei credere à nobis quasi ex nobis, quod sine cogitatione non possumus;* Et subiungit Augusti-

gustimus nemo sufficit ad fidem, sed sufficientia nostra ex Deo est; quoniam fides sine cogitatione nulla est, & non sumus idonei cogitare.

15 Applicemus hoc Augustini argumentum ad nostrum intentum: quis non videt, prius esse carere impedimento antecedenti alicuius exercitij, quam illud exercitium ponere; nullus quippe ponit aliquod exercitium nisi prius careat impedimento antecedenti illius. Quod ergo pertinet ad exercitium odij ponendum, non sumus sufficientes habere odium ex nobis, si non sumus sufficientes habere carentiam decreti antecedentis afferentis secum infallibiliter amorem. At certum est nos non habere ex nobis sufficientiam ad habendam carentiam illius decreti antecedentis afferentis secum infallibiliter amorem; cum illud decretum soli Deo liberum sit & ab ipso solo impedibile: ergo certum debet esse nos non habere sufficientiam ad odium, quando adest decretum efficax antecedens afferens secum infallibiliter amorem.

16 Explicatur: nam bifariam potest impediri existentia decreti divini, & induci talis decreti carentia; vel mediate tantum, nimirum auferendo scientiam, quam essentialiter supponit decretum: & hoc modo in sententia factis communi inter Doctores Societatis possumus impedire prænitioem essentialiter supponentem scientiam medianam, quatenus possumus impedire scientiam medianam, quam prænitio supponit: & in sententia omnium reprobus potest impedire decretum divinum in sui æivum pœnæ æternæ; quia potest impediendo existentiam peccati impedire scientiam visionis essentialiter supponentem peccatum, à qua scientia regulatur illud decretum. Secundo potest impediri decretum liberum immediate, nempe supposita potentia proxima ad habendum vel non habendum tale decretum: & hoc pacto solus Deus potest impedire existentiam sui decreti ponendo decretum oppositum. Ex quo inferitur decretum illud antevertens scientiam medianam, & regulatum per scientiam simplicis intelligentiæ solum posse impediri secundo modo, & consequenter solum posse impediri à Deo per positionem decreti oppositi. Nam cum scientia simplicis intelligentiæ sit omnino necessaria in existendo, à nullo agente est impedibilis; ac proinde nullum agens potest impedire illud decretum mediate duntaxat, nimirum impediendo scientiam per quam regulatur; ergo solum potest illud decretum impediri immediate supposita proxima indifferentia ad ipsum habendum vel non habendum; & hoc pacto impedire decretum illud est libere ponere decretum oppositum, quod soli

Deo competit. Ergo evidens est voluntatem creatam non habere libertatem ad faciendum ut detur à parte rei carentia illius decreti antecedentis ad scientiam medianam prænitentis nostram operationem: quia evidens est, illud decretum solum posse excludi per exercitium liberum oppositum; & evidens quoque est voluntatem creatam non habere libertatem ad faciendum ut in Deo existat exercitium liberum immediate regulatum per solam scientiam simplicis intelligentiæ: nam evidens est primum liberum non posse determinari, à secundo libero ad sua decreta ipsi primo libero immediate libera.

17 Hinc elucet de novo vis nostri argumenti: voluntas creata subiacens illi decreto antecedenti secum infallibiliter afferenti amorem, non habet neque pro libito suo potest habere exercitium liberum divini voluntatis tali decreto oppositum, in quo exercitium unice consistit carentia talis decreti: ergo voluntas creata subiacens decreto antecedenti infallibiliter secum afferenti amorem non habet actu neque pro libito suo potest habere carentiam talis decreti. Atqui carentia decreti antecedentis secum infallibiliter afferentis amorem essentialiter prærequisita est ad odium; ergo voluntas subiacens decreto antecedenti infallibiliter secum afferenti amorem non habet actu neque pro libito suo potest habere aliquid essentialiter prærequisitum ad existentiam odij. Atqui voluntas non habens neque pro libito suo potest habere aliquid essentialiter prærequisitum ad existentiam odij, non habet potentiam liberam expeditam ad odium; iuxta illud primum principium scholæ Societatis: ergo, &c. Vnde sect. 7. ubi præcludemus evasionem,

§. III.

secunda ratio.

18 **A**rgumentor secundo, voluntas subiacens decreto antecedenti secum infallibiliter afferenti amorem non habet potestatem ad odium neque in sensu composito, neque in sensu diviso: ergo voluntas subiacens illi decreto, non libere, sed necessario ponit amorem. Consequentia est manifesta; nam ubi suppositio, cui voluntas subiacet, non relinquit potestatem ad exercitium oppositum eiusmodi suppositioni neque in sensu diviso neque in sensu composito, aufert plane libertatem & ideo Thomistæ, ut salvent libertatem in actu prædeterminato, dicunt voluntatem creatam subiacentem prædeterminationi ad amorem habere potestatem ad odium in sensu diviso: quod si nullam potestatem ad odium.

odium vel omissionem amoris relinqueret in voluntate prædeterminatio amoris, absque tolleret libertatem. Et ideo Calvinus & Lutherus affirmantes decretum prædeterminans tollere libertatem creatam, & necessitatem inducere, hoc ipso affirmant voluntatem prædeterminatam ad actum malum non habere auxilium sufficiens ad actum bonum; & voluntatem prædeterminatam ad actum bonum non habere libertatem ad actum malum; ut constabit legenti Bellarmin. lib. 1. de liber. arbitrio. cap. 11.

19 Solum restat probandum antecedens. Et imprimis probatur quoad primam partem, nempe, voluntatem subiacentem decreto antecedenti afferenti infallibiliter amorem non habere potestatem ad ponendum odium in sensu composito talis decreti; quia habere potestatem in sensu composito est habere potestatem ad componendum odium cum decreto efficaci antecedenti amoris; ad hanc autem compositionem nullam habet potestatem voluntas; quia nullam habet potestatem ad resistendum decreto efficaci Dei; illudque frustrandum: ut est per se satis manifestum; & constat ex scriptura dicens voluntati eius quis resistet? & vel inde patet, nam si voluntas nostra posset componere odium cum decreto infallibiliter afferenti amore posset componere odium cum amore eiusdem obiecti, quod est chymara.

20 Deinde probatur quoad secundam partem, videlicet non posse ponere odium in sensu diviso talis decreti. Nam sicut potestas ad ponendum odium in sensu composito est potestas componendi odium cum tali decreto, ita potestas ponendi odium in sensu diviso est potestas dividendi odium à tali decreto. At voluntas subiacens decreto antecedenti infallibiliter afferenti amorem non habet potestatem dividendi illud odium à tali decreto; ergo non habet potestatem ponendi odium in sensu diviso. Propter autem minor: quia nequit voluntas subiacens illi decreto antecedenti habere potestatem dividendi odium à tali decreto, nisi habeat potestatem impediendi decretum per positionem odij, seu dividendi à se illud decretum per positionem odij; sicut voluntas amans non potest habere potestatem ad odium in sensu diviso, seu potestatem dividendi odium ab amore, nisi habeat potestatem ad dividendum à se amorem per ipsam positionem odij. Voluntas autem creata subiacens decreto antecedenti infallibiliter secum afferenti amorem non habet potestatem dividendi à se illud decretum per positionem odij; quia cum illud decretum essentialiter reguletur per simplicem intelligentiam, solus Deus potest eius existentiam

impedire, quia non potest aliter impediri eius existentia quam per positionem decreti liberi essentialiter impossibilis cum ipso, solus autem Deus potest determinare ad existentiam huius decreti; ergo solus Deus potest impedire existentiam decreti antecedentis infallibiliter secum afferentis existentiam amoris.

21 Respondebunt adversarij voluntatem subiacentem decreto antecedenti infallibiliter afferenti secum amorem, posse impedire illud decretum per positionem odij arguunt, quia potest ponere odium, quod si existeret argueret Deum non habuisse decretum illud præfinitivum amoris. Sed contra, quia cum carencia illius decreti antecedentis essentialiter afferentis amorem sit essentialiter prærequisita ad existentiam odij, nequit voluntas subiacens eiusmodi decreto habere potestatem ad odium ponendum, quin habeat potestatem se expediendi ab illo decreto inducendo illam carenciam: quod tamen est impossibile; nam mediante odio nequit induci carencia aliqua essentialiter præsupposita ad existentiam odij; ergo non habet potentiam ad impediendum arguuntive decretum antecedens infallibiliter afferens amorem per positionem odij.

22 Respondebunt secundo cum modernis Thomistis, voluntatem subiacentem illi decreto antecedenti afferenti secum infallibiliter amorem habere potestatem ad odium in sensu diviso præcisivo, licet non in sensu diviso positivo. Nam potestas in sensu diviso positivo est potestas ad dividendum à se suppositionem impossibilem cum odio per ipsius odij positionem; & hanc potestatem ad odium in sensu diviso habet voluntas amans dum libere amat, quia per positionem odij potest à se amovere suppositionem ipsius amoris. At potestas in sensu diviso præcisivo non est potestas ad dividendum, sed potestas ad odium secundum se, & secundum sua prædicata essentialia. Sic moderni Thomistæ affirmant voluntatem prædeterminatam ad amorem habere potestatem ad omissionem amoris in sensu diviso, non quia habeat potestatem ad dividendum à se illam prædeterminationem, illiusve existentiam impediendi, sed quia non obstante prædeterminatione ad amorem remanet in voluntate potestas proxima antecedens ad omissionem amoris secundum se, vel ad odium quando adesset libertas contrarietatis.

23 Verum hæc solutio satis ostendit eandem fere difficultatem pati illud decretum antecedens ac physicam prædeterminationem. Unde eadem opera utramque sententiam impugno, ostendendo commentitium esse illum sensum diviso præcisivum, & minime sufficientem ad salvandam libertatem; nam licet

nos possumus per conceptus nostros præscindere omissionem amoris à carentia prædeterminationis ad amorem, & odium à prædeterminatione ad odium; tamen implicat poni à parte rei omissionem amoris quin à parte rei pro priori detur carentia prædeterminationis ad amorem, & implicat iuxta Thomistas poni à parte rei odium quin pro priori detur prædeterminatio ad odium: ergo voluntas prædeterminata ad amorem non habet proximam potestatem antecedentem ad odium secundum se, & secundum sua prædicata essentialia, & consequenter neque in sensu diviso præcisivo Probo consequentiam; nam odium existere secundum se, est odium coniungi cum prædeterminatione ad odium, seu oriri à tali prædeterminatione: cum rem existere extrinsecè sit oriri à suis causis & ab omnibus ad agendum prærequisitis. At voluntas prædeterminata ad amorem non habet potestatem proximam ad faciendum ut odium coniungatur cum prædeterminatione sui, seu voluntas dum è prædeterminata ad amorem non habet potestatem proximam ad faciendum, ut odium criatur ab ipsa ut prædeterminata ad odio habendum: siquidem voluntas dum est prædeterminata ad amorem, necessario, & absque sua libertate caret prædeterminatione ad odium; voluntas autem dum necessario caret prædeterminatione ad odium, nõ habet potestatem proximam ad faciendum ut odium coniungatur cum prædeterminatione illa, qua necessario & absque sua libertate caret, seu ad faciendum ut coniungatur cum sua voluntate ut prædeterminata ad odio habendum: sicut enim voluntas dñ necessario & absque vlla sua libertate caret prædeterminatione ad odium, nõ habet potestatem ad coniungendam prædeterminationem, qua caret cum odio; ita non habet potestatem ad coniungendum odium cum tali prædeterminatione; cum idem omnino sit coniungere prædeterminationem cum odio & coniungere odium cum prædeterminatione. Ergo voluntas prædeterminata ad amorem non habet potestatem ad faciendum ut existat odium secundum se: nõ sic existere est oriri à voluntate nostra ut prædeterminata ad ipsum ponendum, & consequenter est coniungi cum prædeterminatione ad odio habendum, & est talem prædeterminationem coniungi cum odio: voluntas autem dum est sub prædeterminatione ad amorem, caretque absque vlla sui libertate prædeterminatione ad odio habendum non habet potestatem proximam ad coniungendum odium cum prædeterminatione qua caret. & quam pro libito suo nequit acquirere; ergo non habet potestatem ad odium secundum se. Quare re ipsa & seclusis vocum latibulis, & verborum ac distinctionum involucris voluntas dum est præde-

terminata ad amorem, solum habet potentiam quandam conditionatam ad ponendum odium nimirum sub conditione quod expediatur à prædeterminatione amoris & prædeterminetur ad odium, quam potestatem ad non amandum vel odio habendum etiam habet voluntas creata dum videt Deus, nimirum sub conditione quod expediatur à visione Dei, & illi detur cognitio indifferens.

24 Hinc deduco nullam aliam habere potestatem ad ponendum odium voluntatem creatam dum subiacer decreto antecedenti infallibiliter secum afferenti amorem: nam odium poni à parte rei est odium illud coniungi cum carentia decreti antecedentis secum afferentis infallibiliter amorem, seu coniungi cum decreto libero Dei exclusivo talis decreti; nam odiũ poni à parte rei est ex terminis odiũ illud coniungi cum omnibus prærequisitis ad sui existẽtiam; vnum autem ex prærequisitis ad existentiam odij est carentia impedimenti antecedentis essentialiter incompossibilis cum tali odio, quale est decretum antecedens secum infallibiliter afferens amorem. Quare voluntas creata cum subiacer decreto divino antecedenti essentialiter afferenti secum amorem, solum habebit potentiam quandam conditionatam ad ponendum odium, sub conditione, quod Deus illam expediat ab eo decreto antecedenti. Unde decretum illud antecedens essentialiter incompossibile est cum potentia proxima indifferenti ad utrumque non minus quam prædeterminatio, ac proinde scientiam mediam evertit, & nequit ab illa in operando pendere: nam scientia media non affirmat voluntatem operaturam libere præcisè sub conditione quod detur tale auxilium indifferens, sed insuper sub conditione quod voluntas careat omnẽ impedimento antecedenti odij. Quo circa cum illud decretum per se ipsum sit essentialiter impedimentum antecedens odij, per se ipsum tollit indifferenciam proximam voluntatis, & hypotesim sub qua tendit scientia media; & consequenter nequit ab illa pendere in operando: sed vel debet illud decretum esse frustrabile, vel rapere voluntatem ad amandum, prædeterminando illam ut eliciat amorem.

51 V:

Tertia ratio:

25 TERTIO principaliter probo tollendam libertatem eiusmodi decreto: voluntas subiaccens decreto antecedenti infallibiliter afferenti secum amorem nullam habet potestatem antecedentem ad

impediendam existentiam amoris: ergo voluntas subiactens illi decreto non libere, sed necessario amat. Paret consequentia quia ubi voluntas nullam habet potestatem impediendi seu cohibendi amorem, necessario erumpit in amore; siquidem hoc ipso nequit seungere actum primum ab actu secundo, ac proinde necessario coniungit actum primum cum actu secundo. Prob. antec. voluntas subiactens illi decreto antecedenti nullam habet potestatem ad faciendum ne existat amor, ergo nullam habet potestatem antecedentem ad impediendam existentiam amoris. Prob. antec. nam consequ. est evidens. Voluntas dum subiactet decreto illi antecedenti infallibiliter secum afferenti existentiam amoris, nullam habet potestatem ad faciendum ne Deus actualiter influat in amorem, seu in actionem amandi: nisi hoc est actio amandi existere a parte rei, cum influxus simultaneus Dei & influxus voluntatis sint realiter idem ergo voluntas dum subiactet decreto antecedenti secum infallibiliter afferenti existentiam amoris nullam habet potestatem ad faciendum ne amor ille existat a parte rei. Consequentia est legitima; & minor omnino certa. Prob. mai. Voluntas nullam habet potestatem ad faciendum ne Deus influat pro posteriori in amore ex suppositione quod pro priori habeat decretum efficax infallibiliter secum afferens existentiam amoris; quia id esset facere ut frustraretur decretum efficax Dei, seu facere ut careat effectu decretum, cui essentiale est, ut ad ipsum sequatur effectus. Rursus nullam habet potestatem ad faciendum ne detur pro illo priori illa suppositio decreti antecedentis cum decreto illud soli Deo sit liberum; & ab ipso solo impediibile: ergo nullam habet potestatem ad faciendum ne Deus influat in actionem amandi. Prob. cons. quia ex terminis non est alius modus possibilis faciendi ne Deus influat in aliquem effectum, nisi vel faciendo ne ad decretum, quo Deus vult quantum est ex se influere, actu sequatur ille influxus, quo pacto voluntas nostra dum peccat facit ne Deus influat in actum bonum: vel faciendo ne existat decretum illud, quo Deus amat influxum.

S. V.

Quarta ratio.

26 Implicat dari priori natura proximam potentiam ad odium, & pro posteriori natura advenire suppositionem omnino independentem a nostra voluntate, quae essentialiter secum afferat amorem: ergo contra similitur implicabit dari pro priori suppositionem omnino independentem a nostra voluntate, quae secum infallibiliter afferat amorem;

& pro posteriori sequi proximam potentiam ad odium: antec. est certum in schola Societatis contra Praedeterminatores, dicimus enim praedeterminationem ad amorem evertere proximam potentiam ad odium; ac proinde asserimus impossibile esse, quod postquam voluntas supponitur proxime expedita ad amandum & odio habendum possit supervenire praedeterminatio Dei determinans illam potentiam ad amorem. Conseq. vero probatur non enim minus difficile est, quod ad suppositionem omnino antecedentem connexam essentialiter cum amore illi que afferentem sequatur pro posteriori potentiam proximam expeditam ad odium; quam quod ad illam potentiam expeditam sequatur talis suppositio: imo quodammodo est difficilius: nam voluntas proxime expedita ad amandum & odio habendum constituitur per decretum applicativum omnium potentiarum, quod licet sit efficax ad applicandam omnipotentiam arbitrio creato, de se est tantum sufficiens respectu cuiuslibet extremi determinate; ac proinde illud decretum solum inefficaciter amat concursum ad odium; item concursum ad amorem: difficilius autem est, quod postquam Deus efficaciter propriori amavit concursum ad amorem, & efficaciter odio habuit concursum ad actum odij pro posteriori natura habeat decretum novum in efficaciter amans concursum ad amorem iam pro priori efficaciter amatum, & concursum ad odium iam pro priori efficaciter odio habitum, quam quod postquam amavit inefficaciter concursum ad amorem, & concursum ad odium, pro posteriori amet efficaciter concursum ad amorem determinate, & omnino excludat concursum ad odium, eumque concursum odio habeat.

27 Quod sub alijs terminis explicatur difficilius est, quod postquam Deus efficaciter decrevit non concurrere ad odium pro posteriori concipiat novum decretum, quo paratus sit concurrere ad tale odium; quam e converso, postquam Deus concepit decretum indifferens quo paratus fuit concurrere ad odium, concipiat pro posteriori decretum efficax non concurrenti ad odium. Primum ex ijs contingeret in casu quo Deus antecedenter ad scientiam mediam haberet decretum efficax secum infallibiliter afferens amorem; nam per illud decretum efficaciter amaret concursum & influxum suum in amorem, & efficaciter nolle concursum in odium; & tamen cum ex illo decreto deberet concedere pro posteriori voluntati potentiam proximam ad amandum, & ad odio habendum, deberet ex tali decreto oriri decretum afferens concursum ad odium, non enim potest

intelligi voluntas creata esse proxime expedita ad odium, quin habeat paratum concursum ad ipsum: secundum vero ex illis duobus contingit in scientia prædeterminatorum dum voluntas intelligitur priori proxime expedita ad amorem, & ad odium, intelligitur Deus paratus concurrere ad amorem & ad odium, dum autem pro posteriori prædeterminat ad amorem, habet decretum novum concurrendi ad amorem determinate, & non concurrendi ad odium. Ergo nullus ex assertoribus scientiæ mediæ potest defendere decretum illud antecedens scientiam mediam.

28 Confirmatur: si voluntas amans dum amat haberet potentiam ad odium consequentem ad ipsum odium; & intellectam pro posteriori ad amorem: haberet potentiam à coniungendum odium cum amore rursus si voluntas prædeterminata ad amorem haberet potentiam ad odium consequentem talem prædeterminationem, haberet potestatem coniungendi odium cum prædeterminatione amoris: & ideo Thomistæ totis viribus contendunt voluntatem prædeterminatam ad amorem solum habere potentiam antecedentem ad odium non vero potentiam consequentem talem prædeterminationem: ergo si pro posteriori ad decretum præfinitivum amoris potest supervenire potentia proxima ad odium: causata à tali decreto, & consequens ad illud, voluntas nostra habebit potentiam ad odium consequentem tamen consequentem ad decretum præfinitivum amoris: ergo poterit coniungere odium cum decreto præfinitivo amoris. Quoties enim ad aliquam suppositionem omnino antecedentem potentiam nostram libertatis consequitur potestas proxima ad aliquod exercitium, illa debet esse potestas ad coniungendum illud exercitium cum tali suppositione.

§. VI.

Quinta ratio:

39 **V**OLUNTAS subiacens decreto antecedenti secum infallibiliter afferenti amorem non habet potestatem determinandi omnipotentiam ad concurrendum in odium: ergo voluntas subiacens decreto antecedenti infallibiliter afferenti amorem non habet paratum concursum ad odium, & consequenter non est proxime potens elicere odium. Patet consequentia, quia cum voluntas in ratione proxime potens operari constituatur per omnipotentiam ut sibi applicatam & sibi assistentem; & cum iux-

ta firma Societatis principia ad libertatem requiratur quod voluntas determinet omnia eorum principia ad cooperandum secum in actu; certe nequit voluntas habere potestatem se determinandi ad elicendum odium, quin habeat potestatem determinandi omnipotentiam ad concurrendum in odium, seu faciendi ut omnipotentia concurrat in odium. At voluntas subiacens decreto antecedenti secum infallibiliter afferenti amorem, non habet potestatem ad faciendum ut omnipotentia concurrat in odium. Nam implicat omnipotentiam concurrere in tempore ad odium, quin ab æterno careat decreto afferenti secum infallibiliter amorem: atqui voluntas creata subiacens illi decreto nullam habet potestatem ad faciendum ut Deus ab æterno illo carnerit; ergo nullam habet potestatem ad faciendum ut omnipotentia concurrat in odium.

Quare decretum illud antecedens essentialiter pugnat cum decreto oblativo concursus ad odium; & constituyente omnipotentiam in manu voluntatis in ordine ad utrumque extremum, vi cuius possit voluntas pro nutu suo omnipotentiam determinare ad concurrendum in odium; sed illud decretum per se ipsum immediate applicat omnipotentiam ad concurrendum in amorem, quia amat efficaciter amorem antecedenter, & consequenter amat efficaciter concursum omnipotentiam in amorem affectu antecedenti immediate terminato ad illum concursum: ergo est decretum immediate applicativum omnipotentiam, & executivum illius concursus. Ergo cum illo decreto non componitur, quod Deus concurrat decreto indifferenti;

§. VII.

Sexta ratio:

30 **H**ÆC oritur sexta ratio, & probatio. Implicat voluntatem nostram libere amare, quin amor oriatur ab omnipotentia ut pro priori indifferenti ad concurrendum vel non concurrendum pro nutu voluntatis creature. Nam iuxta Societatis principia etsi Deus exerceat libertatem in applicanda omnipotentia ad concurrendum pro nutu & libito voluntatis creature in amorem vel odium verbi gratia & in conferendis comprincipijs se tenentibus in actu primo; ex suppositione tamen quod omnipotentiam applicaverit, & voluntatem reliquerit in manu consilij sui, iam non exercet novam libertatem in influendo; unde tota indifferentia quam habet ex hac suppositione ad concurrendum vel non

concurrendum est indifferentia determinandi ab alio, sicut indifferentia quam habet habitus, qui subiicitur voluntati quoad vsum: quod enim habet habitus ex sua natura, iuxta quam in concurrendo ad actus liberos subordinatur voluntati; habet omnipotentia non ex se, sed ex indulgentia divina libertatis, & ex suppositione divini decreti liberi, quo Deus voluit relinquere voluntatem in manu consilij sui, & quo sibi necessitatem imposuit concurrendi ad illud extremum ad quod voluntas voluerit, sive ad amorem sive ad odium, licet enim omnipotentia non subiiciatur voluntati creatæ; attemperat tamen se illi in ordine ad actionem liberam, & subiicit voluntati creatæ concursum illum externum, quem exhibet voluntati; quatenus valet ut maneat penes electionem arbitrij, quod in ordine executionis supposita proxima indifferentia ad utrumque ponatur concursus externus omnipotentia in amorem potius quam in odium vel contra.

Quare sicut nequit voluntas libere amare, quin amor oriatur ab ipsa ut indifferentia ad ipsam ponendum vel non ponendum; ita implicat quin amor oriatur ab omnipotentia ut indifferenti ad concurrendum vel non concurrendum. Atqui dum voluntas subjacet decreto antecedenti secum infallibiliter afferenti amorem amor non oriatur ab omnipotentia ut indifferenti ad concurrendum vel non concurrendum; quia oriatur ab omnipotentia ut determinata ad concurrendum per illud decretum antecedens: si quidem per illud decretum antecedens ipsa amat Deus suum concursum externum in actionem amandi, ut in sensu composito eius ipsi impossibile sit non concurrere. Ergo dum voluntas subjacet decreto antecedenti infallibiliter secum afferenti amorem non libere, sed necessitate elicit amorem.

§. VIII. *Septima ratio.*

DECRETUM illud antecedens vertens scientiam medianam efficiaciter amat operationem abstractam, & non determinat auxilium efficiaciter vult ut existat per auxilium congruum determinate; si illud proponitur concedatur & omne aliud negetur. Ergo facta suppositione collationis auxilij

A. & negationis omnis alterius auxilij, efficaciter vult ut determinate opereatur cum auxilio A. ergo determinat voluntatem ad operandum cum auxilio A. nam cum amor ille sit efficacis non solum circa auxilium, sed circa operationem, aliquam vim debet habere supposito auxilio circa operationem: ergo per illud decretum Deus efficaciter vult concurrere in amorem sub conditione quod existat auxilium A. & negetur omne aliud. Ergo supposito auxilio A. & negato omni alio Deus necessitatur ad concurrendum in amorem A. alioqui non amaret efficaciter amorem sub conditione auxilij A. collari, & omnis alterius auxilij negari; sed esset affectus quidam sensus amoris de se composibilis cum carentia amoris, & solum efficacis circa auxilium; qualis est affectus ille, seu illud decretum quo Deus confert homini auxilium sufficiens prævident fore inefficax, quod quidem decretum efficaciter amat existentiam auxilij, ceterum existentiam recte operationis non amat efficaciter sed solum sufficienter; & quantum est ex se, & quasi conditionate, nimirum nisi per voluntatem creatam extiterit. Ergo concessio auxilij A. & negatio omni alio Deus necessitat voluntatem ad ponendum amorem, quia determinat seipsum ad concurrendum, & nequit determinare seipsum ad concurrendum in actionem amandi, quia determinat voluntatem; idem autem est determinare voluntatem ad concurrendum in actionem amandi ac necessitari.

Quodsi decretum illud posito auxilio A. & negato omni alio non determinat Deum ad concurrendum; sed reliquit determinationem concursus Dei penes arbitrium creatum; ergo potest hoc frustrare illud decretum. Nam per se illud decretum efficaciter vult ut posito auxilio A. & negato omni alio existat concursus divinus in amorem; seu ut existat amor. Sed arbitrium creatum potest facere ut posito auxilio A. & negato omni alio non concurrat Deus ad amorem; & non detur amor; ergo potest frustrare decretum.

Ex dictis in probatione nostræ sententiæ, facile solvitur ratio dubitandi in contrarium proposita sectionis n. numer. 6. Est enim propriæ ad scientiam medianam per simplicem intelligentiam cognoscat, sibi non desaturum auxilium congruum ad faciendum; ut voluntas libere convertatur; non propterea potest pro illo signo ante scientiam medianam præfinire efficaciter conversionem liberam; quia cognoscit conversionem liberam cap-

cem non esse terminandi præfinitionem efficacem antecedentem, & in impedibilem: solumque esse capacem terminandi præfinitionem supponentem scientiam mediam, quia hæc sola est, quæ cohæret cum libertate: ac proinde cognoscit se non posse præfinire efficaciter operationem liberam, nisi pro posteriori ad scientiam mediam.

SECTIO TERTIA.

Præcluditur evasio contendens, voluntatem creatam posse impedire decretum illud anteverrens scientiam mediam.

34 **D**ICES ex Pater Ribadeñey: ra disputat. 22. de prædestinat. capit. 3. numer. 23. componi cum nostra libertate decretum anteverrens scientiam mediam, quo Deus efficaciter statuat, ut detur substantia consensus, sive per media prædeterminantia, & necessitantia, sive per media indifferentia, quæ pro posteriori apparuerint per scientiam mediam congrua ad exprimendum consensum liberum à voluntate nostra. Rationem reddi: *Nam hoc decretum*, licet secundum se sumptum non petat essentialiter scientiam mediam, tamen illam indispensabiliter petit prout coniunctum cum decreto negandi media prædeterminantia, & necessitantia. Quo fit, ut ijs medijs negatis, & concessis indifferentibus, sit in voluntate potestas pro eo signo medium indifferentium, & negationis medium necessitantium ad impediendum per dissensum existentiam scientiæ mediæ consensus sub his medijs indifferentibus, & consequenter ad impediendam existentiam coniunctionis eorum decretorum, quorum coniunctio requirit essentialiter scientiam mediam. At voluntas nequit impedire eam coniunctionem decretorum suo dissensu impediendo decretum negans media necessitantia ad consensum, cum potius dissensus inevitabiliter connectatur cum hoc decreto: ergo solum impedire sic potest eam coniunctionem impediendo existentiam prædicti decreti præcisivi. Ex quibus infert hoc decretum ut ut coniunctum cum decreto negante media necessitantia cohæret cum libertate creata: quia solum repugnare poterat eum illa ex eo, quod connectatur cum consensu non requirens scientiam me-

diam, neque potens impediri per dissensum. At ut coniunctum cum decreto excludente media necessitantia, & requirit necessario scientiam mediam, & impedibile est à voluntate per dissensum, ergo ut sic coniunctum optime cohæret cum libertate ad consensum, & dissensum.

35 Sed contra; quia nostra argumenta evincunt illud decretum præcedens à medijs indifferentibus, & à medijs prædeterminantibus evertere libertatem, quia quatenus antecedenter ad usum nostræ libertatis prævisum amat efficaciter substantiam consensus, amat efficaciter concursus immediatum omnipotentis in consensum, ac proinde determinat omnidotentiam ad concurrendum in consensum; unde non relinquit locum, ut possit supervenire decretum oblatum concursus cum indifferentia, ac proinde non relinquit locum ut voluntas creata possit determinare omnipotentiam ad concurrendum in hunc actum præ opposito, & per consequens evertit libertatem. Quare illud decretum est implicans in terminis. Nam qua parte amat antecedenter substantiam consensus, determinat omnipotentiam ad concurrendum: qua parte præcindit à circumstantia medijs indifferentibus, & relinquit locum libertati, non determinat omnipotentiam ad concurrendum; ac proinde contradictoria involvit.

36 Si Deus non concurreret concursu simultaneo immediato ad consensum illum, sed solum mediate, vel per media necessitantia, quando consensus elicitur necessario, vel per media indifferentia, quando elicitur libere; nimirum inclinando voluntatem ut viribus suis eliceret consensum; tunc illud decretum solum haberet influxum mediatum in consensum: principium autem mediatum consensus nequit tollere eius libertatem, si relinquit omnia principia proxima indifferentia. Unde quando infert media indifferentia præcisè, non aufert libertatem; nam connexionem essentialem non habet tunc propter id, quod infert, sed propter id, quod inferret, casu quo videret voluntatem non operaturam cum medijs indifferentibus. Unde solum sequitur quod necessitaret, casu quo voluntas non esset operaturam cum medijs indifferentibus. Quare tunc illud decretum foret pure intentivum, & nullo modo immutaret modum agendi nostræ voluntatis, si illi exhiberet præcisè media indifferentia. At in vera suppositione illud decretum foret executivum, quia immediate

Determinaret omnipotentiam ad concurrendum, & immediate insueret in consensum simpliciter autem ut consensus sit liber voluntati creatae, ubi Deus concurret ad illum per decretum essentialiter connexum cum ipso.

37. Nostra etiam argumenta ex alio capite evincunt voluntatem creatam non posse impedire illius decreti existentiam, quia illud decretum ut sit non indiget scientia media, sed solum postulat scientiam simpliciter intelligentiam: nostra autem voluntas solum potest impedire illud Dei decretum, quod ut sit & existat praerequirat scientiam mediam, vel scientiam visionis nobis liberam. Illud quidem decretum requirit scientiam mediam, ad hoc ut coniungatur cum decreto negante media praedeterminantia: & hinc recte quidem inferunt, voluntatem nostram potentem mediante dissensu impedire scientiam mediam consensus essentialiter praerequistam ad coniunctionem illius decreti praescindens cum decreto negandi media praedeterminantia; posse per dissensum impedire illam coniunctionem, impediendo decretum negandi media praedeterminantia, utpote quod ut existat praerequirat, supposito decreto praescindente, scientiam mediam futurum consensus sub medio indifferenti. Aliunde vero sequitur non posse voluntatem impedire illam coniunctionem impediendo decretum negandi media praedeterminantia: quia cum dissensus liber voluntatis creatae essentialiter supponat existentiam decreti necessitantis ad consensum, non potest illam carentiam inducere. Unde sequitur utraque pars contradictionis: & hinc evincitur, eiusmodi decretum praescindens esse chymericum: Quia hoc ipso illud decretum esset frustrabile a voluntate creatae; quia illud essentialiter postulat, ut voluntas creatae posito auxilio indifferenti, & negato auxilio praedeterminante operetur: & voluntas nostra posito auxilio indifferenti, & negato praedeterminante potest non operari in sensu composito auxilij indifferentis: ergo potest frustrare illud decretum: siquidem cum illud sit independens in essendo a nostra operatione, non possumus illud impedire.

38. Cerniturque clare implicatio in decreto illo praescisivo antevertente scientiam mediam, quo Deus praefiniret efficaciter substantiam consensus, vel per medium A. indifferens, si per scientiam mediam apparuerit congruum: vel per medium B. praedeterminans. Nam huiusmodi decretum essentialiter postulat, ut si conferatur auxi-

lium A. cum illo operetur voluntas, & ponat consensum. Voluntas autem creatae posito auxilio A. posset ponere dissensum, illumque componere cum auxilio A. Ergo posset facere chymeram. Probo consequentiam, quia chymera est, quod Deus velit efficaciter, quod ponatur consensus, si existat auxilium A. per decretum omnino antecedens, & independens a nobis: & quod per ipsum decretum concedat homini potestatem faciendi ut non existat consensus, quamvis existat auxilium A. quia hoc esset concedere homini facultatem ad frustrandum decretum omnino infrustrabile, vel ad impediendum decretum omnino independens a nostra libertate, & virtutemque est chymera.

39. Quae implicatio amplius detegitur. Nam voluntas habens in statu absoluto auxilium A. indifferens ex vi decreti antecedentis praescisivae substantiam consensus, vel per auxilium A. indifferens, vel per auxilium B. praedeterminans, posset ponere dissensum: ergo posset facere per dissensum, ut Deus praedeterminaret ad consensum, quod est prorsus chymericum; quia existentia unius contradictorij nequit esse acquisitio alterius contradictorij. Probo consequentiam, quia cum Deus in vi illius decreti praescisivi sit essentialiter determinatus praedeterminare ad consensum casu quo voluntas non sit eicitura consensus per auxilium A. hoc ipso quod voluntas dissensuta sit auxilio A. cogitur Deus vi decreti praescisivi praedeterminare ad consensum, unde dabitur in voluntate pulsata auxilio A. indifferenti potestas ad acquirendum medio dissensu auxilium praedeterminans ad consensum; & consequente ad acquirendum consensum medio dissensu; quae est potestas chymera.

SECTIO QUARTA:

Præcluditur alia evasio contendens, illud decretum antevertens scientiam mediam consistere cum libertate, quamvis neque sit frustrabile, neque impedibile a nobis.

40. **D**ICES secundo, illud decretum componi cum libertate, quamvis neque possit frustrari, neque impediri, quia stat

voluntatem nostram manere cum potentia proxima ad ponendam à parte rei omissionem operis præfinitis, quin maneat cum potentia ad illam componendam cum decreto, nec cum ipsius carentia. Nam ut docet P. Molina in Conc. disp. 51. & Eximius Doctor in opus. lib. 1. de scientia Dei cap. 9. à num. 9. Granada, Tanner. & alij apud Montoyam eos referentem, & sequentem disp. 31. de scientia, voluntas creata nequit impedire scientiam Dei, quam habet de eius actibus liberis ut futuris, eo quod ad ad præteritum non datur potentia: ergo iuxta hos Doctores voluntas creata manet cum potentia proxima ad ponendam à parte rei omissionem actus præfinitis à Deo, quin maneat cum potentia ad componendam talem omissionem cum scientia Dei, nec cum carentia scientiæ; quia primum esset falsificare scientiam, & secundum impedire: ergo similiter in nostro casu &c.

41. Verum hæc doctrina sustinenda non est, quia voluntatem nostram ponere à parte rei omissionem operis, est voluntatem nostram facere, ne ab æterno præexistere scientia representans ipsam operaturam, ac proinde posse ponere illam omissionem, est posse facere ne ab æterno præexistere illa scientia, nam omisio operis essentialiter connectitur cum carentiâ scientiæ representantis existentiam operis, non connectitur autem supponendo ordine causalitatis priori carentiam illam; sicut enim scientia visionis nostrorum actuum liberorum non est causa illorum, ita neque carentia illius scientiæ est causa carentiæ nostrorum actuum; ac proinde omisio operis non connectitur cum carentia illius scientiæ supponendo illam carentiam priori: ergo connectitur inferendo illam pro posteriori, vel saltem illam afferendo concomitanter pro eodem signo. Ergo voluntas nostra determinans ad existentiam omissionis actus determinat ad existentiam carentiæ scientiæ visionis representantis actum: & consequenter impedit scientiam illam visionis. Negari ergo nequit voluntatem nostram posse impedire scientiam Dei, id est facere ne unquam Deus viderit ipsam operantem. Nec mirum, nam si ideo Deus ab æterno cognoscit me modo disputare, quia ego modo disputo: ergo si ego nunc necessarie disputarem, Deus ab æterno nõ cognovisset me nunc libere disputare. Sed nunc disputo cum potentia proxima ad non disputandum: ergo disputo cum potentia ad faciendum, ne Deus ab æterno cognoverit me nunc disputare. Quæ in tractatu de scientia fusius exponuntur, & ibi declaratur quo pacto possit esse potentia ad præteritum.

42. Et quidem si admittitur illud decretum antecedens infrustrabile, & inimpedibile via aperitur ad defendendum, prædeterminationem non ledere libertatem, asserendo scilicet, prædeterminationem ad amandum ex conceptu suo supponere potentiam proximè expeditam ad utrumque extremum, eisque munus esse illam differentiam determinare, non autem tollere. Quia sicut tu dicis decretum illud anteverrens scientiam mediam non tollere libertatem, quia licet nec possit frustrari, nec impediri; hoc non provenit ex eo quod sit impossibile cum proxima potentia ad omissionem actus præfinitis; sed quia est impossibile cum ipsa omissione: similiter dicunt prædeterminatores de prædeterminatione amoris liberi; illam scilicet non tollere libertatem, quia licet nequeat frustrari, nec impediri, hoc non provenit ex eo quod sit impossibilis cum proxima potentia ad omitendum, sed ex eo quod est impossibilis cum ipsa omissione. Et sicut tu dicis illud decretum relinquere potentiam proximam ad ponendam à parte rei omissionem operis, quin relinquat potentiam ad componendam illam omissionem cum decreto, vel cum carentia ipsius, idem dicent ipsi de prædeterminatione. Quod si reddas discrimen quod prædeterminatio exigitur ab ipsa operatione, & potentia illam exigit ut se determinet: at nec operatio ut operetur exigit decretum anteverrens scientiam mediam: contra est primo, quia saltem sequitur prædeterminationem non requisitam non evertere libertatem, contra est secundo, quia dissensus ut existat essentialiter postulat carentiam præfinitionis efficacis terminatæ ad consensum: & potentia ipsa productiva dissensus, ut ponat dissensus exigit etiam illam carentiam: quia talis potentia proximè expedita involvit applicationem omnium potentiarum: implicat autem omnipotentiam esse paratam ad concurrentem ad dissensum, dum à se, & ex se habet præfinitionem efficacem antecedentem terminatam ad consensum.

43. Quare fixum esse debet iuxta principia Societatis, ad libertatem requiri, ut possimus impedire omnem suppositionem connexam essentialiter cum nostro opere, & consequenter, quod possimus impedire scientiam visionis, & scientiam mediam nostrorum operum. Et hanc sententiam tenent in numeri Doctores apud Ruiz disput. 55. de prædestinat. sect. 5. num. 14. eamque ut manifestam supponit Pater Conich disput. 27. de supernat. n. 100. & P. Vazquez 1. p. disp. 68.

num. 48. & disp. 89. num. 49. & 96. Nec mihi persuadere possum. Eximium Doctorem, & Patrem Molinam. in re nobis esse contrarios; solum enim videntur negare nos posse impedire scientiam Dei, quia (vt explicuit Vazquez eodem. 45.) nobis libertum non est scientiam Dei, quia de vna parte contradictionis esse, supponimus, in aliam mutare: *Sive quia* (vt loquitur ibi Eximius Doctor) *in nobis non est potentia ad auferendum à Deo determinationem scientiæ, quam semel habuit*, id est ad faciendum, vt desinat habere scientiam ex suppositione, quod illam habuerit & in hoc sensu verissimum est nos non posse impedire scientiam Dei. Possumus tamen illam impedire in alio sensu, quatenus ex vi actus primi, quo defacto operamur, qui actus primus ex se præscindit ab hac scientia, & à scientia opposita; possumus facere, ne vnquam Deus habuerit illam scientiam, non quidem faciendo, vt scientia semel existens desinat, sed faciendo ne vnquam fuerit.

44 Quare vbi præteritum ex conceptu suo supponit voluntatem se postea libere determinaturam, ex conceptu suo supponit habituram potentiam ad faciendum, non quidem vt non fuerit præteritum ex suppositione, quod exiterit, sed ad faciendum ne exiterit. Nec propterea Deus desinit esse summè certus de sua cognitione, quia evidenter cognoscit voluntatem quamvis possit impedire, nunquam tamen re ipsa impedituram eam scientiam; sicut cognoscit non impedituram operationem, quamvis ad hoc habeat potentiam antecedentem.

SECTIO QUINTA:

Soluitur fundament à priori quo aliqui continent illam præfinitionem non euertere libertatem.

45 **N**obilis Recentior in manuscriptis probat præfinitionem illam antecedentem scientiam mediam in essendo, & dependentem ab illa in operando non tollere libertatem; quia licet sit connexa eum operatione, & impedibilis à voluntate creata, tamen est principium remotum non petitum à principio proximo, nec petitum ab ipsa operatione, ac proinde coheret cum proxima potentia indifferenti ad vtrumque; siquidem Deus per illam præfinitionem vult vt illa operatio ponatur per principia proxima indifferentia ad vtrumque, quæ per scientiam mediam apparuerint coniungenda eum operatione. Vbi autem principia proxima sunt indifferentia, operatio, evadit libera, vt enim in-

quit D. Thomas 1. contra gentes, cap. 67. n. 5. *si causa proxima fuerit contingens, eius effectum contingentem oportet esse, etiam si causa remota necessaria sit.* Ergo quamvis causa remota sit necessaria, id est inevitabilis & necessario connexa cum effectu, effectus erit liber si causa proxima fuerit proxime indifferens ad vtrumque. Quod confirmat ex eodem S. Doctore 1. p. q. 23. art. 6. vbi ait: *Prædestinatio certissime & infallibiliter consequitur suum effectum, nec tamen imponit necessitatem, quia non omnia, quæ providentiæ subduntur, necessaria sunt, sed quædam contingenter eveniunt secundum conditionem causarum proximarum, quas ad tales effectus divina providentiæ ordinavit. Et tamen providentiæ ordo est infallibilis.*

46 Fateor principium remotum omnino extrinsecum operanti, & quod nullatenus illud immutat, nec infert aliquid determinans arbitrium, sed relinquit proximam indifferentiam ad vtrumque, non posse tollere libertatem, quia vbi actio oritur à potentia proxime potète omittere ipsam, oritur cum plena libertate. Dico tamè impossibile omnino esse quod Deus antecedenter ad scientiam mediam efficaciter præfinit nostrum consensum, & quod pro posteriori ad scientiam mediam conferat nostræ voluntati proximam indifferentiam ad vtrumque; quia per illud decretum applicatur immediate omnipotentia ad concurrendum, vt vidimus sect. 2. num. implicat autem vt voluntas sit proxime expedita ad omitendum actum, quando habet omnipotentiam sibi assistentem & applicatam in vi decreti essentialiter connexi cum consensu.

47 Dices, illud decretum esse purè intèntivum, ac proinde per illud non applicari immediate omnipotentiam. Respondeo, negando assumptum, quia illud decretum est omnino antecedens, & amat immediate concursum externum in nostrum actum, siquidem efficaciter vult vt existat noster consensus, qui secum identificat virtualiter concursum omnipotentiae, ac proinde immediate & formaliter amat concursum omnipotentiae: decretum autem divinum omnino antecedens, & immediate amans concursum omnipotentiae, eam applicat immediate ad concurrendum.

48 Probat deinde à priori laudatus Recentior suam sententiam, quia vt inquit Eximius Doctor tom 1. in 3. p. disp. 37. sect. 3. 8. *ultimo ergo, vt tollatur libertas ex aliqua suppositione, non satis est, vt ipsa suppositio antecedar voluntatis consensum, & ab illo non pendeat, etiam si tali suppositione posita infallibiliter sequatur talis actus, sed præterea necessarium est vt id, quod per tale v*

suppositionem ponitur aliquo efficaci, & veluti physico modo determinet voluntatem ad talem adunam hoc est proprie necessitatem inferre. Unde si id, quod supponitur, non habeat huiusmodi vim, non potest tollere naturalem modum operandi voluntatis, neque eius libertatem, quæ in tali modo operandi consistit. Respondeo eam doctrinam à P. Suarez afferri ad probandum unionem hypostaticam, quamvis sit essentialiter impossibilis cum omissione actus præcepti, ac sit suppositio omnino antecedens usum libertatis humanitatis Christi, ac proinde sit connexa cum observatione præcepti, tamen componi cum libertate humanitatis Christi ad non observandum præceptum. Illa autem doctrina satis difficilis est, & communiter deseritur à nostris Doctoribus, eamque ego late impugno tom. 3. de sp. 30. sect. 1.

49 Deinde admitto, ad hoc ut tollatur libertas ex aliqua suppositione, necessarium esse, quod vel illa suppositio per se ipsam determinet voluntatem, vel inducat aliquid determinans voluntatem & physice immutans & faciens, ut illa non determinetur à se. Dico tamen ex eo quod Deus præfinit efficaciter nostrum consensum ante scientiam median, necessario inferri, quod physice immutet voluntatem, rapiendo illam ad agendum; quia illud decretum applicat immediate omnipotentiam, ipsamque determinat ad producendum actum nostrum, ut enim probat idem Eximius Doctor tom. 2. de grat. lib. 5. cap. 24. num. 11. *impossibile est quod Deus decreto omnino antecedenti velit ut voluntas operetur. & quod simul velit ut operetur libere, quia non potest efficaciam actus contraria esse obiecto suo.* Foret autem contraria efficacia actus obiecto, suo si Deus decreto efficaci antecedenti vellet, ut voluntas operetur libere: nam velle ut operetur libere, est velle ut se determinet, & non determinetur ab alio: aliunde autem velle efficaciter efficacia antecedenti est Deum determinate ad existentiam talis actus, & auferre determinationem voluntati. Quare tunc ut illius decreti induceretur actio non subiaccens dominio voluntatis creatæ, quia illud decretum impediret obligationem concursus ad actum oppositum, ac proinde prædeterminaret voluntatem ad agendum, ut enim probat idem P. Suarez ibidem n. 13. 14. & 15. & num. 20. *implicat Deum necessitare voluntatem creatam ad agendum per suum decretum, quin actio inducitur sit diversa ob ea, quam eliceret voluntas ut decreti indifferentis.* Idque late ostendit Prologomen. 1. de gratia, quare actio quæ eliceret voluntas creatam in vi præfinitionis anteverrens scientiam median non subderetur dominio ipsius, neque

esser à voluntate ut determinante se ipsam ad agendum, sed ab ipsa ut prædeterminata à Deo.

50 Arguit præterea idem Recentior à priori, quoties pro signo aliquo scit Deus sibi non defutura media infallibilia; quibus obtineat à creatò arbitrio operationem liberam, potest apud se efficaciter decernere existentiam talis operationis per talia media. Sed pro signo non constituto ex scientia media, seu pro signo simplicis intelligentiæ scit Deus in thesauris suæ omnipotentiae fore media infallibilia, quibus obtineat à creatò arbitrio operationem liberam: ergo pro tali signo potest efficaciter eius existentiam decernere. Minorem probat quia in nostris principijs collectio infinita auxiliorum indifferentium fundat metaphysicam infallibilitatem conversionis libertæ futuræ sub aliquo ex illis vage & indeterminate loquendo. Et quamvis illa connexio negetur poterat (inquit) Deus ita decernere: *Efficaciter amo existentiam talis actionis eliciende per auxilia prædeterminantia, casu quo non sint auxilia indifferentia congrua, quibus libere creatura consentiat.* Eiusmodi autem decretum est in essendo inimpedibile à creatura, utpote independens à priori ab eius operatione, & nihilominus ut illius non determinatur Deus, ut tribuat auxilia prædeterminantia, nisi non viderit indifferentia: ergo indifferentibus prævisis, illa conferret Deus, quin ratione decreti illis addat ullam efficaciam. Probat hæc consequentiam, quia aliter Deus se habebit per tale decretum casu quo non videat auxilia indifferentia; sed his non visis tolleret libertatem præcisè in vi auxiliorum prædeterminantium; ergo prævisis congruis salvabit libertatem præcisè in vi auxiliorum indifferentium.

51 Hoc fundamentum supponit, Deum posse concipere aliquod decretum liberum pro priori ad scientiam median. Hoc autem est falsum, quia cum Deus pro priori ad omne liberum decretum cognoscat per simplicem intelligentiam quid possit facere voluntas sub quacumque hypothesi possibili; ob summam perspicaciam divini intellectus est determinatus ad sciendum quid re ipsa factura sit voluntas sub tali hypothesi statim in signo immediato ad simplicem intelligentiam ante omne liberum decretum: atque adeo perfectio divini intellectus, & divinæ providentiæ posular, ut ante omnem electionem liberam cognoscat omnem veritatem contingentem conditionatam cognoscibilem per scientiam median, nequa post liberam determinationem improvisa, & inopinata rerum combinatio vel habitudo resultet fortuito, ut late & nervose probat P. Iunius de prædest. sect. 3. cap. 3. & sect. 5. cap. 5.

vbi probat, omne possibile decretum Dei præ-
 requirere vage scientiam mediã affirmati-
 vam vel negativã circa quancumque verita-
 tem conditionatã liberã. Et rursus sect. 9.
 cap. Probat omne decretum Dei, omnemque
 divinã determinationem liberã, in qua-
 cumque providentiã possibili supponere ne-
 cessario omnes actus scientiã mediã directe, &
 reflexe, qui in ea providentiã dantur, saltem
 vt negative priores, quatenus nullum ex illis
 potest positione antevertere, adeoque suppo-
 nere saltem vage affirmationem vel negationẽ
 circa quamcumque futuritionem conditiona-
 tam liberã; & consequenter omnem actum
 scientiã mediã esse ante omnem liberum vo-
 luntatis actum, vel positionem, si proponat mo-
 tivum saltem extrinsecum, vel permissivẽ, si
 proponat remoram, vel negativẽ si neutrum.
 Et cum P. Aldreie restantur hanc esse commu-
 nem sententiam Societatis, & Patrum.

52. Eamque probat duplici ratione:
 primo, quia actus liber anteveriens aliquem
 actum scientiã mediã non esset perfecte pro-
 vidus, & immunis ab omni casualitate: secun-
 do, quia Deus scit omnem veritatem quã pri-
 mum, & quam perfecte & simpliciter illa scibilis est:
 sed omnis futuritio conditionata libera, sive
 divini actus, sive creati, est vera & scibilis an-
 tecedenter, & independenter ab absoluta de-
 terminatiõne divinã libertatis quacumque: er-
 go, ita scitur, ipsam autem vt talem sciri, est
 formaliter dari scientiam mediã, & quidem
 omnem in data providentiã existentem: ergo
 nullus est actus scientiã mediã in vlla provi-
 dentiã existens, qui non sit saltem negative an-
 tetior omni divinã absoluta determinatione li-
 bera, ad eam providentiã pertinente. Mino-
 rem probat duobus principijs nobis sufficit
 alteruta infirmalle, nimirum, omnes futuritio-
 nes conditionatas liberas esse simul obiective,
 seu simul veras, eoque simul cognoscibiles, cũ
 sint vicissim inconnexæ, independentesque:
 ergo sicut possibilitates rerum contingentium
 simul cognoscuntur per scientiam naturalem,
 ita contingentes futuritiones conditionatæ si-
 mul cognoscuntur per scientiam mediã: ergo
 vel omnes cognoscuntur ante absolutam divi-
 nã libertatis determinationẽ, vel omnes post.
 Sed non potest dici hoc secundum; cum cer-
 tum sit aliquam scientiam mediã dirigere ad
 aliquod decretum liberum: ergo debet dici il-
 lud primum.

53. Sed quamvis aliquod decretum
 liberum posset præcedere scientiam mediã,
 non tamen ante scientiam mediã posset præ-
 cedere præfinitio efficax consensus nostri libe-
 ri, vt evicunt nostra fundamenta. Vnde quam-
 vis in signo scientiã simplicis intelligentiã

sciat Deus sibi non defutura mediã congrua ad
 faciendum vt voluntas creata libere converta-
 tur, non idcirco potest pro eo signo præfinitẽ
 operationem liberã creaturæ. Ratio est,
 quia per simplicem intelligentiam cognoscit
 scientiam mediã non affirmare suum obic-
 tum, nisi sub conditione quod offeratur vo-
 luntati creatae concursus ad vtutrumque extremũ
 per decretum indifferens, cognoscitque hoc
 decretum indifferens esse impossibile cum
 decreto efficaci antecedenti. Vnde licet Deus
 cognoscat in signo simplicis intelligentiã
 operationem liberã creaturæ esse à se præfi-
 nibilem, cognoscit tamen non esse præfinitẽ
 pro eo signo, sed pro signo supponentẽ
 scientiam mediã; vt iam dixi disp. 4. n. 41. &
 in had disputat. sect. 2. in fine.

54. Illud autem decretum in argu-
 mento adductum num. 6. amans efficaciter exi-
 stentiã actionis per mediã prædeterminantiã
 quãdo nullum mediũ indifferens, appareat cõ-
 gruum; est omnino implicatorium, tum quia
 supponit eandem numero actionem posse ori-
 ri à voluntate creata vt indifferenti, vel ab illa
 vt prædeterminata: iam autem ostendimus ex
 Parte Suarez, actionem quæ oritur à volunta-
 te vt prædeterminata esse essentialiter diversã
 ab ea, quæ oritur ab illa vt indifferenti. Tum
 quia illud decretum quatenus antecedenter
 amat efficaciter existentiã actionis, determi-
 nat omnipotentiam ad illam, efficiendam cum
 voluntate, ac proinde non relinquit locum, vt
 voluntas creata in executione possit determi-
 nare omnipotentiam ad concurrentium in illã
 potiusquam in oppositam: quatenus vero so-
 lum amat actionem vt ponendam mediã præ-
 determinatione sub conditione, quod non ap-
 pareat per scientiam mediã auxilium aliquod
 indifferens congruum ad exprimendum con-
 sensum liberum; relinquit locum vt Deus non
 determinet in executione existentiã concur-
 sus in illam actionem potiusquam in oppo-
 sitam: ac proinde habet illud decretum prædi-
 cata innicem repugnantia, & sibi contradi-
 centia.

55. Respondebit aliquis ex P. Aldreie
 disp. 3. de præd. sect. 10. n. 4. & 10. & ex P.
 Izquierdo tom. 2. de Deo disp. 39. num. 51.
 voluntatem creatam posito auxilio indifferenti
 posse impedire existentiã illius decreti: quia
 quamvis illud decretum ex se non postulet, vt
 Deus ponat actionem illam per mediã indif-
 ferentiã determinare, sed per mediã indifferen-
 tiã vel prædeterminantiã; tamen ex supposi-
 tione quod Deus contulerit mediũ indiffe-
 rens, & negaverit prædeterminans, postulat vt
 operetur cum illo medio; ac proinde cum vo-
 luntate creata supposito auxilio indifferenti, po-
 sit

fit non operari potest facere ne præxiterit illud decretum. Sed contra, quia hoc ipso quod illud decretum antecedar scientiam mediam, ut hic supponitur antecedere, non dependet quasi à priori à nostra operatione libera neque absolute neque conditionate, quia non supponit voluntatem nostram operaturam cum illo auxilio si detur; unde si aliunde essentialiter postulat, ut posito illo auxilio ponatur operatio, vel necessitabit voluntatem, vel erit frustrabile, ut in simili ostendi sect. 3. contra P. Ribadeneira: proindeque erit implicans in terminis si efficaciter vult ut voluntas operetur libere, quia hoc ipso quod velit ut operetur libere, vult ut habeat potentiam proximam ad omittendum actum præfinitum: potentia autem proxima ad omittendum actum præfinitum, si non sit potentia ad faciendum ne extiterit præfinitio, est potentia ad faciendum, ut præfinitio maneat frustrata & sine effectu, ut supponit P. Aldrete. At non est potentia ad faciendum ne extiterit præfinitio, quæ non supponit scientiam mediam, sed præcisè scientiam simplicis intelligentiæ; quia talis præfinitio est à nobis inimpedibilis. Ergo est potentia ad faciendum ut talis præfinitio maneat sine effectu: quæ est potentia ad chymæram. Aliiter se res haberet, si supposita sciëntia media de efficacia auxiliij *A.* indifferentis, Deus sic decerneret, *volo* vel *petrus* eliciat amorem vel per auxilium *A.* indifferentis, quod prævideo fore efficax, vel per auxilium *B.* prædeterminans. Nam hæc præfinitio posito auxiliio *A.* esset impedibilis; quia supponit voluntatem operaturam posito auxiliio *A.* ac proinde est impedibilis à voluntate quæ posito auxiliio *A.* potest impedire operationem. Ut magis constabit sect. 9. à num. 78.

56 Dices ex P. Izquierdo ubi supra, voluntatem nostram posse impedire decretum illud anteverrens scientiam mediam, quo Deus statuat ut fiat actus vel per medium indifferentis, si appareat congruum, vel per prædeterminans si medium indifferentis non appareat congruum: *Quia quamvis tale decretum ad existentiam suam non magis postulet medium indifferentis, quam prædeterminans, sed cum verius indifferentes possit existere: nihilominus quando defacto apponitur medium liberum, seu indifferentis, ab eius influxu dependet in sua existentia, & consequenter ab arbitrio voluntatis prout tali medio instructa. Etenim decretum ab ea causa dependet in sua existentia defacto, à qua defacto dependet actus cum quo illud connexum est, sed quando defacto ponitur medium indifferentis à voluntate prout tali medio instructa accipit actus existentiam: ergo quando defacto ponitur medium indifferentis, à voluntate prout tali medio instructa*

dependet existentia decreti, per illiusque, subde, arbitrium impedibile est.

57 Verum hæc solutio facile impugnatur: quia illud principium decretum ab ea causa dependet in sua existentia defacto, à qua defacto pender actus cum quo illud connexum est, illud, inquam principium, falsissimum est, si semel admittitur præfinitio efficax anteverrens scientiam mediam. Eodem quippe principio poterit Scotista, imo & Thomista defendere præfinitionem suam de nostro actu libero, posse à nobis impediri; quia connectitur cum existentia actus à nobis impedibilis. Nam si semel voluntas creata potest impedire decretum, quod vnice supponit scientiam simplicis intelligentiæ ut dirigentem ad sui existentiam, & constituentem vnice proximam potèntiam præfinitionis; non est ratio, cur non possit impedire similiter præfinitionem Scoticam, & Thomisticam. Absolute vero impossibile est, quod voluntas creata possit impedire existentiam decreti divini, ad quod habendum vel non habendum Deus ex se est proxime expeditus. Nam duobus tantum modis potest impediri existentia actus liberi, primo mediate auferendo scilicet proximam potentiam ad decernendum; quo pacto potest voluntas nostra impedire decretum divinum damnandi hominè, quia proxima potestas ad habendum illud decretum constituitur per scientiam visionis de existentia peccati, quam scientiam potest homo impedire. Alio modo immediate, supposita proxima indifferentia ad utrumque, & hoc pacto existentia actus liberi solum potest impediri ab ipsa potentia libera, quæ ex conceptu potentiæ liberæ habet, quod positis omnibus prærequisitis ad agendum possit agere & non agere, se ipsam determinando ad agere, vel se determinando ad non agere; est enim de conceptu potentiæ liberæ, quod se determinet, & non determinetur physice & immediate ab alio; ut sæpe ostendimus; & quamvis hoc non foret de conceptu primæ potentiæ liberæ, nempe voluntatis divinæ, quæ seipsam debet determinare; & de statu proxime indifferentiæ reducere ad statum determinationis. Iam vero evidens est, non posse priori modo impediri præfinitionem, ad quam Deus à se & ex se est proxime expeditus; qualis est præfinitio anteverrens scientiam mediam, & vnice pendens à scientia simplicis intelligentiæ, quia cum evidens sit nullam causam posse facere ut Deus non sit proxime expeditus ad habendam illam præfinitionem. Ergo illa præfinitio solum est impeditibilis secundo modo; nempe per exercitiū liberum oppositum præfinitioni; hoc autem pacto à solo Deo potest impediri, quia solus Deus ex se proxime potens præfinire, & non

præfinitè, se potest determinare ad non præfinitum. Ergo manifestum videtur, non posse præfinitionem antecedentem scientiam mediâ impediri à voluntate creata, vlla facta suppositione.

SECTIO SEXTA.

Soluitur argumentum, contendens hominem subjacentem illi præfinitioni antecedenti posse omittere actum præfinitum, quamvis neque possit componere illam omissionem cum ea præfinitione, neque cum carentia ipsius.

38 **C**ertum est, chymaticum esse quod existat omisio assensus, id est dissensus, quin coexistat cum præfinitione consensus vel cum carentia præfinitionis, cum enim inter contradictoria non detur medium, & necesse sit ut vel existat præfinitio consensus, vel carentia talis præfinitionis, implicatorium erit quod existat dissensus quin coexistat vel cum præfinitione consensus, vel cum carentia talis præfinitionis. At dicent ad versarij voluntatè creatam subjacentem præfinitioni consensus posse quidem facere ut existat dissensus, quin possit facere ut coexistat cum præfinitione consensus, quia non habet potètiâ ad frustrandam talem præfinitionem, & quin possit facere ut dissensus coexistat cum carentia talis præfinitionis, quia non potest talem præfinitionem impedire: inde tamen non inferri, quod possit facere ut existat dissensus quin coexistat cum præfinitione consensus, vel cum carentia talis præfinitionis cum enim impossibile sit ut existat dissensus, quin coexistat cum altero è duobus contradictorijs; qui possit facere ut existeret dissensus, quin haberet coexistentiam cum altero è duobus contradictorijs, possit facere chymaram. Aliud enim est existere dissensum, quin coexistat cum præfinitione consensus, vel cum carentia talis præfinitionis; aliud posse facere ut existat, quin possit facere ut coexistat cum tali præfinitione, & quin possit facere ut existat cum carentia talis præfinitionis. Quamvis enim primum sit impossibile potest esse possibile secundum, Ut cernitur in hoc exemplo. Nam implicat me ponere dissensum, quin dissensus coexistat cum locutione tua, vel cum carentia tuæ locutionis; & tamen nec possum facere ut coexistat cum locutione tua, cum penes me non sit facere ut loquaris, neque possum facere, ut coexistat cum carentia tuæ locutionis, cum penes me non sit facere, ut taceas. Sicut ergo in hoc casu habeo potètiâ ad ponendum dissensum, quin habeam potètiâ ad illum componendum cum

locutione tua, neque habeam potètiâ ad illum componendum cum carentia tuæ locutionis, quin propterea habeam potètiâ ad chymaram: similiter voluntas subjacentis præfinitioni consensus poterit habere potètiâ ad ponendum dissensum, quin habeat potètiâ ad illum componendum cum præfinitione; vel cum carentia præfinitionis: & quin propterea sequatur habere potètiâ ad chymaram. Ratio autem à priori est (inquit nobilis Recentior) quia tunc sequitur esse potètiâ ad terminum; quin sit potètiâ ad alterum è duobus contradictorijs, quando nulla alia supponitur potètiâ, quæ possit alterum è duobus ponere: tunc enim debet esse bona argumentatio saltem ratione materiae, sic quia scientia mediâ Deo libera non est, & consequenter neque potètiâ proxima præfinitivæ per hoc determinate auxiliam, utpote constituta per eiusmodi scientiam; potètiâ ad omittendum amorem est etiam potètiâ à priori ad faciendum saltem mediate ne existat in Deo scientia mediâ, neque præfinitio amoris illâ scientiam supponens.

59 Quare quod nequeat existere dissensus quin coexistat cum præfinitione consensus vel cum carentia talis præfinitionis oritur ex lege contradictorijs, inter quæ nõ datur medium; sicut quod nequeat existere quin coexistat cum locutione tua, vel cum carentia tuæ locutionis, oritur ex lege contradictorijs. Unde potètiâ ad ponendum dissensum erit potètiâ ad terminum, cuius existentia arguat coexistentiam cum altero è duobus contradictorijs; quin sit necesse ut causa potens ponere dissensum possit ponere coexistentiam quoad utrumque eius extremum. Pariter ergo in nostro casu, solum sequitur voluntatè potentem ponere dissensum, posse ponere terminum cuius existentia legitime inferatur illum coexistere vel cum præfinitione consensus, vel cum carentia præfinitionis.

60 Respondeo argumentum à nobis factum non instari exemplo adducto. Nam ex terminis hoc ipso quod voluntas dum est coniuncta cum aliquo decreto, illique subjacet, possit ponere dissensum, recte inferitur, vel posse componere dissensum, cum illo decreto, vel posse impedire existentiam talis decreti; nam vel illud decretum dependet ab exercitio libero voluntatis estque aliquo pacto suppositio consequens respectu illius: vel est omnino independens, ab exercitio libero voluntatis, si primum voluntas subjacentis illi decreto, & dum est coniuncta cum illo, poterit habere potètiâ antecedentem ad faciendum ne illud decretum extiterit, sicut dum est coniuncta cum amore libero habet potètiâ anteceden-

dentem ad omissionem, ad impediendam suppositionem amoris. Si secundum, habebit potentiam ad frustrandum illud decretum, seu ad componendam omissionem amoris cum illo decreto amante amorem. Ex terminis enim recte arguitur: voluntas dum est conjuncta cum aliqua suppositione habet potentiam antecedentem ad omissionem amoris; ergo si talis suppositio non sit suppositio consequens, & impedibilis a voluntate, potest voluntas coniungere omissionem amoris cum tali suppositione. Unde si voluntas mea in eo instanti in quo coexistit cum locutione tua habet potentiam antecedentem ad omissionem amoris; habet potentiam antecedentem ad coniungendam eam omissionem cum locutione tua. Nam quamvis omisio amoris ex terminis non sit conjunctio sui cum locutione tua; tamen hoc ipso quod eliciatur a voluntate coexistente cum locutione tua erit conjunctio sui cum tua locutione. Sic ergo quavis ex terminis existere dissentiam non sit coniungi cum decreto amante consenti; tamen hoc ipso quod simul cum decreto amante consentium ad hanc potentiam proxima ad ponendum dissentium, & illi non sit potentia ad dividendum à se illud decretum, erit potentia proxima ad coniungendum dissentium cum illo decreto. Unde Universalius verum est. Quoties voluntas subiacens alicui suppositioni, & dum est conjuncta cum illa habet potentiam proximam antecedentem ad omitendum, vel est potens dividere à se illam suppositionem, vel est potens coniungere omissionem cum illa suppositione.

61. Præterea cum locutio tua non sit impedimentum ad meum exercitium, sed omnino impertinenter se habeat ad illud, non est necesse ut eius carentia presupponatur ad hoc ut ego sum proxime potens omittere amorem, neque est necesse ut ego per omissionem amoris possim acquirere caritatem tuam locutionis. At cum præfinitio effectiva amoris sit impedimentum omissionis, vel debet presupponi carentia talis præfinitionis ad hoc ut ego sum proxime potens omittere; vel debet esse acquiribilis, & inducibilis per ipsum exercitium omitendi amorem. Unde si non sit acquiribilis; voluntas subiacens præfinitioni amoris non erit potens omittere quia qui non habet neque prohibeo suo potest habere aliquid essentialiter requisitum ad suum exercitium, non habet in sua potestate libera exercitium illud.

62. Deinde non facimus hoc argumentum implicat existere omissionem

amoris; quin coexistat cum præfinitione amoris; vel cum carentia talis præfinitionis; sed voluntas creata potest facere ut coexistat cum præfinitione amoris; vel ut coexistat cum carentia talis præfinitionis. Hoc enim argumentum recte instatur exemplo adducto. Nam etiam implicat existere meam omissionem amoris; quin coexistat cum tua locutione locutionis; vel cum carentia tue locutionis; & tamen ego non possum facere ut coexistat cum tua locutione; vel ut coexistat cum carentia talis locutionis; neutram enim coexistentiam possum facere; sed non enim possum penetrare terminum, qui propter legem contradictoriorum necessario debet coexistere vel cum locutione tua; vel cum locutione tua; vel cum locutione tua; vel cum carentia tue locutionis; quia necesse est ut dum ego omitto amorem; vel tu loquaris; vel taceas. Sed instaurimus argumentum sub hac forma: voluntas subiacens præfinitioni amoris; dum sic subiacet habet potentiam antecedentem ad faciendum ut existat omisio amoris; sed implicat quod voluntas dum subiacet præfinitioni amoris habeat potentiam antecedentem ad faciendum ut existat omisio; quin habeat potentiam antecedentem vel ad dividendam à se præfinitionem amoris per omissionem amoris; vel ad coniungendam omissionem amoris cum præfinitione amoris. Sic si dum ego sum potens omittere habet potentiam omittondi conjunctam & coexistentem cum tua locutione, esset potens vel ad impediendam tuam locutionem; vel ad coniungendam omissionem amoris cum tua locutione si enim potentia ad omitendum est conjuncta cum locutione, & non est potentia ad impedendam locutionem, et ipse independentem omnino potentia omitendi; hoc ipso est potentia ad coniungendam omissionem cum locutione, quia suppositio coexistens, & conjuncta cum potestiam omni

63. Dices tunc potentiam ponendi aliquid exercitium esse potentiam componendi illud exercitium eam altero e duobus contradictoriis, quando talis potentia supponit per se illud contradictorium; vel quando media per talis exercitium potest illud contradictorium inducere. Sic potentia ponendi amorem est potentia coniungendi illum cum cognitione; quia potentia amandi supponit cognitionem vel per illam constituitur; & potentia peccandi est potentia coniungendi peccatum cum scientia visionis Dei; quia peccatum infert talem scientiam visionis. Iam vero potentia voluntatis creatae non supponit per se illam præfinitio-

antecedentem scientiam mediam, quia talis præfinitio neque est necessaria ut voluntas libera in actu primo, seu ut habeat præfinitam indifferentiam ad utrumque, neque est necessaria ut se determinet in actu secundo, quia illa præfinitio amoris v.g. non est necessaria ut voluntas amet, quare quamvis voluntas creata subiacens illi præfinitioni possit ponere omissionem actus præfiniti, non propterea potest componere illam omissionem cum eiusmodi præfinitione. Sed contra quia quamvis præfinitio amoris non sit necessaria ad amorem, sufficit præsupponi in voluntate divina, & esse independentem à voluntate creata, ut voluntas creata subiacens illi præfinitioni possit componere omissionem cum illa præfinitione, si semelodum subiacet tali præfinitioni habet potestatem ad omissionem amoris, & non habet potestatem impediendi præfinitionem per oppositionem talis omissionis. Sic quamvis aliqua illustratio supernaturalis superaddita cognitioni naturali & inclinans per accidens ad amorem naturalem non sit prærequisita ad amorem naturalem, sufficit quod defacto precedat in voluntate, & cum illa coniungatur antecedenter ad operationem, ad hoc ut voluntas potens omittere amorem, & impotens impedire illustrationem illam, possit componere cum illa omissionem amoris.

¶ **Secundo** contra secundo quia quamvis præfinitio illa amoris non sit prærequisita ad existentiam amoris, tamen carentia illius præfinitionis est essentialiter prærequisita ut voluntas omittat amorem, seu ut ponat actum incompossibilem cum amore: cum implicet, quod Deus concurret cum voluntate creata ad exercitium excludendi amorem, dum habet decretum efficax concurrendi ad amorem, seu dum efficaciter præfinit amoris existentiam. Hinc eodem clare inferitur, vel voluntatem creatam subiacere præfinitioni efficaci amoris non habere potestatem proximam & liberam ad omissionem amoris, seu ad exercitium incompossibile cum amore, vel habere potestatem ad evitandam omissionem amoris cum carentia talis præfinitionis: si enim existere omissionem amoris ex terminis est coniungi cum carentia præfinitionis ad amorem; sane posse subdere, ut existat illa ommissio, est posse facere ut coniungatur cum carentia talis præfinitionis.

¶ **Hinc** denovo confirmatur ratio illa quæ facta est in 2. s. 2. probavi præfinitionem illustrationis antecedentem scientiam mediam tollere libertatem; quia voluntas subiacens illi præfinitioni non habet nec pro libito suo potestatem habere carentiam talis præfinitionis, æquivalens carentia est essentialiter prærequisita ad

omissionem amoris: ergo voluntas subiacens præfinitioni antecedenti amoris non habet potestatem antecedentem ad omissionem amoris: qui enim non habet, nec pro libito suo potestatem habere aliquid essentialiter prærequisitum ad aliquod exercitium, non habet liberam potestatem ad illud exercitium.

SECTIO SEPTIMA.

Præcluditur enasis contendens posse voluntatem omittere actum præfinitum præfinitione in impedibili, quamvis nequeat acquirere carentiam talis præfinitionis:

¶ **SED** ecce Recentiores illi, quos impugnavimus sect. præcedenti, dicunt; primum illud principium hostre scholæ stabilitum à Patre Suarez lib. 5. de grat. cap. 23. *Nimirum, impossibile esse me habere in mea potestate effectum, nisi habeam actum vel in mea potestate quiddam esse necessarium ut effectus fiat* (de quo diximus disp. 3. num. 13. pag. 17. in hac disp. num. 2.) verisimum esse si intelligatur de requisitis antecedentibus & influentibus in actum qualis est phisica prædeterminatio in sententia Recentiorum Thomistarum; si enim illa sit necessaria ad operandum, clare concluditur; voluntatem carentem illa prædeterminatione, nec potestatem illam acquirere, hoc ipso non habere veram sufficientiam ad actum ceterum non esse verum si intelligatur de requisitis merè concomitantibus exercitium voluntatis, qualis est carentia talis præfinitionis; quia illa carentia neque immediate, neque mediate influit in omissionem amoris: unde mere concomitantes se habet cum omissione amoris: *Instar ut quædam* (inquiunt) *in carentia omnis præfinitionis, quæ requiritur ad omissionem amoris, tamen impedibilis non est: licet enim voluntas creata possit auferre à Deo potentiam proximam præfinitendi suum actum per hanc vel illam præfinitionem, non potest auferre potestatem præfinitendi per aliquam, cum impedire nequeat omnem scientiam mediam de bono usu sub aliquo auxilio: tamen talis carentia non debet intelligi pro priori, neque incompossibilis cum potentia, licet hæc non possit illam inducere. Ratio est quia quando aliquod requisitum per se non exigitur à termino ut immediate influens, sed tantum ut remoueat, quod prohibet existentiam, datendum est, an id, quod remouet, sit cum potentia vel solum cum termino incompossibile, ut intelligatur pro priori vel secus. At qui præfinitio amoris per aliquod auxilium existit, quæ præfinitio*

tur congrua, non opponitur cum potentia proxima omittendi, sed solum cum omissione amoris: ergo carentia talis præfinitionis non debet intelligi propriori ad omissionem, sed pure concomitanter.

67 Sed contra primo, quia cum impossibile sit ut Deus influat in nolitionem amoris, vel alium actum inducentem omissionem amoris: dum habet decretum efficax terminatum ad existentiam amoris; necesse est, ut prius natura careat præfinitione amoris quam actu influat in exercitium oppositum amoris: quia prius est Deum esse proxime expeditum ad influendum in exercitium oppositum amoris, quam actu influere: at Deus expeditur per carentiam præfinitionis amoris. Ergo prior est illa carentia, quam exercitium ipsum oppositum amoris. Quare licet carentia præfinitionis illius antecedentis non influat positive in omissionem amoris, seu in exercitium oppositum amoris, tamen quia per illam constituitur Deus proxime potens influere in illud exercitium, debet se habere propriori ad ipsum.

68 Contra secundo, quia licet quoties impedimentum actus est auferibile à voluntate nostra per suum exercitium liberum, carentia talis impedimenti non debeat intelligi propriori, ut patet in odio impediente amorem; cuius odij carentia non debet præsupponi ad amorem. Et patet in gratia, quæ est impedimentum peccati, quia enim gratia est impedimentum auferibile per exercitium ipsum peccandi, non debet intelligi carentia gratiæ propriori ad peccatum, & tanquam constitues proximam potentiam peccandi. Tamen ubi impedimentum actus est inauferibile per exercitium potentia liberæ, nequit intelligi potentia expedita ad actum, usque dum intelligatur carere impedimento illo. Sic quia phisica prædeterminatione ad amorem est impedimentum ad omissionem amoris; inauferibile per exercitium voluntatis creatæ; nequit in principijs Societatis intelligi voluntas proxime potens omittere, quin intelligatur carens prædeterminatione amoris: & quia unio hypostatica est impedimentum peccati in auferibile per exercitium voluntatis creatæ, nequit humanitas intelligi proxime potens peccare, quin intelligatur carens unione hypostatica, & ideo in signo in quo præscinditur ab unione hypostatica, & ab eius carentia, præscinditur à potentia vel impotentia peccandi, & impotentia peccandi non intelligitur usque dum intelligatur unio hypostatica, neque potentia peccandi usque dum positive intelligatur carentia unionis hypostaticæ. Ratio autem à priori cur potentia in ratione proxime potens ponere aliquod exercitium constituitur per carentiam omnis impedi-

menti inauferibilis per illud exercitium; est quia ut quis sit absolute potens ponere exercitium debet actu vel sub sua potestate habere quicquid est requisitum, ut illud exercitium ponatur. Ergo carentia præfinitionis in auferibilis per exercitium voluntatis est essentialiter requisita non solum ut voluntas actu omittat actum ad quem terminatur præfinitio, sed ut sit proxime potens omittere.

69 Contra tertio, quia licet daretur inus carentiam præfinitionis ad amorem concomitantem se habere cum omissione amoris, non possumus intelligere in voluntate nostra veram potestatem sufficientem ad inducendam omissionem amoris, nisi intelligamus veram potestatem ad inducendam carentiam talis præfinitionis, ut enim statuit P. Suárez lib. 4. de grat. cap. 2. n. 4. tanquam firmissimum principium *Auxilium proximum & complete sufficiens ad aliquem actum ita dat potestatem operandi ut vel actu in homine ponat quicquid ad actualem operationem necessariam est tanquam præuium, & ab operatione distinctum, ac separabile, vel in eius potestate constituat, quicquid ex parte Dei concomitanter necessarium est, etiam si ab operatione hominis non sit distinctum, neque separabile.* Ergo cum carentia decreti præficientis amorem sit factam concomitantem essentialiter requisita ad odium, vel ad nolitionem amoris, seu ad eius omissionem, non habebit voluntas potentiam proximam & complete sufficientem ad omittendum amorem nisi habeat potestatem ad inducendam illam carentiam: ubi enim aliquid est essentialiter requisitum ad actum, si sit præuium debet præsupponi existens ad hoc ut voluntas intelligatur proxime potens ponere actum illum: si autem sit requisitum dumtaxat concomitanter, sicut concursus simultaneus Dei est requisitus ad hoc ut voluntas operetur, debet esse in potestate voluntatis determinare ad eius existentiam. Quare ut voluntas sit proxime potens omittere amorem vel debet præsupponi carentia præfinitionis efficax erga amorem, si illa præfinitio sit suppositio omnino antecedens: vel debet voluntas esse potens inducere carentiam illius præfinitionis, si illa sit suppositio consequens, quia supponit scientiam mediam; & tunc in signo indifferentiæ ad amandum vel omittendum amorem, præscinditur à præfinitione amoris, & à carentia talis præfinitionis.

70 Nec quidquam valeret instantia adducta ab adversario de carentia omnis præfinitionis, quam carentiam nequit inducere voluntas creatæ: cum tamen carentia illa omnis præfinitionis erga amorem sit necessaria ad omissionem amoris. Nam quamvis voluntas nostra

solum possit inducere carentiam illā præfinitionis, quæ supposita scientiā mediā de congruitate auxiliij *A.* v. g. vult vt voluntas operetur cum auxilio *A.* (siquidem voluntas solum potest impedire præfinitionem illam, quæ amat operationem per auxilium quod ei defacto conferitur) & non possit impedire alias præfinitiones posibles, quæ amant operationem per alia auxilia, quæ defacto non conferuntur voluntati; tamen carentia aliarum præfinitionum præsupponitur ante operationem, nam dū Deus præfinit efficaciter operationem, & confert auxilium *A.* congruum, negat alia auxilia, per quæ posset præfinire operationem. Vnde præfinitio tendens in operationem per auxilium *A.* est impedibilis à voluntate operante cum auxilio *A.* seu est impedibilis à voluntate prout subest auxilio *A.* sibi collato, ac proinde carentia illius præfinitionis non intelligitur in signo vllō, in quo voluntas est proxime potens elicere amorem præfinitum, vel illum omittere, sed in illo signo præscinditur à præfinitione, & carentia præfinitionis tendentis per auxilium *A.* in operationem. At vero carentiæ aliarum præfinitionum possibilem tendentium per alia auxilia, quæ Deus negat, intelliguntur inducæ à Deo antecedenter ad existentiam operationis præfinitæ per auxilium *A.* Vnde semper salvatur non posse voluntatē nostram omittere amorem, quin supponatur carentia omnis præfinitionis impedibilis à voluntate hęc, & nunc; & quin possit inducere carentiam illius præfinitionis, quæ amat efficaciter operationem per auxilium indifferens, cum quo defacto operatur. Carentiæ aliarum præfinitionum intelliguntur in illo instanti in quo voluntas operatur eū auxilio *A.* quia hoc ipso quod Deus noluerit concedere alia auxilia nisi *A.* exclusit omnes alias præfinitiones posibles erga illum operationem, & solum voluit habere præfinitionem amantem operationem per auxilium quod defacto contulit. At carentia præfinitionis amantis operationem per auxilium *A.* non intelligitur in illo instanti, in quo voluntas operatur cum auxilio *A.* sed in illo instanti est possibilem in sensu diviso; quatenus voluntas potens separare operationem ab auxilio *A.* potentia antecedente, potest potentia antecedente facere, vt non extiterit eiusmodi præfinitio.

71. Dices, ad libertatem sufficere quod voluntas attentis principijs proximis possit facere vt existat omisio actus præfinitij licet non possit facere attentis prin-

cipijs remotis, non impediētibz principiā proxima proxime expedita ad omisionem. Sed contra, quia licet ad libertatem amoris sufficiat quod voluntas attentis principijs proximis possit omittere actum præfinitum; repugnat tamen, quod hoc possit, si præfinitio sit impedibilis: nam hoc ipso quod Deus præfinitione antecedenti & impedibili amaverit efficaciter amorem, applicavit omnipotentia ad faciendū amorem; vnde in sensu composito talis decreti nequit illam applicare modo indifferēti relinquente determinationem arbitrio creato, prout ad libertatem requiritur. Quare dum adversarius supponit, hic intervenire principium remotum connexum cōnexionē antecedenti cum operatione, & tamen relinquere principia proxima indifferētia ad actum & ad eius omisionem, petit principium, & contradictoria immiscer, quia implicat actum esse præfinitum præfinitione impedibili, & tamen penes voluntatē creatam esse proximam potentiam ad faciendum vt existat omisio secum infallibiliter affectens carentiam talis præfinitionis.

SECTIO OCTAVA:

Solvitur argumentum à paritate contendens possibilem esse hanc præfinitionem Dei antecedenter ad scientiam mediā: volo efficaciter vt existat contritio Petri vel per auxilium indifferens, si apparuerit per scientiam mediā congruum, vel per auxilium prædeterminans.

72. **H**INC infertur præfinitionē præcisivam repugnare, tum quia repugnat Deū concipere decretum liberum ante scientiam mediā; tum quia hoc decretum evertere libertatē, ostendimus sect. 5. Nunc dissolvendum est argumentum, quo Nobilis Recentior contendit possibilem esse eiusmodi præfinitionē præcisivam, sitque ex doctrina Parris Coninck in tomo de actibus supernat. disp. 2. quæ est de libero arbitrio dub. 7. vbi num. 99. inquit an possit cum libertate consistere præfinitio efficax nostri operis liberi per mediā indifferētia prævisa congrua per scientiam mediā, quæ præfinitio nulli auxilio determinato sit alligata; & affirmat hanc præfinitionem si detur coherere cum libertate idque probat à priori, quia cum illa præfinitio sit extrinseca voluntati, neque impedit, quin spectatis præcisē ijs, quæ voluntati sunt intrinseca, aut ad actum nem concurrunt, ipsa manet intrinseca in-

72 Indifferens, & potens agere & non agere; ut
 73 autem voluntas libere agat, non requiritur,
 74 ut ipse non actio possit consistere cum
 75 omnibus ijs, quæ cum voluntate ad agen-
 76 dum concurrunt. Quod varijs confirmatio-
 77 nibus illustrat; tandemque num. 11. assump-
 78 tum probat hoc exempli.

73 Quia si Angelus omnino sta-
 74 tui licet efficere, ut sponte aut coactus cer-
 75 to tempore ad certum locum accederem,
 76 & sub specie amici mihi apprensus me ad il-
 77 lum locum invitaret; credensque eum esse
 78 hominem, ei sponte obsequendo ad eum lo-
 79 cum accederem, libere omnino hoc facerem,
 80 cum nihil esset, quod defacto me necessita-
 81 ret; cum tamen mihi esset impossibile abso-
 82 lute non accedere; quia cum mihi sit impos-
 83 sibile ei vim inferenti resistere, & ipse stat-
 84 uerit hanc inferre, nisi sponte accedam, im-
 85 possibile mihi est absolute non accedere.
 86 Quia tamen illa voluntas inferendi vim est
 87 solum conditionata, & defacto nihil opera-
 88 tur, nullo modo immutat meum modum ope-
 89 randi. Hucusque P. Coninch eo num. 110.
 90 Qui postea numer. 114. solvens argumenta
 91 contraria, ait illa nihil obstare: *Solum enim*
 92 (inquit) probant mihi esse impossibile ab-
 93 solute non facere opus à Deo ita præfinitum;
 94 non autem probant, mihi esse impossibile id
 95 non facere spectatis præcisè ijs circumstan-
 96 tijs & gratijs, cum quibus id defacto factio,
 97 & eo modo quo id facio, & consequenter nõ
 98 probant me id non libere facere. Hinc ar-
 99 guunt Recentiores non tollere libertatem de-
 100 cretum illud præfinitum, quo Deus statuat an-
 101 te omnem scientiam mediam, ut existat con-
 102 tritio Petri, vel per auxilium indifferens, si ap-
 103 paruerit per scientiam mediam congruum, vel
 104 per medium prædeterminans; nam decretum il-
 105 lud dum non confert voluntati nisi auxilium
 106 indifferens, non immutat modum operandi;
 107 solumque habet vim conditionatam necessi-
 108 tandi, nimirum si per scientiam mediam ausi-
 109 lium indifferens non appareret congruum, quia
 110 tunc induceret physicam prædeterminationem,
 111 & immutaret voluntatem; dum autem de præ-
 112 senti solum exhibet medium indifferens, non
 113 magis potest immutare voluntatem, quam si
 114 illud auxilium indifferens daretur; non præ-
 115 cedente illo decreto antecedenti.

74 Respondeo ex saepe dictis de-
 75 cretum illud, quatenus antecedenter amat ef-
 76 ficaciter existentiam contritionis determina-
 77 re ultimo omnipotentiam ut producat illam
 78 contritionem; unde non relinquere locum
 79 ut pro posteriori parat Deus concursum per
 80 decretum indifferens, ut est necessarium ad
 81 libertatem; ac proinde non relinquere locum

ut voluntas creata determinet in executione
 omnipotentiam ut concurrat in contritio-
 nem; quia ex vi illius decreti antecedentis
 maneret ultimo determinata: & sic omnino
 perimere libertatem. Nec obstat paritas illa
 Angelus, ad quam respondeo in eo casu dum
 Angelus mihi appareret in specie hominis
 me libere illi acquiescere, quia possum abso-
 lute eius consilio resistere eiusque volunta-
 ti quatenus operanti mediante consilio obli-
 scari; quia decretum illud Angelus non ha-
 bet essentialem connexionem cum eo quod
 ego accedam ad locum, quando dumtaxat
 mihi applicatur per consilium: quare in il-
 lo instanti mihi liberum esset accedere vel
 non accedere ad locum: unde illud decretum
 Angelus solum haberet connexionem condi-
 tionatam cum mea accessione ad illum locum
 pro alio instanti in quo applicaret vim ne-
 cessitantem. In nostro autem casu decretum
 illud efficax haberet connexionem essentia-
 lem cum contritione ut ponenda in tali in-
 stanti determinato; raperetque omnipoten-
 tiam ad concurrendum, ad illum actum, unde
 de immutaret modum operandi libere, impe-
 diendo decretum libere applicativum omnipo-
 tentiæ cum indifferencia ad utrumque.

75 Quod si decretum illud Angelus
 haberet essentialem connexionem cum eo quod
 ego deambularem dum mihi suadet Angelus
 deambulationem, auferret mihi libertatem ad
 ambulandum; Deusque concurrens cum Ange-
 lo ad illud decretum, hoc ipso nollet mihi pa-
 rare concursum indifferens ad deambulandum
 vel non deambulandum: quia si relinque-
 ret libertatem, possem ego illi decreto resiste-
 re, illudque frustrare.

76 Hic adverte non posse Recentio-
 res defendentes possibilitatem illius præfini-
 tionis anteverrens scientiam mediam, citare
 in favorem suæ sententiæ P. Coninch; quia cer-
 tum est, hunc authorem loqui de præfinitione
 concepta post scientiam mediam; ut constat ex
 77 ea disp. 2. n. 98. ubi inquit: Tertio potest
 78 intelligi Deum opus meum bonum præfini-
 79 re supposita quidem præscientia omnium;
 80 quæ quavis conditione posita futura sunt; in-
 81 dependet tamen à quavis particulari præ-
 82 scientia, qua præscit me huic vel illi gratiæ
 83 in particulari consensurum, &c. Et de hac
 84 præfinitione dicit coherere cum libertate; quod
 nos fatemur, ut late dicemus sec. sequenti: unde
 de sententia asserens præfinitionem efficacem
 anteverrentem scientiam mediam coherere cum
 nostra libertate est contra communem senten-
 tiam Doctorum Societatis, solumque pro se
 habet aliquos Recentiores in manuscriptis.

SECTIO IX.

Solvitur argumentum petitum à paritate decreti divini, quò supposita scientia media Deus prædefiniat nostram operationem non determinando medium; vel præscindendo à medio indifferenti, vel prædeterminanti.

77 **O**bjicies præterea: supposita scientia media, potest Deus efficaciter intendere nostrum actum liberum per aliquod auxiliium è pluribus, quæ prævidet fore congrua. In hac autem præfinitione eadem videtur esse difficultas; ac in præfinitione antecedente scientiam mediam: ergo si illa nõ tollit libertatem, nec ista. Probatür minor, quia etiam voluntas nostra nec potest frustrare, nec impedire eam præfinitionem. Primum patet; secundum suadetür primo, quia voluntas nostra eatenus potest impedire præfinitionem, quatenus potest auferre Deo potentiam proximam præfinitioni, auferendo scilicet scientiam de congruitate auxiliij, per quam scientia Deus constituitur proxime potens præfinire; nam supposita scientia congruitatis auxiliij, & potentia proxima præfinitioni, soli Deo liberum est impedire, vel non impedire præfinitionem. At voluntas nostra nequit auferre Deo potentiam proximam præfinitioni, quia nequit à Deo auferre omnem scientiam mediam de congruitate auxiliiorum, qualibet autem manente, manet quidquid requiritür, vt Deus præfiniat. Suadetür secundo, quia voluntas nostra nequit impedire præfinitionem, nisi frustrando auxiliium sibi collatum: at hoc pacto nequit impedire eam præfinitionem vagam de qua loquimur; quia frustra auxiliium sibi collatum, solum potest impedire scientiam mediam de congruitate auxiliij illius; impediendo autem præcisè hanc scientiam, non impediret præfatam præfinitionem vagam, quippe quæ non pendet determinare ab ea scientia, sed vage ab ea vel ab alia ex infinitis.

78 Resp eam præfinitionem vagam determinate supponere scientiam mediam de congruitate omnium illorum auxiliiorum, per quæ vagatur; quavis enim non postulet, vt operatio existat per auxiliium A determinare, nec per auxiliium B determinare, & sic de reliquis; per quæ vagatur; postulat tamen vt existat per A determinare; si illud conferatür, vel per B si illud doneatur, &c. Vnde determinare supponit scientiam mediam, de congruitate auxiliij A, & scientiam mediam de congruitate auxiliij B. Vnde voluntas habens auxiliium A & potens impedire scientiam mediam de congruitate ipsius, hoc ipso potest impedire eam præfinitionem amantem opus per auxiliium A vel per B. Quare illa præfinitio non intedi; opus per hoc

vel illud auxiliium vage sub disiunctione succedat, quasi velit voluntate nostram operari cum B si non operetur cum A & cum C si non operetur cum B tñ quia hæc disiunctio supponeret in Deo ignorantiam; tñ quia illa præfinitio tendit ad opus pro determinato instanti. Sed intendit opus sub disiunctione divisiva, amando scilicet, vt opus fiat per auxiliium A si illud doneatur, vel per B si hoc potius conferatur, & supponendo virtusque congruitatem.

79 Quare licet voluntas nostra nequeat Deum privare proxima potestate præfinitioni nostrum opus liberum, quia nequit privare ipsum omniam scientiam mediam de congruitate auxiliiorum, & qualibet sufficit ad præfinitionem; nihilominus potest ipsum privare potestate proxima præfinitioni per hanc determinate præfinitionem: nam vel præfinitio est determinata, volens nimirum vt Petrus operetur libere cum auxilio A & tunc voluntas Petri habens auxiliium A potest absque impedire eam præfinitionem, vel vage, volens scilicet, vt operetur cum auxilio A vel B & tunc voluntas habens quodlibet ex illis auxiliis, potest Deum privare potestate proxima habendi eam præfinitionem, quia potestas proxima ad illam præfinitionem constituitur per scientiam mediam de congruitate virtusque auxiliij, & voluntas habens auxiliium A v.g. potest privare Deum scientiam mediam de congruitate ipsius: vnde nulla præfinitio supponens scientiam mediam tollit libertatem eo modo, quo illam tolleret præfinitio antecedens omnem scientiam mediam.

80 Ex his infero, posse sine novo inconuenienti admitti præfinitionem tendentem in nostrum opus præscindendo à circumstantia necessitatis vel libertatis; nimirum quæ decerneret voluntatem converti in instanti A vel per auxilia indifferentia, quæ Deus videt congrua ad conversionem, vel per auxilia prædeterminantia: & consequenter relinqueret Deum indifferentem ad movendam voluntatem medio auxilio congruo, vel media prædeterminatione. Ratio est, quia licet ea præfinitio ad sui impletionem non postulet dari libertatem voluntati, supponit tamen recte usuram ea libertate, si detür, vnde voluntas habens libertatem & potens illa abuti, hoc ipso potest impedire præfinitionem illam suapte natura supponentem scientiam mediam recti vsus futuri. Non tamen committeret eam libertatem similis præfinitio si anteveneret scientiam mediam, quia esset suppositio antecedens connexa cum opere, minime impedibilis, nec frustrabilis per operis omissionem.

81 Adverto tamen illam præfinitionem vagam non amare eadem numero actionem, quia impossibile est, vt actio quæ oritur à Deo mediante auxilio indifferenti. Oriatur mediante auxilio intrinsece efficaci.

SECTIO X.

Solvitur argumentum peticum à paritate scientiæ mediæ reflexæ.

82 **O**bjicies principaliter: stat, aliquã suppositione essentialiter connexã cum opere esse inimpedibile à nobis, & tamen libertatẽ nostrã non læderet: ergo præfinitio anteverrens scientiã mediã non pugnaret cũ libertate. Antec. probt nam admissis præfinitionibus supponentibus scientiã mediã, prout ad præsentẽ quæstionẽ supponimus, & admissã directione scientiæ mediæ, Deus dat auxiliũ quia efficax, non collaturus, si videret inefficax, ergo antecederet ad decretũ conferens auxiliũ quia efficax, habet Deus hanc scientiã mediã reflexã: *si prævidero hoc auxiliũ fore efficax (v.g. ad ea vendũ futurũ) dabo illud, si autẽ prævidero fore inefficax, illud negabo*: si enim posita scientiã representante efficaciam, Deus dat auxiliũ eo quod vider fore efficax: ergo antecederet ab existentiã illius scientiæ nõverat se daturũ illud auxiliũ: si existeret illa scientiã: tum sic, at illa scientiã mediã reflexã imprimis est suppositio essentialiter connexa cũ carentia peccati, quia essentialiter perit, vt non detur potentia peccandi; nisi pro casu, in quo exercẽda sit per omissionẽ peccati. Deinde est inimpedibilis ab homine; quia siæ homo evitaturus sit futurũ, siue non existeret illa scientiã, solũque est impedibilis à Deo, cui soli liberũ est conferre auxiliũ illud quia efficax, ac proinde facere vt antecederet fverit verũ affirmare illud auxiliũ collatũ iri, si videatur efficax, & negatũ si videatur inefficax. Hoc argumento probavit P. Antonius Perez in tract. de prov. scientiã mediã non posse esse causã collationis auxiliij illaã libertate, idest nõn posse ita movere, & dirigere ad conferendũ auxiliũ, vt ea deficiente, auxiliũ non esset conferendum.

83 Huic argumento in primis respondeo, ex præfinitionibus & directione scientiæ mediæ admissis nõ sequi admittendã esse illã scientiã mediã reflexã, quæ sit prior scientiã mediã directã eãque assumat pro hypotesi: sed solum sequi Deũ in ipso decreto conferente auxiliũ quia efficax cognoscere illud auxiliũ nõ fuisse à se conferendũ, si apparuisset inefficax. Vnde nulla scientiã hinc intervenit connexa cũ opere, quã homo nequeat impedire, quia potest impedire scientiã mediã directã, & impediri hac scientiã, impeditur decretũ cõferens auxiliũ, quia efficax, & hoc impeditio, impeditur scientiã illi innixa. Ratio autẽ cur non debeat admitti illa scientiã mediã reflexã, esse potest, quia illa esset prior, & nõ esset prior scientiã mediã directã: esset quidẽ prior quia illã assumit pro cõditione, proindeque debet ab eius existentia præscindere, eãque præcedere, eo modo quo scientiã mediã directã præcedit decretũ collativũ auxiliij: nõn esset autẽ, quia

cũ Deus cognoscat per simplicẽ intelligentiã hominẽ posse operari cũ auxilio, si ei cõferatur, sique sumẽ determinatus ad cognoscendũ quid re ipsa futurus sit, si pulsatur illo auxilio, statim immediate post signum simplicis intelligentiæ debet habere scientiã mediã de efficaciam illius auxiliij, vel scientiã mediã de inefficaciam: ergo nequit antẽ scientiã mediã directã præcedere scientiã mediã reflexã. Consule quæ diximus supra num. 51. & 52.

84 Secundo, quia admissis præfinitionibus, & directione scientiæ mediæ, dici potest, omnẽ scientiã mediã debere esse potentẽ movere ad aliquid decernendũ; proindeque repugnantẽ esse scientiã mediã; quæ nequeat ad aliquid movere. Talis autẽ foret scientiã illa mediã reflexã; illa enim nec movere posset ad conferendũ auxiliũ, si videatur efficax, nec ad negandũ si videatur inefficax, quia movere nequit ad id quod supponit; supponit autẽ auxiliũ conferendũ si videatur efficax, & negandum si videatur inefficax: ergo, &c.

85 Tertio, quia nullus ordo nullaque prioritas excogitari potest in scientiã mediã illã reflexã respectu scientiæ mediæ directæ, vt consideranti constabit: nullũque est fundamentũ ad ponendas illas scientiãs inter se virtualiter distinctas: nulla est ergo necessitas admittendi scientiã mediã reflexã: quia si admittatur, debet esse prior & virtualiter distincta respectu scientiæ mediæ directæ. Quarto, quia admissa illa scientiã mediã reflexã, intelligeretur aliquid contingens, vt ab absolute futurũ pro priori ad omne decretũ liberũ nõ incõplexo scientiæ mediæ affirmantis auxiliũ conferendũ, si videatur efficax, & scientiæ mediæ affirmantis auxiliũ fore efficax, si cõferatur, evidenter cognoscat Deus auxiliũ conferendũ, & Perrũ cũ illo recte operaturũ, illud autẽ cõplexum est pro priori ad omne decretum liberum.

86 Secundo responderi potest, illã scientiã mediã reflexã esse à nobis impedibile, ac proinde nullã patiratẽ posse fieri ab illa ad præfinitionẽ anteverrentẽ scientiã mediani, quæ proculdubio est inimpedibilis. Quod autem sit inimpedibilis, probatur; quia licet ex se non pendeat à futura hominis operatione, siquidem existeret, siue homo videatur operaturus, siue non: nihilominus pender conditionate, idest penderit, posita conditione, quia affirmat non existurum in Deo decretum collativũ auxiliij, nisi præexistente scientiã mediã de ipsius efficaciam. At posita iam auxilio, potest homo facere, vt existat in Deo decretum collativum auxiliij non præexistente scientiã de ipsius efficaciam, quia potest impedire scientiã mediani de efficaciam auxiliij tum nomen nequeat impedire auxiliũ, qui autem impedit scientiã, & non impedit auxiliũ, facit vt maneat auxiliũ sine scientiã: ergo cum scientiã illa mediã reflexã ordine rationis supponat non existurũ decretũ collativũ auxiliij, nisi

preexistente scientia media de ipsius efficacia; tunc homo potens supposito auxilio impedire veritatem illam obiectivam; poterit impedire scientiam; nam ille potest impedire scientiam divinam; qui potest impedire obiectum, quod ipsa ordine rationis supponit.

87. *Confirmatur, & explicatur:* ideo nos possumus impedire scientiam mediā directā affirmatīvā operationē sub conditionē auxilij; quia illa scientia media supponit, existente auxilio, existentiā operationē, & nos supposito iā auxilio, possumus facere, ut eo existente, nō existat operatio; ergo similiter poterimus impedire scientiam mediā reflexā affirmatīvā non existentiū auxiliū, nisi præexistente scientia de ipsius efficacia, siquidē supposito auxilio, possumus facere ut existat auxiliū quāvis non existat illa scientia, seu nō existente ea scientia. Quare videtur esse eadē ratio de illa scientia reflexa, ac de scientia mediā directā, ut eā possumus, vel non possumus impedire: nam scientia media directā nō dependet absolute, sed dūtaxat conditionatē à nostro opere, idest pēdēbit posita conditione: at posita conditione, etiā scientia media reflexa pēdet à nostro opere, quia supponit auxiliū non existentiū, nisi præexistente scientia media de efficacia, idest non existentiū se iunctū ab efficacia, & posita illa cōditione, nos possumus facere, ut existat scienciū ab efficacia.

88. Sed dices: ideo nos posse impedire scientiam mediā directā, quia illa supponit ex se futuritionē conditionatam nostri operis, ideo enim existit, quia homo posito auxilio, operabitur. At scientia media reflexa nō supponit ex se futuritionē conditionatā operis nostri, siquidē existet eodē modo, quāvis opus nostrū non esset futurū sub cōditione: ergo non possumus impedire eā. Sed contra, quia scientia mediā directā nō supponit aliquā futuritionē cōditionatā nostri operis, quia chymarica est futuritio nostri operis liberi distincta à scientia media; & ab ipso opere, ut suppono ex materia de scientia. Vnde dū dicitur ideo cognoscit Petrus operaturum, si pulsatur auxiliū A. qui a pulsato illo auxiliū operabitur; non denotatur aliqua prioritas, quam de presenti habeat nostra operatio respectu scientiæ ratione alicuius status presentis distincti à scientia & ab ipsa operatione; sed solū denotatur prioritas, quam ipsa operatio habebit respectu scientiæ si ponatur cōditio. Atque adeo illa causalis nō denotat dependentiā aliquā, quā scientia media de presenti habeat, sed quā habebit si ponatur cōditio: vnde scientia media nō habet rationē à priori de presenti extra intellectū divinum, sed habebit, si ponatur cōditio, si autem nō ponatur, nullā unquā habebit rationē à priori. Ratio ergo unica cur possumus impedire illā scientiā est, quia illa ex se supponit hominē operaturū, si ponatur auxiliū, & homo posito auxilio potest oppositū facere. At similiter scientia

media reflexa, quāvis ex se nō petat scientiā mediā nostrā operationis, ex se tamē petit, & supponit auxiliū non existentiū nisi in consortio illius scientiæ: ergo homo, qui posito auxilio potest facere ut existat scilicet ab illius consortio potest impedire eam scientiam reflexam.

89. Dices secundo, illā scientiā reflexā à solo Deo posse impediri; quia si à nobis quoque impediri posset, esset libera duplici agenti: repugnat autē eadē indivisibile formalitātē esse liberā duplici agenti. Resp. non posse quidē eadē formalitātē esse positive liberā duplici agenti; ita ut uterque pro libito suo videat eius existentiā inducere, & impedire. Ceterū optime potest esse positive liberā respectu unius agentis, & liberā negative respectu alterius: ita ut unus dūtaxat valeat eius existentiā inducere; vterque verō possit eā impedire: sic præfinitio supponēs scientiā mediā positive soli Deo est libera; quia solus Deus potest facere ut existat: at negative etiā nobis libera est, quia possumus facere ne extiterit; quatenus possumus facere, ne extiterit scientia media, cui ipsa innititur. Ex hoc patet scientia media reflexa soli Deo libera erit positive; quia solus Deus determinat ad ipsius existentiā, cum solus ipse faciat, ut fuerit verū non existentiū auxiliū nisi videatur efficax, quod præstat dū efficaciter præfinit operatiōē; vel tribuit auxiliū quia efficax. Ceterū negative est etiā libera nobis; quia dum posito auxilio possumus impedire scientiā mediā de efficacia ipsius impotētis ipsū impedire, tunc possumus facere, ut fuerit verū dicere, existentiū auxiliū quāvis videatur inefficax, ac proinde ut non extiterit scientia reflexa oppositū affirmans. Nec vero ex eo quod posito auxilio possumus determinare ad existentiā scientiæ mediæ representatis in efficaciā ipsius, propterea possumus determinare ad existentiā illius scientiæ reflexe: quia hæc non affirmat existentiā illi scientiā mediā directā, sed sub cōditione, quod illa existat existentiū decretū collativi auxiliij; illē verō dūtaxat potest determinare ad existentiā scientiæ mediæ; qui posita conditione potest determinare ad existentiā cōditionatā; nō autē qui præcisē potest determinare ad existentiā conditionis. In presenti vero solus Deus potest posita conditione scientiæ mediæ directæ determinare ad existentiā conditionatā affirmati per scientiam reflexam, nempe ad existentiā decreti collativi, & ad existentiā ipsius auxiliij; nos vero solum possumus determinare ad existentiā illius conditionis; nempe, ad existentiā scientiæ mediæ directæ: ergo, &c.

SECTIO XI.

Reliqua obiectiones.

90. **O**bjicies præterea hoc decretum non repugnare Deo iurā nostre liber-

bertatis: Si prævidero Petrum recte vsu-
rum libertate, & potestate peccandi, eam
libertatem ipsi concedam, ad maiorem ipsius
gloriam & coronam, si autem prævidero ea
libertate abusurum, non concedam. Et tamen
hoc decretum est impossibile cum peccato
Petri, & ab ipso Petro inimpedibile: ergo nõ
pugnat cum libertate ad peccandum suppositio
aliqua essentialiter incompensibilis cum pec-
cato, & inimpedibilis ab operante. Ergo licet
decretum anteverrens scientiam median sit
essentialiter incompensibile cum omissione
operis decreti, & aliunde inimpedibile ab ho-
mine, non propterea eius lædet libertatẽ. Quod
hoc decretum conditionatum sit incompensi-
bile cum peccato, patet, quia essentialiter po-
stulat ut non existat potentia peccandi, nisi
pro casu quo coniungenda sit cum omissione
peccati; quod autem sit inimpedibile à nobis,
suadetur, quia nos eatenus possumus impedire
aliquid Dei decretum, quatenus possumus im-
pedire scientiam, cui innititur, & privare Deũ
proxima potestate habendi illud decretum: nec
enim supposita potestate proxima, possumus
facere ne existat decretum divinum, quia sup-
posita ea potestate, non existere vnum decre-
tum liberum est formalis sine existere aliud cũ
ipso incompensibile, & nos non possumus fa-
tere ut in Deo existat decretum liberum. Iam
vero decretum illud conditionatum assumens
pro conditione scientiam median anteverret
omnem scientiam contingentem, & nobis libe-
ram, ac proinde solum supponeret scientiam sim-
plicis intelligentiæ; ac proinde Deus in ratione
proximè potentis habere illud decretum consti-
tueretur per suã præcisẽ entitatẽ; nos autem nõ
possumus impedire scientiam simplicis intelligẽ-
tiæ, nec privare Deum proxima potestate con-
sistente præcisẽ in entitate necessaria Dei: ergo
non possumus impedire illud decretum.

91 Quod autem hoc decretum non pugnet
cum nostra libertate, suadetur, quia eius incõ-
possibilitas cum peccato, non oritur ex aliquo
quod de præsentis inferat, sed ex eo quod inferat
casu quo per scientiam median non appareret
auxiliũ indifferens congruum ad vitandũ pec-
catum: id est non oritur ex eo quod de præsentis
determinet voluntatẽ ad non peccandũ per se,
vel per aliquẽ effectũ ab ipso indodũ, ac proin-
de ex eo, quod de præsentis auferat libertatẽ ad
peccandũ, sed ex eo quod auferret casu quo ho-
mo non videretur libere consenturus: ergo de
præsentis non immutat modũ operandi libertatis:
ergo illam relinquit cum proxima indiffe-
rentia ad utrumque, & consequenter liberam.

92 Respondeo tamen, illud Dei decretum
pugnare cũ nostra libertate, quia dũ est essen-
tialiter incõpossibile cũ peccato, pro lastari A.

v.g. supponit, vel imbibit efficax & absolutũ de-
cretũ Dei omninõ antecedens: quo apud se sta-
uit ut deus carentia peccati in rerũ natura hoc
autẽ decretũ nequit in homine relinquere po-
tentia proxima ad ponendũ peccatũ: quia si hæc
potentia relinqueret, profecto relinqueret po-
tentia ad chymatã quod repugnat, relinqueret,
inquam, quia relinqueret potentia hoc ipso ad
ponendũ peccatũ, vel in sensu cõposito, vel
in sensu diviso talis decreti; & virtũ que est chy-
mata, nõ imprimis potentia ad ponendũ pec-
catũ in sensu cõposito illius decreti est potentia
ad cõponendũ peccatũ cũ illo decreto; & hæc
est potentia ad chymatã, quia est potentia ad
frustrandũ decretũ infrastrabile; deinde poten-
tia ad ponendũ peccatũ in sensu diviso illius
decreti est potentia ad impediendũ decretũ es-
sentialiter inimpedibile ab homine; essentiali-
ter autẽ est inimpedibile ab homine decretum
solum supponens prædicata necessaria Dei, &
præcisẽ regulatum per scientiam simplicis intelli-
gentiæ, quale est decretũ de quo loquimur: ergo,
&c. quare decretum illud de præsentis im-
mutaret modũ operandi, quia impediret decre-
tũ oblativum concursus indifferents ad virtũ
que; per quod decretum constituitur potentia
proxima ad virtum liber indifferens.

93 Deinde suadetur, illud decretum auferret
libertatẽ; quia est decretum efficax Dei omninõ
antecedens, determinans immediatẽ omnipoten-
tiam ad concurrendũ ad actũ incompensibilẽ
cũ existẽtia actus peccati; ac proinde est decretum
non relinquens arbitrio creati determinationẽ
actionis identificare cum illo concursu, ac per
consequens est decretum rapiens voluntatem
creatam, eamque necessitans.

94 Obijcies amplius Deus potest habere
hoc decretum: *Volo præservare matrem meam ab
omni actuali peccato: aut nolo donare ipsi ali-
quod auxiliũ inefficax*: in hoc autẽ decreto ea-
dẽ videtur esse difficultas, ac in præfinitione
anteverrente scientiam median, quia B. Virgo nec
frustrare potuit, nec impedire illud decretum,
quod tamẽ erat essentialiter connexũ cũ omis-
sione omnis venialis. Resp. in sententia negatẽ
præfinitiones esse cõnexas cũ opere libero illud
decretum quatenus efficax nõ terminari immediatẽ
ad opera virtutis B. V. quibus virabat venialia;
sed solũ ad vocationes congruas specificativẽ
supras; vnde decretum illud perinde fuit, ac istud:
volo Matri meæ cõferre vocationẽ A. B. C. &c.
quibus prævideo vitaturã omnia venialia; non
tollebat autẽ libertatẽ, quia B. Virgo habuit pot-
testatem ad faciendũ, ut illud nõ esset præser-
vatio ab omni peccato, quia illud in ratione
præservationis constituitur per scientiam
median futuræ congruitatis auxiliij, quam
scientiam non auferret ex se; vnde Beata

Virgo potens impedire illam scientiam potuit facere ne fuerit præservata; licet non potuerit impedire illud decretum.

95 Cæterum in sententia admittente eas præfinitiones supponentes scientiam mediam, dicendum est illud decretum terminari quidem quatenus efficax ad opera Beatæ Virginis, non tamen propterea esse inimpedibile, quia licet ut executioni mandetur, non petat determinate hoc auxilium; petit tamen ut Beata Virgo cum hoc determinate operetur, casu quo hoc determinate cooperatur; & supponit cum illo determinate recte operaturam. Unde per hoc præcisè quod illa possit coniungere omissionem operis tum eo determinate auxilio, potest impedire illud decretum ipsam præservandi, ut patet ex diâis in solutione ad primam obiectionem.


96 Obijciens ultimo saltem possibile est Deo scientia ista: si nõ habuissem media indifferentia congrua ad convertendũ hominem imponerem ei necessitatem suę conversionis. In hac autem scientia eadem videtur esse difficultas, ac in decreto antecedente scientiam mediam, vel saltem eadem, quæ in illo decreto conditionato de quo in tertia obiectione; siquidem hæc scientia nec falsificari potest ab homine, nec impediri; & tamen illa essentialiter connexionem habet cum eo quod homo rectè operetur; quia implicat Deum illam scientiam habere, & in sensu composito illius hominem non converti. Quis autem dicat illam scientiam libertatem laderè; quando quidem nihil de præseni ihmutat, sed supponit ihmutandum casu quo homo non operatur cum auxilio indifferenti: ergo, &c.

97 Respondeo primo: illam conditionalem repugnare Deo, quia supponit possibilem esse casum, in quo Deus nullum auxilium indifferens videat congruum ad convertendum hominem, quod est supponere falsum ut constat ex disp. 4. quod autem supponat, patet, quia omnis cognitio divina aliquid affirmans sub conditione, supponit possibilem esse conditionem illam; quia sub conditione repugnante nihil Deus potest affirmare. Respondeo secundo admittendo illam conditionalem esse possibilem; cæterum illa ideo possibile erit, quia possibile est decretum efficax Dei convertendi hominem sive per media congrua sive per media prædeterminantia: in hoc enim

decreto ut in medio cognoscit Deus hominem motum iri ad conversionem per media prædeterminantia casu quo non converteretur per media indifferentia. Cæterum hoc decretum impedibile esset ab homine, quia supponeret essentialiter scientiam mediam de congruitate aliquorum mediorum indifferentium; ac proinde supponeret hominem conversum iri libere cum vno ex illis medijs indifferentibus, si illud præcisè conferatur, idque essentialiter exigeret; vnde homo operans cum illo auxilio indifferenti sicut potens esset cum illo coniungere omissionem operis: ita potens esset impedire illud decretum, & cognitionem conditionalem ei innixam, non officit autem libertati suppositio connexa cum opere, si ab operante impedibilis est; vide quæ diximus ad primam obiectionem.

98 Quod si contendas illam scientiam posse fundari in decreto efficaci, quo Deus antecedenter ad scientiam mediam præfinit conversionem sive per media prædeterminantia, iam supra ostensum est hoc decretum pugnantem cum libertate & in terminis implicare, quia quatenus vagè vult, ut homo convertatur per media indifferentia, supponit in sensu composito sui posse hominem habere proximam potentiam ad omittendum opus præfinitum; quatenus autem est antecedens, & impedibile a nobis essentialiter est incapax relinquendi illam proximam potentiam, quia hoc ipso relinqueret potentiam ad chimeram.

99 Tertio respondeo, & si illa conditionalis sit scientia media, & omnino sit independentis à decreto actu existenti; tamen est impedibilis à nobis, quia supponit Deum habere scientiam mediam de congruitate aliquorum auxiliorum indifferentium, & cum alio quo illorum hominem conversum iri absolute, nimirum cum illo, quod ipsi conferendum est. Unde homo potens impedire scientiam mediam de congruitate illius auxilij, hoc ipso potest impedire illam conditionalem. Absolute vero dicendum est illam conditionalem non posse esse scientiam mediam; quia si Deus posset habere scientiam mediam reflexam assumentem pro conditione scientiæ mediæ directæ carentiam; etiam posset habere scientiam mediam reflexam assumentem pro conditione scientiæ mediæ directæ, quod supra ad secundam obiectionem diximus esse falsum.



DISPUTATIO SEPTIMA

AD QVAEST. XXIII. ART. VI.

AN POSSIT DARI DECRETVM AB INTRINSECO
 efficax, pure intentivum finis à solo Deo ponendi? Vbi multa spe-
 ctantia ad illam quæstionem, An Deus eligat ad gloriam
 vt coronam ante absolutam prævisio-
 nem meritorum.

HANC quæstionem hic pro dignitate
 discurre necessarium duxi, quia mul-
 tum deseruit eius decisio ad ea, quæ
 postea dicturi sumus de electione hominum ad
 gloriam, & de prævisionibus.

SECTIO PRIMA:

Sensus quæstionis & Auctorum placita.

PRO intelligentia quæstionis aliqua
 prænotanda sunt. Prænotandum est
 primo; nobis sermonein esse dumta-
 rat de fine immediate exequendo ab ipso Deo;
 non autem de fine immediate exequendo à vo-
 luntate creata, qualis est omnis eius operatio
 libera; & si enim ad hanc immediate concurrat
 Deus, tamen causa immediate illam exequens
 per modum principij determinantis ad eius
 existentiam est sola voluntas creata; quæ iuxta
 principia nostræ Societatis nequit determinari
 ab alio ad exercitium sui actus. Inquirimus
 ergo, an Deus possit intendere efficaciter ali-
 quem finem ab ipso solo vt agente libero po-
 nendum, quin hæc intentio vim habeat im-
 mediate influendi in finis illius existentiam
 v. g. coronam gloriæ conferendam Petro?

2 Prænotandum est secundum: nos
 non inquirere, an Deus possit ita intē-
 ere illum finem v. g. gloriam, vt ad illius executio-
 nem non sit necesse vt superveniat aliud decre-
 tum supponens existentiam mediorum: sed
 tantum inquirere an possit antecedenter intē-
 dere efficaciter finem, gloriam v. g. per decre-
 tum, quod nequeat immediate influere in glo-
 riæ executionem.

3 Prænotandum est tertio hanc quæ-
 stionem institui iuxta principia de constitutio-
 ne actuum liberorum per formalitatem, & ter-
 minationem intrinsecam Deo contingentem,

vel per aliud connotatum distinctum à tempo-
 rali rerum productione: nam in sententia; quæ
 compler decretum liberum per externam tertij
 productionem, certissimum est decretum im-
 mediate executivum gloriæ cōpleri debere per
 ipsiusmet gloriæ productionem, & omne de-
 cretum terminatum ad existentiam gloriæ, &
 non completum per gloriæ productionem, sed
 per productionem alicuius medij destinati ad
 gloriæ consecutionem, vel per promissionem
 gloriæ esse pure intentivum gloriænam in hæc
 sententia complente decreta libera, per actio-
 nem temporalem ad extra; omnipotentia per
 modum agentis liberi perfectissimi est imme-
 diate libera ad agendum, vel non agendum; nec
 indiget applicatione prævia alligante ipsam ad
 productionem termini, sed ipsa per se ipsam
 se determinat immediate ad agendum extra se,
 sicut nostra voluntas se determinat immediate
 per se ipsam ad agendum intra se, quin ante
 actionem liberam præcedat aliquid connexum
 cum illius existentia: nam si ante actionem ad
 extra esset iam omnipotentia efficaciter appli-
 cata ad agendum, sane Deus in ratione volen-
 tis efficaciter existentiam mundi, v. g. non
 compleretur per mundi productionem; sed per
 illam applicationem præviam: quæ cum ante-
 verteret naturam & causalitatem omnem actionem
 ad extra, & aliunde esset libera deberet esse ali-
 qua terminatio contingens intrinseca Deo, vim
 habens complendi Deum in ratione amanti
 efficaciter existentiam mundi.

4 Vt ergo quæstio locum habeat pro-
 cedere debet iuxta principia, quæ asserunt Deum
 propriam naturam ante actionem ad extra, v. g. an-
 te productionem mundi, supponi iam effica-
 citer determinatum ad agendum in vi decreti
 liberi efficacis aliunde constituti applicantis
 omnipotentiam ad mundi productionem. Iux-
 ta hæc principia actio ad extra est effectus de-
 creti efficacis vt efficacis, & nunquam est

immediate libera. Iuxta principia opposita actio ad extra plerumque est immediate libera quia non oritur ab omnipotentia ut iam determinata ad ipsius productionem, sed ab omnipotentia ut indifferenti: unde non est effectus decreti efficacis ut efficacis. Sed est complementum; & constitutum illius; quemadmodum in sententia Societatis actio nostra libera non est effectus gratiæ efficacis ut efficacis, sed est effectus gratiæ quæ per ipsam mer actionem redditur efficax, nec per se supponit priori naturæ efficaciam gratiæ, sed illam constituit.

Questio ergo nostra est, an Deus possit intendere efficaciter gloriam per decretum, quod nullatenus habeat vim immediate determinandi omnipotentiam ad externam executionem gloriæ; sed solum mediare, quatenus inducat aliud decretum, cui adæquate comparat munus determinandi immediate omnipotentiam & illam applicandi ad exequendam gloriam. Quod perinde est ac inquirere an Deus possit concipere intentionem efficacem finis, quæ sit decretum pure intentivum, & nullatenus immediate executivum illius.

6 In qua controversia partem affirmantem tueri debent omnes, qui in mente divina distinguunt ordinem intentivum ab ordine executivo finis, assignantes vnum decretum pure intentivum finis, quod antevertat existentiam mediorum, & sit radix eorum, & aliud executivum supponens iam media executioni mandata, ipsa autem sunt. Eximius Doctor Pater Franciscus Suarez tom. 1. in tertiam partem disp. 9. sect. 1. & in opusculis lib. 3. de auxilijs cap. 18. & 19. & 1. p. lib. 1. de prædestinatione cap. 14. Pater Arrubal 1. p. disp. 6 §. n. 20. Pater Ribadeneyra tract. de prædestinatione disp. 14. cap. 1. Pater Quiros tom. 2. in primam partem disp. 12. n. 37. Pater Aldrete tom. 1. de incarnatione disp. 26. sect. 6. & P. Ripalda in manuscriptis de prædestinatione, ubi licet defendat posse Deum intendere efficaciter finem per decretum, quod antevertat media, & suppositis medijs vim habeat exequendi immediate finem; nihilominus etiam dicit posse dari in Deo decretum efficax pure intentivum finis. Ita etiam communiter Thomistæ, Magister Albelda 1. p. disp. 73. præsertim n. 18. ubi citat Sanctum Thomam, Capreolum, Hervæum, Egidium, Scotum, Maiorem, Ricardum, Sorium, & Zumel Carmelitam tom. 1. in primam partem q. 23. art. 4. disp. 9. Ioannes à Sancto Thoma tom. 2. in primam partem q. 19. disp. 5. art. 1. num. 16. pagina. 153.

7 Partem vero negantem debent tueri omnes qui in mente divina negant distinguendum esse ordinem intentivum ab ordine

executivo ipsi autem sunt P. Vazquez 1. p. disp. 89. cap. 7. n. 93. & 3. p. disp. 23. cap. 8. & 1. 2. q. 47. cap. 5. Moncaus in opusculis disp. 4. cap. 4. §. sed hæc responsio Becanus 1. p. cap. 14. q. 4. & cap. 1. q. 4. Granadus de prædest. tractat. 7. disp. 4. sect. 4. n. 33. Ruíz disp. 12. de prædestinatione sect. 7. Bernal disp. 17. de incarnatione à num. 16. Bekenus 1. p. disp. 26. cap. 6. Petrus Hurtadus disp. 13. de incarnatione sect. 9. Bellarminus de grat. & lib. arbit. cap. 14. ad tertium. Secunda solutio Pennorus lib. 6. de auxilijs cap. 2. 1. per totum: & cap. 27. n. 4. Alvarez de auxilijs lib. 3. disp. 22. n. 17. ex ijs autoribus P. Vazquez & aliqui alij dicunt Deum posse efficaciter intendere finem antequam decernat media, quæ media illa sunt pure physica; quæ habent causalitatem in finem, quin moveant voluntatem ipsius agentis: verbi gratia, posse efficaciter præfinire & intendere absolute abundantiam frumenti, antequam determinat pluviam, illamque prævideat. Secus vero quando media illa sunt moralia; & quæ non aliter causant finem, quam movendo, & alligando divinam voluntatem ad eius executionem; qualia sunt merita, orationes & preces; existimant enim non posse verificari, Deum intuitu illorum mediorum exequi finem, quin voluntatem intentivam finis concipiat post prævisionem illorum. Et hinc consequenter Pater Vazquez arbitratur Deum non elegisse efficaciter & absolute homines ad gloriam ante merita absolute prævisa: quia merita non aliter possunt causare gloriam; quam movendo Deum ad habendum decretum efficax illa conferendi, quod non haberet locum iuxta hunc Doctorem, si ante prævisionem absolutam meritorum decrevisset efficaciter gloriam: quia tunc verificaretur quidem, Deum velle gloriam sequi ex meritis seu sequi post merita; non tamen verificaretur Deum velle gloriam intuitu meritorum dare.

8 At Pater Ruíz & cum illo P. Ripalda in manuscriptis dicunt posse Deum efficaciter intendere finem, antequam decernat, vel prævideat existentiam mediorum, quamvis media illa sint moralia. Et ita arbitrantur defacto Deum intendisse efficaciter gloriam ante merita absolute prævisa. Existimantque proinde, ut Deus in tempore vere dicatur dare gloriam propter merita, non requiri quod actus internus divinæ voluntatis amans efficaciter existentiam gloriæ moveatur à meritis, sed satis esse ut amet gloriam ut conferendam præcedente intuitu meritorum, & non

aliter.

)#C

SECTIO SECVNDA.

Nostra sententia, negans possibilitatem illius decreti pure intentivi.

9 **E**GO verissimum censeo omnino repugnare Deo decretum efficax gloriæ, vel alterius finis ab ipso produci tanquam à principio determinante, quod non habeat vim exequendi immediate per se ipsum illum finem. Quidquid sit an simul cum illo decreto possit post prævisa merita advenire aliud, cum ipso concurrens etiam ad executionem gloriæ de quo non curo. Conclusionem hanc breviter probavi tract. de voluntate disp. 13. sect. 3. & nunc sic eam suadeo. Intentio efficax gloriæ, quatenus efficax immediate amat finem illum; nam immediatius & formaliter respicit affectus ille efficax, quatenus efficax, finem, quam ipsa media: ergo habet vim immediatam exequendi finem, postquam executioni mandaverit media dependentia à Deo ut determinante. Antecedens est certum; nam affectus ille non tendit immediate durare erga media, quia sic non esset intentio finis expressa, & formalis; atque adeo principaliter respicit immediate finem, nam media amat propter finem, hunc vero propter se ipsum. Consequentia vero suadetur; nam certum est Deum habere aliquod decretum efficax exequens immediate gloriam. At omnis intentio efficax gloriæ convenit cum decreto hoc in illo prædicato propter quod illud est executivum gloriæ: ergo omnis intentio efficax gloriæ est executiva gloriæ. Consequentia est legitima, quia sicut omnis entitas conveniens cum Petro in illo prædicato propter quod Petrus est homo, est similiter homo; ita omne decretum conveniens cum decreto executivo in illo prædicato propter quod illud est executivum gloriæ, debet similiter esse executivum gloriæ. Iam probatur minor subsumpta; nam decretum immediate executivum gloriæ non alia ratione est executivum gloriæ, nisi quia immediate & formaliter amat efficaciter existentiam gloriæ. At omnis intentio efficax gloriæ immediate & formaliter amat efficaciter existentiam gloriæ: ergo omnis intentio efficax gloriæ est decretum immediate executivum gloriæ.

SECTIO TERTIA.

Præcluduntur evasiones nostræ rationis.

10 **R**espondebis primo: voluntatem immediate executivam gloriæ non ideo præcisè hoc habere; quia

amat efficaciter existentiam gloriæ: sed quia amat respiciendo illam ut finem exequibilem; quod non competit voluntati intentivæ, utpote quæ respicit gloriam ut obiectum amabile non autem ut effectum exequibilem. Ut enim inquit Eximius Doctor lib. 1. de prædestinatione cap. 14. n. 6. *Donum gloriæ est obiectum quoddam amabile, cui voluntas per affectum coniungi potest, & est etiam res quædam factibilis à tali operante, qui potest applicare potentiam suam ad talem effectum exequendum.* Priori modo versatur voluntas Dei circa tale obiectum, quando ordine tantum intentionis procedit: posteriori autem modo, quando iam inchoat executionem.

11 Sed contra, quia cum utraque volitio sit formaliter amor gloriæ, utraque fertur in gloriam ut est quoddam obiectum amabile, & cum utraque sit efficax, & essentialiter regulata per simplicem intelligentiam gloriæ ut factibilis, utraque respicit gloriam ut factibilem & exequibilem, quare licet per affectum simplicem possit voluntas divina uniri affective cum gloria, ut cum obiecto quodam amabili, quin illam respiciat ut effectum factibilem, tamen impossibile est, ut per affectum efficacem respiciat gloriam ut obiectum amabile, quin illam respiciat ut effectum exequibilem; nam Deum efficaciter intendere gloriam, est Deum efficaciter velle ut gloria existat & producat ab ipso met Deo: nam cum impossibile sit gloriam existere, quin producat à Deo impossibile quoque est Deum intendere efficaciter gloriam, quin efficaciter intendat ut illa producat ab ipsa. Cum ergo gloriam existere, & produci à Deo, sit gloriam executioni mandari; impossibile erit Deum efficaciter intendere gloriam, quin per talem intentionem efficacem gloriæ velit efficaciter ut gloria executioni mandetur: ergo intentio efficax gloriæ respicit illam ut effectum exequibilem. Quid enim est aliquam voluntatem respicere obiectum suum ut effectum exequibilem, quam voluntatem illam amare efficaciter executionem illius effectus, ad illamque determinare ipsum agens?

12 Dices forsam, voluntatem executivam gloriæ, quæ iam supponit merita ab solute prævisa, non ideo præcisè respicere gloriam ut effectum factibilem, quia efficaciter amat productionem, & executionem gloriæ, sed quia insuper per se ipsam immediate & formaliter determinat ultimo omnipotentiam divinam (quæ ratione nostra distinguitur ab intellectu & voluntate) ad ipsius productionem. Iam vero intentionem efficacem gloriæ, quæ antevertit prævisionem meritorum, & est radix illorum non applicare immediate omnipotentiam ad

exequibilem gloriæ; & idcirco non respiciat gloriam vt effectum exequibilem. Quæ solutio colligitur ex ijs quæ docet ibi Eximius Doctor n. 7. Sed contra, quia non alia ratione voluntas supponens merita prævisa habet vim applicandi immediate omnipotentiam ad productionem gloriæ, nisi quia est voluntas efficaciter amans existentiam gloriæ. Atqui hoc etiã habet intentio efficax gloriæ antecedens prævisionem, si detur talis intentio: ergo etiã talis intentio est immediate executiva gloriæ. Quod si dicas eatenus illam intentionem applicare omnipotentiam, quatenus inducit supposita prævisione meritorum voluntatem applicantem, contra est, nam illa intentio non eatenus amat efficaciter gloriæ, quatenus inducit voluntatem amantem illam supposita prævisione meritorum; sic enim non esset intentio & amor finis, sed præcisè actus imperans amorem finis: sed per se ipsam & ratione sui formaliter est amor efficax gloriæ: ergo per se ipsam applicat immediate omnipotentiam ad productionem gloriæ: nam voluntas supponens prævisionem meritorum eatenus applicat immediate omnipotentiam ad productionem gloriæ, quatenus amat efficaciter gloriæ: ergo si hoc etiam habet voluntas illa intentiva, etiam illa debet esse executiva illius.

13 Dices voluntatem supponentem merita non ideo præcisè esse executivam gloriæ, quia illam amat efficaciter, sed quia amat efficaciter, & aliunde supponit iam existentiam media necessaria ad consecutionem finis, seu quia aliunde movetur à meritis. Sed contra primo, quia quod voluntas vna supponat merita & alia non supponat, sed antecedit merita, non est ratio disparitatis; si aliunde utraque convenit in prædicato amantis efficaciter existentiam finis: nam quod vna supponat merita, probat quidem illam non causare merita, quia iam supponit causata; quod autem non causet merita non est prædicatum propter quod talis voluntas sit executiva gloriæ potius quam alia in reliquis conveniens cum illa: nec tale prædicatum potest esse differentia contrahens rationem communem voluntatis amantis efficaciter gloriæ ad hoc vt sit executiva gloriæ: nam defectus activitatis erga vnum effectum formaliter sumptus, probare nequit activitatem erga alium. Deinde quod alia voluntas antecedit merita, probat quidem eam habere activitatem in ipa merita seu esse radicem illorum: iam vero quod sit radix meritorum, habeat vè activitatem in merita, non est titulus vt careat activitate immediata erga gloriæ: si virūque amat efficaciter siquidem vna activitas non est incompotibilis cum alia; si enim Deus virūque causat, tūc utrumque non poterit causare

eadem voluntate virtualiter indivisibilit

14 Contra secundo, quia Deus potest eadem voluntate virtualiter indivisibilit causare merita, & eis suppositis causare gloriæ: ergo non ideo voluntas supponens merita habet vim causandi gloriæ, quia supponit merita. Consequentia est legitima, antecedens vero probatur; nam eadem voluntate virtualiter indivisibilit potest Deus causare plura obiecta inter se disparata; quis enim dubitet Deū eodem actu virtualiter indivisibilit potuisse decernere totam hanc universi fabricam? ergo siq̄ militer eadem voluntate virtualiter indivisibilit poterit causare obiecta inter se ordinata; ordo enim obiectorum non reddit ipsa incapacia terminandi eandem voluntatem efficacē executivam, sed potius iuvat vt terminet; quia quō maiorem habent unitatem inter se, eo maiorem habent aptitudinem terminandi eandem voluntatem; ergo eadem voluntate virtualiter indivisibilit poterit Deus causare media & finem; ergo ex terminis voluntas divina exequens finem non debet supponere media executioni mandata; ergo voluntas supponens merita non ideo est executiva gloriæ, quia supponit merita; ergo præcindendo à prædicato supponendi merita habet illa voluntas aliud prædicatū, vt cuius constituitur in ratione executivæ gloriæ. Quod prædicatum nequit esse aliud, quā esse affectum efficaciter amantem existentiam gloriæ; ergo cum in hoc prædicato conveniat cum voluntate intendente efficaciter gloriæ ante merita absolute prævisa; hæc quoque voluntas erit immediate executiva gloriæ; ergo repugnat Deum intendere efficaciter gloriæ per aliquod decretum; quin illud sit immediate executivum gloriæ.

15 Respondent secundo alij propterea voluntatem intentivam gloriæ ante merita absolute prævisa, non habere vim exequendi immediate gloriæ, quia vult vt gloria mandetur executioni mediante alia voluntate supponente merita, & mora ab illis; nam illa intentio amat gloriæ vt coronam, seu vult vt gloria in executione detur propter merita; gloriæ vero in executione dari propter merita nihil aliud est, quam gloriæ executioni mandari per voluntatem motam à meritis. Vnd idē est primam intentionem velle gloriæ vt coronam, ac velle vt in executione detur per voluntatem novam motam à meritis. Sed contra; quia hæc responsio non probat illam voluntatem intentivam gloriæ nō influere immediate in executionem gloriæ, sed solum probat præter illam concurrere debere aliam voluntatem motam à meritis; sicut enim Patrem producere Spiritum Sanctum, mediante Filio, non tollit quod Pater etiam producat Spiritum Sanctum

per se ipsum immediate: & sicut animam producere intellectionem mediante intellectu à se distincto, non tollit quod anima etiam immediate influat in intellectionem, in sententia Patris Suarez: ita quod intentio illa velit gloriam executioni mandari mediante voluntate mota à meritis, non tollit, quod per se ipsam immediate illam simul exequatur.

16 Quod si dicas non posse illam intentionem exequi immediate gloriam hoc ipso quod velit; ut gloria executioni mandetur mediante alia voluntate, quæ supponat merita; quia nequit simul executioni mandari duplici voluntate; contra est primo, quia si repugnat gloriam simul executioni mandari duplici voluntate altera antecedente merita, altera subsequente merita; repugnat ut gloria data propter merita præsumatur efficaciter ante prævisa merita, quia ex hac præsumptione necessario inferitur mandandam esse executioni duplici illa voluntate, quia cum utraque illa voluntas amet efficaciter gloriam immediate & formaliter; utraque debet immediate influere in gloriam; nam vis immediate efficiendi gloriam fundatur in vi affectiva efficaciter respiciente gloriam. Quod si gloria, non obstante quod in executione detur propter merita, & producatur per decretum motum à meritis, nihilominus præsumitur omnino absolute & efficaciter ante prævisionem meritorum: etiam eo non obstante debet pariter mandari executioni immediate ab illa intentione.

17 Contra secundo: quia ex nullo capite potest ostendi repugnantia in eo quod gloria simul mandetur executioni duplici illa voluntate, est enim voluntas supponens merita sit sufficiens ad exequendam gloriam se sola; hoc non tollit: quo minus hic & nunc ex liberalitate & indulgentia Dei coniungatur ad exequendam gloriam cum alia voluntate, quæ simul cum activitate erga gloriam habeat activitatem erga merita.

SECTIO QVRATA

Reijcitur modus, quo aliqui Recentiores distinguunt ordinem intentivum ab executivo.

18 **H**INC reiectus manet modus, quo Pater Antonius de Quiros tom. 2. in 1. p. disp. 12. n. 38. conatur assignare discrimen inter voluntatem intentivam, & executivam. Afferit enim tunc voluntatem intentivam finis debere distinguí à voluntate executiva, quando ut operetur intendens indiget specialiter moveri ex bonitate præcognita, quæ non potuit movere ad volun-

tatem intentivam. Ex quo inferitur tunc voluntatem intentivam finis esse pure intentivam seu carentem activitate immediata erga finem, quando vi illius intentionis nequit finis mandari executioni, quin Deus moveatur ad exequendum finem ab aliqua bonitate, à qua moveri non potuit ad intendendum. Sic autem contingit in præfenti: nam intentio antecedens gloria cum respiciat illam ut coronam, petit ut gloria non mandetur executioni, quin Deus ad illam ponendam moveatur à meritis, à quibus moveri non potuit ad habendam illam intentionem antecedentem; siquidem merita ante sui prævisionem absolutam sunt incapacia movendi per modum meriti, seu exercendi causalitatem meritoriam: ergo intentio efficax gloria amans illam ut coronam nequit immediate exequi gloriam.

19 Hinc, inquam, reiectus manet iste dicendi modus: nam licet demus non posse Deum dare gloriam propter merita, quin post illorum prævisionem absolutam concipiat intuitu illorum voluntatem exequentem, hinc minime probatur voluntatem intentivam, si datur, non debere simul cum illa alia voluntate concurrere immediate ad executionem gloria; siquidem si detur, convenit cum illa alia voluntate in prædicato propter quod illa immediate exequitur gloriam: siquidem duntaxat differunt ex motivo. Voluntas vero supponens merita non habet vim immediatam exequentem gloriam ex suo motivo, sed ex modo respicienti immediate affective efficaciter obiectum materiale: nam certum est Deum posse exequi gloriam ex alio motivo. Quod si repugnet gloria immediate mandari executioni, per utramque voluntatem simul: id quidem probat repugnantiam intentionem antecedentem efficacem gloriae ut coronæ, quia ut nostra ratio evincit, repugnat illam intentionem dari, & non habere vim immediatam exequentem gloriam. Ex eo ergo quod Deus post illam intentionem indigeat moveri à bonitate meritorum, ad exequendam gloriam, à qua moveri non potuit ad habendam illam intentionem, non colligitur distinctio adæquata inter ordinem intentivum, & executivum, ut ille autor contendit, seu non colligitur decretum antecedens intentivum finis non esse pariter eiusdem executivum. Postea vero absolute decernemus an gloria possit executioni mandari simul duplici decreto, alitero respicienti motivum misericordiae; seu motu à sola Dei bonitate, qui à se præcise movetur, & affectus voluerit intendere efficaciter gloriam ut coronam.

20 Probatum deinde efficaciter intentionem efficacem antecedentem gloriae non casere vi exequenti immediate gloriam ex eo quod

quod antecedit prævisione meritorum, & potest Deus in executione det gloria intuitu meritorum: nam si Deus potest intendere efficaciter gloriam, ut coronam ante prævisionem absolutam meritorum; sane potest intendere efficaciter gloriam secundum se præcindendo à circumstantia coronæ: nam cum gloria sit bonum consequibile tum per merita, tum sine meritis, non est necesse ut intentio efficax illius determinet, an sit danda ex meritis, an sine illis. Sicut quia Christus secundum se sumptus est indifferens ut nascatur ex hac femina, vel ex illa, & ut veniat in carne passibili, vel in carne impassibili, non fuit necesse ut primum decretum intentivum Christi determinaret circumstantiam huius Matris & passibilitatis. Et sane decretum intendens efficaciter gloriam Petri ut coronam, tria intendit inter se separabilia. Primo enim vult ut Petrus habeat gloriam, secundo, vult ut habeat merita, tertio, vult ut gloria in executione existat propter merita, quod cum iuxta adversarios nihil aliud, sit, quam gloriam producti per decretum supponens merita, & respiciens illa ut movivum, illa intentio vult ut gloria executioni mandetur per cuiusmodi decretum. Cum ergo illa obiecta sint in se separabilia, quia gloria potest existere sine meritis, & sine decreto supponente merita; & gloria atque merita possunt existere, quin sequatur illud decretum; poterit intentio illa versari circa gloriam, & locum relinquere, ut pro posteriori determinet Deus an conferenda sit ex meritis. Quod si hoc habeat, profecto illa intentionem habebit determinandi immediate ad existentiam gloriae: nam si Deus pro posteriori decernat ne dentur merita, non indicabit nova voluntate, ut in executione conferat gloriam, ut quid enim? Quandoquidem nihil adest de novo, à quo debeat moveri, & per se non est necessaria voluntas executiva distincta ab intentiva, nisi quando adest nova bonitas movens ad exequendum, quæ movere non potuit ad intendendum. Quod si illa intentio per se ipsam immediate exequeretur gloriam, casu quo non superveniret bonitas meritorum; ergo licet superveniant merita post eam intentionem, & propter illa debeat gloria mandari executioni, adhuc illa intentio debet influere immediate in gloriam simul cum voluntate superveniente & supponente merita: nam si semel ex se habet vim immediate influendi, necessatio debet influere: nam merita supervenientia sicut illam non privant vim immediate influendi, ita nec actuali influxu privare possunt: nam in voluntate efficaci Dei vis immediata influendi necessario coniungitur cum influxu actuali. Quare illa intentio haberet vim ponendi se sola gloriam, si non superveniat

nova voluntas, vel simul cum alia voluntate, si illa superveniat: ergo ex eo quod Deus debeat suppositis meritis moveri ab illis ad exequendam gloriam, non recte intulit Pater Quirous voluntatem intentivam gloriae esse pure intentivam, seu carere vim exequendi immediate gloriam.

21 Respondet forsam aliquis omnino repugnare quod Deus in executione det gloriam propter merita; & tamen quod antecederet gloriam efficaciter intendens præcindendo à circumstantia coronæ: nam repugnat ut sit præmium meritorum Petri illud donum, quod in vi præsentis decreti eodem modo existeret in Petro quamvis ille nulla haberet merita. Atqui si Deus intenderet efficaciter gloriam Petro præcindendo à circumstantia coronæ; Petrus eodem modo haberet gloriam ex vi illius decreti, quamvis nulla haberet merita; siquidem illa intentio ut causet gloriam non indiget meritis, alioqui enim non præcinderet à circumstantia coronæ: ergo si Deus intenderet gloriam Petro præcindendo à circumstantia coronæ, gloria non posset in executione existere propter merita Petri: siquidem Petrus eodem modo illam haberet, quamvis nullum haberet meritum.

22 Hoc argumentum non tam impugnat nostram doctrinam, quam sententiam asserentem Deum eligere homines ad gloriam ut coronam ante merita absolute prævisa: nam admisa illa sententia necessario dicendum est potuisse Deum intendere efficaciter gloriam præcindendo à circumstantia coronæ, & tamen illam in executione conferre ut coronam: nam si potest antecederet intendere gloriam & simul merita unico & indivisibili virtualiter decreto, sane poterit primo per unum decretum gloriam intendere, & subinde per aliud virtualiter distinctum præfinire merita: dependenter à quibus gloria in executione conferatur: ut nostrum argumentum probat: nam cum in genere Deus possit intendere finem, quin per illam intentionem determinet media per quæ finis mandandus est executioni; nulla est ratio cur non possit intendere efficaciter gloriam, quin determinet per illam intentionem media dependenter à quibus ponenda est gloria, si semel non repugnat Deo præfinire efficaciter gloriam ut coronam ante merita absolute prævisa.

SECTIO QUINTA.

Reciturus modus, quo P. Ripalda explicat decretum pure intentivum finis.

23 **P**ATER Ripalda in manuscriptis de prædestinatione disp. 1. sect. 7. asser-

ris. I. n. 81. item asserti. 4. n. penultimo, asserti posse dari voluntatem antecedentem intentivam finis, quæ non sit immediate executiva illius, esto illum efficaciter amet non minus, quam voluntas supponens media, ait autem tunc voluntatem intentivam finis non esse immediate executivam illius, quando ita vult finem mandari executioni. Et simul velit non mandari executioni immediate per ipsam, sed per voluntatem supponentem existentiam mediorum. Cum ergo nulla sit repugnantia in eo quod voluntas intentiva finis velit finem non mandari executioni per ipsammet intentionem, sed per aliam voluntatem; nulla erit repugnantia quod detur voluntas pure intentiva finis; intentio namque efficax amans, ut finis non mandetur executioni immediate per ipsam, sed per aliam, non est capax exequendi immediate finem, ut est manifestum: quia hoc ipso, quod per se ipsam influeret immediate in finem, frustraretur.

24 Sed contra, quia intentio *A.* efficaciter amans existentiam gloriæ v. g. & simul efficaciter amans ut gloria non mandetur executioni per ipsammet intentionem *A.* involuit duo prædicata contradictoria; nam quatenus intendit & amat efficaciter existentiam gloriæ, habet vim immediate exequendi gloriam, quia efficacia ad exequendum immediate finem fundatur in efficacia immediata affectiva erga finem. Quatenus vero efficaciter vult ut gloria non mandetur executioni per ipsammet intentionem, non habet vim exequendi immediate gloriam, quia non habet vim frustrandi se ipsam.

25 Quod clarius deduco in hunc modum: Deus per illam intentionem *A.* duo efficaciter amat libere: primum est gloriam existere: secundum est gloriam non oriri immediate ab intentione *A.* ergo illam intentionem supponit possibile esse ipsam influere immediate in existentiam gloriæ; sicut supponit possibile esse gloriam non existere: sicut enim hoc ipso quod Deus libere amet existentiam alicuius termini, convincitur illum terminum esse contingentem & potuisse non existere: ita hoc ipso quod libere velit aliquid non existere convincitur illud potuisse existere, Deus enim nequit libere velle ut non existat id quod est omnino impossibile existere: ergo si Deus per intentionem *A.* libere vult ut intentio *A.* non influat immediate in existentiam gloriæ, hoc ipso illa intentio supponit, se potuisse influere immediate in existentiam gloriæ. Tum sic aliunde vero sequitur ipsam non posse immediate influere in executionem gloriæ, quia si posset influere, posset frustrari, siquid illa vult ut gloria non ponatur immediate per ipsam;

implicat autem ut frustretur; quia est intentio efficax: ergo illa intentio esset & non esset capax influendi immediate in executionem finis; quæ sunt duo prædicata contradictoria.

26 Ad ipsum clarius ad hoc ostendo: Autor ille dicit expresse Deum potuisse antecedenter gloriam intendere per voluntatem habentem vim exequendi illam immediate: quod manifeste colligitur ex solutione tradita, nam ut defendat intentionem non habentem vim immediate exequendi, dicit illam intentionem non solum debere velle existentiam finis, sed insuper debere velle ut gloria non mandetur executioni per talem intentionem; quæ responsio manifeste supponit fore immediate executivam finis intentionem, quæ præcisè amaret existentiam finis. Hinc sic argumentor: Per te aliqua intentio antecedens gloriæ habet vim immediate exequendi gloriæ: ergo si intentio *A.* quam assignas, non habet illam vim, ideo est, quia per illam intentionem dicitur Deo, nimirum, *Volo ut existat gloria, & nolo ut existat immediate ab ipsa intentione A.* ergo illa intentio *A.* libere amat existentiam gloriæ; & libere excludit influxum immediatum ipsiusmet intentionis *A.* in gloriam; ergo supponit, potuisse intentionem *A.* influere immediate in existentiam gloriæ; nequit enim Deus habere nolitionem liberam terminum impossibilem; & ideo nequit habere actum liberum quo dicat, *nolo ut Petrus sit Paulus; nolo ut hircocervus existat*: quia isti actus supponerent Petrus posse esse Paulum, & hircocervum posse existere: ergo intentio *A.* est capax, & non est capax influendi immediate in gloriam. Est capax, quia ille influxus libere excluditur à Deo: & non excluditur à Deo, nisi illud quod est possibile: non est capax, quia illa intentio identificat secum virtualiter exclusionem efficacem influxum immediati; non est autem capax influus immediati voluntas, quæ essentialiter est efficax exclusio illius.

27 Dices forsam, Deum libere nolle ut intentio *A.* influat immediate in gloriam, cæterum hanc nolitionem esse distinctam virtualiter ab ipsamet intentione *A.* sed contra primo, quia hoc pacto iam habeo intentionem, nimirum intentionem *A.* secundum se sumptam habere vim influendi immediate in existentiam finis: nolitio enim illa supponit hanc vim, & tantum impedit eius executionem. Contra secundo, quia Deus libere nolens ut intentio *A.* influat immediate, vult chymæram: quia vult ut intentio efficax infinita habens vim immediatam influendi in executionem gloriæ non influat immediate. Quod tamen est velle impossibile: implicat enim existere voluntatem absolutam & efficacem Dei & non obtinere effectum.

effectum, ad quem habet efficaciam. Et sane cum voluntatem aliquam Dei immediate influere in effectum, nihil aliud sit quam voluntatem illam applicare omnipotentiam ad agendum, & omnipotentiam agere: implicat ut existat in Deo voluntas efficax habens hanc vim, & quod illa non influat immediate in gloriam: quia illa existente necessario existit effectus; aliunde vero illa per se ipsam in genere causae formalis, habet applicare omnipotentiam: ergo effectus oritur ab omnipotentia ut applicata per illam voluntatem, quod est illam voluntatem immediate influere in eiusmodi effectum. Quapropter Deus earum potest impedire ne intentio A habeat vim immediate influendi, influat, quatenus potest impedire eius existentiam: ergo ut illa impediat, debet sic statuere, nolo ut existat intentio A non autem sic, nolo ut intentio A influat immediate nam hic secundus modus nolendi supponit Deum velle ut influat a liquo pacto, & tamen nolle ut influat immediate.

28. Dices secundo, non posse quidem Deum habere nolitionem aliquam formalem liberam, per quam sic dicat: *nolo ut intentio A influat immediate in gloriam*; posse tamen habere nolitionem, virtuale, inclusam nimirum in ipsa intentione A ita ut tota libertas sit ad habendam, vel non habendam illam intentionem; nihilominus indirecte, ex consequenti sit libertas ad nolendum ut finis mandetur executioni per intentionem A quatenus ipsa intentio A ex suo modo tendendi est incapax influendi immediate in finem intentum.

29. Sed contra primo, quia intentio A nequit implicite velle ut finis a se intentus non mandetur executioni per ipsam immediate, nisi quia finis ipse quem respicit essentialiter postulat non mandari executioni per talem intentionem; quemadmodum intentio efficacis nostri actus liberi eatenus implicite vult, ut opus nostrum liberum non mandetur executioni immediate per illam intentionem; quia formaliter amat existentiam finis incapacis oriri a decreto efficaci Dei tanquam a principio immediato. Atqui finis intentus ab intentione A nempe gloria ipsa, non postulat non oriri immediate ab intentione efficaci antecedenti, ut adversarius ipse supponit & facile suadet, quia finis ille postulat oriri immediate a decreto efficaci Dei. ergo si aliunde est capax terminare voluntatem efficacem antecedentem, capax debet esse oriendi immediate ab illa voluntate.

30. Contra secundo, quia Deus per intentionem A antecedentem non vult virtualiter finem non mandari executioni immediate

per intentionem antecedentem praesens quatenus antecedenter ad praevisionem meritum amat efficaciter existentiam gloriae, quia stat per se Deum ita antecedenter amare gloriam, & tamen illam exequi immediate per illam intentionem, vel solam, vel simul cum alia voluntate supponente merita: ergo eatenus per illam intentionem vult Deus ut finis non mandetur executioni per voluntatem antecedentem merita, quia illa intentio est simul volitio: & nolitio libera respectu diversorum: volitio respectu gloriae, & nolitio respectu influxus immediati intentionis antecedentis in finem gloriae: ergo eatenus intentio A est incapax influendi immediate in gloriam, quia est volitio; & nolitio libera explicata his verbis: *Volo ut existat gloria, & nolo, ut existat cum dependentia immediata ab aliqua voluntate antecedente praevisionem meritum*, seu ijs: *volo ut existat gloria, & nolo ut dependeat ab hac ipsa volitione immediate*. At iam supra ostendimus omnino repugnare, ut tum intentione A efficiat antecedenti gloriae identificetur virtualiter nolitio libera, qua Deus nolit gloriam procedere immediate ab intentione A: ergo non subsistit illa evasio.

31. Contra tertio: nam si intentio A antecedens gloriae est incapax exequendi immediate gloriam: vel id habet ex obiecto libere nolitio, vel aliunde, non primum, quia obiectum volitum est gloria, quae capax est iuxta adversarium ut ponatur immediate per voluntatem efficacem conceptam ante praevisionem absolutam meritum. Non secundum, quia obiectum libere nolitum esset influxus immediatus ipsiusmet intentionis A in gloriam; implicat autem ut idemmet actus, quo Deus libere vult ut existat gloria, sit simul nolitio, qua libere nolit ut gloria mandetur executioni per talemmet actum; quia quatenus nolitio libera illius influxus, supponit talem influxum esse possibilem; quatenus vero identificatur virtualiter cum ipsa intentione A reddit impossibilem illum influxum; quia implicat ut intentio A identificans secum virtualiter nolitionem efficacem alicuius influxus, possit talis influxum praestare, ut est manifestum: non denique tertium, quia si semel potest dari intentio efficaci antecedens habens vim causandi immediate gloriam, nequit explicati in quo consistit ille modus tendendi, ut cuius intentio aliqua specialis A v.g. est incapax influendi immediate in gloriam, non enim habet incapacitatem illam ex eo quod est intentio antecedens gloriae; nec item ex eo quod est nolitio talis influxus. Unde ergo illam habeat rursus si illa intentio A non est nolitio illius influxus, ut probatum manet; ergo est pura volitio antecedens glo-

gloria: in pura autem volitione efficaci antecedenti finis nequit dari modus tendendi, vi cuius sit incapax influendi immediate in finem, si semel finis ille capax est proveniendi immediate à voluntate efficaci antecedenti: nam nec ille modus tendendi convenire potest tali volitioni ex obiecto, ut patet, nec ex subiecto, nempe Deo: nam cum Deus sit capax amandi antecedenter finem gloriae per voluntatem efficacem, quae habeat vim influendi in gloriam immediate; sane voluntas aliqua, quae est pura volitio gloriae nequit habere illum modum tendendi ex subiecto magis, quam ex obiecto: sicut enim ideo nequit illum habere ex obiecto, quia illud est incapax mandari executioni immediate per volitionem antecedentem praevisionem meritorum, ita nec poterit habere ex subiecto, nempe Deo, cum iste sit capax exequendi immediate gloriam per voluntatem efficacem conceptam ante praevisionem meritorum.

32 Sed ut doctrina tradita magis perspicua fiat, contra illam opponam objectionem; cuius solutio sit dilucida nostrae doctrinae explicatio. Sic ergo oppones: si semel ex eo quod Deus aliquid libere nolit, sequitur illud potuisse existere: ergo pariter ex eo quod Deus aliquid libere velit, sequitur illud potuisse non existere. Tum sic, sed Deus libere vult ut actio essentialiter libera pendeat à principio indifferenti, ut indifferenti: ergo possibile est actionem essentialiter liberam non pendere à principio indifferenti ut indifferenti. Cuius igitur hoc consequens sit absurdum, dicendum erit principium illud esse falsum nempe, si Deus libere vult ut aliquid fiat, potuit illud non fieri. Ergo pariter erit falsum istud aliud: si Deus libere nolit aliquid fieri, potuit illud fieri. Ergo ex eo quod Deus libere nolit gloriam oriri ab intentione A efficaci antecedenti non sequitur potuisse oriri ab illa ut nos assumebamus contra Ripaldam.

33 Respondeo hoc principium esse certissimum: Deus volitione libera vult ut aliquid fiat: ergo illud poterat non fieri: nam Deus non potest habere volitionem, seu intentionem liberam, cuius primum vel unicum munus sit intendere ut existat ens necessarium: alioqui posset habere volitionem liberam pure terminatam ad sui existentiam. Hinc ad argumentum respondeo distinguendo illam propositionem: Deus libere vult ut actio essentialiter libera pendeat à principio indifferenti ut indifferenti, ut pendeat quiditative & signate, nego; ut pendeat exercite, concedo, non enim libere vult Deus ut actio essentialiter libera habeat hanc quiditatem, ut pendeat à principio indifferenti ut indifferenti ex suppo-

sitione quod existat; nam hoc est omnino necessarium, & circa necessarium, ut necessarium non exercet Deus suam libertatem: licet libere velit ut pendeat exercite, quod idem est ac velle ut existat actio, cuius essentia est dependere ab indifferentia principij, vel alijs terminis distinguo eandem propositionem: Deus libere vult ut actio essentialiter libera, &c. distinguo, libertate exercita praecise circa existentiam talis actionis, seu quatenus vult ut talis actio existat; concedo, libertate exercita circa dependentiam illius actionis ab indifferentia principij ex suppositione existentiae, seu volendo ut pendeat ex suppositione quod existat, nego. Ad hunc modum Deus libere vult ut homo sit exercite animal rationale; non tamen vult ut sit signate animal rationale, libere vult ut sit exercite animal rationale, quia libere vult ut existat: non vult autem libere ut sit signate animal rationale, quia non vult libere, ut sit animal rationale ex suppositione quod existat;

34 Hinc distinguo illam propositionem deductam in consequenti, ergo ex eo quod Deus libere nolit gloriam oriri immediate ab intentione efficaci antecedenti, non sequitur potuisse gloriam oriri immediate ab illa intentione; distinguo, si libere nolit oriri ab illa intentione, praecise nolendo ut existat talis intentio, concedo: si libere nolit oriri ab illa intentione ex suppositione quod talis intentio existat, nego. Hoc autem secundo modo se haberet res in nostro casu; nam Deus per ipsam intentionem A existentem vult; ne gloria oriretur ab ipsa intentione A existenti: ergo supponeret potuisse ab intentione A existenti oriri immediate gloriam. Itaque hoc ipso quod nolitio aliqua libera divina excludat terminum, evidenter inferitur illum terminum esse possibilem. Si ergo Deus potest habere volitionem liberam, per quam dicat, nolo ut ab intentione efficaci antecedenti gloria existat, oriatur immediate gloria; evidenter inferitur gloriam potuisse oriri immediate ab illa intentione antecedenti.

SECTIO SEXTA.

Impugnatur modus distinguendi ordinem intentionum ab executivis traditus à P. Aldrete.

35 PATER Aldrete disp. 27. de incarnatione sect. 6. num. 3. asserit illam esse voluntatem efficacem finis pure intentivam, seu non executivam immediate eiusdem, quae ita tendit in obiectum efficaciter amatum, ut de se inferat volitionem circa idem obiectum sufficientem applicandam.

omnipotentiam absque alia volitione terminat
ad tale obiectum: illam vero esse executivam
quae modo dicto non tendit in obiectum, qua-
vis sit efficax. Hinc consequenter autem volitione
hanc efficacem requisitam ad existentiam obiecti,
vel determinantem indifferentiam volitionis
requisitae, esse executivam obiecti. Unde
propterea iuxta ipsum praefinitio efficax nostri
operis liberi, est voluntas pure intentiva, quia
inducit volitionem indifferentem applicantem
omnipotentiam, quae volitio est sufficiens ad hoc
ut voluntas nostra operetur, quamvis non de-
atur praefinitio, nec aliqua alia volitio efficaci-
ter amans existentiam operis liberi. Similiter
propterea electio efficax ad gloriam antever-
tens absolutam praevisionem meritorum est
pure intentiva gloriae, quia inducit pro poste-
riori ad praevisionem meritorum voluntatem
efficacem gloriae motam a meritis, quae de se
seclusa illa intentione antecedenti erat suffi-
ciens ad existentiam gloriae.

36. Ex dictis tamen in superioribus
hic dicendi modus facile impugnatur: nam li-
cet intentio efficax gloriae ut coronae de se in-
ferat voluntatem aliam efficacem circa gloriae
exequendam gloriam intuitu meritorum; hoc
non probat eam esse pure intentivam gloriae
quia stat inducere pro posteriori ad praevisionem
meritorum voluntatem aliam, quae de se
sufficiens esset se sola determinare ad existen-
tiam gloriae, si seorsum existeret, & tamen quod
immediate influat in gloriam simul cum tali
voluntate: nam quamvis talem voluntatem in-
ducat, nihilominus convenit cum illa in illo
praedicto propter quod talis voluntas vim ha-
bet exequendi immediate gloriam: voluntas
enim supponens merita non ex eo habet vim
exequendi immediate gloriam; quia movetur
a meritis, cum constet Deum posse exequi im-
mediate gloriam per voluntatem non motam
a meritis: sed ex eo quod efficaciter amat exi-
stentiam gloriae; in quo praedicto convenit
intentio illa cum ipsa, nec refert, quod volun-
tas inducenda ex se sit sufficiens exequi gloriam
se sola; nam stat causam esse adaequatam in
actu primo, & sufficientem ponere se sola ef-
fectum, & tamen de facto illum ponere in con-
sortio alierius, quod in causis intensionalibus
conaturaliter saepe contingit: nam saepe quis
operatur in actu secundo motus a duplici ra-
tione, quarum quavis est in actu primo adae-
quata, id est sufficiens persuadere se sola con-
sensum. Et in Deo facillime intelligitur illum
ad ostendendam maiorem benevolentiam erga
creaturam rationalem, conferre illi gloriam
duplici voluntate, altera antecedenti merita,
altera supponenti, quamvis ista secundum se
sufficeret seclusa omni alia.

37. Ratio autem cur illa intentio
esto inducat novam voluntatem, nihilominus
ipsa etiam per se ipsam sit immediate executi-
va gloriae; ulterius reddi potest ex eo quod in-
tentio illa antecedens non ideo inducit novam
voluntatem, quia est intentio antecedens glori-
ae; sed quia est intentio antecedens volens ut
existant gloria, & insuper volens ut existat tan-
quam corona meritorum, seu ut conferatur in
executione per voluntatem motam a meritis;
unde intentio illa duo habet: imprimis enim
est intentio efficax illius finis secundum se, &
ex hac parte vim habere debet influendi im-
mediate in illum: ex alia parte est actus impe-
rans respectu novae voluntatis supponentis me-
rita, & respicientis illa ut motivum: & ex
hac parte influit mediante tali voluntate, ita-
que illa intentio aequivaleret duplici volitioni
virtualiter distinctae, quarum prima amaret ef-
ficax citius gloriam secundum se praescindendo a
circumstantia coronae: secunda vero intenderet
efficaciter circumstantiam coronae.

38. Quod si antecedens intentio glori-
ae praecise quatenus est intentio efficax gloriae
haberet vim inducendi novam voluntatem,
illamve necessario induceret: tunc aequiori iu-
re dici posset, illam non esse immediate exe-
cutivam gloriae: sicut intentio efficax nostri
operis liberi, quia quatenus talis habet vim
inducendi novam voluntatem executivam ope-
ris liberi, seu applicantem omnipotentiam ad
concurrendum cum voluntate nostra, non est
principium immediate influens in nostrum
opus liberum. Verum nec intentio gloriae, nec
intentio alterius finis a Deo ut determinante
producendi potest exigere novam voluntatem,
praecise quatenus est intentio antecedens effi-
cax illius finis: nam cum finis ille debeat poni
mediate voluntate efficaci Dei, si aliunde ca-
pax est terminandi intentionem efficacem an-
tecedentem existentiam mediorum, debet quo-
que esse capax mandari executioni immediate
per illam intentionem. Quemadmodum si ope-
ratio nostra libera postulareret ex se oriri a de-
creto efficaci, seu si decretum applicans imme-
diate omnipotentiam ad concurrendum cum
causis liberis deberet esse absolutum & effi-
cax, nulla esset ratio cur praefinitio efficax an-
tecedens nostrorum actuum liberorum, non
esset quoque principium imme-

mediate influens in

illos.

**

*

* * * * *

SECTIO VII.

Impugnantur reliqui modi distinguendi ordines intentivum ab executione.

39 **R**ecentiores; aliique, quos eum laudat Pater Aldrete disp. 26. sect. 3. num. 4. arbitrantur in eo distinguere voluntatem Dei pure intentivam ab executione; quod pure intentiva respicit finem, & non determinat actionem, per quam finis mandandus est executioni; sed solum vage intendit, ut ponatur per aliquam, sive hanc, sive illam. Voluntas vero executiva, respicit determinatè actionem illam, per quam defacto finis producit. Sed hæc sententia impugnari solet primo; quia in sententia distinguente hos ordines potest Deus intendere antecedentè actum liberum nostræ voluntatis determinatè, præfiniendo efficaciter actum *A.* verbi gratia potius, quam *B.* actus autem liber in sententia communi non distinguitur ab actione productiva ipsius; ergo iam potest dari decretum pure intentivum respiciens determinatè aliquem singularem terminum. Secundo quia si semel Deus potest antecedentè ad merita absolute prævisa efficaciter intrèdere gloriam, ut coronam decreto pure intentivo; seu non habente vim exequendi gloriam post prævisionem meritorum; non est ratio cur nequeat etiam intendere efficaciter ut coronam hanc numero gloriam, seu hanc numero visionem beatificam ut productam per hanc numero actionem. Tertio, quia rationes, quibus communiter probatur, posse Deum efficaciter præfinire nostrum consensum liberum, vel nihil probant, vel evincunt, posse præfinire actionem liberam determinatè sumptam: unde enim probatur; quia postquam Deus per scientiam mediam prævidet voluntatem nostram elicituram consensum liberum, nihil est quod impedire valeat, ne illum consensum efficaciter præfiniat; ergo postquam Deus per scientiam mediam prævidit, voluntatem, si præveniat tali auxilio, elicituram esse actionem *A.* determinatè, potest actionem *A.* præfinire, & in eam finem conferre auxiliū, sub quo prævisa est voluntas elicitura talem actionem.

40 **C**ontra quarto. Nam potest voluntas divina non amans determinatè aliquem terminum esse immediate executiva illius; ut patet in voluntate indifferenti, qua Deus applicat omnipotentiam ad concurrentem cum nostra voluntate, vel ad actum amoris *A.* vel ad odium *A.* vel nolitionem *A.* quæ volitio determinatè influit in amorem *A.* verbi gratia, ex determinatione nostræ voluntatis, quin de-

terminatè amet illum actum: ergo voluntas intentiva gloriæ, etsi non amet determinatè actionem illam, per quam gloria defacto producit, poterit tamen esse principium immediatum illius, nimirum, si per posteriorem aliquam volitionem determinetur ad influendum in illam actionem potius, quam in aliam, quam vage amabat.

41 **Q**uod hoc fieri possit, suadetur nam potest Deus efficaciter decernere finem, ut ponendum per actionem *A.* vel per actionem *B.* & pro posteriori excludere actionem *B.* in quo eventuposito secundo decreto ut conditione, ex vi primi decreti manet Deus omnino determinatus ad producendum terminum per actionem *A.* ergo decretum vagum potest determinari per aliquam aliam volitionem ad influendum immediate in terminum. Quod in illo eventu secundum decretum sit pura conditio, ut vi decreti prioris disjuncti, ut Deus immediate determinetur ad actionem *A.* suadetur; quia hoc decretum, *nolo ut existat actio B.* ex se nullam habet activitatem ad dandum esse actioni *A.* sed solum ad tollendam vel impediendam actionem *B.* ergo solum in vi prioris decreti habet vim determinandi ad actionem *A.* & quavis daretur, decretum illud exclusivum simul cum decreto vago determinare per modum rationis formalis ad existentiam actionis *A.* nihil contra nos, quia si absque novo decreto amante determinatè actionem *A.* Deus ponit actionem *A.* determinatè, clare concluditur, decretum illud vagum immediate influere in existentiam terminum.

42 **C**onfirmatur: nam decretum efficax producendi terminum per actionem *A.* vel *B.* est æquivalenter decretum efficax conditionatum producendi determinatè per *A.* sub conditione quod excludatur *B.* & producendi determinatè per *B.* sub conditione quod excludatur *A.* Atqui decretum conditionatum posita conditione immediate, & formaliter transit in absolutum, & inducit immediate per se ipsum terminum volitum, quin sit necesse expectare novum decretum supponens existentiam conditionis ad hoc ut inducatur conditionatum: ergo pariter decretum vagum amans terminum, ut ponendum per hanc, vel per illam actionem, vim habet inducendi immediate actionem *A.* determinatè per hoc præcisè quod excludatur actio *B.* per novum decretum. Probatur minor, quia si Deus habeat decretum efficax creandi animam rationalem in hac materia sub conditione quod illa sit disposita; ut illius decreti po-

posita conditione creabit animam, quin ad hanc creationem sit necessarium novum decretum superveniens post præviam dispositionem.

43. Respondebis ex Patre Aldreite disput. 26. sect. 5. numer. 2. decretum vagum amans hunc vel illum finem non posse inducere hunc finem præ alio fine novo decreto amante determinate hunc finem; & similiter decretum amans hunc finem per actionem *A.* vel *B.* non posse inducere determinate actionem *A.* sine novo decreto amante determinate actionem *A.* rationem reddit, quia omnis effectus ad extra in se bonus debet esse perfecte voluntarius, ita ut effectus determinatus debeat à Deo in singulari determinate amari: ideoque quamvis omnipotentia in ordine ad opus malum sufficienter applicetur per volitionem non impediendam, tamen in ordine ad opus bonum non applicatur sufficienter nisi per decretum amans existentiam illius. Quod confirmatur, quia si per illud decretum vagum non amaretur formaliter actio *A.* quamvis superveniente novo decreto excludente actionem *B.* maneret omnipotentia determinata ad producendum terminum per actionem *A.* tamen non posset illud producere sine novo decreto amante formaliter ipsam actionem *A.* ergo quod omnipotentia ex vi primi decreti vagi, & ex vi secundi excludentis actionem *B.* maneat determinata ad producendum terminum per actionem *A.* non probat non esse necessarium novum decretum.

44. Sed hæc responsio non satisfacit, nihilque adducit, quod difficultatem auferat, vel momenti sit. Fateor, omnem effectum à Deo productum debere esse illi perfecte voluntarium; nego tamen ad hoc requiri, quod ponatur per decretum amans determinate eius existentiam: aliud enim est à Deo amari effectum determinatum, & in singulari; aliud amari determinate, seu amari per decretum præcisè tendens in illius existentiam. Primum requiritur ad hoc ut effectus sit Deo perfecte voluntarius; cæterum sufficienter præstat per decretum vagum, vixit quod tendit ex se in effectus singulares & determinatos; seu in actiones singulares & determinatas, verbis gratia, *A.* & *B.* licet ex se non determinet potius ad existentiam unius, quam alterius, nisi superveniat nova volitio. Secundum vero minime est necessarium ut effectus sit perfecte Deo voluntarius: alioquin si unico decreto virtualiter indivisibiliter ponatur simul quatuor effectus in rerum natura, nullus eorum determinate sumptus est

set perfecte voluntarius, quia nullus eorum poneretur per decretum præcisè tendens in illius existentiam. Et quidem non requiritur decretum determinate connexum cum existentia termini, ut ille sit Deo perfecte voluntarius, patet: nam ut decreti præparatis omnipotentiam ad unum de duobus actibus operariis, vel utrumque bonum, vel alterum bonum, & alterum malum, aut indifferentem, actus bonus, qui ponitur à nostra voluntate, est Deo perfecte voluntarius; & tamen decretum illud non est determinate connexum cum illius existentia. Nec refert quod actus noster bonus liber non sit voluntarius Deo ut determinanti, sicut voluntaria debet esse Deo ut determinanti actio *A.* per quam producenda est gloria. Nam totum hoc differt crimen salutarè penes hoc quod Deus ad inducendum in nostrum actum bonum determinate ut decreti vagi antecedentis, determinatur à voluntate nostra: ac ad inducendum ut decreti vagi actionem *A.* potius quam *B.* determinatur à se ipso per decretum excludens actionem *B.*

45. Et sane ut actio *A.* sit Deo perfecte voluntaria, parum refert quod decretum illud amans immediate & formaliter in se ipsa, sit ex se connexum cum illa determinate, vel hanc connexionem habeat ratione novi decreti: nam in utroque eventu verificatur actio nem *A.* oriri à Deo ut amante illam efficaciter in se ipsa immediate & formaliter: quod est illam actionem esse Deo perfecte voluntariam. Hinc constat, nullam esse paritatem actus mali: hic enim ideo non est perfecte voluntarius Deo, quia ita ad illum concurrat ut non amet eius existentiam. Constat etiam nullam esse confirmationem argumenti: si enim per decretum vagum non amaretur actio *A.* in se formaliter, necessarium esset novum decretum amans illam immediate & formaliter: quia non stat effectum esse perfecte voluntarium, & non amari in se ipso formaliter: non sufficit ergo, omnipotentiam esse determinatam ad producendum effectum, ut excludatur necessitas novi decreti, si non sit determinata ex vi decreti amantis illum effectum immediate & formaliter in se ipso. Vbi autem utrumque concurrat, & esse determinatam, & esse ex vi decreti amantis effectum in se ipso, nihil amplius desideratur ut effectus sit Deo perfecte voluntarius.

46. Respondebis secundo ex eodem Aldreite ea disput. 26. sect. numer. 8. & sect. 5. n. 9. decretum conditionarium non habere vim inducendi effectum posita conditione, nisi

quatenus posita conditione habet vim inducendi decretum omnino absolutum: nam ut vi decreti conditionati ponatur affectus, non sufficit conditionem esse positam, sed requiritur quod adsit cognitio representans eius positionem: cognitio autem non habet vim determinandi immediate ad actionem externam, vel applicandi potentiam exequentem, sed solum habet vim determinandi, & applicandi potentiam exequentem mediante actu interno voluntatis: ergo nunquam posita conditione ponitur conditionatum, nisi posita conditione superveniat nova voluntas. Hæc tamen doctrina voluntaria mihi videtur, & solido fundamento carens. Cum enim effectus ponendus, supponitur antecedenter ad positionem conditionis efficaciter amatus, non est opus ut superveniat novus eius amor ad dandam illi existentiam. Nec video cur Deus non possit ita apud se statueri: *Volo introducere formam ignis in materiam per hoc præcisè, quod videam illam esse dispositam*; aut cur non possit necessitare se ipsum ad dandam existentiam formæ posita illa conditione, quin necessitet se ipsum ad habendum novum decretum: nam obiectum illius decreti conditionati est præcisè introductio externa formæ in materiam; quia non adducitur ratio, quæ vincat Deum non posse amare introductionem formæ in materiam sub illa conditione, quin sub illa conditione amet novum decretum. Si autem obiectum illius decreti est sola actio externa, unde quæso, oritur necessitas habendi novum decretum posita conditione? Deus enim non aliunde potest necessitari ad habendum novum decretum nisi ab illo decreto antecedenti; ab illo autem nequit necessitari, nisi per illud amet expresse & formaliter novum decretum: quia introductio ipsa formæ faciendæ post existentiam conditionis non postulat provenire à duplici decreto, sed contenta est vno decreto efficaci, sive illud supponat conditionem, sive à conditione præscindat; sive illam simul causet; ac proinde decretum illud conditionarum ex eo quod expresse & formaliter amet introductionem formæ, non amat virtualiter existentiam novi decreti: ergo si aliunde illam non amat expresse & formaliter, nequit Deum necessitare ad habendum supposita existentia conditionis novum decretum.

47 Principium autem illud, quod cognitio non habet vim determinandi ad actionem externam nisi mediante affectu voluntatis; verum est si intelligatur de cognitione representante illam actionem, nempe ut bonam & convenientem: hæc enim cognitio nunquam sufficit ad intendendam actionem

externam, nisi ad ipsam sequatur affectus internus, quia cognitio alienius boni eatenus movet agens ad consecutionem externam illius boni, quatenus movet ad amorem illius. Si autem illud principium intelligatur de cognitione, non quidem ipsius actionis externæ quæ est finis intentus, sed de cognitione representante existentiam medij requisiti ad positionem finis: distinguendum est, non habet cognitio vim applicandi potentiam executivam ad actionem externam nisi mediante affectu voluntatis, vel præsupposito ad talem cognitionem, vel subsecuto ad illam & conceptu intuitu illius; concedo, determinatè subsecuto, nego. Itaque cognitio representans existentiam ultimæ dispositionis non habet vim determinandi ad introductionem formæ nisi in virtute alicuius affectus efficaci divinæ voluntatis; non est tamen opus, quod ille affectus sit posterior dispositione & intuitu illius conceptus; sed satis est quod sit affectus efficax terminatus ad existentiam illius finis, sive sit consequens, sive antecedens ad dispositionem. Vbi enim affectus non respicit pro obiecto efficaciter amato, & quasi desiderato bonitatem representantem per cognitionem non est necesse ut subsequatur ad cognitionem: affectus autem efficax terminatus ad introductionem formæ non respicit pro obiecto amato & desiderato existentiam dispositionis; quam representat cognitio determinans ad introductionem formæ quatenus representat dispositionem illam ut iam existentem: ergo non est necesse ut ille affectus subsequatur ad talem cognitionem, sed satis est quod existat in Deo, sive ante sive post illam conditionem.

48 Sed age, concedamus, non posse decretum vagum influere in effectum, quia superveniat novus affectus determinate amans eundem effectum, an propterea dicemus, illud decretum vagum non influere immediate in effectum? minime gentium: sed adhuc hoc admisso, dicimus, decretum vagum influere immediate in existentiam effectus. Ratio est quia decretum vagum est æquivalenter conditionarum, verbi gratia, decretum amans effectum ut ponendum per actionem *A.* vel per *B.* est æquivalenter decretum efficax ponendi effectum per actionem *A.* sub conditione quod excludatur actio *B.* ut supra exposui: ergo amat immediate & formaliter actionem *A.* efficaciter determinare sub ea conditione: ergo posita conditione, nimirum exclusionem actionis *B.* vim habet immediate determinandi ad existentiam actionis *A.* quamvis demus posita illa exclusionem

necessario resultare novum decretum. Probo consequentiam; quia illud decretum non adest actionem *A.* solum mediante affectu de novo resultante; sed per se ipsum immediate & formaliter; ergo non sequitur dumtaxat mediante affectu de novo resultante; sed per se ipsum etiam immediate; quia sicut efficaciter immediate vult: existit actio *A.* suo conditione quod excludatur actio *B.* ita sub illa conditione habet vim determinandi immediate omnipotentiam ad eius existentiam; quamvis aliunde administramus gratis; resultare necessario novum decretum. Quod si dicas non posse resultare necessario novum decretum; si primum decretum habet vim determinandi immediate ad existentiam effectus; respondeo, hoc non impugnare nostram assertionem: sed solum impugnare necessariam illam resultantiam novi decreti: quia ex hac resultantia necessaria sequitur, primum decretum influere & non influere immediate in actionem *A.* influere quidem, quia convenit cum decreto de novo resultante in prædicato propter quod illud immediate determinat ad actionem *A.* non influere autem, quia si influeret, non esset ratio cur necessario resultaret novum decretum:

SECTIO OCTAVA.

Ante nostra sententia componatur, Deum elegisse homines ad gloriam ut coronam ante merita absolute prævisa.

QUAMVIS sententia negans hanc electionem acriter propugnatur à Patre Vazquez, Lessio, Albercino, Monexo, Metacio, Amico; Herice; Becano, & novissime à Patre Martinon disputat 19. de Deo titulus, 32; tamen sententia affirmans communior est in Scholis; nam defenditur ab omnibus Thomistis cum Cajetano i. par. quæstione 23. articulo 4. & Scotistis cum suo Scoto, & à plerisque nostrorum cum Patre Suárez, & Bellarmino: & ideo ad præsentem quæstionem disputandi gratia admittimus sententiam istam communiorē; ne inter disputandam præsentem quæstionem cogamur divertere ad illam de electione ad gloriam ante prævisa merita. Poterit ergo aliquis sic contra nostram sententiam insurgere; Deus defacto ante merita absolute prævisa intendit efficaciter omnibus electis gloriam ut coronam. At illa intentio non est executiva gloriæ immediate; ergo fallum est

quod asserimus, nempe omnem intentionem efficacem finis à Deo ut determinate producendi esse executivam immediate eiusdem finis. Maior supponitur probata ex ijs, quæ tum ab autoritate, tum à ratione asseruntur in favorem sententiæ communis. Minor vero suadetur nam mandat executioni gloriam immediate per voluntatem supponentem merita, & motam ab illis: reddi enim coronam gloriæ ut iustus iudex propter merita prævisa; quod non salvatur, quin intuitu meritorum concipiat voluntatem efficacem dandi gloriam & mercedem laborum. Nam ut vere dicatur dare gloriam propter merita, requiritur quod moveatur à meritis ad dandam gloriam; merita autem catenus movent ad dandam gloriam; quatenus movent Deum ad decretum executivum eiusdem, non movent autem nisi quatenus prævidentur ut absolute existentia; nam pro statu conditionario non possunt exercere causalitatem tueritoriam, ut est certum: ergo Deus post merita absolute prævisa concipit intuitu illorum voluntatem efficacem immediate executivam gloriæ. Quod si Deus exequitur immediate gloriam per voluntatem supponentem merita absolute prævisa: ergo non exequitur immediate per voluntatem intentionem antecedentem; tum quia si exequeretur per voluntatem intentionem superflueret nova voluntas executiva; tum quia si exequeretur per voluntatem intentionem; illa executio non tam pertinere ad iustitiam quam ad misericordiam.

50 Respondeo admitendo pro nunt; & quantum spectat ad præsentem controversiam, Deum de facto elegisse homines ad gloriam ante merita absolute prævisa. Nego tamen illam intentionem non esse immediate executivam gloriæ. Bisariam autem possumus defendere illam intentionem esse executivam, vel negando novam voluntatem supponentem merita absolute prævisa. Quod defendit P. Ruiz disputat. 12. de prædestinatione, & Pater Ripalda in manuscriptis de prædestinatione, vel admitendo novam voluntatem motam à meritis.

S. I.

Quamvis intentio antecedens gloriæ sit immediate executiva gloriæ, potest defendi, necessarium esse novam voluntatem executivam supponentem merita.

ET imprimis sequendo hanc secundam solutionem; negamus superflue

secundam voluntatem ex eo quod voluntas intentionis sit executiva: nam voluntas intentionis duo amat immediate & formaliter: primo amat existentiam finis: secundo amat circumstantiam coronæ. Quatenus amat existentiam finis est immediate executiva illius; nam vis immediate effectiva fundatur in affectu efficaci immediate terminato ad finem ponendum ab ipsomet agente. Quatenus amat circumstantiam coronæ inducit novam voluntatem, quæ ex motivo iustitiæ exequatur gloriam. Itaque primâ voluntas est incapax influendi immediate in finem illum, quia simul influat secunda voluntas, quia nimirum illa hanc secum trahit: secunda vero voluntas secundum se sumpta capax est inducendi se sola illum finem; quia potuit Deus non intendere antecedenter gloriam efficaciter, sed prius conferre homini merita, & postea intuitu illorum concipere decretum efficax gloriæ: tamen quia defacto inducta est vi intentionis antecedentis, non exequitur se sola gloriam; sed simul cum illa intentione; in quo nulla est implicatio; quia stat causam intentionalem influere simul cum alia, quamvis de se foret sufficiens se sola influere, ut patet in duplici fine adæquato movente ad eandem actionem: nam ita voluntas operatur propter utrumque, ut quilibet seorsim sumptus sufficeret. Nec vero ex eo quod illa prima intentio influat immediate in executionem gloriæ, sequitur non pertinere ad iustitiam ipsam collationem gloriæ: nam ut pertineat ad iustitiam, sique corona iustitiæ, satis est, quod illa collatio externa gloriæ sit debita ex iustitia. Ut enim Pater Benedictus Iustinianus inquit explicans locum illud Pauli 2. ad Thimoicum 4. *Reposita est mihi corona iustitiæ, &c. Hebræorum more corona iustitiæ dicitur, hoc est iusta corona & merces, quæ iure debeat quæque iuste negari non potest.* Et ut exponit locum illum Caietanus: *Coronam iustitiæ dicit, quoniam sibi debitam significat.* Vel si præterea aliquid aliud requiritur, sufficit si externa illa collatio gloriæ ametur quia debita meritis, quod est conferri intuitu meritorum, seu per voluntatem elicitanam à iustitia.

51 Dices: actio exterior pertinet ad illam virtutem ad quam spectat volitio interna eam imperans immediate: ergo si collatio externa gloriæ oritur immediate ab intentione efficaci antecedenti, & à voluntate supponente merita; illa collatio gloriæ erit ex liberalitate, & ex iustitia. Ex liberalitate, quia procedit immediate ab inten-

tionem antecedenti; quæ est actus liberalitatis: ex iustitia quia procedit immediate ex nova voluntate mota à meritis, quæ pertinet ad iustitiam; vel fidelitatem, implicat autem aliquam actionem externam simul esse ex liberalitate, & iustitia; quia esse ex iustitia est esse debitam: esse ex liberalitate est esse in debitam.

52 Respondeo intentionem illam antecedentem gloriæ non esse actum elicictum à virtute liberalitatis; nam secundum doctrinam Divi Thomæ 1. 2. quæstion. 117. & Philosophi 4. Ethicorum capit. 1. actus elicictus liberalitatis habet pro obiecto collationem gratiosam doni: intentio autem illa respicit pro obiecto non collationem gratiosam gloriæ, sed onerosam & remuneratorem: vult enim dare gloriam non gratis, sed tanquam mercedem meritorum. Ut autem collatio gloriæ orta immediate ab illa intentione diceretur esse ex liberalitate, opus erat ut illa intentio esset actus elicictus à liberalitate. Nec refert quod illa intentio sit subiective liberalis, quatenus non est debita (nec enim Deus obligatus erat ad intendendum hominibus gloriam ut coronam meritorum) ut enim aliquis actus sit elicictus à liberalitate non sufficit quod ipse non sit debitus, sed etiam requiritur quod respiciat pro obiecto donationem gratiosam, seu non debitam aut non remuneratorem. Quod autem illa intentio sit in debita; probat quidem illam intentionem posse imperari à liberalitate, & amari tanquam obiectum: nam illa intentio est maximum quoddam bonum hominis electum sit radix meritorum & æternæ felicitatis; & est bonum in debitum ipsi: ergo post Deus imperare illam intentionem ex motivo liberalitatis; sicut potest amare alia dona proficua homini ex motivo liberalitatis.

53 Ut autem hæc melius intelligantur; & tota data doctrina facilius percipi possit, notandum est cum P. Theophyl. Raynaudo libr. 4. de virtutibus & vitijs section. 2. capit. 19. numer. 205. quædam sit materia & honestas liberalitatis inter homines: obiectum materiale proximum est donatio seu erogatio rerum suarum: inter hoc autem materiale obiectum (inquit hic author) homo fertur sub huius virtutis honestate; honestissimum quippe est, & civilem vitam agenti maxime congruum, erogare in alios, quæ habet; non quia alius eget, quæ est honestas, aut quia alius iam non affectus

5, beneficijs, quæ est honestas gratitudinis; aut
 6, quia est amicus, quæ est communicatio illa
 7, tanquam internæ amicitiae: vel spe reperi-
 8, tionis, aut maius aliquid caperetur, qui est
 9, amor concupiscentiæ; & ut Philo. elegan-
 10, ter dixit libr. de Plantatione Noë, est libe-
 11, ralitas piscatorum: Plinius libr. 9. Epistol.
 12, 30. *Viscata, & harnata beneficia nominat.*
 13, Sed præcisè quia honestum est, & homini
 14, contentabentum alijs benefacere, & donare.
 15, Talis ergo donatio est adæquatam liberali-
 16, tatis obiectum. Hæc ille: ex quibus deduci-
 17, tur tunc Deum exercere actum liberalitatis,
 18, cum vulgali quod donum gratuitum conferre
 19, homini propter honestatem, quæ relucet in
 20, conferendo alijs beneficia: unde cum Deus,
 21, dum intendit conferre homini gloriam ut co-
 22, ronam, non respiciat collationem gloriæ, ut
 23, donum gratuitum; sed ut mercedem debitam
 24, meritis non exercet actum liberalitatis.

54 Dicēs per illam intentionem
 Deus vult conferre homini merita: collatio
 autem meritorum est donatio gratiosa: ergo
 illa intentio respicit donationem gratiosam,
 hæc proinde potest pertinere ad liberalitatem non
 solum imperative, sed elicitive. Respondeo
 primo, illam intentionem non tantum res-
 picere collationem gratiosam meritorum, sed
 collationem gloriæ, remuneratorem, & de-
 bitam: & hoc sufficere ut non spectet ad li-
 beralitatem; quia materia adæquata actus eli-
 citivæ virtutis liberalitatis debet esse donatio
 gratuita. Respondeo secundo, admittendo
 quod illa intentio pertineat elicitive ad li-
 beralitatem, non adæquate, sed præcisè se-
 cundum aliquid sui, nimirum quatenus res-
 picit merita. Hoc autem licet sufficiat ut col-
 latio externa meritorum pertineat ad libera-
 litatem; non tamen ut ad eam pertineat col-
 latio gloriæ: nam hæc collatio gloriæ non
 est effectus immediatus illius intentionis sub
 ea ratione, sub qua illa est elicitive à li-
 beralitate; nimirum, quatenus illa est amor
 efficax meritorum: sed est effectus illius in-
 tentionis, sub alia ratione, secundum quam
 illa non pertinet ad liberalitatem, sed ad
 aliam virtutem; nimirum quatenus illa est
 amor efficax gloriæ ut coronæ meritorum.

55 Addo, quod licet intentio illa
 antecedens foret actus elicivus à liberalita-
 te; hoc non sufficeret ut collatio externa
 gloriæ sit absolute & simpliciter liberalis,
 nam ut aliqua actio externa dicatur absolute
 & simpliciter liberalis non satis est quod
 immediate oriatur ab actu interno liberali-
 tatis, sed requiritur ulterius, quod actio il-
 la simpliciter & absolute non sit debita. po-

rest autem actus internus esse in debitis, &
 pertinens ad liberalitatem; quamvis actio
 aliqua externa orta immediate ab ipso sit
 debita, nimirum, quia potest ille actus si-
 mul esse radix meritorum, quibus homo fa-
 cit sibi debitam collationem externam glo-
 riæ; ex quo sequitur ut ille actus & aliqua
 actio externa ab eo dimanans, nempe colla-
 tio meritorum, sint indebiti: & tamen sit
 debita aliqua alia actio immediate orta ab
 ipso, nempe collatio gloriæ, quia hæc se-
 cunda actio non oritur nisi ex suppositio-
 ne prioris facientis ut illa sit debita homi-
 ni.

56 Sed rogabis, ad quam virtu-
 tem pertineat illa intentio antecedens, si non
 pertinet ad virtutem liberalitatis? Respon-
 deo, posse illam intentionem pertinere ad
 multiplicem virtutem; nam si Deus inten-
 dit efficaciter gloriam ut coronam; quia pla-
 cet ipsi ut homines accipiant gloriam; erit
 actus charitatis erga se ipsum: si illam inten-
 dit, quia illa corona est hominibus conve-
 nientissima, erit actus charitatis erga homi-
 nes. Si illam intendat, ex complacencia in
 honestate, quæ relucet in eo quod Deus stet
 promissis, erit actus elicivus fidelitatis. Imo
 potest illa intentio esse actus elicivus à vir-
 tute iustitiæ; si hæc datur in Deo: nam si
 semel Deus in executione dat homini glo-
 riam, ad quam ipse homo habeat strictum
 ius ratione promissionis divinæ; poterit il-
 lam honestatem iustitiæ relucens in eo,
 quod Deus reddat homini coronam gloriæ
 debitam ex iustitiâ, per modum finis inten-
 dere, allectus ab eiusmodi bonitate: actus
 autem, quo quis intendit exercitium exter-
 num alicuius virtutis propter honestatem pro-
 priam illius virtutis in eo relucens, per-
 tinet ad eandem virtutem; ad quam perti-
 net illud exercitium. Quare licet illa inten-
 tio non sit debita ex iustitiâ; poterit esse
 actus elicivus à virtute iustitiæ: quia licet
 materia circa quam versatur iustitiâ, debeat
 esse debita, siquidem materia iustitiæ est
 reddere unicuique ius suum, seu rem illam
 ad quam habet ius: non est tamen necesse,
 ut actus elicivus à virtute iustitiæ sit desi-
 rus: nam desiderium reddendi unicuique quod
 suum est conceptum à iudice antequam
 administret iustitiâ, est actus elicivus à
 virtute iustitiæ si respiciat ut motivum ho-
 nestatem illam, quæ relucet in reddendo
 unicuique quod suum est; tamen ille actus
 non est debitus ex iustitiâ. Imo nullus ac-
 tus internus elicivus ab speciali virtute iu-
 stitiæ est debitus ex iustitiâ sed solum sunt
 de-

debitæ actiones externæ; & actus interni, quatenus sunt necessarij ad existentiam actionum externarum, non sunt autem necessarij ad existentiam illarum, quatenus moventur ab speciali honestate iustitiæ: sed præcisè quatenus sunt, imperium efficax illarum actionum; ergo non sunt debiti ex iustitia actus eliciti ab speciali virtute iustitiæ vt tales. Rem exponamus exemplis. Debeo centum Petro indigenti; illa reddere teneor existentia; non tamen teneor ex iustitia illa reddere per actum elicivum virtute iustitiæ; nam satisfaciæ debito reddens illa centum ex motivo sublevandi miseriam Petri. Similiter Deus ob promissionem tenetur ex iustitia reddere gloriam homini habenti merita condigna consummata per perseverantiam finalem: cui debito satisfaciæ, quamvis non reddat homini gloriam ex speciali motivo iustitiæ; dummodo illam absolute reddat, v. g. si reddat gloriam, quia homo dignus est illa ex vi meritum: præscindendo omnino à iure acquisitionis vi promissionis; nam talis actus non est elicivus à virtute iustitiæ; siquidem non respicit vt motivum honestatem relucens in eo quod quis habeat id, ad quod habet strictum ius nam secluso omni pacto, & promissione homo non haberet ius strictæ iustitiæ, & tamen haberet merita condigna, nam condignitas meritum coalescit ex opere honesto supernaturali, & ex gratia sanctificante.

S. II.

Potest Deus exequi gloriam vnice per voluntatem antecedentem, quin interveniat voluntas supponens merita: & tamen dare gloriam propter merita.

187 **A**LIO modo possumus defendere; quod intentio efficax gloriæ sit immediate executiva gloriæ, quamvis ad hoc esset necessarium dicere, gloriam non mandari executioni per novam voluntatem supponentem merita, & ab illis motam. Dico ergo, Deum posse conferre in executione gloriam propter merita, & posse salvari quicquid scripturæ dicatur, quin Deus de facto habuerit voluntatem executivam gloriæ conceptam intuitu meritum: nam vt Deus in executione conferat gloriam propter merita, satis est, quod intentio gloriæ, quæ subiective liberalis est, sit obiective onerosa, amans scilicet gloriam vt conferendam intuitu meritum, seu præcedente intuitionem meritum, & non aliter: nam hoc ipso verifi-

cabitur hominem accipere gloriam, quæ habet merita, non accepit si non habuisset merita, quibus corresponderet talis gloria tanquam merces: nam vt homo vere accipiat gloriam propter merita, satis est quod merita quantum est ex se sint apta allicere divinam voluntatem ad conferendum præmium: & quod aliunde influant in executionem externam præmij; vel mediante voluntate formaliter subsequuta ad ipsorum prævisionem, vel mediante voluntate formaliter antecedente, & subsequente dumtaxat virtualiter, qualis est voluntas antecedens merita, quæ habet vim exequendi gloriam postquam merita mediante sui prævisionem quantum est ex se moveant ad collationem præmij.

188 Dices primo: merita sunt causa moralis præmij, & non causa physica; ergo non influunt in præmium, nisi quatenus mediante sui prævisionem alliciunt remunerationem ad concipiendam voluntatem dandi præmij. Respondeo sicut in sententia contraria, quamvis Deus vi intentionis antecedentis omnino absolute & efficacis supponatur determinatus ad conferendum præmium, nihilominus merita vere dicuntur movere ad dandum præmium, quia voluntas immediate exequens gloriam non inducitur dumtaxat ex vi motionis antecedentis, sed etiam ex vi motionis ipsorum meritum: ita in nostra sententia merita vere movent in actu secundo ad collationem præmij externam; quia nimirum executio externa non inducitur dumtaxat ex vi motionis intentionis antecedentis, sed etiam ex vi meritum, quæ vt cognita alliciunt ad executionem externam. Unde causa moralis in eo distinguitur à causa pure physica; quod hæc non influunt movendo mediante sui existentia vt cognita; seu mediante sui intuitionem causam principalem ad producendum effectum. At causa moralis non influunt in effectum nisi solum movendo causam principalem mediante sui representationem intuitivam; quod bifariam præstare potest; vel intercedente voluntate concepta pro posteriori ad illam intuitionem, vel media voluntate antecedente, quæ nequeat inducere effectum nisi intuitio illius causæ moralis adiuvet ipsius motionem.

189 Sed replicabis: bonitas meritum vt cognita nequit movere immediate ad executionem externam: ergo solum potest movere mediate, nimirum, quatenus movet ad affectum internum causantem illam executionem externam. Probatur antecedens; quia si bonitas vt cognita potest immediate movere ad actionem externam: ergo bonitas finis præcisè vt cognita potest

immediate inclinare potentiam executivam ad executionem mediorum, quin sit necesse ut precedat intentio finis, à morte illius. Respondedo distinguendo primum antecedens, non potest movere immediate ad executionem externam, si illa executio supponatur amara iam efficaciter amore antecedenti solum expectare intuitionem illius bonitatis meritoria ad hoc ut inducat talem executionem, nego antecedens. Si non supponatur amara, concedo antecedens ad cuius probationem, nego sequelam. Itaque dico, quando bonitas cognita movet per modum finis, quia movet ut ipsa sit & ponatur in re, non posse movere immediate ad executionem externam, quia nequit agens rationale à cognitione bonitatis procedere ad illius executionem, nisi mediante amore, quia illa executio, & acquisitio bonitatis finis debet esse voluntaria agentis, & non esset voluntaria nisi esset voluta. At quando bonitas non movet per modum finis, & ut sit, sed per modum meriti, & quia est, & movet ut ponatur aliquid aliud non est necesse ut illa bonitas moveat ad amorem illius termini, qui ponendus est intuitu illius, si ille terminus supponitur antecedenter amarus, sed solum id est necesse, quando non supponitur antecedenter amarus, quia si tunc non moveret ad amorem illius termini, ille mandaretur executioni ab agente rationali absque amore quod est impossibile. Itaque bonitas meritorum potest interdum movere immediate ad executionem externam, non ex merito suis, sed in vi volitionis antecedentis amarum efficaciter existentiam illius termini sub conditione quod existat talis bonitas meritoria.

60. Dices secundo, bonitatem meritorum non posse causare vere premium in vi illius intentionis antecedentis, nisi adsit nova voluntas supponens merita, & mora ab illis. Alioqui si Deus decerneret conferre homini gloriam sub conditione actus mere naturalis honesti, vel indifferentis, etiam gloria diceretur dari propter illum actum, quia non mandaretur executioni vi decreti antecedentis, nisi dependenter à praevisione existentiae illius conditionis. Respondedo negando sequi absurdum hoc. Ratio est, quia ut executio gloriae vere dicatur esse propter merita, requiritur ut illa de se habeant sufficientiam ad movendam divinam voluntatem ad concipiendam voluntatem executivam gloriae intuitu illorum: licet non requiratur quod actu moveant, si antecedenter supponitur Deus determinatus ad conferendam gloriam sub conditione illorum: nam sicut in sententia contrariorum nequit Deus praefinire antecedenter gloriam ut coronam actus naturalis, vel actus indifferentis, nec intuitu

illius moveri ad habendum decretum executivum gloriae, licet possit praefinire gloriam ut coronam actus supernaturalis, & intuitu illius moveri in executione ad conferendam gloriam per voluntatem novam. Ita in nostra sententia non potest Deus moveri intuitu actus naturalis, vel actus indifferentis ad executionem externam gloriae, licet possit moveri intuitu actus supernaturalis. Itaque si Deus intendere dare gloriam sub conditione actus naturalis, vel indifferentis, tunc licet esset expectanda illa conditio ad executionem gloriae, tamen tota ratio descenderet ab intentione illa antecedenti, & non daretur gloria propter actum indifferentem, sed mere gratuito & liberaliter. At in nostro casu ratio ad dandam gloriam non tota descendit à decreto antecedenti, sed partim ab ipsis meritis, quae independentem à decreto Dei habent vim alliciendi mediante sui intuitionem ad collationem praemij. Alliciunt autem ad collationem externam, alliciendo ad actum internum, quando non praesupponitur voluntas efficax antecedens dandi gloriam sub conditione illorum meritorum: alliciunt autem ad collationem externam non alliciendo ad actum internum, quando iste iam praesupponitur.

61. Ex hucusque dictis concluditur, si obijciatur hoc argumentum: Deus de facto eligit efficaciter homines ad gloriam ante praevisa merita: ergo non omnis intentio efficax finis est immediate executiva illius, permittendum esse antecedens, & negandi consequentiam, si quis autem voluerit ita intra limites nostrae quaestiones contineri, ut nullo pacto ab illa divertatur, sic respondere poterit. Distinguo antecedens, ne ab hac quaestione divertamur ad aliam: eligit electione habente vim exequendi immediate gloriam post praevisa merita, admitto antecedens. Electione non habente talem vim, nego antecedens, & consequentiam. Quod si adversarius instet: eligit absolute de facto: ergo electione non habente vim immediate exequendi gloriam. Iterum distingo antecedens: si cum electione antecedenti habente vim immediate exequendi gloriam post praevisa merita componatur, gloria dari in executione propter merita, concedo antecedens: si non componatur, nego antecedens. Itaque nos non disputamus, an Deus de facto elegerit, vel non elegerit efficaciter homines ad gloriam ante praevisa merita, concipiendo intentionem efficacem antecedentem illis finis: sed solum asserimus, si talis intentio datur, illam debere habere influxum immediatum in existentiam gloriae. Quod si ex alijs capitibus sit repugnantia in eo, quod gloria mandetur executioni per voluntatem non supponen-

tem merita absolute prævisa; hoc quidem erit optimum argumentum ad probandum, eiusmodi intentionem antecedentem repugnare, ut asserunt gravissimi Theologi cum Patre Vazquez: fiet enim iste legitimus discursus. Repugnat dari intentionem efficacem gloriæ, quæ non influat immediate in ipsam gloriæ; sed repugnat intentionem efficacem antecedentem gloriæ influere immediate in gloriæ: ergo repugnat dari intentionem efficacem antecedentem gloriæ. Maiorem ostendunt fundamenta nostræ sententiæ, nisi impugnentur: minorem vero supponimus, vel probamus cum adversarijs. Quare si adversarij intra cancellos nostræ disputationis contineantur, nequeunt contendere absolute, Deum antecedenter elegisse efficaciter homines ad gloriæ ante prævisa merita. Quod si nihilominus pertinaciter contendant, permittatur antecedens, & negetur consequentia.

62 Sed insurges: nam licet negetur Deum elegisse homines absolute efficaciter ad gloriæ ante merita absolute prævisa, negari tamen non potest habuisse de facto voluntatem efficacem conditionatam dandi gloriæ omnibus sub conditione quod decedant in gratia; quia de facto promissit infallibiliter gloriæ omnibus decedentibus in gratia, quæ promissio conditionata gloriæ supponit intentionem conditionatam dandi gloriæ sub conditione decedentibus in gratia. Atqui intentio hæc conditionata in nostris principijs posita conditione debet habere vim determinandi immediate ad existentiam gloriæ: ergo nos iuxta nostra principia cogimur asserere Deum de facto exequi immediate gloriæ, ut coronam ex vi voluntatis non supponentis merita, nec mota à meritis: ergo si adversarij ostenderint repugnantiam esse in eo, quod corona gloriæ mandetur executioni immediate ex vi voluntatis antecedentis, quoad sui existentiam absolutam prævisionem meritorum, probabunt contra nos: nam sive Deus eligat absolute, sive non eligat absolute ad gloriæ ante merita absolute prævisa, in nostris principijs gloriæ mandanda est executioni immediate ex vi alicuius voluntatis antecedentis, sive absolutæ ex se, sive quæ fiat absoluta der prævisionem ultimæ perseverantiæ.

63 Respondeo, ex nostris principijs id non sequi, quia si negetur absoluta & efficacis intentio gloriæ antevergens absolutam prævisionem meritorum, non est necesse admittere in Deo aliquam intentionem gloriæ immediate & formaliter terminatam ad illam ante prævisionem absolutam meritorum, adhuc sub illa conditione quod homo decedat in gratia. Ratio est, quia ad salvandam veritatem illius pro-

missionis conditionalis sufficit ponere in Deo decretum conditionatum terminatum immediate & formaliter per modum imperij efficacis conditionati ad decretum absolutum dandi gloriæ supponens merita; ita ut per illud sic Deus tendat. Volo habere decretum absolutum dandi gloriæ propter merita, si prævidero merita ut absolute existentia confirmata per mortem in gratia: non est autem necesse ponere decretum conditionatum immediate & formaliter terminatum ad gloriæ, seu quod sit intentio formalis conditionata. Iam vero nostra principia solum evincunt intentionem formalem finis efficacem conditionatam posita conditione, habere vim exequendi immediate finem: quia activitas immediata fundatur supra efficaciam affectivam immediatam: id autem minime persuadent de imperio illo conditionato; stud enim sicut non terminatur immediate ad gloriæ; sed solum ad decretum executivum gloriæ post prævisa merita, ita non exequitur immediate gloriæ, sed solum determinat immediate ad existentiam decreti exequendi immediate. Quemadmodum, si Deus per imperium omnino absolutum se determinet ad decretum executivum termini, non propterea illud imperium erit intentio formalis illius termini, nec habebit vim immediate illud exequendi: quia per illum non amat immediatè finem, sed amat amorem finis.

SECTIO IX.

Soluntur reliqua argumenta.

64 **Q**UÆ supersunt argumenta vulgaria & facilia sunt. Obijcies ergo primo: in humanis realiter distinguuntur voluntas intentiva finis, & voluntas eiusdem executiva; nec enim voluntas creata immediate applicat potentiam executivam ad productionem finis, vel ad actionem assecutivam finis eadem volitione, qua intendit ipsum finem: prius enim intendit efficaciter finem; deinde consultat de medijs; postea eligit media; & postremo applicat potentiam executivam ad operandum: ergo in Deo distinguuntur ratione huiusmodi actus & servata identitate reali habent inter se prioritatem aliquam ita ut intentio finis præcedat, & subsequatur voluntas executiva illius. Probatur consequentia, quia de divinis rebus philosophari non possumus, nisi ex creatis servando proportionem & tribuendo Deo, quæ attinent ad perfectionem, ablati imperfectionibus. In nobis autem ij duo ordines intentionis, & executionis sunt distincti, & necessarij ad operandum strictè propter finem: ergo isti ordines sunt po-

pendi in Deo ab latis imperfectionibus, distinctio realis vnius actus ab alio, compositionis, & similibus.

65 Respondeo, in creatis plerumque contingere ut ij ordines distincti sint, ceterum hanc distinctionem provenire ex imperfectione; proindeque non esse transferendam ad Deum. Quod plerumque contingat, experientia constat, nam saepe antequam explorata habeamus media necessaria ad consecutionem finis, vel magis conducantia, finem intendimus; deinde de convenientia mediorum consultamus: inventis autem medijs opportunis, vtiliora seligimus, eaque applicamus, tandemque finem acquiritimus. Quod autem distinctio inter voluntatem intentionem finis, & voluntatem executivam proveniat ex imperfectione, suadetur: nam ideo post inventa media dicimus novam voluntatem ad causandum finem, quia intentio efficax finis physice iam non persistit, vel si existit, nimis elanguit, & debilitata est; unde ad superandas difficultates de novo occurrentes, opus est nova volitione. Quae rationes cessant in Deo, qui vbi semel concepit intentionem efficacem alicuius finis, eadem semper conservat; nec ullam difficultatem potest invenire in exequendo fine. Unde de eodem actu virtualiter indivisibili potest, ac debet finem intendere, & exequi. Imo potest eodem actu finem efficaciter intendere & medium necessarium eligere; cum ante intentionem perspecta habeat media necessaria ad finem, proindeque non indigeat consultatione. Quamvis autem nos divina ad instar creatorum cognoscentes vel potius saepe fingentes absque vilo fundamento, possumus actum illum divinae voluntatis qui indivisibilis est, partiti in duas formalitates, concipiendo vnam prius, & alteram posterius, seu concipiendo vnam esse priorem & alteram esse posteriorem: tamen totum hoc fit sine fundamento petito ab ipso Deo; & non fit sine aliqua fictione, & non sufficit ut vere dicamus Deum exequi finem per voluntatem supponentem previsionem mediorum: illum autem intendere per voluntatem antecedentem: nam ad hoc secundum opus erat vi daretur distinctio virtualiter intrinseca inter intentionem voluntatem, & executivam, quae non datur hoc ipso, quod eademmet formalitas volitionis virtualiter indivisibilis intendat finem ante previsionem absolutam mediorum, & illum exequatur post illam previsionem.

66 Ad illud autem primum non requiritur talis distinctio. Hoc pacto omnipotentiam concipientes ad instar virtutum

creatarum, eam ex modo non sibi significanti & concipiendi distinguimus in varias formalitates, cum tamen ex parte obiecti sit vna formalitas omnino indivisibilis virtualiter: sic etiam intellectum & voluntatem divinam ad instar potentiarum creaturarum apprehendentes, concipimus dimanare ab essentia divina, & in ea recipi; cum tamen ex parte rei conceptae, nec emanatio sit, nec receptio, nec fundamentum ad ita concipiendum; quia in Deo ipsa essentia divina per se ipsam est intellectus & voluntas; imo & intellectio & volitio iuxta verioremententiam.

67 Quapropter in Deo intentio efficax finis non distinguitur virtualiter intrinsece a voluntate executiva finis, nec datur prioritas vlla ex parte rei conceptae in re illas. Solum ergo distinguitur ex modo nostro significandi & concipiendi cum aliqua fictione divina ad instar creatorum, non autem ex parte rei conceptae, & cum fundamento in ipso Deo. Addo increatis non distingui semper intentionem finis ab electione mediorum & voluntate executiva eiusdem: sed posse naturam rationalem eodem actu indivisibili intendere efficaciter finem & eligere medium, & ad utrumque applicare potentiam executivam.

68 Obijcies secundo auctoritatem Divi Thomae, qui 1. 2. q. 16. art. 4. ad primum & q. 17. art. 3. ad primum distinguit intentionem finis ab electione mediorum, & post electionem ponit imperium rationis, & post imperium ponit usum, qui vbi explicat Caietanus, & communiter Interpretes Divi Thomae nihil aliud est, quam voluntas efficax ultimo applicans potentiam activam ad agendum, *aliquis actus*. (inquit Angelicus Doctor eo artic. 3. ad primum) *aliquis actus voluntatis praecedit imperium rationis, scilicet electio, & aliquis sequitur, scilicet usus; quia post determinationem consilij, quae est iudicium rationis, voluntas eligit, & post electionem ratio imperat, ei per quod agendum est quod eligitur, & tunc demum voluntas incipit exequendo imperium rationis.* Ergo iuxta Divum Thomam voluntas immediate applicans potentiam ad executionem medij, est distincta ab electione efficaci eiusdem: ergo etiam a fortiori intentio efficax finis debet esse distincta a voluntate executiva. Quos autem actus Angelicus Doctor ponit in voluntate creaturae, eosdem ab latis imperfectionibus, ponit in voluntate divina, unde 1. p. q. 23. ponit praedestinationem in actu imperij intellectualis supponentis electionem mediorum, & ante-

vertentis vsutu actuum seu applicationem potentiae ad operandum; nam ut inquit ipse Div. Thomas 1. 2. q. 16. art. 1. *Vti est applicare aliquod principium actionis ad actionem.*

69 Respondeo in voluntate creatâ inveniri distinctionem illam actuum propter eius imperfectionem; quia postquam intendit quis finem, & elegit mediâ, supervenire solent difficultates in executione mediorum, & ad illas vincendas potest voluntas per imperiû rationis se ipsam stimulare, & veluti exhortari ad operandum; & efficaciter applicare potentias externas per novum effectum voluntatis. In Deo autem locum non habet ex parte rei significatæ & conceptæ illa distinctio actuum; non indiget enim illo imperio rationis, nec novo actu voluntatis supervenienti ad electionem mediorum, ut illa mander executioni; quia non minus facilis est ad exequenda mediâ postquam illa elegit, quam facilis erat ad illa eligenda postquam intendit finem. Unde sicut non indiget imperio rationis ad eligendum vnum medium potius quam aliud, ita nec ad exequendum medium præ electum indiget imperio illo aut novo actu voluntatis, qui à Thomistis appellatur vsus activus, ipsa enim electio efficax mediij est vsus activus, quia applicat potentiam ad illud exequendum. Quare in Deo solum habebit locum illa distinctio actuum ex modo nostro significandi & concipiendi divina cum aliqua fictione ad instar creatorum, non tamen ex parte rei significatæ, ita ut ibi detur aliqua distinctio virtualis inter electionem mediij, & vsum activum, inter intensionem efficacem finis; & voluntatem internam executivam illius; & in hoc sensu credendus est loqui Divus Thomas, dum videtur ponere distinctionem inter voluntatem intentivam & executivam.

70 Nec video qua ratione Thomistæ probare possint necessitatem imperij & vsus activi supervenientium ad electionem efficacem mediij Ioannes à Sancto Thoma tom. 1. in 1. p. disp. 5. art. 1. num. 22. asserit providentiam omnem, quæ deservit ordini executionis, requirere specialem actum, qui dicitur imperium ut vincatur difficultates in executione inventæ: & ideo principalem actum prudentiæ esse imperium, quia respicit principales difficultates vincendas, quæ sunt in executione, & non solum à potentijs imperatis, quia necesse est voluntatem in decreto suo firmari, & velle executionem etiam contra impedimenta, quæ se offerunt in exequendo. Hec ille: ergo cum istæ difficultates nullum locum habeant in Deo, nullum est fundamentum ad ponendum imperium in Deo post electionem efficacem mediij, & vsum post imperium; sed inquis

ibi idem author, *si nulla impedimenta sint, requiri illum actum vsus, saltem ut executio ipsa voluntarie fiat, & potentiae exequentes, quæ voluntati ministrant, voluntarie obsequantur.* Verum licet hoc locum habeat in voluntate creatâ; quæ forsam tempore executionis non retinet voluntatem efficacem, quæ primo amavit existentiam mediij; dum illud elegit, locum habere non potest in divina, quæ tempore executionis retinet electionem mediij; quæ est voluntas efficax illius, sufficientique proinde, ut eius executio externa sit ipsi perfecte & voluntaria.

71 At responderet hic autor ibidem in. 28. pag. 157. *s. respondeo istos ordines, nullam quidem esse difficultatem respectu ipsius Dei & potentiae ipsius: esse tamen difficultatem ex parte ipsorum obiectorum, quatenus vnum impedit aliud, aut ei repugnat: & sic ratione obiectorum requiritur actum imperij, & vsus.* Mira solutio, si nulla ex parte Dei post electionem mediij est in exequendo medio difficultas: ergo nullum est fundamentum ut intelligamus ex parte Dei supervenisse actum imperij & vsus post actum electionis: nã tota ratio adstruendi hos actus increatis est difficultas, quæ vincenda est ab agente in exequendo postquam elegit. Quis non videat difficultatem obiecti esse relativam ad potentiam? proinde quæ obiectum illud non esse difficile respectu Dei: cur ergo in Deo ponis illos actus? certe ad hoc nullum, nec leve fundamentum ego invenio. Quare solum ex modo nostro significandi vel potius fingendi divina ad instar creatorum admitti potest illa distinctio actuum in Deo; non autem ex parte rei conceptæ: quia illi ex terminis suis dicunt imperfectionem.

72 Obijcies tertio: electio mediij supponit intensionem finis: ergo electio mediij efficacis supponit intensionem efficacem finis. Sed Deus eligit mediâ efficaciam ut prædestinatur consequatur salutem: ergo ante hanc electionem supponitur intentio efficacis salutis. Admitto totum, sed quid inde contra nos? nunquid inde colligitur, intensionem illam antecedentem finis non influere immediate in finem? Deinde absolute falsum est electionem mediij efficacis supponere antecedentem intensionem efficacem finis: nam satis est vel quod supponat, vel identificet secum amorem efficacem finis; post enim agens, qui ante intensionem cognoscit medium efficax ad consecutionem finis, eodem actu finem intendere efficaciter, & medium eligere, quod de Deo videtur mihi negari non posse. Cur enim eodem actu virtualiter indivisibili nequeat discernere existentiam finis & existentiam mediij? Præterea si sermo sit de fine obtinendo à Deo mediante opera-

tionem nobis liberam, qualis est gloria ut ratione exploratum est iuxta verissima Societatis principia, non esse necessariam intentionem gloriæ de se ab intrinseco efficacem ut homo ipsa consequatur salutem, quia alioquin reprobus qui non habet nec habere potest pro libero suo illam intentionem efficacem, non haberet sufficientiam ad consequendam salutem, quia is qui non habet nec pro libero suo potest habere medium essentialiter prærequiritum ad consecutionem finis, non habet in sua libera potestate finem. Unde nullus Doctorum Societatis dicit illam intentionem esse essentialiter præquisitam ad consequendam salutem. Quæ ad illam consequendam salutem, sufficit intentio, quæ de se quidem sit indifferens, & reddatur efficax per finis consecutionem, sicut auxilium sufficiens redditur extrinsece efficax per nostram cooperationem liberam. Quædo medium est suapte natura efficax & intrinsece connexum cum existentia finis, electio medij efficacis est etiam amor efficax, seu intentio finis si autem sit suapte natura indifferens, qualia sunt auxilia gratiæ; quæ redduntur efficaciam per scientiam mediam; bene potest Deus conferre homini medium efficax ad salutem, quin illa electio sit formaliter amor efficax finis, nec talem amorem de se efficacem supponat: quia nimirum potest amare auxilium efficax quin illud amet ut efficax: erit tamen illa electio moraliter amor efficax finis, quia in ratione amoris efficacis completur per scientiam mediam eventus secururi.

73 Itaque ex eo quod Deus simpliciter media efficaciam ad aliquem finem, nunquam probari potest, pro aliquo priori virtuali præcedere intentionem ex se efficacem finis, quæ sit principium virtuale electionis, licet nos concipientes divina ad instar creatorum, ibi præcedentiam, & prioritatem concipiamus: alia est ratio de intentione in efficaci: nam antequam Deus conferat media sufficientia ad salutem necessario complacet in salute; & illa complacentia dici potest intentio inefficax finis. Unde sicut amor necessarius præcedit liberum ita intentio finis inefficax præcedit electionem medij sufficientis. Si autem sermo sit de intentione libera, dico non esse necesse ut priori virtuali ante electionem auxilij sufficientis præcedat intentio finis: quia eodem actu virtualiter indissolubili potest Deus finem intendere, & medium sufficiens conferre; illam tamen actum nos concipientes ad instar intentionis, & electionis creatæ distinguimus in duos, & concipimus prio-

ritatem in intentione respectu electionis, cum tamen ex parte rei conceptæ nulla prioritas de iur.

SECTIO X.

Quædam responsio ad nostram rationem rejicitur.

74 **C**UM hæc disputarentur in Salamanticensi Academia, fuit ex Thomistis Magister magni nominis nimirum Illustrissimus Godoy, tunc Primarius Sacræ Theologiæ Professor qui diceret, non satis probari quod intentio debeat influere immediate in gloriam ex eo quod ipsam amet efficaciter: nam aiebat de ceterum supponens merita non propterea gloriam exequi, quia amat efficaciter, sed quia amat ex motivo exequibilitatis. Verum hæc solutio pacæ tanti viri, non satisfacit, quia decretum executivum non habet vim exequendi ex motivo, sed ex modo recipiendi obiectum materiale, ad quod determinatæ negarique non potest Deum posse moveri à sua bonitate ad exequendam finem sicut ad illam intendendam: ergo ex motivo non potest sufficienter distingui unum decretum ab alio. Contra etiam, nam exequibilitas finis nempe gloriæ, non distinguitur ab ipsa gloria, Deus autem ad exequendam gloriam non movetur ab ipsa gloria, sed à meritis, vel si movetur à gloria etiam potuit moveri ab illa ad primam intentionem concipiendam. Si enim bonitas exequibilitatis gloriæ proposita per simplicem intelligentiam movet suppositis meritis ad amandam efficaciter gloriam; etiam movere potest antequam prævisis meritis, cum pro illo signo cognoscatur ut exequibilis.

SECTIO XI.

Solvantur obiectiones aliqua contententes dari posse decretum pure intentionum finis à Deo exequendi.

75 **O**BJECIES primotex nostra sententia sequi Deum defacto conferre gloriam immediate per duplex decretum, alterum intentionum, & alterum executivum: nam defacto dat gloriam in executione motus à meritis, & consequenter per decretum supponens merita, & insuper defacto intendit efficaciter gloriam ante prævisis meritis. Respondeo, ex nostra sententia sequi Deum conferre per illud duplex decretum immediate, si defa-

Et habet utrumque illud decretum; quod nos non disputamus. Si autem absurdum est gloriam conferri immediate utroque illo decreto, absurdum erit utrumque illud defacto admittere; absolute vero negamus aliquid absurdum in hoc contineri: quia Deum moveri a sola sua bonitate ad intendendam efficaciter gloriam antecedenter, & velle, ut in executione deus non solum ex hoc motivo, sed insuper ex motivo meritorum, non sunt obiecta opposita.

76 Obijes secundo ex nostra sententia sequi Deum non posse in executione dare gloriam ut coronam, quin illam exequeretur per duplex decretum; quia nec potest dare, quin exequeretur per decretum motum a meritis, nec potest in executione ita se gerere, quin antecedenter ad merita absolute praevidat eandem gloriam efficaciter intendere. Respondeo, si necesse sit utrumque illud decretum intervenire in hoc negotio, etiam esse necesse, quod gloria mandetur executioni immediate ab utroque, quod si est absurdum utroque simul mandari executioni ex necessitate, absurdum erit, utrumque illud ex necessitate intervenire in hoc negotio.

77 Nego tamen hoc esse necessarium; nam quamvis defacto Deus elegerit homines efficaciter ad gloriam, tamen praevisa merita tamen potest res aliter disponere ita ut non habere voluntatem efficacem absolutam dandi gloriam, utque dum praevideret merita, & quidem ex Doctoribus Societatis plerique cum Parte Suarez defendunt illam electionem efficacem antecedentem contra Patrem Vazquez, Lessium, & multos alios; nullus tamen est in Societate Doctor, qui dicat fuisse illam electionem antecedentem simpliciter & absolute necessariam ad hoc ut homines actu obtinerent gloriam.

78 Habemusque efficacissimum argumentum ad persuadendum electionem illam non esse simpliciter & absolute necessarium ad obtinendam actu coronam gloriae; nam reprobis potens, si vellent, coronam gloriae obtinere; & ideo in inferno perpetuo cruciabantur, quia illam sua culpa amiserunt. At reprobi non habuerunt defacto, nec pro libito suo habere poterunt electionem illam efficacem antecedentem ad gloriam ut coronam; ergo talis electio non est necessaria. Patet haec consequentia ex illo primo principio Scholae Societatis, quod Eximius Doctor P. Franciscus Suarez Author Moderatissimus, appellat lumine naturae notum: *Nempe quod qui non habet, nec*

pro libito suo potest habere medium essentialiter praequisitum ad consecutionem finis, non habet in sua libera facultate consequi finem. Si ergo ad consequendam actu coronam gloriae esset essentialiter praequisita illa electio efficax antecedens ad gloriam. Reprobis non habentes, nec pro libito suo poterunt habere illam electionem, non habent liberam facultatem obtinendi pro libito suo coronam gloriae.

79 Sed aliqui moderni Thomistae ad probandum necessarium esse quod praecedat illa intentio efficax ad salutem re ipsa obtinendam; arguunt primo: nam ordo agendi propter finem ex parte necessario, ut ordo intentionis praecedat ordinem executionis, & quod finis in intentione sit prior, posterior vero in executione. Sed hoc fundamentum leve est, utpote quod soluta probat intentionem efficacem finis in omni eventu praecedere executionem externam eiusdem. Si autem sermo sit de intentione erga finem, ut est causa mediorum, sic necesse quidem est, ut ante electionem mediorum praecedat aliqua intentio finis; non est tamen necesse, ut illa intentio sit efficax erga finem, nisi quando media suppone naturam suam efficaciam erga finem & connexa essentialiter cum eius existentia. At merita nostra ut consumata per perseverantiam finalem non sunt media ex se connexa cum consecutione gloriae; alioqui nostra merita cogere Deum ad conferendum gloriam. Quare licet admitteremus Deum physice praedeterminare voluntatem nostram ad merita elicienda, adhuc non foret necesse, ut praecederet electio efficax ad gloriam ut coronam; nam ex complacencia erga gloriam ut coronam posset Deus moveri sufficienter ad conferendum nobis merita, quibus constitueremur digni illa corona. Defacto quidem merita consumata per perseverantiam finalem sunt medium efficax ad salutem; non quidem ab intrinseco, & ratione sui, sed quia Deus promissit gloriam hominibus decedentibus in gratia. Ceterum haec promissio cum libera sit, ipsa supponit, potuisse Deum oppositum decernere.

80 Hinc tunc aliud fundamentum, ita se habens; omnis intentio finis, ex qua oritur electio efficax mediorum efficacium ad consecutionem talis finis, est intentio efficax finis; & ex intentione inefficaci finis nequit oriri electio efficax mediorum efficacium. Rursum, inquam, hoc fundamentum; nam ubi media sunt efficaciam ad finem non suppone natura, sed quia Deus libere vult ut possit illis medijs sequatur finis, potens velle oppositum; media illa non debent oriri

si ex intentione ex se efficaci erga finem, sed ex intentione, quæ efficaciter reddatur ab extrinseco, nempe per ipsius finis executionem, quæ ipsa non postulat, seu cum qua ipsa non conuenitur. Quomodoque autem media sint efficacia ad finem, illa intentio, ex qua oriuntur, non est reipsa inefficax: sed est efficax re ipsa, non ab intrinseco, sed ab extrinseco: ex se tamen solum est sufficiens, & indifferens ut sit efficax, vel inefficax circa finem.

81 Hinc deduces, implicatorium quidem esse, quod Deus conferat gloriam in executionem, quin habuerit ante prævisionem absolutam meritorum aliquam intentionem, quæ reipsa constituatur efficax per ipsam gloriæ collationem: non est tamen implicatorium quod ita conferat gloriam in executione, quin ante illam prævisionem meritorum habuerit intentionem gloriæ ex se efficacem & connexam cum existentia gloriæ: nam cum merita non sint media super nature connexa cum existentia gloriæ, non possunt oriri ex intentione gloriæ ex se connexa cum existentia gloriæ: nam si ex natura sua, & ex se postularent provenire à tali intentione, ex se essent connexa cum consecutione gloriæ.

82 Dices, etsi merita nostra consummata per perseverantiam finalem non postulent essentialiter illam intentionem efficacem antecedentem gloriæ; postulare tamen illa ex natura reipsa ex natura rei postulat ut gloria conferatur propter ipsa alioqui posset Deus sine miraculo denegare gloriam homini decedenti in gratia. Respondeo merita quidem ex natura rei postulare gloriam, si consumantur per perseverantiam finalem: nego tamen ex natura rei postulare intentionem antecedentem gloriæ ex se efficacem: quia talis intentio antecedens gloriæ nec est necessaria, ut existant ipsa merita, nec est necessaria ut gloria conferatur propter merita; ad hoc enim sufficit, ut suppositis meritis Deus intuitu illorum contempnat decretum efficaciter conferendi gloriam.

83 Obijcies vltimus: intentio efficax est, quæ reipsa causat effectum: sed implicat Deum conferre in executione gloriæ propter merita, quin habuerit intentionem antecedentem gloriæ, quæ reipsa causat finem: ergo quin habuerit intentionem efficacem antecedentem gloriæ. Distinguo maiorem: Intentio efficax vel ex se, vel ab extrinseco; concedo maiorem, solum intentio ex se efficax: nego maiorem: & concessa minori, distinguo consequens, vel ex se efficacem vel efficacem ab extrinseco, concedo consequentiam; ex se determinate, nego consequentiam.

84 Et sane ego non capio cur Deus ex complacencia erga gloriam ut coronam, no-

potuerit sic decerneret quia complacencia in corona gloriæ, *Volo hominibus concedere merita consummata per perseverantiam finalem, quibus constituantur digni, ut à me decernatur illis efficaciter corona gloriæ.* Ita ut ex illa complacencia immediate progredere ad prævisionem merita, & post merita prævisionem & prævisionem decerneret dare efficaciter gloriam propter merita, Sane modus iste se habendi, non solum de potentia absoluta, sed connaturaliter fuit possibilis.

85 Dices, nos nullum aliud habere indicium ut colligamus intentionem aliquam finis fuisse efficacem, nisi quia videmus existere aliqua media efficacia finis illius, præsertim si nobis constet intendentem finem non casu elegerit, & appoluisse media efficacia. Respondeo, nos quidem nullum aliud fundamentum habere: cæterum assero, illud non esse sufficiens, ut censeamus intentionem, ex qua oriuntur medium reipsa obtinens finem, fuisse ab intrinseco efficacem: nam si aliunde nobis per discursum constat, Deum potuisse connaturaliter conferre illud medium absque intentione antecedenti ex se efficaci; sane ex existentia illius mediæ, non possumus inferre præcessisse in Deo intentionem efficacem finis, sic ex eo quod homo actu operetur bene, quamvis recte inferamus, Deum antecedenter intendisse eius bonam operationem, non possumus inferre, eam intendisse efficaciter antecedenter, quia aliunde scimus, repugnare Deo intentionem efficacem omnino antecedentem nostræ operationis liberæ.

86 Opponunt deinde; Deus vult merita ut media formaliter & reduplicative ad gloriam: ergo ante prævisionem meritorum præcedit intentio efficax gloriæ. Respondeo admittendo Deum de facto velle merita consummata per perseverantiam finalem ut media efficacia ad consecutionem gloriæ, & consequenter de facto intendere efficaciter gloriam ante merita absolute prævisa; cæterum potuit Deus amare merita illa, quin amaret ut efficacia, quia ex se & ab intrinseco solum sunt sufficientia: ut Deus propter ipsa moveatur ad conferendam gloriam: unde ex se solum supponunt intentionem gloriæ sufficientem, non autem intentionem ex se efficacem; deinde ex antecedenti, ut iacet, perperam inferunt illud consequens: nam Deus potest amare merita ut media ad gloriam, quin per talem amorem amet efficaciter gloriam, quia potest amare ut media sufficientia, quin amet ut media efficacia.

DISPUTATIO OCTAVA AD QUESTIONEM XXV.

AN DEVS ELEGERIT EFFICACITER PRÆDESTINATOS ad gloriam ante absolutam prævisionem meritorum.

SECTIO PRIMÆ

Sensus questionis, & authorum placita.

SENSUS est, an Deus habuerit voluntatem ex se absolutam & efficacem dandi gloriam eis, quibus dispensat in tempore auxilia efficaciam suæ gratiæ; quibus infallibiliter perveniunt ad regnum cælorum, propriori ad prædestinationem illorum mediis; ita ut prius fuerit ordine rationis; & causalitatis virtualis, Deum intendere efficaciter prædestinatis coronam gloriæ; quam decernere conferre eis auxilia congrua ad promerendam coronam illam. An vero potius Deus expectaverit prævisionem absolutam meritorum, ut decerneret prædestinatis coronam gloriæ, ita ut ordine rationis prius fuerit Deum præparasse prædestinatis seriem illam auxiliorum, quibus coronam gloriæ promerentur, & usque in finem perseverent, quam illos efficaciter ad gloriam eligere.

2 Affirmant dari illam electionem antecedentem ex nostris Eximius Doctor Pater Franciscus Suarez in opusculis lib. 3. de auxiliis cap. 15. lib. 1. de prædest. cap. 8. & lib. 5. de grat. cap. 53. Bellarm. tom. 4. lib. 2. de gratia, & libero arbitrio cap. 15. quos sequuntur Arrubal, Fasolus, Ruiz, Granados, Arriaga, Tann. Ribadeneyra, & alij. Ex alienis Scotistæ cum Scotio in primum dist. 42. & Thomistæ cum Caietano 1. p. q. 23. art. 4; quibus non parum favet D. Thomas ibidem.

3 Negat vero illam electionem antecedentem P. Vazquez 1. p. disp. 89. qui primus pro dignitate hanc questionem discutit, & suam sententiam accerrime propugnavit per tredecim capita, ostendens, ante merita gratiæ prævisa nullum peculiarem affectum dandi gloriam Deum habuisse erga prædestinatos, sed circa omnes etiam reprobos habuisse communitatem voluntatem simplicem & antecedentem; quæ omnibus vitam æternam tanquam bravium & præmium commune æque proposuit, & desideravit. Hunc authorem ut ducem secuti sunt postea Lessius, Albertinus, Meracius, Mœcæus,

Herice, Becanus, Amicus, & novissime Martinon, apud quos stant pro eadē sententia Alensis, Bonaventura, Aureolus, Ochan, Rubion, Bachon, Gabriel, Argentinas, Medina; Item & nostris Molina, Valentia.

4 Ad hanc autem questionem supponimus cum omnibus Doctoribus Societatis, non potuisse Deum efficaciter eligere homines ad gloriam ut coronam ante prævisionem conditionatam meritorum; quia nequit eligere, nisi habeat media efficaciam ad obtinendum finem; non habet autem media, quousque per scientiam mediam præcognoverit quamam auxilia futura sint efficaciam ad hoc ut homines recte operentur, & eliciant merita condigna vitæ æternæ: cum enim auxilia, quibus Deus movet voluntates creatas ad recte operandum, sint ex se indifferentia, ut contingantur cum omni fine recti operis; nequit Deus efficaciter intendere finem obtinendum per actus liberos arbitrii creati, quin habeat propriori scientiam mediam, per quam cognoscat hominem re ipsa operaturum cum illis auxilijs, si conferantur.

SECTIO SECUNDA.

PRIMA PARS NOSTRÆ SENTENTIÆ

Deus vere & proprie elegit efficaciter homines ad gloriam ante absolutam prævisionem meritorum.

AD conficiendam rationem probativam nostræ sententiæ, suppono Deum habere voluntatem efficacem subiective absolutam, & obiective conditionatam dandi omnibus gloriam sub conditione, quod decedant in gratia. Id autem constat ex promissionibus divinis; ex illa Matth. 19. *si vis ad vitam ingredi serva mandata.* Et ex illa Apost. 1. ad Thimot. 4. *pietas ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futura.* Et Iacob 1. *accipiet coronam vitæ, quam repromissit Deus diligentibus se.* Ex universaliter probat Cardinalis Bellarm. tom. 4. lib. 4. cap. 2. de iustificatio-

pe, ex doctrina Apostoli, promissiones Evangelicas esse conditionatas, ut patet ex illo Rom. 8. *si spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Et ibidem, *coheredes autem Christi, si tamen compatimur.* Et ex illo 2. ad Thim. 2. *si sustinebimus, & conregnabimus.* Constat, que hoc ipsum ex illo Ezech. 18. *Si impius operaverit se ab iniustitia sua, & fecerit iudicium, & iustitiam, vita vivet.* Et confirmatur ex doctrina Tridentini Sessio. 6. de reformation. capit. 16. ubi hæc habet: *Bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus, proponenda est vita aeterna, & tanquam gratia Filij Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa coronam iustitiae, quam post suam certamen, & cursum repositam sibi aiebat Apostolus, à iusto iudice sibi reddendam: non solum autem sibi, sed & omnibus, qui diligunt diligentiæ eius.* Ex promissione autem conditionata Dei dandi gloriam fidelibus recte operantibus, & usque in finem perseverantibus, manifeste inferitur decretum illud conditionatum: nani talis promissio: vel complet, vel supponit essentialiter eiusmodi decretum.

Suppono secundo, Deum ab æterno preparasse omnibus prædestinatis beneficia suæ gratiæ, quibus infallibiliter perseverent usque in finem. Id constat manifeste ex illa celebri definitione prædestinationis tradita ab Augustino libi de bono perseverant. cap. 14. *ijis verbis: Prædestinatio Sanctorum nihil aliud est, quam præscientia, & preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur.* Profusque implicatorium est aliquem obtinere æternam salutem per exercitium bonorum operum, quin Deus ab æterno decreverit conferre illi in tempore auxilia gratiæ, quæ præcognovit fore congrua ad obtinendum finem.

7 His suppositis probatur, Deum vere & proprie eligere homines efficaciter ad gloriam ut coronam ante absolutam prævisionem meritorum: nam decretum illud conditionatum dandi gloriam sub conditione quod homo finaliter perseveret, præcedit absolutam prævisionem meritorum: rursus decretum illud dandi perseverantiam finalem, idest auxilia congrua ad perseverandum finaliter, etiam præcedit absolutam prævisionem meritorum, ab illaque est independens à priori: coniunctum tamen utriusque decreti constituit intentionem efficacem gloriæ: Deus enim efficaciter volens dare gloriam sub conditione quod homo finaliter perseveret, & aliunde pro posteriori volens dare homini perseverantiam finaliter,

hoc ipso efficaciter vult dare homini gloriam. Cum implicet utrumque coniungi, & Deum nolle dare gloriam, ergo ante merita absolute prævisa Deus vere & proprie intendit efficaciter homini gloriam ut coronam.

8 Dices, in principijs Doctorum negantium prævisiones ab inuisitico efficaces immediate terminatas ad nostras operationes liberas, in quam sententiam nos valde propendemus, voluntatem illam, qua Deus confert homini auxilia congrua ad formaliter perseverandum, ex se esse indifferentem, & coniungibilem cum impoenitentia finali: cum ex se non sit præfinitiva perseverantiæ finalis. Ergo per illam non amat Deus efficaciter perseverantiam finalem: ergo coniunctum ex illa voluntate, & ex primo decreto supposito ad promissionem conditionatam gloriæ, vel in illa imbibitio, non constituit intentionem efficacem gloriæ. Respondedo, Deum vere & proprie amare efficaciter perseverantiam finalem per voluntatem illam, qua confert homini auxilium congruum ad perseverandum; quamvis illa voluntas in se intrinsece inspecta, & secundum se sumpta non sit connexa essentialiter cum perseverantia, sed de se sit indifferens, ut coniungatur cum carentiâ ipsius; sicut per illud auxilium congruum Deus vere & proprie movet efficaciter hominem ad perseverandum, quamvis illud ex se non sit intrinsece connexum cum perseverantiâ. Ratio autem utrobique est eadem; nam sicut auxilium constituitur in ratione efficacis quasi in actu primo, per scientiam mediam de futura cooperatione libera humani arbitrij: ita volitio executiva talis auxilij, quæ quantum est ex se amat perseverantiam finalem, constituitur in ratione efficaciter amantis & præficientis talem perseverantiam, per scientiam mediam, quæ repræsentat illam perseverantiam futuram sub conditione talis auxilij. Itaque voluntas tollativa auxilij, licet ex se non sit essentialiter amor absolute efficax perseverantiæ finalis, est tamen ex se amor conditionate efficax, nimirum sub conditione quod priori ad ipsam existat in Deo scientia media de congruitate & efficacia auxilij. Unde per illam scientiam mediam constituitur absolute efficax vere & proprie. Non antecedit tamen auxilium tanquam principium necessarium ad ipsam existentiam, quatenus est voluntas amans efficaciter perseverantiam, sed quatenus est voluntas amans efficaciter existentiam auxilij, & sufficienter amans operationem liberam, ad quam illud ordinatur: ac proinde licet illa volitio sit præfinitio efficax vere & proprie; non est tamen antecedit quatenus efficax, sed secundum se.

9 Et sicut in sententia Societatis non minus proprie movet Deus efficaciter ho-

mines ad operandam per auxilia indifferentia collata sub scientia media futuræ efficacis, quam in sententia Dominicanorum per auxilia prædeterminantia: ita in nostra sententia non minus proprie amat Deus efficaciter operantem liberam creaturam per volitionem de se indifferentem, dum existit sub illa scientia media, quam in sententia adversariorum. Imo magis volitio divinæ serio quantum est ex se amans nostrum consentium salutarem, potest consilium efficax per scientiam mediam congruitatis auxiliij, quam ipsi auxilium ad illud consentium inclinans: siquidem scientia media est intrinseca volitioni exequenti auxiliis & cum illa realiter identificatur: at prorsus est extrinseca auxiliis, cum istud existat in nobis, & illa in Deo.

SECTIO TERTIA.

Secunda pars nostre sententiæ: Deus non eligit omnes prædestinatos ad gloriam, & coronam electione antecedenti omnino

absoluta, quæ non est facta nisi post meritum.

Authores pro nostra sententia:

HANC sententiam defendunt omnes, qui dicunt electionem ad gloriam non esse post prævisa merita, & insuper Ocham, Gabriel, & Catharinus, citati à P. Suarez lib. 1. de Prædest. c. 8. n. 28. Item Lambertus, & Maynam. r. i. Philos. sacræ c. 14. prop. 19. qui dicunt aliquos eximie dilectos, vt B. Virginem, Ioannem Baptist. Apostolos, & aliquos alios fuisse electos ante prævisionem absolutam meritorum electione omnino absoluta & efficaci. Qui autem dicunt electionem absolutam Prædestinatorum omnium ad gloriam, vt coronam non nisi post prævisa merita esse factam, plurimi sunt & gravissimi. Pro ea citat P. Lessius dis. de Prædest. c. 2. n. 8. Alex. Allensem, B. Albertum, D. Bonav. Henricum, Thomam de Argentina, Guillelmum à Rubione, Ioan. Maiorem, Albertum Pighium, Hieron. Ossoriū, Ruardum Taper, Driedonem, Cardinalem Sodalium, Cardinalem Cantarenum, Ioann. Echium, Turrianum, Stapletonium, Camerarium, Ioan. à Bononia, Franc. Cartagena, Ludovic. Molina, Greg. de Valentia, & Gabr. Vazq. quam ipse Lessius latissime defendit, qui subiungit: Eandem tenent multi viri doctissimi, qui non dum sua scripta typis mandarunt, quibus cum ego sua rem contuli. Hos omnes ex consilio adduxi, vt appareat, quantus in hoc puncto sit omnium penè doctorum consensus.

12 Eandem defendit P. Præpositus, Pat. Franc. Amicus t. i. disp. 15. pro ea citans n. 61. præter allegatos Aureolum, Baconium, Michaelem de Medina, Becanum, atque Monceum, quibus adde Meratium Herice, Martinonem, & P.

Iacobum Platet in Synopsi cursum Theolog. c. 4. §. 3. n. 121. Item Petrum Petrum r. i. Theol. Dogm. c. 6. vsque ad 9. & S. Franc. Salesium Episc. Gallicæ, Hispanicæ Siquidem testatur Maynam. r. i. Philos. sacræ c. 14. vbi pluribus sancti Episcopi locis, quos Gallicè & Latine exhibuit aperte demonstrat hanc esse eius mentem, & hanc sententiam late probat ipse Maynam. r. i. c. 4. §. 15. vbi hanc conclusionem statuit: De lege ordinaria neminem aditum. Deus vult, & neque ab æterno voluit, sed decrevit, vel designavit in statum æternæ felicitatis recipere, nisi quem prius viderit se tanto bono dignum exhibuisse per bonum vsum donorum gratiæ. P. Martinon. d. 19. de Deo pro hac sententia refert Bekehum, Cornel. Allapide, Francisc. Turrianum, Pennotum, Ioannem Marianam, & alios, vsque ad 26. quibus adde P. Alarcón, P. Ortegam r. 2. de Deo contr. 7. d. 2. q. 3. certam. & Breserum lib. 6. de conscientia à n. 267.

Præmittitur ad probationem nostre sententiæ: Deum sincere & ex animo velle quantum est ex se voluntate beneplaciti omnes homines recte operari, & salutem æternam obtinere.

Præmittitur ad probationem nostre sententiæ: Deum sincere & ex animo velle quantum est ex se voluntate beneplaciti omnes homines recte operari, & salutem æternam obtinere.

Theologi cum D. Th. i. p. q. 19. art. XI.

distingunt in Deo duplicem voluntatem, nempe & voluntatē signi, & voluntatē beneplaciti: voluntas signi (inquit P. Vazq. i. p. d. 83. n. 1.) dicitur quando Deus ceterius ita legerit circa rem aliquam, vt indicet se habere voluntatem, cum tamen revera eam non habeat, sicut quando præcepit Abrahamo vt sibi sacrificaret filium suum vngentū Isaac. Voluntas beneplaciti, est, qua Deus vere & proprie rem vult & amat. Quæ divisio (vt notat Mayna. t. i. c. 12. prop. 16. n. 1.) perinde est ac si dicamus: *Alia est voluntas proprie dicta, alia metaphoricè: seu potius alia est beneplaciti, quæ est proprie dicta, & alia est signi, quæ non nisi metaphoricè est Dei voluntas, vel dicamus sic: alia est voluntas secundum rem, quæ est voluntas beneplaciti, alia secundum nomen, seu nomine tenus tantum, quæ est voluntas signi, quatenus aliquando signum voluntatis vocatur nomine ipsius voluntatis, quæ significat, & ita metaphoricè pro ea sumitur. Id constat ex D. Th. eo art. ad 2. cum primum sibi obiectisset, signa divinæ voluntatis fore falsa, si non concordent cum voluntate, quæ significant, aut si eocordent, frustra assignari: Resp. * Dicendum (inquit) quod signa voluntatis dicuntur voluntates divinæ, non quia sint signa, quod Deus velit, sed quia ea, quæ in nobis sunt signa volendi, in Deo voluntates dicuntur. Sicut puniatio non est signum, quod in Deo fit ira, sed puniatio eo*

ipso quod in nobis est signum iræ, in Deo dicitur ira. Vnde non recte P. Vazq. explicuit voluntatem signi; non enim dicitur voluntas signi, quia Deus per illam significet se interne habere voluntatem; sic enim esset falsum illud signum, sed quia illud signum in nobis significat internam voluntatem, sic qui præcipit aliquid, significat se habere voluntatem ut fiat res præcepta: Vnde præceptum divinum (inquit D. Th. 2. a. 11. corp.) quandoque metaphorice voluntas Dei dicitur, secundum illud Mat. 6. Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra. Et statim subiungit: Sed hoc distat inter voluntatem & iram, quia ira de Deo nunquam proprie dicitur, cum in suo proprio intellectu includat passionem: voluntas autem proprie de Deo dicitur. Et ideo in Deo distinguitur voluntas proprie, & metaphorice dicta. Voluntas enim proprie dicta vocatur voluntas beneplaciti. Voluntas autem metaphorice dicta est voluntas signi, eo quod ipsum signum voluntas dicitur. *

14 Igitur Alexander, Bonaventura, Maior, Marfilus, & Caietan. apud P. Vazq. d. 83. n. 2. dicunt, in Deo non esse voluntatem beneplaciti, quæ proxime referatur ad salvationem omnium & ad observationem præceptorum in omnibus hominibus, ita ut hæc secundum se recipia sint volita à Deo, sed voluntatem Dei terminari ad media tantum, quæ Deus tribuit omnibus hominibus, quibus salvari possint, & ad præcepta, quæ eisdem tradit ut bene operentur. Quare dicunt eandem voluntatem relate ad observationem præceptorum & ad salvationem hominum, tantum esse signi. Existimant enim omnem voluntatem beneplaciti divini esse efficacem, & semper impleri.

15 Cui sententiæ favet Augustinus, qui ne concederet, Deum aliquid velle vere, & proprie, & tamè id non fieri, varijs modis conatus est explicare illam propositionem Apost. 1. ad Thimot. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri.* Nam imprimis in Enchir. c. 103. illam explicat per distributionem accomodatam, ut sit sensus: *Deus vult salvos fieri omnes homines, qui salvantur;* non quia nullus sit homo, quem salvum fieri non velit; sed quia nullus salvus fit, quem non velit salvum fieri. Sicut de aliquo præceptore dicere solemus: *Docet omnes pueros huius civitatis,* non quia nullus sit puer in civitate, qui non doceatur; sed quia nullus docetur, qui non doceatur ab ipso. Secundo in eodem loco exponit, ita ut fiat distributio incòpleta pro generibus singulorum, & non pro singulis generum: ut sit sensus, *Deus vult de quolibet statu hominum salvos fieri aliquos, nimirum mares, & sceminas; divites, & pauperes, Iudeos, & Gentiles, Græcos, & Latinos,* non tamen omnes de singulis statibus. Tertio in lib. de corrept. & grat. c. 15. dicit,

ideo verum esse, quod Deus velit omnes homines salvos fieri, quia nimirum facit, ut velint omnes salvos fieri: iuxta illud ad Rom. 8. *Spiritus postulat pro nobis, id est spiritus postulare nos facit.* Et Gen. 22. *Nunc cognovisti, quia timeas Deum;* id est, nunc feci, ut cognoscas, quia timeas Deum.

16 Communis tamen & vera sententia Theologorum ac Patrum docet, Deum vere & proprie velle voluntate beneplaciti omnes omnino homines, nullo excepto, salvos fieri, & recte operari. Quæ sententia adeo conformis est sacris litteris, & doctrinæ Patrum, ut *proprus non videam* (inquit Vazq. disp. 83. n. 6.) *qua ratione aliquis eam inficiatur audeat.* Idque ipse ibi late probat, item P. Molina l. p. q. 19. 2. 6. d. 1. fuse & nervose hoc evincit, solidissime probans, dari in Deo formaliter voluntatem, qua vult ut impleamus consilia & præcepta, quæ nobis tradit: hæc enim verbis illis orationis Dominicæ: *Fiat voluntas tua sicut in celo & in terra,* petimus à nobis impleri. De eadem 1. ad Thesalon. 4. ait Paulus: *Scitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum.* Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstinere vos à fornicatione, &c. Præceptaque ipsa & consilia ab universis Theologis, comparatione Dei voluntas signi dicuntur, neque alia ratione, nisi qui voluntatem in Deo formaliter existentem exprimunt, quæ id vult, si nos quoque pro nostra sententia id velimus, eaque ratione id nobis præcepit. *Ridiculusque est* (subdit Mol. pag. 282.) *& scripturisque sacris minime consonum arbitrari, Deum quidem formaliter & proprie id non velle, sed solum metaphorice dici id velle, quia perinde exhibet præcepta & consilia, ac ea exhiberet qui id vellent, eo modo, quo de eo irasci dicitur solum metaphorice, quia punit, ut punire solent homines irati.* Multa ad hoc comprobandum adducit Molina, & tandem concludit ijs verbis: Denique si in Deo non esset voluntas conditionalis, de qua loquimur, sanè invitationes ad poenitentiam, atque ad vitam æternam, quæ ex persona Dei in scripturis sanctis fiunt, potius fictiones dicendæ essent comparatione eorum, qui non convertuntur. Veteratoris enim esset præcepta subditis dare, nec velle, ut ea implerent, velle nihilominus transgressores punire: quare id Deo nulla ratione est tribuendum; quin potius dicendum est, revera velle fieri quæ præcipit, servata tamè libertate arbitrij creati, ac proinde sub conditione quod homines ac Angeli id ipsum velint. *

17 Verus ergo sensus Pauli (ut inquit P. Suarez l. 4. de Præd. c. 1. n. 5.) est, quæ verba simpliciter ac proprie intellecta præferunt, Deum quantum in se est, velle & cupere omnium salutem.

Et statim citat Chrysostomum, Oecumenium, Theophilatum, Ambrosium, Hieronimū, Prosperum, Athanasium, & Damascenū, qui in hoc sensu exponunt verba Pauli, & subdit: *Estque iam communiter recepta sententia*, eamque tandem securus est Aug. lib. de spiritu & litt. c. 33. *Vbi* interrogat, si voluntas credendi donū Dei est, cur nō detur omnibus hominibus, cū Deus velit omnes homines salvos fieri? (& respondet) *Vult* quidē Deus omnes homines salvos fieri, & in agnitionē veritatis venire, nō sic tamē vt eis adimat liberum arbitrium, quo vel bene vel male vtētes, iustissime iudicetur, quod eum fit, infideles contra voluntatē Dei faciunt, cum eius Evangelio non credūt, &c. Et in libro ad articulos falso sibi impositos, secundus erat, *quod Deus nolit omnes saluare*: cui respondet. *Sincerissime credendum est, atque profitendum, Deum velle, vt omnes homines salvi fiant, siquidē Apostolus, cuius est illa sententia, solícite præcipit, quod in omnibus Ecclesijs fidelissime custoditur; vt Deo pro omnibus hominibus fideliter supplicetur.* Quæ verba habentur apud Prosperum ad obiectiones Vincentianas resp. 2. Quare quando Augustinus illud Apostoli: *Vult omnes homines saluos fieri*, restrinxit ad solos Prædestinatos, Pauli verba accepit de voluntate simpliciter dicta, quæ est absolute efficax respectu salutis, sed tamen postea vidit, etiam posse accipi verba Pauli de voluntate magis generali, vt observavit noster Antonius Perez de Provid. Dei disp. 1. c. 7. n. 70. Postquā hanc cōmunem sententiam Patrum ex scripturis probavit Exim. Doct. n. 7. inquit: *Vnde cōstat, conclusionē positā tanquā certā, & extra omnem opinionem accipiendam esse, quia est satis in scriptura expressa, & communi SS. PP. consensu recepta. Cōsultatur P. Ruiz dif. 19. & 20. de volant. in qua congerit autoritates Patrū pro hac sententia, & ostendit voluntatē Dei salvandi omnes esse seriam & veram.*

18 Itaque Deus habet voluntatem efficacem propriē conditionatam dandi omnibus vitam æternam sub conditione, quod decedant in gratia, & insuper quantum est ex se serio vult vt homines decedat in gratia; & omnibus mediis sufficientia ad salutem providet; vultque serio & ex animo vt eius præcepta observent, & rectē vivat; cæterum quia simul vult vt moneant liberi, hæc voluntas non habet vim determinandi voluntatem eorum ad observanda præcepta, sed potius relinquendi illos in manu consilij sui; ac proinde licet circa media, quæ à solius Dei voluntate dependent, sit omnino efficax; tamen circa finem operationis honestæ liberæ creaturæ, mediā quæ est obtinēda salus, non est efficax absolute, sed quasi conditionatè; quia solū est efficax ad faciendum, ne per Deū

fit, sed vniū per hominem, quod ille non recte operetur. Vnde Ambrosius exponens verba Pauli, inquit: *Si Deus, qui omnipotēs dicitur, omnes homines saluos vult fieri, cur nō impletur eius voluntas?* Deinde respondet: *Conditio latet: vult enim Deus saluos fieri, sed si accedant ad eum, si & ipsi velint, &c.* Item Hieronymus in eundem locum: *Si & ipsi (inquit) vocati Deo consentire velint.*

19 Sed quamvis tertia voluntas Dei erga salutem hominū facile explicetur per conditionalem illam, nimirum se homines velint cooperari Deo sufficienter vocanti & offerenti concursum simultaneum ad opera salutis; difficilius explicatur quoad ipsa opera libere salutaria, hæc enim non vult Deus sub conditione quod homo velit; nam hominem libere velle observare præceptum sibi impositum est opus salutare, quod nequit Deus velle sub conditione, quod homo velit; esset enim nugatoria voluntas, qua Deus sic statueret: *Volo vt homo velit sub conditione quod velit.* Ergo voluntas, qua Deus vult vt homo observet præceptū non est conditionata: ergo est absoluta: ergo iam Deus aliquid vult voluntate absoluta, quod tamen non fit. Resp. voluntatem illam Dei æquivalenter esse conditionatam; quia quamvis sit efficax in ordine ad determinandum Deum vt cooperetur cum arbitrio nostro ad volitionem nostram casu quo arbitrium creatum, vt potest, se determinet ad illam elicitandam; non est tamen efficax ad determinandum arbitriū creatū, vt eliciat volitionē, sed illud relinquit in manu consilij sui, solumque est efficax ad inducendum auxilium sufficiens, quod quantum est ex parte sua, seu ex parte Dei est efficax, & solum potest reddi inefficax & privari effectu ob culpā arbitrij creati. Quare voluntas illa Dei, quæ quantum est ex se vult vt homo observet præceptum, nec est de se absolute efficax, cum non habeat essentialē connexionem cum observatione præcepti; nec absolute inefficax; siquidem potest ad effectū pervenire, quin superaddatur nova Dei voluntas: sed est absolute sufficiens, & quantum est ex se efficax, & æquivalenter est conditionatè efficax.

20 Dices, hoc esse contra Augustinū, qui in Enchir. c. 103. permittit illum locū Apostoli: *Deus vult omnes homines saluos fieri*, explicari posse alio modo, quam ab ipso ibi explicatur, dū tamen (inquit) credere non cogamur, aliquod omnipotentem Deum voluisse fieri, factūque non esse. Redditque rationē: *Qua omnipotens velle inaniter, non potest quodecūque voluerit Multū laborat Maynā t. 1. Philof. satræ c. 14. prop. 9. in explicando quomodo semper omnis Dei voluntas impleatur: Facilius respondemus, Augustinū eo loco existimasse, nihil Deum posse propriē velle, quin*

eius volūtas impleatur; & propterea exposuisse locum Apostoli modis supra relatis. Postea tamen doctior factus, vere sensit, non omnem voluntatem Dei impleri; quia Deus vult ut homines non peccent, & contra voluntatem Dei agunt quando peccant; & ut aiebat sup. Augustinus: *In fideles contra voluntatem Dei faciunt, cum eius Evangelio non credunt.* Nec inaniter vult Deus observationem præcepti, quamvis illa non sequatur; quia, quod non sequatur, provenit ex malitia hominis; quod illam intendat, & procuret, oritur ex bonitate Dei, qui muneri suo non satisfacit, nisi procuret omnium salutem, tribuendo singulis auxilia sufficientia; nec tenetur conferre hominibus auxilia efficacia; quia non tenetur facere miracula, nec tenetur omnibus æqualiter benefacere, nec privilegia eximia facere communia. Vide inter alios Albeldam disp. 56. sec. 3. n. 32. probantem, non omnem voluntatem beneplaciti in Deo impleri.

22. Difficilius forsitan oppones, Deū conferentem auxilium sufficiens, quando futurum est inefficax, non posse serio intendere rectam operationem, quam certo scit non exituram: quomodo enim Deus serio intendere potest ut fiat recta operatio, quando scit infallibiliter non futuram? nemo enim prudenter concipere potest seriam intentionem finis, quando videt illam intentionem frustrandam: At Deus prævidens Petrum non operaturum cum auxilio A, si ei conferatur, hoc ipso cognoscit frustrandam esse suam intentionem rectæ operationis, si cum illa conferat auxilium A, ergo non potest tunc conferre auxilium A, ex seriat intentione rectæ operationis. Sed hanc difficultatem solvemus disputat. 10. cum agamus de direct. scientiæ mediæ. Nunc resp. cum P. Less. disp. de Præd. sect. 2. in 2. ratione 5. *Dices serio. Sicut homo potest serio desiderare & cum vero desiderio suadere id, quod scit non eventurum, & dolere quod non fiat: ita etiam Deus. Neque ideo cupit aliquid fieri contra suam præscientiam, sed cupit aliquid fieri, quod si fiat, sequetur, in eo non fuisse illam præscientiam: velle enim, ut sic dicam, se non habere illam præscientiam, quatenus velle, non esse eius obiectum, a quo illa præscientia suo modo pendet. Quare quando bonum pendet a consensu alterius (inquit idem Less. sect. 5. n. 52.) potest Deus illud intendere, & ad illud excitare, non quidem absolute fiat, quod scit non futurum, sed ut fiat, si ipse velit; ut autem velit, ille quam maxime desiderat. Deinde ut satisfaciat suo erga te affectui, quo cupit tuam salutem, eumque affectum declarat alluciendo, vocando, & totum ponendo in tua potestate. Denique ut constet ex sua parte ipsum tibi non defuisse, & tibi omnino imputandum si excidas à salute.*

5. III.

Præmittitur secundo, voluntatem salvandū omnes esse velitionem virtualiter indivisibilem communem Prædestinatis & reprobis.

23. **I**TA Nimirū, ut prius sit ordine rationis Deum velle intendere quantum est ex se gloriam omnibus, & habere quandam voluntatem generalem dandi omnibus media sufficientia ad salutem, quā habere voluntatem specialem salvandi hos potius quam illos, seu tribuendi aliquibus media extraordinaria, & indebita vi providentiæ communis, vi quorum æternam gloriæ coronam assequantur. Quod autem res ita se habeat, & quod antea electionem absolutam & efficacem, quam adstruant assertores electionis efficacis antevertentis prævisionem absolutam meritorum, præcedat voluntas illa generalis salvandi omnes, supponit ex cōmuni cōsensu Patrum, & Theologorum P. Ruiz. disp. 12. de Præd. sect. 4. n. 182 & disp. 20. de volunt. sect. 1. n. 2. & sect. 2. n. 32 P. Suar. in Opus. lib. 3. de auxilijs c. 19. n. 12 & lib. 1. de Præd. c. 8. n. 1. P. Vazq. 1. p. d. 89. c. 9. initio. Amicus t. r. d. 15. n. 101. Tannerus t. 1. d. 3. q. 5. dub. 5. n. 15. Albel. d. 56. n. 19. Smiling. tr. 3. d. 5. dub. 5. n. 15. & denique P. Fasolus q. 25. a. 1. dub. 3. n. 68. ubi ait: *Deum verissime, & sincerissime voluisse salutē omnium hominum; quia ex formali, ac proprio affectu finis omnibus largitus est sufficientissima media ad salutis finē consequendū. Quod autē præter hoc misericordiæ decretū, omnibus commune, facere voluerit aliud maioris misericordiæ decretū dandi quibusdā, & non alijs, mediā non solū sufficientia, sed etiā efficacia, atque infallibilia ex efficaci, & absoluta voluntate finis, non tollitur vera, ac sincera voluntas salvandi omnes, sed solū additur maior quædā benevolentia erga aliquos. Idem docet ibidem n. 92. his verbis: Respondeo, posita sententia D. Th. de Præd. Christi, & hominum in Christo, post prævisionem peccati, meruisse omnes homines excludi positivè à gloria, in quo sensu passim docet August. factā esse ex omnibus hominibus massam quandā perditionis. Hinc benignissimus Dñs misericordiā motus fecit liberum decretum de Incarnatione, & morte Christi pro omnium salute, & gloria: quo primo affectu certum est de fide nullum fuisse exclusum à gloria, sed omnes planè inclusos, quia Christus pro omnibus incarnatus & mortuus est, nemine prorsus excepto. Post hoc asserimus factum esse aliud decretū, quo Deus statuit dare efficaciter, & absolute gloriam Prædestinatis & mediā efficaciam: reprobis vero statuit nō dare efficaciter, & absolute gloriā, nec mediā efficaciam. Hæc ille.*

5. IV.
*Conferitur ex dictis prima probatio nostræ
 sententiæ: quia cum voluntate generali sal-
 vandi omnes non componitur quod commu-
 niter docent assertores electionis efficaciæ
 antecedentiæ nempe neminem defacto sal-
 vari, qui non fuerit specialiter electus ele-
 ctione formali absoluta ante prævi-
 sionem meritorum.*

24 **Q**UOD id communiter doceant as-
 sertores illius sententiæ, patet, nã
 P. Suarez lib. 1. de Prædest. c. 12.
 n. 4. tanquam sententiam inter Theologos cõ-
 muniem statuit, electionem omnium Prædesti-
 natorum post Christum simul & in eodẽ sig-
 no rationis factam esse: & suadetur, quia ratio-
 nes, quibus probant Deum elegisse hominẽs ef-
 ficaciter ad gloriam ante prævisionem absolu-
 tam meritorum, vel nihil probant, vel id con-
 cludunt de omnibus, qui salvantur, nimirum
 quod electio mediõrum efficacium ad finẽ sup-
 ponit intentionem efficacem eiusdẽ. Vnde no-
 bilis Recentior ex assertoribus electionis an-
 tecedentiæ invehitur in eos, qui admittentes
 electionem antecedentẽ, & gratuitam aliquo-
 rum ad gloriam, concedunt etiam plures alios
 antecedenter non electos defacto salvari: *Non
 est enim, inquit, cur nostra sententiã hoc mo-
 do temperari debeat.* Nam omnia fere scrip-
 turæ loca, & argumenta rationes, quæ cõmune-
 liter afferri solent ad probandam electionem
 gratuitam prædestinatorum ad gloriã, vel uni-
 versaliter probant fuisse antecedenter electos
 eos omnes, qui defacto salvantur; vel neminẽ
 probant fuisse electum.

25 His positis, iam probõ, illa duo nõ cõ-
 poni, nempe Deum ante prævisionem absolutã
 meritorum eligere efficaciter ad gloriã omnes
 illos, qui salvandi sunt, & tamen pro priori ad
 hanc electionem habere voluntatem generalẽ
 seriam & sinceram salvandi omnes. Et sic argu-
 mentor; quia implicat Deum ex vi illius volũ-
 tatis providere omnibus & singulis hominibus
 auxilia sufficientissima ad obtinendam æternã
 salutem, & tamen quod vi illius nullus hominũ
 obtineat auxilia, quibus defacto salvetur. Quo-
 modo enim contingere possit, vt omnes omni-
 no homines, nullõ excepto, habetẽs auxilia suf-
 ficientissima ad observandã præcepta, in æternã
 mortem ruant? quomodo verificabitur, Deum
 serio & ex animo per illam primã voluntatẽ
 procurare omnium hominum salutem; si nulli
 distribuat auxilia, cum quibus salvetur? erit ne
 adeo sterilis illa primã voluntas, vt in nullo sit
 coniungenda cũ fine intento? Certe non vide-
 tur hoc cõtingere posse, nisi auxilia collata sin-
 gulis sint nimis debilia, & quæ ingentem dif-

ficultatem relinquant in hominum arbitrijs ad
 sequendam virtutem; vel nisi Deus de industria
 ex omni cumulo auxiliõrum cuilibet feligat ea
 quæ minus congruunt ipsius genio, & indoli;
 quod nõ componitur cum seriã & sincerã vo-
 luntate salvandi omnes. Si enim Deus singu-
 lis daret auxilia nimis debilia, vel feligeret
 cuilibet ea, quæ minus congrua sunt eius ge-
 nio & indoli, non sincere, sed simulatoriẽ vel-
 let homines salvare; & infidiaretur hominũ
 salutẽ. Vt ergo hoc non dicatur, dicendum est,
 Deum singulis providere auxilia sufficientissimã
 ma, quæ viã virtutis reddant planam, & quæ
 sine magna difficultate possit perambulari, &
 cuilibet cõferre ea auxilia, quæ cursus & occur-
 sus naturalis fertur fert. Et quamvis permittat
 multos a salute excidere, id ideo est, quia sinit
 vt hominẽs libere operentur; & hoc ipso quod
 illis relinquitur liberum arbitrium, pro sua li-
 bertate multi resistunt gratiæ & pereunt. Et vt
 inquit D. Thom. 1. p. q. 2. a. 2. ad 2. *Cum Deus
 sit vniuersalis probisor totius entis, ad ip-
 sius providentiam pertinet, vt permittat
 quosdam defectus esse in aliquibus particu-
 laribus rebus, ne impediatur bonum vniuer-
 si perfectum. Si enim omnia mala impedi-
 rentur, multa bona deessent. Vniuerso non
 enim esset vita leonis, nisi esset occisio ani-
 malium; nec esset patientia martyrum, nisi
 esset persecutio tyrannõrum.* Vnde dicit Aug.
 in Enchir. c. 11. *Deus omnipotens nullo modo
 sineret aliquod malum esse in operibus suis,
 nisi esset vsque adeo omnipotens & bonus,
 vt beneficeret etiam de malis.* Hinc idẽ D.
 Thom. q. 23. a. 3. probat, ad divinam providen-
 tiam pertinere, vt permittat aliquos a salute
 æterna deficere: *Quia ad providentiam Dei
 pertinet permittere aliquem defectũ in re-
 bus, quæ providentiæ subduntur; vnde, cum
 per divinam providentiam homines in vi-
 tam æternam ordinentur, pertinet ad divi-
 nam providentiam, vt permittat aliquos ab
 isto fine deficere.*

26 Non pertinet autem ad divinã provi-
 dentiã permittere, vt omnes a fine intento de-
 ficiant. Imo hoc repugnat divinæ providentiæ.
 Ergo cum per illam voluntatem generalẽ, quæ
 Deus propter merita Christi, voluit quantũ est
 ex se, omnes homines salvos fieri, intenderit se-
 rio & ex animo omnium salutem; consequens
 est, vt contingere non possit, quod nullus vi
 illius voluntatis ad salutem perveniat. Quod
 confirmõ; quia si vi illius voluntatis generalis
 nullus homo salutẽ consecuturus est; ergo con-
 tingere potuit; quod Deus voluerit serio, & ex
 animo omniũ hominum salutem, illamque se-
 rio procuraverit; & tamen quod nullus salutem
 obtineret. Nimirum si Deus post illam volun-
 tatem

zatem generalem non adijceret voluntatem aliam specialem; ut sane potuit; cum enim nova illa voluntas collativa specialium auxiliorum, quæ debita non erant ex vi generalis voluntatis, sit novum & specialissimum beneficium; non consequitur necessario ex vi prioris voluntatis: ac proinde potuit omnino suspendi. Quis autem non videat sequelam esse absurdam? Ergo moraliter necessarium est, ut vi illius voluntatis generalis, quamvis non superaddatur alia specialis, aliqui re ipsa salventur. Ergo quamvis admittere aliquos fuisse effectus electos ante prævisa merita, non potest universaliter hoc dici de omnibus, qui salvantur. Prob. Conseq. quia si ex vi voluntatis generalis salvantur aliqui, nullum est fundamentum, ut dicamus, Deum circa illos habuisse aliam electionem absolutam. Si enim vi voluntatis generalis obtinuerunt auxilia congrua ad salutem, ut quid superadderet nova & specialis voluntas, ut illa ipsa, & non maiora auxilia susciperent?

17 Confirmatur, quia ut inquit S. Th. in 1. dist. 46. art. 1. corp. *Huius voluntatis (nempe illius generalis salvandi omnes) effectus est ipse ordo nature in fine salutis, & promotiva in finem omnibus communiter proposita, tam naturalia, quam gratuita, si- cut potentia naturalis, & præcepta legis, & huiusmodi.* Vnde & ad hanc voluntatem generalem spectat voluntas mittendi Christum in redemptorem: ut enim inquit S. Iohannes Epist. 1. cap. 2. *Hunc (nempe Christum filium suum) proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris; non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.* Quo loco utitur Trident. Sess. 6. cap. 2. ut definiat, Christum pro omnibus mortuum esse: quod testatur Paul. 1. ad Thimot. 2. *Qui delit semetipsum redemptionem pro omnibus; & iterum Iohannes Epist. 1. c. 1. Et ipse est (inquit) propitiatio pro peccatis nostris; non pro nostris tantum, sed & pro totius mundi.* Quod ipse Christus saepe in Evang. testatur, ut Ioan. 3. & 6. & 17. Mat. 17 & 18. Vnde Innocentius X. in sua const. an. 1653. de quibusdam propositionibus Iansenij, quintam, quæ sic habet: *Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse his verbis confixit: Falsam, temerariam, scandalosam: & intellectam in eo sensu, ut Christus pro salute duntaxat Prædestinatorum mortuus sit, impiam, blasphemam, contumeliosam, divina pietati derogantem, & hereticam declaramus, & ut talem damnamus.* Quam quidem censuram, & alias quatuor Alexander VII. an. 1656. confirmavit, approbavit, innovavit.

Ergo de Fide est, Christum non pro solis Prædestinatis mortuum esse: ergo non pro solis Prædestinatis à Patre missus. Ergo Pater non habet voluntatem salvandi solos Prædestinatos: sed quantum est ex se vult etiam reprobos salvare. Voluit ergo Deus, Christum pro omnibus mori, & pro omnibus Christus fundavit Ecclesiam, & vult ut omnes ad illam veniant per veram fidem: & ut existentes in Ecclesia mandata observent, & pro omnibus instituit Baptismum cum reliquis Sacramentis. Ergo & vi voluntatis generalis salvandi omnes, necesse moraliter est, ut aliqui salvi fiant: Prob. conf. quia ex vi voluntatis generalis instituit Baptismum, & Ecclesiam Catholicam fundavit: ergo cum multi infantes moriantur ante usum rationis, moraliter certum est, aliquos salvari ex vi voluntatis generalis salvandi omnes. Quod confirm. ex verbis S. Clementis lib. 2. const. 2. 55. ubi sic ait: *Nos igitur, quos voluit esse testes adventus sui una cum Iacobo fratre Domini, & alijs 72. discipulis ac septem Diaconis suis, audivimus ex ore Domini nostri Iesu Christi, & optimè edocti didicimus, quanta sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta, quæ nobis per Iesum Christum declarata est: scilicet, ne ullus pereat: sed potius homines, cum ei uno consensu crediderint, laudibus eum uno animo & ore celebrantes, iidem in sempiternum vivant.* Ergo cum vi voluntatis generalis salvandi omnes fundata sit Ecclesia, & instituta sint Sacramenta; necesse est, ut vi illius aliqui salvi fiant. Ergo falsum est, omnes eos, qui salvantur, fuisse electos electione speciali, seu voluntate absoluta essentialiter ex se connexa cum eorum perseverantia in gratia.

S. V.

Convelluntur responsiones, quæ nostro argumento adhiberi possunt.

28 **R**espondebis, ante decretum distribuendi auxilia reprobis, & Prædestinatis; Deum per scientiam simplicis intelligentiæ cognovisse, quæ auxilia expediat singulis hominibus dare secundum ordinariam providentiam, talia nimirum, qualia cursus rerum, & opportunitas circumstantiarum postulat; per scientiam enim necessariam scit, quæ auxilia postulet providentia connaturalis, sub conditione quod velit Christum mittere, & pro omnibus mori. Rursus ante decretum mittendi Christum, & distribuendi illa auxilia cognoscit per scientiam mediam, quid re ipsa eventurum sit singulis hominibus sub auxilijs illis, quæ congruunt occursum naturali causarum & circumstantiarum. Vnde vidit per scientiam mediam, quinam sint operaturi sub illis auxilijs, & quinam sint non operaturi. Nemini autem ex ijs, quos prævidit

operaturos, & vsque in fine perseveraturos sub illis auxilijs, largitur illa auxilijs, quin illi eligat efficaciter ad gloriã: alijs vero, qui prævidetur non operaturi, confert auxilijs illa, nõ quia in congrua, sed quia sufficientia; ea collaturus libentius, si prævideret fore congrua. Vnde ideo præcisè hos, quos prævidit non operaturos cum serie auxiliõrum; quæ congruit naturali causarum occursum; non elegit, quia non prævidit sic operaturos; eosdem electurus, si prævidisset operaturos. Vnde si omnes re ipsa operarentur cum auxilijs sufficientibus; quæ defacto receperunt, vt reuera potuerunt & Deus quãtum est ex se optabat, omnes fuissent electi efficaciter ad gloriã ante merita absolute prævisa.

29 Sed contra, quia iuxta hanc solutionem non datur in Deo voluntas singularis cõmunis Prædestinatis & reprobis, quã velit omnes homines salvos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire; sed datur vna pro Prædestinatis, quæ sit electio absoluta & efficax ad gloriã ante prævisa merita; & altera pro reprobis, quæ sit electio conditionata, & quæ nunquam transitura sit in absolutam ex defectu ipsorum reproborum. Id autem est contra id, quod §. 3. ex communi consensu Patrum, & Theologõrum præmissimus.

30 Contra secundo, quia Deus per scientiam simplicis intelligentiæ cognoscit, expediens esse vt iuxta communem providentiæ supernaturalis cursum singulis hominibus tribuatur certa series auxiliõrum, siue futura sint efficacia, siue futura sint inefficacia; quam seriem Deus concederet eodem modo, quamvis per impossibile careret scientia media: nec enim providentia illa cõmunis attendit ad congruitatem vel incongruitatẽ, sed ad sufficientiam, & vim intrinsecam movendi voluntatem. Sane si per impossibile Deus careret scientia media, vel hæc nõ antecederet decretum purificandi conditionem, sub qua illa affirmat suum obiectum, vt falso affirmat Maynam t. 1. Philosophiæ sacre cap. X. prop. 6. n. 29. Deus vi voluntatis generalis salvandi omnes; in aliquibus causaret seriem auxiliõrum, eum qua re ipsa consequerentur salutem; quam seriẽ eodem modo causaret Deus, quamvis cum illa non essent re ipsa salvandi: ergo quamvis præcedat scientia media, tamen Deus illa ipsa auxilijs, quæ fert occursum naturalis rerum, ita dat, vt esset collaturus; quamvis re ipsa forent inefficacia. Ergo aliqui salvantur in vi auxiliõrum cõmensuratorum cõmuni providentiæ: ita vt non alia eis auxilijs conferantur, quam quæ conferrentur, si per impossibile Deus careret scientia media, vel illa non antecederet decretum collativum ipsorum. Ergo salvantur, quin

eis conferantur ea auxilijs vnice ex motivo cõgruitatis, & ita vt non essent conferenda, si viderentur inefficacia. Idque defendit Cardinalis de Lugo in manuscriptis de scientia, in quibus docet, ita sæpe Deum conferre auxiliõrum efficaciter, vt esset absolute collaturus, si videret inefficax; vt testatur P. Henao t. 1. de scientia media Theologicè defensata n. 1635.

31 Quod amplius vrgeo: nam providentia generalis debita Redemptioni Christi, & proportionata naturali causarum cursui postulat seriem quandam auxiliõrum pro singulis hominibus, quã seriem Deus cognoscit per scientiam simplicis intelligentiæ: & per eam dirigitur per se ad illorum collationem. Eamque seriem auxiliõrum daret, quamvis non daretur scientia media. Ergo ita dat Deus illa auxilijs cõmunia quando futura sunt efficacia, vt ratio vnica illa conferendi, non sit efficacia: ergo ita dat, vt illa dedisset, quamvis futura fuissent inefficacia.

32 Vrgetur amplius; quia si singula auxilijs congrua, quæ Deus hominibus confert, distribuit vnice ex motivo efficacitatis, & ita vt non esset collaturus, si videret fore inefficacia: ergo nullus salvatur: cõ solis auxilijs ordinarijs, quæ oriuntur ex voluntate generali salvandi omnes. Probatur consequentia; quia illa auxilijs ordinaria tribuerentur, quãvis quis cum illis prævè operaretur, & salutem æternam amitteret. Infinita enim Dei sapientia agnoscit seriem auxiliõrum, quæ propter merita Christi singulis distribuenda sint iuxta cursum naturalem causarum; quæ auxilijs expedit cõferre, siue futura sint congrua, siue non. At absurdum est asserere, neminem salvari cum auxilijs ordinarijs, quæ cõnaturaliter distribuuntur singulis, supposito decreto mittendi Christum. Ergo nõ omnia auxilijs congrua, quæ Deus hominibus confert, confert vnice ex motivo congruitatis, & ita vt non esset collaturus, si videret fore incongrua.

33 Et hanc nostram sententiam expresse tenet Cardinalis de Lugo in manuscriptis de Prædestinat. sect. 2. vbi docet, tres posse considerari ordines inter eos, qui defacto salvantur: *Primus est (inquit) eorum, quos Deus eximia quadam benevolentia eligit omnino ad gloriã independentem à medijs ordinarijs, quia Deus vult illos omnino saluare, siue per media ordinaria, siue per extraordinaria; si ordinaria non sufficiant: quæ peculiaris Dei dilectio aliquando ex ipsis effectibus colligitur; sæpe enim Deus ad salutẽ alicuius multa supra cõmunem rerum ordinem in eo contra debitum naturæ cursum operatur, quod arguit peculiaritẽ Dei affectum erga salutem illius; quam omnibus mo-*

dis vult obtinere. Alij sunt, quos Deus per scientiam conditionatam, qua cognoscit, hunc hominem cum auxilijs ordinarijs & per media ordinaria bene operaturum; eligit illum ad gloriam per hæc media ordinaria obtinendam, intendendo simul ea omnia media ordinaria, &c. Denique alius tertius ordo salvandorum considerari potest, eorum scilicet, qui saluantur, etiam per media ordinaria, sed talia, ut aliquod, vel aliqua ex illis sint peccata aliena, quæ nisi interuenirent, hic homo non saluaretur. Sæpe enim occurrit, aliquem existentem in peccato mortali, rari ad martyrium, quæ occasione habeat attonitionem de suo peccato, & salutem per martyrium, qui, nisi interueniret peccatū tyranni eum occidentis, non saluaretur. Sic etiam multi ex pueris innocentibus salvi facti sunt propter peccatum Herodis, qui alia modo salvi non fuissent. Sic etiam multis tribulatio orta ex iniurijs sibi ab aliquo illatis occasio extitit humilitatis & compunctionis, & denique suæ salutis, quam aliter non assequerentur, &c. Hæcenus Lugo. Ergo multi saluantur per auxilia ordinaria, cum quibus alij damnantur, & quæ auxilia ipsis conferrentur, quamvis cum ipsis forent male operaturi. Nam qui ita operantur cum auxilijs ordinarijs, ut si cum illis non operarentur, operaturi fuissent cum auxilijs extraordinarijs; hi pertinent ad primum ordinem eorum, qui eximie sunt dilecti à Deo; quos nimirum ita Deus decrevit salvare, ut si media ordinaria non forent efficacia, adhiberet extraordinaria & miraculosa. Ergo qui pertinent ad secundum ordinem, sunt illi, qui ita saluantur cum auxilijs ordinarijs, ut si cum illis non saluarentur, omnino perirent.

34 Et sane hæc doctrina deservit, ut nullis reprobatorum possit apparenter conqueri de Deo, quasi minus sincere, & minus serio procuraverit eius salutem: nam si conqueratur, quod Deus illum non elegerit efficaciter ad salutem: respondebit Deus, quid conquereris, nam tibi concessi tot tantaque auxilia ad salutem, quot & quanta concessi multis, qui salvati sunt cum illis solis: tibi vnicè imputa; qui noluisti cum illis operari, sicut alij operati sunt. Si autem nullus cum medijs ordinarijs saluaretur; cum aliquo apparenti colore diceret reprobi: quid miram, quod nos perierimus, & illi omnes salvati sint; quandoquidem Deus nobis dumtaxat concessit auxilia ordinaria, illis autem omnibus aliqua extraordinaria concessit. Sane si illis sola ordinaria concessisset, pariter periissent ac nos: rursus si nobis extraordinaria concessisset, pariter ad salutem perveniremus ac illi pervenerunt.

35 At contra dicta opponens, ex hostilitate sententia sequi, Prædestinatum non debere agere Deo speciales gratias præ reprobo; si quidem utrisque contulit Deus æqualia auxilia cum affectu illo salvandi omnes; unde quod vnus præ alio salutem consecutus sit, non proveniet ex eo, quod speciale beneficium Deus illi contulerit, & specialem benevolentiam erga illum exercuerit; sed ex eo, quod Prædestinatus voluit uti illis auxilijs, & reprobis noluit. Cæterum huic argumento omnes respondere debent, quia adversarij non negant, Deum potuisse eligere Prædestinatos ad gloriam post prævisa merita; quamvis defacto sentiant elegerisse ante prævisa merita. Unde Cardinalis de Lugo in manuscriptis de Prædest. sect. 2. sic statuit: Dico ergo primo loquendo de possibili, Deum utroque modo potuisse se gerere; scilicet vel eligendo Prædestinatos ante, vel non nisi post prævisa merita omnia, imo potuisse etiam dare omnem seriem auxiliorum efficacium, quibus defacto salvi fiunt, sine ulla speciali benevolentia maiori, aut peculiari affectu antecedente circa eos magis, quam circa reprobos. Hæc conclusio certa mihi est, loquendo de possibili: nam licet auxilium efficax sit medium vtilius ad salutem, quam non efficax, & Deus cognoscat illam maiorem utilitatem; potest tamen non moveri ab eo excessu ad dandum illud auxilium, sed ab alio fine: ergo potest velle dare illud auxilium præcise quia reddit hominem potentem in ordine ad suam salutem, & quatenus hoc ipsum, quod est, hominem salvari, pertinet ad gloriam Dei. Ergo potest ex eodem fine, & eodem omnino affectu dare auxilium efficax, & inefficax; tunc autem non haberet specialem affectum benevolentia erga prædestinatum. Ex quo etiam fit, multo magis posse dare auxilium illud ante omnem electionem absolutam illius hominis ad gloriam. Hæc ille. Quod ergo dixerint adversarij de prædestinatione facta in casu possibili post prævisa merita, nos respondimus de prædestinatione post prævisa merita eorum, qui salvantur cum auxilijs ordinarijs.

36 Et quidem iuxta principia Societatis accidere potest, ut è duobus habentibus auxilia gratiæ omnino æqualia, vnus cooperetur, & salvetur, alter non cooperetur, & damnetur. Quod absolute verissimum esse, luculenter probat Mainam ex sacra Familia Minorum, in egregio opere Philosophiæ sacre cap. 14. proposit. 20. Ex quo principio deducit cum P. Lessio, contingere posse, ut maius beneficium non receperit, qui cum illis auxilijs salvetur, quam ille, qui cum illis salvari noluit: siquidem ibi numer. 11. affirmat: Ne-

quidem intra providentiam ordinariã (vbi generalis est Dei affectus, ac de se ad omnes æque expositus) beneficia diuina estimanda esse ex eventu futuros, qui à nobis ita pendet, vt quod non ponatur, sola nostra sit culpa; non aliquis defectus gratiæ: sed estimanda esse ex ipsa rei præstantia & magnitudine boni, ad quod valent, & vi sua perducere apta sunt, perducerentque defacto, si non eis nostra deesset cooperatio. Nam (vt ait Lessius de Prædest. sect. 5. num. 51.) sine dubio maius beneficium fuit Vocatio Iudæ ad Apostolatam, in quo dånatus fuit, quam fuerit Vocatio multarum ad matrimonij statum, in quo saluati sunt. Nec ideo censendum est, minus esse beneficium aut ex minori donantis affectu proficisci, quod eo homo abutatur: præsertim quia Dei præscientia (de effectu non secuturo, qui nostra sola culpa secuturus non est) non magis minuit affectum Dei, quam si prorsus Deus nescisset, secuturus ne esset effectus, an non. Quatenus non ideo Deus dat eam gratiam, vt effectus non sequatur, aut quod sciat non secuturum, sed e contra eam dat sincere vt effectus sequatur, & quia scit posse reuera ex ea sequi, & defacto secuturum, si non ei homo, sua negligentia vel contumacia desit. Hæcenus ille. Quæ doctrina confirmatur ex Cyrillo lib. 11. in Ioan. cap. 21. vbi inter cætera dicit, Iudam non minus auxilij à Domino habuisse ad perseverandum, quam cæteros Apostolos, sed sua pravitate periisse.


37. Nihilominus mihi verissimum est prædestinatum speciales gratias debere Deo præ illo, qui cum auxilijs entitativè æqualibus salutem non obtinet: ac proinde assero, contingere non posse, vt Deus conferat auxilium, quod prævidet futurum congruum ad salutem Petro, quin ei maius conferat beneficium, quàm Ioanni, cui confert simile auxilium prævidens non fore efficax; tum quia dum prævidet fore efficax, non solum dat eum præscientia, sed ex præscientia, vere enim movetur ab illa scientia ad habendum hic & nunc decretum collativum auxilij congrui: quia licet illud decretum secundum se non postulet provenire à scientia congruitatis, siquidem potuit coexistere eum scientia incongruitatis; tamen ex suppositione quod existat illa scientia, postulat provenire ab illa; ac proinde Deus vere dat auxilium quia prævidet fore efficax; ly quia dicente nõ quidem motivum intrinsecum decreti, sed motivum extrinsecum, vel potius conditionem, per quam Deus constituitur in ratione dantis auxilium cum maiori inclinatione. Tunc quia tunc non solum dat Petro auxilium, sed dat etiam Petro ipsum consen-

sum salutarem in re & eum effectu: vt enim definit Tridentinum Sess. 6. cap. 16. *Deus voluit hominum esse merita, quæ sunt ipsius donata;* ac proinde ipse consensus salutaris liber, est donum Dei, quod tamen libere accipit homo, quatenus liberè cooperatur gratiæ prævenienti, & adiuvanti. Vnde Augustinus q. 1. ad Simph. *Si quæramus (inquit) an donum Dei sit bona voluntas, mirum est, si negare quis audeat.* Tum quia decretum collativum auxiliij congrui etsi secundum se non est volitio efficacis nostri consensus liberi, tamen in ratione efficacis constituitur per scientiam mediã setum realiter identificatam. Vnde auxiliium vere & proprie procedit ex propositio efficaci consensus: quod non contingit quando auxiliium prævidetur fore incongruum; tunc enim quamvis Deus serio desideret & quantum ex se velit vt ponatur consensus cum illo auxilio; non tamen absolute consensum præstet; nec absolute & simpliciter absolute vult.

38. Neque rationem beneficij minuere potest, quod Deus non moveatur ab efficacia auxiliij ad illud conferendum, sed vnice à sua bonitate; quia vere & proprie vult totam utilitatem auxiliij Petro, & vult vt auxilium existat propter illam, eamque efficaciter intendit vere & proprie, sicut vere & proprie facit vt Petrus efficiat consensum salutarem medio auxilio non connexo cum consensu; idque nõ minus propriè quam id facit in sententiã Thomistarum media prædeterminatione. Quare quenadmodum in sententiã Societatis nõ minus beneficus est Deus erga Petrum dum per auxilium ex se non connexum infallibiliter cū consensu, & solum connexum extrinsecè ratione scientiæ mediæ, facit vt Petrus eliciat consensum salutarem, quam si id faceret per auxilium essentialiter connexum: ita nõ minus beneficus est erga Petrum, dum per decretum suapte natura non connexum, sed solum connexum ratione scientiæ mediæ, vult efficaciter vt Petrus consentiat, quam si hoc vellet per decretum ex se connexum cum consensu.

39. Sed hæc magis explicabuntur infra, dum agamus de directione scientiæ mediæ, ibi enim explicabimus quomodo possit crescere beneficium, quamvis physice non crescat affectus dantis donum.

* * *



SECTIO QUARTA.

*Quo pacto nobilis Recentior componat
cum voluntate generali, quam Deus habet
saluandi omnes; quod nullas de facto
saluus fiat, nisi antecedenter
electus.*

40 **P**ERSPICACIS & clarissimi ingenij è nostris Recentior, & in nostro Valis-Oletano Collegio Primarius in tractatu de Prædestinatione disput. 6. cap. 5. omnium optimè, illam difficultatem dissolvere tentat. Respondet ergò: *Licet Deus velit omnes homines saluos fieri, & ex hac intentione omnibus præparet media sufficientia; tamen ijs, quibus de facto confert auxilia, quæ præuisa sunt efficacia, tribuere illa ex amore efficaci salutis, quia amare, & ponere media efficacia in ordine ad finem, maxime vero ubi amor est comprehensiuus, & prosequens omnem bonitatem in medio præuisam, uti est amor diuinus, est amare efficaciter, seu infallibili connexione ipsum finem: alijs autem, quos non perseueraturos prævidit, auxilia cõferre cum inefficaci tantum intentione salutis; eadem tamen auxilia proculdubio collaturum, si efficacia præuiderentur, & tunc quidem efficaciter intendendo. Ex his vero sequitur, neminem ex antecedenter non electis saluandum: non quia Deus eos positiuè reprobet ante peccata absolutè præuisa, aut de industria quærat auxilia in efficacia; sed quia si ipsis, ut possunt, sub auxilijs sibi præstitis rectè essent operaturi, hoc Deus præuidisset ante auxiliorum collationem per scientiam mediam, & eadem media præstaret voluntate electiuâ, & præfinitiuâ perseuerantiæ finalis; quoties enim tribuit auxilia efficacia ad salutem, tribuit ipsa ex amore efficaci: unde nulla potest esse maior difficultas in eo, quod nullus saluetur præter antecedenter electos, quam in eo quod nemo perseueret, nisi per media gratiæ, quæ præuisa sunt futura efficacia ad perseuerandũ.*

Hinc negat, Deum antè voluntatè auxiliorum præparativam hos eligere, alios autem negligere aut reprobare, & deinde electis quæreret auxilia cõgrua, ut electioni respondeant, & non electis incongrua, ne aliquis eorum saluetur; sed dum omnibus præparat auxilia gratiæ ex sincero amore salutis, & sine ullo affectu procurante peccatum, eligere efficaciter omnes, quos sub ijs auxilijs finaliter perseueraturos prævidit, & reliquos sinere excidere à gloriâ, quorum finalis perseuerantia

præscita non est. Unde nihil mirum, quod nullus præter electos gratiam congruam sortiatur, & saluetur, etiam si Deus non feligat auxilia inefficacia ex certo consilio; quandoquidem eos tantũ eligere desinit, quos nõ perseueraturos prævidit sub hac auxiliorum distributione, quæ nihil supponit, vi cuius damnationis procurativa esse debeat, sed potius oritur ex sincera intentione salutis omnium.

42 Quod si ei obijcias, nisi Deus feligat non electis auxilia inefficacia ex certo consilio, impossibile moraliter esse, ut nemo prorsus ex tanta multitudine gratiam congruam sortiatur, & saluetur; repugnat enim in magna multitudine agentium liberorum convenire omnes in agendo vniformiter bene vel male; nisi id sit aliqua speciali providentia provisum. Cum ergo ex tam immensa hominum multitudine, qui non sunt antecedenter electi, nemo salvetur, signum est, Deum de industria fecisse, ut nulli eorum obtingeret gratia congrua ad perseuerandum finaliter. Si hoc, inquam, obijcias; respondet, verum id quidem esse, si sumatur aliqua multitudo seorsim, & per se existens; secus vero, si ad mixta sit multitudini aliorum diverso modo operantium: In præsentia autem reprobos admixtos esse cum electis, & non perseuerantes cum alijs perseuerantibus. Quare nihil mirum esse, quod omnes reprobi sortiuntur auxilia inefficacia sine speciali Dei consilio: non enim hi sunt omnes Angeli, aut omnes homines; sed pars quædam illorum. Sic est moraliter impossibile collectionem omnium venialium vitare, aut frustrare eventum collectionem omnium auxiliorum cœlestium; & tamen intermixtis vicibus potest qui vitare innumera peccata venialia, scilicet committendo alia plura, aut frustrare innumera auxilia, cooperando aliquibus alijs.

43 Quod si obijcias iterum: si in Deo non esset præscientia conditionata, qua sciret, quæ gratia sit caritura effectu, si detur; & sic distribueret gratias verè sufficientes cum desiderio cooperationis humanæ; nemo dubitaret, quin in plurimis essent habituræ effectum, & homines essent cooperaturi, & futuri salvi: ergo quod nemo eorum, qui non sunt antecedenter electi, cooperetur, provenit ex eo, quod Deus de industria gratias incongruas pro illis eligat. Quia in tanta multitudine idem semper aut omnibus contingere non potest certò & infallibiliter, nisi vel naturali necessitate eveniat, vel ex directione alicuius causæ liberæ, sic res disponentis consilio certo & arte infallibili. Cum ergo, quod tot non electis, solis, & omnibus obvenerint media in congrua, non fuerit ex naturali rerum necessitate;

Consequens est, ut fuerit ex libera Dei directione & industria. Si hoc, inquam, obijcias, respondet, concessio antecedenti, negando consequentiam: quia in antecedenti sumitur collectio omnium hominum: in consequenti vero segregatur collectio illorum, qui non sunt antecedenter electi: quoniam sub hac auxiliorum serie, quæ solum dari oportuit, præcisi sunt per scientiam mediam non perseveraturi. Itaque fatemur, inquit, si in Deo non esset præscientia conditio nata, quæ sciret eventum gratiæ futurum, & sic distribueret gratias verè sufficientes cum desiderio cooperationis humanæ, plures absdubio esse cooperaturos, ut de facto contingit; cæterum nemo eorum, qui de facto non perseverant, esset tunc perseveraturus: quia eadem omnino auxilia accepturi essent illi omnes, quæ modo accipiunt; cum Deus non seligat de industria auxilia inefficacia, & consequenter idem omnino effectus in illis sequeretur, non naturali necessitate, aut peculiari Dei consilio. Hæcenus laudatus Recentior, qui dilucidè & perspicue sententiâ P. Suarez, explicuit; licet nõ eodè modo illa defendat ac Eximius Doctor: nam Eximius Doctor ante voluntatem distribuendæ Prædestinatis seriem illam auxiliorum, cum quibus de facto salvantur, asserit præcedere intentionem efficacem gloriæ; hic vero Recentior nõ distinguit virtualiter intentionem suam ab electione mediorum.

44 Sed quamquam solutio illa speciosa sit, satisfacere non potest: nam iuxta illam nõ datur in Deo voluntas generalis salvandi omnes, quæ sit communis Prædestinatis & reprobis; sed datur vna voluntas pro solis reprobis, & alia pro solis Prædestinatis: siquidem per te voluntas conferens Prædestinatis auxilia efficacia ad salutem amat illa, quatenus efficacia, & per consequens ex se est efficaciter intentiva finis, & cum eius consecutione essentialiter connexa. At voluntas conferens auxilia reprobis, amat illa quatenus sufficientia ad salutem: & est intentio re ipsa inefficax finis. Ergo distinguuntur virtualiter. Ergo Recentior ille non dat voluntatem aliquam singularem salvandi omnes, quæ sit communis Prædestinatis & reprobis. Hoc autem est contra communem sententiam Patrum & Theologorum, ut constat ex §. 2.

45 Quod si dixerit, illa auxilia ordinaria, quæ in aliquibus sunt congrua ad salutem, dari per electionem antecedentem gratuitam amantem illa auxilia quatenus efficacia, & aliud de admittat voluntatem generalem communem Prædestinatis & reprobis; necesse est, ut dicat, dari illa auxilia per duplicem voluntatem, tum per voluntatem generalem salvandi

omnes; tum per voluntatem specialem eligentem absolute illos, qui prævisi sunt bene operaturi, & vsque in finem perseveraturi per auxilia ordinaria. Hoc autem non componitur cum doctrina communi Doctorum adstruentium illam electionem absolutam: qui docent, Deum ex vi illius ita conferre auxilia congrua, ut non esset collaturus si videret incongrua. nam cum voluntas generalis non amet illa auxilia quatenus congrua, sed quatenus sufficientia; ita Deus per illam voluntatem confert eiusmodi auxilia, ut ea esset collaturus, quamvis videret inefficacia. implicat autem Deum simul & semel conferre eadem auxilia per duplicem voluntatem, quarum vna probet, ea fuisse conferenda, quamvis viderentur inefficacia; alia vero probet, non fuisse conferenda, si viderentur inefficacia. Quod si prædictus Recentior dixerit, se solum contendere, Deum conferre illa auxilia per voluntatem amantem illa, quatenus efficacia, & consequenter conexam essentialiter cum perseverantia finali, & salvatione; cum hoc autem rectè componi, quod illa eadem auxilia forent conferenda vi voluntatis generalis, quamvis præviderentur inefficacia: si hoc inquam, dixerit, cogitur admittere, non omnes antecedenter electos fuisse eodem modo & electione æque benevola: nam cum multis ita Deus conferat auxilia, ut non esset collaturus, si prævidisset fore inefficacia: ijs vero qui salvantur per auxilia ordinaria, ita conferat, ut esset collaturus, quamvis videret inefficacia: sane si hi sunt etiam antecedenter electi, duplex electio antecedens ab eo assignari debet. Frustraque dicitur antecedenter elegi illum, cui ita conferuntur auxilia congrua ad salutem, ut eademmet essent conferenda, quamvis viderentur incongrua. iste enim non plus amatur quam ille, cui per voluntatem generalem conferuntur auxilia, quæ prævisa sunt efficacia.

46 Quod explicatur & confirmatur. nam vi voluntatis generalis eademmet auxilia conferret Deus Prædestinatis & reprobis, quamvis per impossibile ea conferret non præluente scientia media seu non existente. Et cû illis auxilijs aliqui tunc salvarentur, & multo plures non salvarentur. Et eademmet auxilia, quæ tunc conferret, confert nunc præluente & dirigente scientia media. Ergo ita illa confert, ut esset collaturus eodem modo, quamvis plura, vel omnia viderentur inefficacia: quia Deus in distribuendis auxilijs vi voluntatis generalis non attendit ad congruitatem provenientem ex cooperatione libera voluntatis creatæ, sed ea confert secundum varias occasiones, & opportunitates, quæ se offerunt, &

variam hominum capacitatem, & varios perfectionis & gloriæ gradus, ad quos cupit homines evehere. Quemadmodum in gratijs suis Angelicæ naturæ conferendis non consideravit Deus, quænam essent habituræ effectum quænam non; nec hac consideratione, & veluti regula in illis distribuendis est usus; sed illas distribuit accommodatè naturalibus, prout gradus cuiusque naturæ congruebat: prout enim quisque erat præstantioris naturæ, eo quoque gratiæ dona collata sunt ei præstantiora; ut gratia corresponderet naturæ; prout docet D. Thomas 1. p. q. 66. art. 6. & passim cum illo Doctores. Ergo singula auxilia congrua, quæ conferuntur vi voluntatis generalis, ita conferuntur, ut essent pariter conferenda, quamvis præviderentur incongrua. Ergo omnia auxilia ordinaria, quæ Deus conferret vi voluntatis generalis si per impossibile careret scientia media, confert nunc vi voluntatis generalis, quamvis præcedat scientia media. At tunc conferret vi voluntatis generalis aliqua auxilia congrua ad salutem: ergo etiam confert nunc. Rursus tunc ita conferret illa auxilia congrua, ut esset eodem modo collaturus, quamvis videret incongrua. Ergo pariter nunc ea auxilia ordinaria ita confert, ut esset eodem modo collaturus, quamvis videret incongrua. Ergo non confert per præfinitionem antecedentem intendentem efficaciter operationem rectam, & perseverantiam in gratia: nam auxilia collata per eiusmodi intentionem seliguntur de industria, & non conferrentur, si prævisa fuissent incongrua.

47. Præterea impugno eam doctrinam. Retentior ille expressè affirmat, in sua sententiâ electione ad gloriâ non esse priorem voluntate præparativa auxiliorum efficacium ad perseverantiam finalem, sed virtualiter cum illa identificatam, indeque probat, Deum ex amore efficaci salutis tribuere auxilia congrua ad perseverandum: *Quia amare & ponere media efficaciam in ordine ad finem, maxime verò ubi amor comprehensivus est, & prosequens omnem bonitatem in medio prævisam, ut est amor divinus, est amare efficaciter, seu infallibili connectione ipsum finem.* Vnde inferitur quod sicut in eius sententiâ Deus confert media efficaciam ad salutem, quin ante electionem mediæ præcedat intentio absoluta efficaciam finis; ita confert Deus auxilium efficaciam ad ultimum actum liberum, quo iustus in gratia perseverat, quin præcedat priori intentioni efficaciam & absoluta illius actus liberi, seu quin præcedat præfinitio efficaciam. Hoc autem posito, non potest probari, Deum conferentem auxilium efficaciam ad ultimum actum liberum perseverantiam;

motu à congruitate auxilij prævisi per scientiam mediâ ad illud conferendum; quia eatenus Deus eligeret auxilium quia efficaciam, non electurus si videret fore inefficax; quatenus antecedenter intenderet efficaciter operationem liberam honestam, cuius consecutio essentialiter prærequirit auxilium congruum: si enim antecedenter intenderet solum per simplicem affectum illum finem, sat esset quod eligeret medium sufficiens, & non cogere retur vi intentionis ad conferendum medium efficaciam. Ergo ut dicatur Deum eligentem auxilium congruum ad perseverandum amare efficaciter per illam electionem amore formali ex se connexo cum fine perseverantiam dici deberet, ante illam electionem intendisse efficaciter perseverantiam. Cum ergo hoc nō dicit hic Author; sane in eius sententiâ voluntas collativa auxilij congrui solū per scientiam mediâ constituitur efficaciam, & connexa infallibiliter cum fine ad modum quo ipsum auxilium constituitur in ratione congrui & infallibiliter habituri effectum per scientiam mediâ.

48. Ulterius, si Deum amare auxilium efficaciam ad salutem, ex terminis est Deum eligere ad salutem electione ex se efficaci, & connexa cum salute; sequitur, electionem efficaciam absolutam esse essentialiter prærequiritam ad salutem; sicut auxilium efficaciam est essentialiter requisitum ad perseverandum. Sequela autem est absurda; primo, quia reprobis habet potestatem proximam antecedentem ut salvetur, & non habet potestatem proximam ut eligatur electione illa absoluta, ut enim ait Eximius Doctor lib. 1. de Prædest. cap. 8. n. 48. talis electio nec datur, nec est in reprobis potestate, cum sit à solo arbitrio Dei, sine merito, vel dispositione libera hominis. Secundo, quia, ut supra dicebat Cardinalis de Lugo, certum est, potuisse Deum eligere Prædestinatos post prævisa merita. Tertio, quia alioqui ex vi voluntatis generalis nec de potentia absoluta potuisset Deus conferre alicui auxilium efficaciam ad perseverandum, ac proinde voluntas illa generalis foret ex se incapax exequendi auxilium congruum, nisi superveniat nova voluntas ex se absoluta & efficaciam; ac proinde non foret de se sufficiens ad salutem, sicut auxilium indifferens non foret verè sufficiens ad operandum; si non posset pervenire ad operationem, nisi superadderetur aliud auxilium præveniens ex se connexum operationi, ut statuit Societatis schola contra Prædeterminatores. Quare sicut certum est, voluntatem nostram posse reddere efficaciam auxilium sufficiens, quo impellitur ad agendum, & cooperando illi; ita certum est posse

se reddere efficacem illam Dei intentionem, qua serio procurat & quantum est ex se desiderat nostrum consensum salutarem, dum nobis confert auxilium sufficiens; posse, inquam, illam reddere efficacem, efficiendo scilicet ut obtrineat finē intentum. Quarto, quia Deus potuit habere decretum efficax non eligendi illum hominem efficaciter ad gloriam, nisi post prævisa merita; ut nostri Doctores affirmant cum Eximio Doctore; & tamen habere voluntatem generalem conditionatam salvandi omnes, vi cuius omnibus tribueret auxilia sufficientissima ad salutem; tunc autem aliqui salvarentur, alioqui ipsa voluntas generalis ex se esset incapax coniungi immediate cum auxilio congruo, & solum ex illa posset immediate oriri incongruum; ac proinde vi illius cogere Deus seligere de industria auxilia incongrua, si nollet aliquem antecederet eligere; ut certe potuit.

49 Neque ex eo quod Deus amore comprehensivo amet media efficaciam ad salutem, eaque illo amore & decreto conferat, sequitur illum amorem esse ex se ab intrinseco efficacem, & essentialiter connexum cum salutis consecutione: tum quia, ut nuper probabam, potest conferre per decretum ex se coniungibile cum carentia salutis, seu cum damnatione, quale est decretum generale; & tamen illud decretum esset amor comprehensivus auxilij congrui, seu medij efficacis ad salutem; nihil enim esset in illo auxilio, quod non amaretur, nam entitas auxilij, & sufficientia ipsi essentialis amaretur efficaciter, siquidem ad eius existentiam determinaret; efficaciam vero amaret quidem serio & quantum est ex se, non tamen omnino absolute; quia enim illa efficacia dependet à cooperatione arbitrij creati, ad quam cooperationem non determinat decretum, non est caput, unde proberetur, quod eam amet efficaciter. Tum quia aliud est, Deum amare efficaciam auxilij, aliud est Deum moveri ab illa efficacia ad eam amandam. Primum requiritur ad amandum comprehensive auxilium efficax; secundum vero non requiritur: quia Deus vnicè motus à sua bonitate increata potest concipere decretum dandi homini auxilium, quod prævidit fore efficax; quod decretum amaret comprehensive auxilium, & tamen non amaret efficaciter ratione sui præcisè efficaciam prævisam. non enim est necesse ut omnè decretum collativum auxilij, quod prævidetur fore efficax, amet efficaciter ex se efficaciam auxilij, sicut amat eius entitatem. Et sanè cum iuxta veram sententiam, quam probavi tom. 1. disp. 34. divina voluntas non moveatur à bonitate creata (ut enim inquit D. Thom. *Deus vult hoc*

esse propter hoc non tamen propter hoc vult hoc. Vnde quamvis Deus velit auxilium esse propter operationem nostram, & ad illam obtinendam à nobis, illud conferat; non tamen propter operationem tanquam motivum & finem sui actus vult auxilium) non potest probari decretum collativum auxilij efficacis amare illud quatenus efficax, nimirum per tendentiam affectivam, essentialiter connexam cum efficaciam prævisam, nisi supponatur priori Deum intendisse efficaciter operationem liberam creaturæ, ad quam obtinendam est medium illud auxilium: hoc autem non supponitur, imò negatur ab adversario; neque potest supponi; nisi dicamus, præfinitiones formales nostrorum actu liberorum ex se cum illis conexas, necessarias esse ad ipsorum existentiam. Hoc autem falsissimum esse, infra latè patebit, cum impugnaverimus illas præfinitiones necessarias: ergo nullo argumento satis probatur, Deum conferentem auxilium efficacem ad perseverandum intendere formaliter affectu absoluto, & efficaci salutem; sed solum virtualiter, modo à nobis exposito sect. 1. Quare licet responsio prælaudati Recentioris infringat vim argumentorum, quæ contra electionem illam antecedentem opponit P. Martinon disp. 19. sect. 5. à n. 58. nostram tamen probationem non enervat.

SECTIO QUINTA:

Inferitur ex dictis, falsam esse sententiam; afferentem, Deum non habere voluntatem virtualiter indivisibilem, salvandi omnes homines, nullo exceptio.

30 **H**ANC Sententiam defendit Aversa 1. p. q. 23. sect. 3. affirmans, Deum velle quidem omnes homines salvos fieri, non tamen per vnicam virtualiter indivisibilem voluntatem, sed per duplicem; quatenus erga Prædestinatos habet voluntatem efficacem antecedentem absolutam; erga reprobos vero solum conditionatam, & inefficacem: quod sufficit ut verè dicatur velle omnes homines salvos fieri. Ex dictis tamen constat Deum habere voluntatem antecedentem dandi omnibus hominibus nullo exceptio auxilia illa, quæ ordo connaturalis, & commensuratus occursum carviarum exposcit: eaque conferret, si per impossibile careret scientia media: nam in illis distribuendis vi providentiæ communis & generalis & debitæ ordini gratiæ, non attendit ad effectum, quem sunt habitura, sed ad ipsorum entitatem & vim

movendi proportionatam causis naturalibus excitantibus. Vnde sicut pro casu, in quo per impossibile careret scientiâ mediâ, vi illius voluntatis tribueret aliquibus auxilia congrua ad salutem: ita illa tribuit nunc, quamvis præcedat scientiâ mediâ. Deus enim per scientiam simplicis intelligentiæ cognoscit certam seriem auxiliorum pro singulis hominibus, quam expedit ipsis conferre: & hanc seriem singulis dat, sive sit habitura effectum, sive non. Vnde ijs etiam, in quibus habitura est effectum, ita illam dat, ut foret collaturus, quâvis non esset habitura in illis effectum. Ergo non dat auxilia illa ordinaria, debita secundum regularem ordinem providentiæ supernaturalis, per electionem specialem absolute ex se efficacem: per hanc enim ita conferuntur auxilia efficacia ad salutem, ut nullatenus essent conferenda, si præviderentur inefficacia. Frustraque, & sine vlllo fundamento dicitur, Deum aliquos eligere efficaciter ad gloriam ante absolutam prævisionem meritorum, si decernit, illis duntaxat conferre auxilia ordinaria, quæ eodem modo conferrentur, quamvis prævisa fuissent inefficacia. Quod eum conferat per volitionem essentialiter connexam cum meritis, eo quod supponat essentialiter scientiam mediâ, nihil auget affectum divinum; si auxilia illa erant absolute conferenda, quâvis forent inefficacia: nam seclusa connexionione essentiali, Deus per volitionem non connexam cum meritis, verè & propriè amat efficaciter merita, quando confert auxilium in ijs circumstantijs, in quibus prævidet fore efficax; præsertim cum conferat ex directione scientiæ mediæ; quæ licet non præsupponatur essentialiter à decreto; ex suppositione tamen quod semel existat in Deo, nequit Deus concipere decretum conferendi auxilium, quin ad illud habendum impellat illa scientiâ.

51 Quod si adversarius contendat Deum conferentem auxilia ordinaria, quæ prævidet fore efficacia ad salutem, hoc ipso intendere efficaciter salutem, quamvis auxilia illa hoc ipso quod ordinaria sint, forent absolute conferenda, quamvis præviderentur inefficacia: cogitur fateri, Deum intendere efficaciter salutem, quin vi huius intentionis cogatur feligere de industria auxilia efficacia ad illum finem: quandoquidem solum cogitur largiri ea ipsa auxilia, quæ absolute largiretur, quamvis forent inefficacia. Vnde cogitur admittere duplicem electionem antecedentem absolutam ad gloriam; alteram ita conferentem auxilia congrua, ut absolute essent conferenda, quâvis apparerent incongrua: alteram conferentem ita auxilia congrua, ut nullo modo

essent conferenda, si viderentur incongrua: unde multis Prædestinatis non feliget Deus de industria auxilia congrua, sed ea confert, quæ fert occurfus naturalis rerum: quod tamè alienum est à mente assertorum electionis absolute antecedentis; qui constantè docent, vi illius Deum de industria feligere auxilia congrua, minimè collaturus, si videret fore incongrua.

SECTIO SEXTA.

De lege ordinaria Deus non eligit efficaciter ad gloriam, nisi post prævisa merita.

52 **Q**UAE Hucusque diximus, solum probant aliquos salvari ex vi voluntatis generalis; ac proinde non omnes Prædestinatos fuisse efficaciter absolute electos ad gloriam ut coronam ante absolutam prævisionem meritum. Certum tamen est multos esse, qui non salvantur vi illius voluntatis generalis: quia multi sunt, de quibus Deus prævidet non salvandos, si ipsis tonderet duntaxat auxilia ordinaria: & tamen eos misericorditer elegit efficaciter ad gloriam, eis feligendo de industria auxilia multæ extraordinaria, cum quibus prævidet eos re- & operaturos, & vsque in finem perseveraturos, videns enim Deus paucos admodum esse, qui cum auxilijs ordinarijs gratiæ salutem consecuturi sunt: & sciens conveniens esse, ut numerus Prædestinatorum maior sit; & penetrans quisnam determinatè numerus Prædestinatorum convenientius adderetur exiguo illi numero eorum, qui salvandi prævidebantur per auxilia ordinaria; illum numerum efficaciter elegit ad gloriam ut coronam; decernens pluribus alijs conferre certam auxiliorum seriem extraordinariam, cum quibus prævidet eos salvandos, & quæ magis congruebat ipsorum indoli, & genio. Probabilius autem mihi est, hanc seriem non contulisse ex intentione absoluta efficaci salvandi illos; sed ortum immediatè traxisse decretum conferendi illam seriem auxiliorum ex cognitione, qua Deus cognoscebat expediens esse, & ad manifestanda divina attributa convenientius, quod numerus salvandorum esset tantus, quantus de facto decretus est. Quamvis enim Deus voluntate antecedenti velit omnes homines salvos fieri per auxilia ordinaria, quæ illis dare decrevit; non vult tamen omnes salvos fieri per quæcumque auxilia: sed supposito, quod videat per scientiam mediâ, per auxilia ordinaria paucos esse salvandos, decernit salvare alium certum numerum per auxilia specialia, quæ ex vi providentiæ communis non debentur: quia non

non expedit hæc auxilia omnibus concedere: ac proinde per hanc providentiam specialem non vult omnes homines salvos fieri: vnde ex illa suppositione est certus numerus electorum in divino decreto: quia novit Dominus, quod ad maiorem suam gloriam expedit conferre auxilia specialia & extraordinaria: certo cui-dam numero hominum, illaque seligere, quæ habitura fiet effectum.

53 Probabilius itaque iudico, sine intentione prævia absoluta dandi gloriam illis Prædestinatis specialiter electis, decrevisse illis conferre quædam auxilia specialia, quæ prævidebat fore congrua. an autem per hanc ipsam electionem auxiliorum specialium, quæ minimè contulisset, si prævidisset fore inefficacia, amaverit illa auxilia quatenus efficacia & infallibiliter connexa cum salute, dicantur postea.

Nunc autem probatur nostra assertio. Nam Deus in hac providentia omnibus hominibus promittit vitam æternam sub conditione quod præcepta observent, & decedant in gratia: eisdemque cominatur æternam mortem sub conditione quod præcepta transgrediantur, & decedant sine penitentia, ut constat ex Scripturis, & ex Tridentino sel. 6. cap. 20. ubi docet, promissiones vitæ æternæ esse conditionatas, & semper tacitam vel expressam continere hypotesin, nimirum, si omnia mandata servaveris; si perseveraveris. Ergo etiam voluntas, quæ nobis vult vitam æternam ante prævisionem perseverantiæ est conditionata: probatur consequentia, quia promissio conditionata vel complet, vel supponit voluntatem conditionatam: ergo Deus de lege ordinaria habet voluntatem conditionatam dandi gloriam hominibus sub conditione perseverantiæ finalis: ergo nequit habere voluntatem absolutam dandi gloriam alicui, nisi ex suppositione quod videat eius perseverantiam. Non enim stat Deum habere voluntatem conditionatam circa aliquod obiectum, & simul habere voluntatem absolutam circa idem obiectum antequam videat positam conditionem.

54 Quod explicatur, à paritate. Nam si Rex proponeret aliquod præmium bene certantibus eâ lege, ut nullus eo potiretur, nisi qui victor evaderet, nunquam decerneret alicui conferre præmium illud, quamvis eum amaret, & præmium ei desideraret, antequam victorem videret; licet posset ei meliora arma, aptioremque equum tribuere, specialiterque ipsi victoriam optare. Cum ergo Deus vitam æternam omnibus hominibus proponat ut coronam solum conferendam legitimè certantibus, non poterit alicui eam absolute de-

cernere, donec illum legitimè certantem, hoc est usque in finem perseverantem, videat; licet ei possit vberiora conferre auxilia, ardentiusque victoriam desiderare. Nam ut inquit P. Less. disp. de Prædest. sect. 5. n. 59. *Ordinatissime volens aliquod bonum in modum præmiij & mercedis, non statuit illud alicui concedere, donec videat eius meritum.* Quod etiam optime explicat P. Molina r. p. q. 23. art. 4. & 5. disp. 1. memb. 7. 5. *ad fundamentum*, pag. mihi 334. dicens: *Eum, qui vult quidem finem, non tamen suum; sed alterius, cui illum vult tanquam præmium & sub conditione, si ad illum per propria merita, gratia tamen innixa, per venire voluerit, non prius velle alicui voluntate absoluta præmium, quam prævideat futura, veli: que eidem voluntate absoluta media, quibus ad finem perveniet: beatitudo autem non est finis Dei, sed est creaturarum rationalium finis; ac præmium per propria merita, cooperante gratia, ex ordinatione divina obtinendum, iuxta illud Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Ut innumera alia sacra Scripturæ testimonia omittam. Quare neque prius vult Deus nobis voluntate absoluta finem quam media, neque prius prævidet nos habituros finem, quam prævideat habituros media. Exemplum habemus accommodatum in eo, qui conducit operarium. Denarius enim diurnus non est finis patris familias conducentis, sed est finis ac præmium laborum operarij conducti: cum vero pater familias nō velit illi finem & præmium, nisi dependenter ab opera, quam ille præstiturus est, non prius illi voluntate absoluta vult, vel absolute videt adepturum præmium, quam videat laboraturum.*

55 Dices, hoc argumentum rectè probate, quod non præcedat in Deo intentio absoluta & efficax gloriæ ut coronæ pro priori ad voluntatem efficacem dandi auxilium congruum ad perseverandum: cæterum ipsam voluntatem dandi auxilium ad perseverandum, esse voluntatem absolutam dandi gloriam; quia amat auxilium illud quatenus efficax ad gloriam. Vnde iam voluntas efficax dandi gloriam non erit post prævisionem absolutam meritorum. Respondetur, ad summum voluntatem collativam auxilij ad perseverandum amare illud quatenus efficax ad perseverandum; non tamè quatenus efficax ad gloriam: cum enim Deus habeat voluntatem efficacem dandi gloriam sub conditione quod homo perseveret, per hoc decretum imponit sibi necessitatem non habendi decretum absolutum conferendi gloriam quovisque videat hominem perseveran-

tem in gratia. Vnde de decretum conferendi hoc
nisi donum perseverantiae non est decretum
conferendi gloriam nisi illud decretum, si
nisi cum Decreto conditionato dandi gloriam
sub conditione perseverantiae, inferat decre-
tum dandi gloriam propter meritum.

156. Respondeo secundo, voluntatem colla-
tivarum auxilij congrui ad perseverandum non
amare illud auxilium quatenus congruum quia
ut motum amandi sit ipsa congruitas: ut enim
ita amaret, deberet voluntas illa oriri ex in-
tentione absoluta dandi donum perseveran-
tiae, & dandi gloriam: ille enim qui amat me-
dium quatenus efficax ad finem,ideo sic amat,
quia electio illa oritur ex intentione efficaciter
fuit. Deus autem proprius ad decretum dan-
di auxilium congruum ad perseverandum, non
habet intentionem absolutam, & efficacem
circa perseverantiam, & circa gloriam: ut su-
ponit respondens, & nos infra probabimus
disp. ostendentes repugnare Deo inten-
tionem formalem omnino absolutam, & effi-
cax circa nostros actus liberos. Quare mo-
tivum intrinsecum voluntatis conferentis au-
xilium congruum ad perseverandum non est
congruitas auxilij, sed divina bonitas, qua
Deum movet ad conferenda auxilia specialia
ad perseverandum, ut sic augetur numerus
eorum qui per auxilia ordinaria salvandi sunt,
& compleatur numerus salvandorum, quem
Deus videt esse magis convenientem, & in
quo specialiter complacet. Verum quidem est,
quod illud auxilium non conferretur, si foret
incongruum ad perseverandum: & quod Deus
de industria illud selegit, aliud selecturus, si
illud non foret efficax: hoc autem solum pro-
bat congruitatem praeviam per seientiam
mediam esse conditionem, sine qua divina boni-
tas non moveret ad collationem illius auxilij.

157. Quod confirmatur & explicatur: quia
cum auxilium non conducat ad consecutio-
nem gloriae, nisi mediante perseverantia libe-
ra ipsi Praedestitatis: nonquit Deus amare illud
auxilium, ut efficax ad salutem, nisi illud amet
ut efficax ad perseverantiam: ac proinde nisi
intendat efficaciter perseverantiam ut conne-
xam cum salute. Quare, si ante collationem
auxilij non praecedat intentio absoluta per-
severantiae, & intentio absoluta & efficax sa-
lutis, non amabit Deus illud auxilium ut con-
nexum cum salute. At intentio illa absoluta
& efficax salutis anteverrens collationem au-
xilij non componitur cum voluntate condi-
tionata dandi gloriam sub conditione perse-
verantiae: ergo neque cum hac voluntate condi-
tionata opponitur quod Deus det auxilium
ad perseverandum per voluntatem aman-
tem absolute efficaciter salutem.

158. Argumento praeterea, quia si Deus
eligit homines absolute efficaciter ad gloriam
ante absolutam praevisionem meritorum: tamen
ex illa intentione oriuntur omnia media, quae
de facto influunt in consecutionem salutis: ut
quae promissiones divinae conditionatae dant
gloriam homini si observaverit praecipia di-
vina, & perseveraverit in & imitatio amissionis
regni, & aeternae damnationis si incurtenda, &
caeriolaverit, & sine poenitentia decesserit,
sunt media, quae de facto influunt in omnium
adulterium salutem: si quidem illi, efficaciter
moveretur ad fugienda peccata, & observanda
praecipia, quia certa fide credit aeternam unde
cedem repositam esse bene operantibus, &
perseverantibus, & aeternam poenam servatam
esse transgressoribus. Ergo si Deus eligit ho-
mines ad gloriam ante praevisionem absolutam
meritorum, ex illa electione absoluta oriuntur
promissiones illae, & comminationes condi-
tionatae. Atqui impossibile est, ut ex decreto
absoluto & efficaci dandi Petro, v.g. gloriam
oriatur seria comminatio privandi Petrum
gloria sub conditione quod peccet, & impen-
nitens decedat: cum enim absoluta & efficaci
intentio dandi Petro gloriam, ut coronam
reddat impossibilem imperseverantiam seu im-
poenitentiam finalem, reddit vanam & delu-
soriam comminationem poenae aeternae sub con-
ditione illa: comminatio enim poenae nequit
oriri ex voluntate reddente impossibilem pu-
rificationem conditionis, sub qua poena Deus
comminatur. Ergo Deus non eligit efficaci-
ter homines ad gloriam ante praevisionem ab-
solutam meritorum.

Confirmatur, quia ut inquit P. Les-
sius disp. de Praedest. sect. 2. num. 12. in solent
plane est inter homines, id sub conditione
promittere, quod iam voluntate absoluta de-
creverunt. Vnde cum de rebus divinis non
possimus iudicare nisi ex analogia rerum hu-
manarum, recte ex modo promittendi gloriam
sub conditione observationis mandatorum, &
perseverantiae, colligimus non esse in Deo ele-
ctionem absolutam ad gloriam ante praevisionem
meritorum.

59. Nobilis Recentior agnoscens delu-
soriam fore comminationem conditionatam
poenae aeternae, quae supponeret electionem ab-
solutam ad gloriam ante absolutam praevisionem
meritorum, ut vim huius argumenti de-
clinat, respondet, promissiones & commina-
tiones conditionatas non supponere, sed an-
tecedere illam electionem: censet enim illas
comminationes oriri ex voluntate generali
salvandi omnes sub conditione observantiae
praecipiorum & perseverantiae, & damnandi
sub conditione transgressionis praecipiorum,

& impenitentia finalis. Verum hoc effugium præoccupatum manet. nam in sententia dante illam electionem, omnia media, quæ re ipsa influunt in finis consecutionem, oriuntur ex efficaci & absoluta eius intentione. Ergo cum promissiones æterni præmij, & minæ æterni supplicij sint média influentia in finis consecutionem, multi enim re ipsa salvantur, quia infernū sibi inferendum, si male agant, firmiter credunt, & gloriam conferendam, si recte vivant: ergo in Prædestinatis oriuntur promissiones præmij, & minæ supplicij ex electione absoluta, seu intentione antecedenti gloriæ, si illa datur.

60 Et sane Recentiores asserentes ante decretum conferendi eam seriem auxiliorum, cum quibus homo prævidetur salutem obtenturus, non præcedere intentionem absolutam & efficacem gloriæ ut coronæ, & simul asserentes decretum illud esse intentionem efficacem gloriæ ut coronæ, nihil aliud dicunt, quàm id quod nos falsi sumus in prima parte nostræ sententiæ propositæ sec. 2. complexum namque decreti conditionati dandi gloriam sub conditione perseverantiæ finalis, & decretum dandi perseverantiæ finalis in vocatione congrua ad perseverandum, est connexum essentialiter eum retributione gloriæ ut coronæ, ac proinde decretum dandi auxilium congruū ad perseverandum virtualiter amat retributionem gloriæ ut coronæ. Præsens autem questio est de decreto absoluto & efficaci amante formaliter in se ipsa gloriā ut coronam; & nō de decreto amante dūtaxat materialiter mediatē, atque virtualiter: quo pacto in sententia P. Nazquez, licet repugnet Deo intentio efficax absolutā antevertens collationem auxilij congrui immediatē terminata ad actionem nostrā liberam, eamque formaliter prædestinans: tamen ipsi convenit decretum amanti efficaciter nostram operationem in vocatione congrua; velle enim efficaciter conferre vocationem congruam, est amanti virtualiter & æquivalenter ipsum consensum: ipsaque volitio auxilij congrui per scientiam mediā constituitur in ratione amoris efficaciæ erga ipsum actum nostrum liberum.

61 Vnde P. Iacobus Platel in synopsis cursus Theologici cap. 4. n. 70. ante decisionem huius questionis, in qua ipse nostram sententiam scaturatur, inquit: * *Certum est, radicalem* seu virtualem electionem ad gloriam factam esse antecedenter ad merita; cum fide constat, Deum independēter à meritis, pro suo beneplacito Prædestinatis decrevisse eā seriem gratiarum, quas prævideret fore finaliter efficaces; idque ex intentione saltem inefficaci dandi gloriam; atqui istud de-

cretum supposita generali voluntate, quæ habet Deus salvandi omnes in charitate finaliter perseverantes, est virtualiter efficax volitio, Prædestinatis dandi gloriam; eū vi illius decreti Deus sit ita determinatus ad formalem electionem ad gloriam, ut eos in posteriori rationis non possit non eligere; ac proinde vi illius, etiam ante scientiam volitionis meritorum, certus sit, quinam sint absolute salvandi, quinam damnandi. Ex quibus patet, virtualem hanc electionem ad gloriam à formali (de qua hic tantopere discutatur, an fiat ex meritis;) solum differre quoad affectum ex parte Dei; non quoad effectum ex parte Prædestinati. * Hæc ille, ex quibus patet, Recentiores illos à nobis re ipsa non dissidere;

SECTIO SEPTIMA.

Ostenditur Deum de lege ordinaria nō eligere Prædestinatos ad gloriam ut coronam ante prævisionem absolutam meritorum, quia nequit assignari connotatum, vel mutatio ad extra, per quam Deus compleatur in ratione intendentis efficaciter gloriam ut coronam.

62 **F**VNDAMENTA hucusque expressa militant in omni sententia de constitutione actuum liberorum, sive dicamus decreta libera addere supra prædicata necessaria Dei aliquam formalitatem intrinsecam Deo contingentem; sive dicamus, solum addere aliquam mutationem ad extra, ut ego latè probavi tom. 1. disput. 27. Nunc probanda est repugnantia iuxta nostra principia.

Igitur supponendo pro nunc veram sententiam de constitutione actuum liberorum, probō Deum non eligisse efficaciter homines ad gloriam ante absolutam prævisionem meritorum. Et argumentor sic. Nam iuxta oppositam sententiam ideo Deus confert Prædestinatis dona gratiæ, & omnia alia media, quibus conducuntur in gloriam, quia ad illam illos efficaciter elegit ante prævisa merita. Ergo ordine causalitatis præcedit illa electio tanquam principium movens ad collationem meritorum. Hoc autem est impossibile: quia nequit intelligi per quid priori naturæ ad productionem omnium meritorum compleatur Deus in ratione efficaciter intendentis gloriam; quia pro illo priori nihil intelligi potest habens essentialē connexionem cum salute æterna hominum, & eū meritis, quibus illa obtinenda est. Siquidē pro illo priori solum intelliguntur prædicata Dei, quæ ex se

nullam connexionem habent cum meritis hominum, & cum eorum æterna corona: & ad summum intelligitur substantia ipsius Prædestinati, quæ etiam illius connexionis expers est. ubi autem nihil intelligitur essentialiter connexum cum salvatione hominum, non intelligitur Deus efficaciter amas eorum salutem.

63. Dices, Deum compleri in ratione efficaciter intendentis gloriam ut coram Petro per hoc quod Petrum producat per actionem essentialiter connexam cum eo quod Petrus habiturus sit merita gratiæ & coronam gloriæ. Sed contra, quia productio Petri cum sit suppositio simpliciter antecedens, & essentialiter prærequisita ut Petrus operetur liberè (quia nequit intelligi proximè potens mereri, quin intelligatur positivè existens & productus) debet esse indifferens illa productio Petri, ut coniungatur cum carentiâ meritorum & cum damnatione: nequit ergo esse connexa essentialiter cum finali perseverantia & salute. Quod confirmatur: nam Petrus prædestinatus à Deo ad gloriam potest coniungere secum impœnitentiam finalem: ergo potest coniungere impœnitentiam finalem cum sui productione: ergo illa nequit esse essentialiter connexa tum perseverantia finali, & salute ipsius Petri.

64. Quare non video quomodo possit expeditè defendi illa electio, nisi asseramus, Deum ab æterno se determinare ad eligendos homines eliciendo, vel quasi eliciendo volitionem liberam, quod tamen chymæricum apparet. Quid enim magis repugnans, quàm aliquid contingens & defectibile identificari cum Deo? vel producendo ab æterno aliquam connexionem, denominationem, vel entitatum, per quam compleatur in ratione liberè decernentis: quod acuti RR. verum existimant.

65. Mihi tamen falsum apparet: illa enim denominatio aliquid creatum verum, & reale est, cum extra omnem fictionem detur, nec sit pura negatio, imo non exiguè perfectionis, cum sit per se stans, & nullo indigens subiecto inhesionis ad sui existentiam, sique essentialiter æterna, & ab intrinseco incapax, ut destruat. Vel nisi denique asseramus, Deum pro priori ad productionem omnium mediorum conducentium in salutem producere in tempore aliquid essentialiter connexum cum salvatione hominum, per quod compleatur in ratione efficaciter intendentis eorum salutem; nihil autem eiusmodi Deum produxisse, suadet: quia imprimis hoc connotatum, nequeunt esse promissiones contentæ in Scriptura: tum quia, ut ait Tridentinum sessione 6. can. 10. *Promissiones vitæ æternæ sunt*

conditionatæ, & semper tacitæ, vel expressam continet hypothesim, nimirum, si omnia mandata servaveris, si perseveraveris, &c. Unde voluntas, quæ per illas promissiones completur, solum erit conditionata: tum quia illæ promissiones computantur inter media obtinendi salutem. Unde nequeunt complere voluntatem efficacem, quæ ordine causalitatis antecedit collationem omnium mediorum. Deinde præter has promissiones nihil apparet aliud, per quod compleri possit illa volitio.

66. Dices primò, compleri illam volitionem per aliquem modum distinctum ab actione productiva mediorum gratiæ, cuius modi essentia sit constituere Deum proximè capacem, ut per suam infinitam volendi perfectionem (quæ in se est quid necessarium) constituatur efficaciter intendens gloriam ante prævisa merita. Sed contra, quia modus ille gratis confingitur, ad quodnam enim prædicamentum spectabit? vel in quo subiecto existet? non in Prædestinato; quia ut hic in gloriam perducat, nihil in ipso Deus producit, præter media gratiæ, quibus ad illam conducitur. Nec extra Prædestinatum; quia ut Deus velit efficaciter Petro dare gloriam, non debet extra ipsum Petrum aliquid operari, nisi illa quæ ipsum ut media iuvant ad finis consecutionem.

67. Dices secundò, ex P. Arrub. d. 73. n. 9. illam intentionem gloriæ non terminari ad hanc in se, sed in causa, idest, in gratia efficaci, ac proinde compleri per eius productionem. Sed contra primò, quia illa productio inter media gratiæ computatur; ideo enim Deus iuxta adversarios tribuit Prædestinato gratiâ efficacem ad perseverandum, quia ipsum antecedenter elegit: ergo &c. Contra secundò, quia ut productio auxilij efficacis compleat intentionem efficacem gloriæ ut coronæ, opus est, ut habeat essentialem connexionem cum existentia meritorum, ut per se patet. Postea autè probabo, hoc pugnare cum libertate, ad quam requiritur, ut productio auxilij sit cõiungibilis cum utroque extremo contradictionis.

68. Secundò probatur nostra conclusio; quia cum actus liberi Dei ex parte ipsius solè importent simplicissimam eius entitatem, altero solum è duobus modis potest assignari prioritas inter ipsos: primò per analogiam, & proportionem ad creatos, ut eundem ordinem assignemus ratione nostra, in volitionibus divinis, quem servat voluntas creata in suis, dum ordinatè procedit. Secundò ex ordine obiectorum, ut scilicet illa volitio divina dicatur prior ordine, & causalitate, quam alia, cuius obiectum fuerit prius natura, quàm obiectum alterius. Quam doctrinam explicare non est

Huius loci. Interim consulatur P. Vazquez 1^o p. disp. 81. cap. 5. videatur etiam disputatio 30. primi tomi, in qua explicuimus ordinem prioris & posterioris inter divina decreta. Ex his duobus modis prior mihi minus congruus apparet ad presentem difficultatem enodandam: quia in Deo militat opposita ratio, quam in nobis: nam voluntas nostra à fine intento movetur ad eligendâ mediâ: divina autem non movetur à fine gloriæ ad conferendâ mediâ gratiæ, quia non propter gloriâ vult gratiam, sed solum vult gratiam esse propter gloriâ. Quare posterior duntaxat modus videtur hic attendendus. Ex quo deduco, decretum efficax dandi gloriâ esse ordine causalitatis posterius decreto dandi merita, id est, auxilia congrua ad merendum ex ipsorum meritorum prævisione; cum enim non detur aliud obiectum, per quod compleatur voluntas efficax gloriæ, vt coronæ, præter productionem gloriæ suaprè natura supponentem merita, & cum hæc productio sit posterior meritis, quibus completur eorum prævisio; consequens est, &c.

69 Ex dictis infero; verissimum esse principium, quod passim inculcat Pater Vazquez, nempe eundem esse servandum ordinem inter merita, & mercedem in tempore, & in præscientia; vt si aliquid in tempore datur ex meritis, non fuerit efficaciter præsumptum, nisi ex meritis: quod comprobatur, quia scholastici omnes cum Divo Thoma 3. part. quæst. 24. art. 4. dicunt, Christum fuisse causam meritoriam nostræ prædestinationis; quod dum asserunt, non sentiunt fuisse causam prædestinationis quoad ipsum actum increatum, vt docet idem Divus Thomas 1. p. quæst. 23. art. 4. sed solum quoad effectus: ergo ex eo, quod aliquid sit causa meritoria effectus prædestinationis, concluditur esse causam meritoriam prædestinationis: ergo idem ordo assignandus est inter merita, & id, quod datur ex meritis in tempore, & in præscientia.

70 Denique prob. nostra sententia, quia fundamenta adversariorum vel nihil probant, vel probant omnes Prædestinatos de lege ordinaria fuisse electos ante prævisa merita. Atqui probavimus supra, non omnes fuisse electos ante prævisa merita: ergo nullum est fundamentum obligans ad negandum ele-

ctionem omnium esse de lege
ordinaria post prævisa
merita:

(o)

SECTIO OCTAVA:

Expenduntur fundamenta à ratione sententia adstruentis electionem efficacem antecedentem, ostenditurque nullum eorum esse efficax.

71 PRIMVM fundamentum à priori desumptum ex Scoto in primum distinct. 41. §. *Potest aliter dici*, quo frequenter utuntur Thomistæ, est huiusmodi: volens ordinate finem, &c. quæ sunt ad finem, prius vult istum, quam illa, quia propter istum vult illa: ergo voluntas finis prior est voluntate mediæ ordine causalitatis, & rationis. Atqui voluntas eligendi homines ad gloriâ est voluntas finis, & voluntas dandi merita, est voluntas mediæ: ergo prior est illa, quam ista: illa autem voluntas dandi gloriâ debet esse efficax, quia ex intentione inefficaci finis nequit oriri voluntas mediæ efficacium.

72 Hæc tamen ratio multum probat; quia concludit, Deum non potuisse prævidere merita, quin pro priori ad voluntatem ea conferendi habuerit intentionem efficacem gloriæ; hoc autem falsissimum est; quia si illa intentio efficax foret necessaria, vt homines re ipsa obtinerent salutem, reprobi non haberent potentiam proximam ad salutem; siquidem non habent, nec habere possunt pro libito suo electionem efficacem sui ad salutem. Et quidem posse Deum providere mediâ efficaciam gratiæ ad consequendam gloriâ, quin præcesserit pro priori intentio efficax gloriæ; probatur efficaciter, quia vt quis eligat mediâ efficaciam ad aliquem finem, satis est voluntas perfecta alicuius finis, ad quem mediâ utilia esse concipiuntur. Quamvis autem Deus non intendat efficaciter gloriâ Prædestinatis pro priori ad electionem mediæ gratiæ, potest ab amore sui sufficienter moveri immediate ad concipiendum decretum conferendi auxilia congrua ad obtinendam coronam gloriæ; ergo, &c.

73 Pater Vazquez ea disput. 98. num. 117. responder, illud Scoti axiomatum solum esse verum, quando quis finem consequendum proponit, non vero quando illum proponit alteri, eiusque libertati consequendum relinquit, nam hoc ipso eius intentio debet esse frustrabilis ab illo, cuius arbitrio finis consequendus committitur; proindeque hæc non potest ex se esse omnino absoluta, & efficax.

74 Addo ego, tunc solum habere locum quando intendens finem movetur ab illo, cui

que respicit non solum ut finem, ad quem ordinantur media, sed ut motivum sui actus: Deus autem intendens finem gloriae, praecise respicit illum ut finem meritorum, non autem ut motivum suae intentionis, quia non propter gloriam vult merita, sed solum vult merita esse propter gloriam, ut constat ex doctrina S. Th. 1. p. q. 19. art. 5. & q. 23. art. 4. & ipsius Scoti in 4. dist. 49. q. 8. ad 4. Quapropter cum Deus à sola sua bonitate moveatur ad intendendum nobis suam gloriae, & media gratiae, solus amor increatae bonitatis debet necessario procedere ordine causalitatis amore gratiae, & gloriae.

75 Secundum fundamentum. Deus habet ante merita praevisa efficacem voluntatem dandi gloriam sub conditione perseverantiae finalis, cum ex se velit omnes homines salvos fieri: rursus ante merita absolute praevisa habet voluntatem efficacem dandi perseverantiam finale: ergo ante illa habet voluntatem efficacem absolutam dandi gloriam. Sed nec ista ratio convincit, quia facile respondebitur, Deum non habere voluntatem ab intrinseco efficacem dandi perseverantiam, sed solum voluntatem dandi auxilium, cum quo praevidet hominem perseveraturum, quae de se sit indifferens, ut coniungantur cum carentia perseverantiae: ac proinde solum aequivalenter habebit voluntatem efficacem dandi gloriam; in hac autem non reperitur ea difficultas, quae in intentione ex se efficaci, quae antecedenter velit Deus gloriam, ut coronam: nam prior illa intentio, quatenus absolute efficax, & connexa cum gloria, est nobis libera; haec autem posterior quatenus efficax est soli Deo libera: & aliunde à nobis inimpedibilis, ut dicemus de praefinitione; nam par est utriusque ratio quoad auferendam vel non auferendam libertatem.

76 Tertium fundamentum: quia ex effectibus, & modo providentiae circa aliquos, satis colligitur, eos fuisse à Deo efficaciter electos, ante merita praevisa, nam quosdam specialiter praevenerit à pueritia, & deinde specialiter cura toto vitae tempore sine peccato gravi eos conservat: alios toto vitae tempore male viventes in fine miraculose convertit: quod signum est electionis efficaciis antecedentis. Ita arguit P. Suarez eo c. 8. n. 42. sed contra, quia cum iuxta ipsum potuerit Deus homines in gloriam perducere sine illa antecedenti electione, profecto ex effectibus, & modo providentiae, quem servat erga aliquos, nequit illa electio deprehendi: sed satis est, quod illis specialem gratiam praevenerit contulerit; consulatur P. Lessius d. de Praedest. sec. 5. n. 56. Deinde potest dici, Deum absque illa electione efficaci antecedenti habuisse specialem providentiam erga aliquorum salutem. Nimirum quia specia-

liter sibi complacuit in salvatione aliquorum, & ex hac speciali complacencia, motus est ad dispensandum eis specialissima auxilia. Illa autem complacencia specialis non est intentio ab intrinseco efficax ex se connexa cum eorum salute; quia complacuit in salute, ut liberè obtinenda ab ipsis; & hoc ipso supponit ipsam non esse connexam cum salute, quia id pugnat cum libertate; & nihilominus est specialis amor erga illos electos, virtualiter distinctus à voluntate generali salvandi omnes. Potestque illa specialis complacencia in gloria, & aeterna felicitate aliquorum probari ex illis verbis Christi, Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex, quonia complacuit patri vestro dare vobis regnum.*

77 Quartum eiusdem P. Suarez ibidem n. 45. quia in statu gloriae totus salvandorum numerus futurus est ex directa, & absoluta intentione divina: nam ut ait Bernard. serm. 78. in cantic. *Tota illa civitas electa est, ut esset una sponsa Christi, quae postea per gratiam ita praeparata est, sicut fuit electa.* Et confirmatur: quia in vnoquoque negotio exitus rei declarat intentionem agentis: & terminus ille, quo obrento, cessat sollicitudo, & gubernatio, solet esse primum obiectum intentionis agentis: videmus autem totam Dei providentiam eo tendere, ut civitas illa caelestis tali numero ponderet, & mensuram compleatur. Vnde omnes Theologi dicunt, tunc rerum generationes esse finiendas, & gubernationem Dei erga illas, quando numerus electorum fuerit finitus: ergo signum est, Deum ante omnia merita praevisa efficaciter destinasse in gloriam certum, ac determinatum numerum hominum.

78 Hoc etiam argumentum solide diluitur à P. Lessio ibidem à n. 58. Igitur respondeo, totum salvandorum numerum fore ex directa & absoluta intentione divina, non quae ex se sit antecedenter efficax, sed quae in ratione talis constituitur per scientiam mediā futuri eventus, modo explicato supra num. 9. vel quae superveniat post merita absolute praevisa. Ad confirm. dico, exitum rerum saepe deflectere ab intentione gubernatis, ut patet in dānatione reprobatorum, quae est contra antecedentem Dei intentionem serio amantem eorum salutem. Falsum autem est Providentiam divinam eo tendere, quantum est ex parte Dei, ut illa civitas tali numero, ponderet, & mensuram compleatur: nam potius quantum est ex parte Dei, eo tendit, ut omnes salventur, & cum gradum gloriae consequantur, qui proportionatus est medijs, & auxilijs collatis. Vnde quod hic numerus dūtaxat salvetur, & in hac determinata mensura gloriam obtineat, provenit ex malitia, vel negligentia hominum, quorum alij abutuntur medijs sibi collatis, alij remisse operantur. Quod autem dicitur, mundum finitum iri

completò numero Prædestinatorum, nõ propterea est, quod Deus antecederet præfiniverit efficaciter certum numerum, extra quem nullus salvetur: sed quod prævisa hominum malicia tantã deinceps futurã, Deus mundo finẽ imponet, contentus eo numero Prædestinatorum, qui in die iudicij reperietur. Ita difficultatem hæc solvit cum Lessio P. Martinon d. 19. an. 167.

79. Quintum fundamentum. Nequit ex intentione gloriæ oriri voluntas conferendi medium efficac ad consecutionem illius, quin eã voluntas amet illud medium quatenus efficac, & conexum cum consecutione gloriæ. At voluntas amans medium connexum cum fine quatenus tale, efficaciter amat finem: ergo nequit oriri ex intentione gloriæ voluntas conferens medium efficac ad eius consecutionem, nõpe auxiliũ efficac ad perseverandũ, quin illa voluntas amet efficaciter gloriã: ergo datur voluntas efficac gloriæ antè merita absolutè prævisa.

80. Respondeo admittẽdo, pro nunc, suppositum maioris, nõpe ante voluntatem conferendi mediã gratiã necessariò debere præcedere ordinẽ causalitatis intentionẽ saltem inefficacẽ gloriæ; de quo tamen dubitari potest, quia eodem decreto virtualiter indivisibili potest Deus finem gloriæ intendere, & mediã gratiã conferre: & nõgo maiorẽ illam, quia vti Deus conferat mediũ efficac ad aliquẽ finẽ ex intentione, antecederẽ illius duraxat inefficaci; nõ est necesse, vt amet illud quã efficac: quia si ita amaret, hoc ipso sine conferret, vt non esset collaturus, si videret inefficax: non est autem necesse, vt ita conferat medium illẽ, qui antecederet non vult omnino absolutè finem, sed solum per simplex desiderium: ergo quã efficac.

81. Dices: nequit ex simplici desiderio, vel cõplacencia finis oriri immediate voluntas efficac midij, quin attingat intrinsecẽ motivũ illius complacenciã; vt valide probat P. Aldrete t. 1. de Incarnat. d. 20. scẽ. 7. ergo voluntas conferens auxiliũ efficac ad salutem, eã intrinsecẽ attingit; at hoc ipso efficaciter illam amat; quia hoc ipso est amor finis illius intrinsecẽ connexus tũ eius consecutione: ergo &c. Respondeo, admittẽdo illud principium contentũ in antecedenti: ex eo tamen perpetuã inferretur, voluntatem amantẽ medium efficac esse amorem efficacẽ finis de se connexum cum eius consecutione; nõ sicut ex intentione gloriæ habet Deus voluntatem conferendi reprobis auxiliũ sufficiens ad perseverandũ, attingentem intrinsecẽ gloriã rãquã finem ad quem ordinat illud mediũ, quin cum finem attingat efficaciter: ita potest ex eadem intentione conferre Prædestinatis auxiliũ efficac ad perseverandũ per voluntatem attingentem intrinsecẽ finem gloriæ, quin illud attingat efficaci-

ter; solum enim datur differentia, quod in vno casu auxiliũ apparet efficac per scientiam mediã, & non in alio: hoc autẽ non facit, quod voluntas ipsum conferens debeat amare, quia efficac; ly quia dicente motivũ intrinsecẽ, & per se respectu actus, & non solum motivũ extrinsecum & per accidens; quod tamẽ necessariũ erat, vt esset amor efficac finis.

82. Sed instat P. Aldrete, cuius est præcedens argumentum. Intentio inefficax gloriæ non inclinatur in electionem doni perseverantiẽ, nisi mediã cognitione specialis utilitatis, quã habet in ordine ad talem finem. At cognitio nõ movet nisi vt amentur intrinsecẽ illud medium, quatenus sic specialiter vile: igitur amatur quatenus connexum cum gloriã, propter quam amatur: hoc autem est amare efficaciter gloriã antè prævisa merita: ergo &c. Et cõfirmatur: quia ex intentione gloriæ conferat Deus auxiliũ efficac ad perseverandũ propter omnem utilitatem, quam videt in ipso in ordine ad finem gloriæ: ergo amat quatenus infallibiliter connexum cum gloriã.

83. Facile tamen respondeo negandò maiorem: nam illa intentio potest inclinare in electionem auxiliũ congrui ad perseverandũ, præcisẽ mediã cognitione representantẽ sufficientiam illius, quin ad ipsum conferendũ dirigatur per se Deus à scientia mediã congruitatis; nimirum respiciendò congruitatem illam, vt motivũ intrinsecum voluntatis conferentis tale auxiliũ, quia non est necesse, vt si ex intentione efficaci gloriæ conferat auxiliũ efficac ad consecutionem illius finis, illud conferat, quia efficac, sed potest conferre per decretum, vt cuius posset existere, quamvis foret inefficax, licet hic & nunc oriatur à scientia illa per accidens; quatenus illa scientia cõplet maiorem Dei inclinationem ad conferendũ auxiliũ, modo infra explicandò; quando agamus de directione scientiẽ mediã.

84. Ad confirmationem respõdeo; Deum conferre auxiliũ efficac propter omnem utilitatem, quam in illo videt, id est, intendere quantum est ex se, vt homo perticipat omnem illam utilitatem: non tamen conferre propter illam utilitatem; ita vt ab eã moveatur per se ipsãve efficaciter intẽdat. Vnde non amat auxiliũ, quatenus connexum tũ consecutione finis.

85. Omitto fundamentum, quo aliqui RR. à priori probare contendunt possibilitatẽ huius electionis efficaciẽ ante prævisa merita, cõquod antè illã habeat Deus mediã efficacã ad faciendũ, vt homines eliciat actus, quibus mereantur coronã gloriæ: etenim nisi prius ostendatur, in illã electione nullam involvi repugnantiam, nihil illo argumento evincitur. Hoc autem non præstant hac ratione:

SECTIO NONA.

*Expenduntur fundamenta sacrae paginae
pro nostra sententia.*

86. **A**LIQUI ex assertoribus tam affirmantis, quam negantis, sententiae existimarunt, neutram satis efficaciter suaderi ex sacris litteris: ut inter alios probat P. Alarcon disp. 2. de Prædestinat. cap. 5. & 6. Cæterum eruditissimus Petavius lib. 18. Theologic. Dogmat. cap. 2. nostram sententiam sine hesitatione defendit ut magis consonam sacris litteris; quod latè etiam profertur P. Martinon d. 13. sec. 3. ego breviter attingam validiora testimonia.

87. Primum desumitur ex illo Matt. 25. *Venite benedicti Patris mei: vbi apertè insinuatur, regnum cælorum ab æterno esse præparatum iustis ob prævisa eorum merita; ut patet ex illa causali: Esurivi enim & dedistis, &c.* quia similiter dicitur de reprobis: *Ite in ignem æternum, esurivi enim & non dedistis, &c.* Atqui hic ignis non est paratus diabolo nisi post eius prævisa demerita: ergo nec regnum cælorum paratum est iustis, nisi ob eorum merita prævisa. Sicut enim redditur pro ratione vocandi iustos ad regnum, quod exercuerint opera misericordiae: ita redditur pro ratione excludendi malos à regno, quod omiserunt illa opera. Vnde sicut omissiones illa præcesserunt in præscientia Dei decretum æternum absolutum & efficax deputandi illos ad pœnam æternam: ita bona opera misericordiae facta ex gratia præcesserunt ordinationis in præscientia divina æternum decretum absolutum & efficax dandi coronam gloriæ. est enim hic antithesis electorum, & reproborum, bonorum operum, & malorum, regni & ignis æterni. Quare sicut prævisio absoluta demeritorum non solum antecedit executionem externam pœnæ, & inflictionem supplicij; sed etiam antecedit decretum absolutum & efficax puniendi: ita prævisio absoluta meritorum non solum debet præcedere executionem & collationem externam præmij; sed etiam debet præcedere decretum absolutum, & efficax coronandi merita, & conferendi gloriam ut coronam illorum.

88. Secundum sumitur ex parabola operariorum Mat. 20. qua significatur, quo pacto agat nobiscum Deus in salutis causa. Proponitur enim nobis tanquam Pater familias cõducens operarios ad vineæ suæ culturã. At nullus pater familias decernit alicui operatio absolute mercedem antequam videat, an diurnum opus præstiterit. Ergo similiter Deus. Quod idem proponit Apost. 1. Corinth. 9. sub para-

bola agnorera proponentis bravium legitime certantibus: sicut enim bravium non conferitur, nisi post prævisam victoriam: ita Deus non decernit coronam gloriæ, quæ est coronam iustitiæ, nisi postquam prævidet certum conseruiatum, & victoriam obtentam.

Tertium ex 2. Petri 1. *Satagite fratres, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis.* Ergo electio divina quãdiu durat hæc vita, nõ est omnino absoluta & efficax quatenus antecedit prævisionem perseverantiæ finalis; sed est dicitur conditionalis, quatenus est suppositio antecedens merita; ac proinde de se coniungibilis cum imperseverantia finali, & capax ut per bona opera certa & efficax absolute reddatur.

89. Præterea sic ex Scripturis argumentor. Nam in illis voluntas Dei circa gloriam dandam hominibus non proponitur nobis ut absoluta, sed ut suspensa; & velut non habitura effectum nisi post impletam conditionem ex parte nostra honorum operum. Hoc autè signum est, Deum nõ habere absolutam voluntatem antecedentem dandi gloriã omnibus, qui salvantur de facto: sed solum habere voluntatem antecedentem conditionatam dandi gloriã omnibus, qui in præceptis eius ambulaverint, & vitam in gratia finierint: omnibus enim Deus promittit vitã æternã, si in præceptis eius ambulaverint; omnibus etiam cõminatur æternã mortem, si à præceptis eius deficient: non potest autem Deus serio cõminari mortẽ æternã illis, quos decreto omnino absoluto & efficaci elegit ad gloriam: ergo non datur electio efficax antecedens ad gloriã ante prævisa merita. Assumptum probatur clarissimis Scripturæ testimonijs. Apoc. 3. *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuã.* Ad Philipp. 2. *Cũ metu & tremore vestram salutẽ operamini.* Et Rom. 11. *Vide ergo bonitatem & severitatem Dei: in eos quidem, qui ceciderunt, severitatem; in te autẽ bonitatem, si permanseris in bonitate; alioquin & tu excideris.* Ergo Deus per Apostolum promittit gloriam perseveranti, & cõminatur excisionẽ, & æternam perditionem non perseveranti: ergo electio ad gloriam cõponitur cum periculo, ne perseveret Prædestinatus, & ne excidatur propter imperseverantiam: si enim periculum non est, ut quid prædicatur metus ac tremor tanquam necessarius operati salutem? At nullum esset periculum, si absoluta foret prædestinatio ante prævisionem operum, præsertim perseverantiæ, cum voluntas efficax & absoluta Dei sit omnino infrustrabilis: ergo non est absoluta prædestinatio ante prævisionem meritorum.

90. Rursus, si ante prævisa bona ope-

Pa homo esset efficaciter absolute prædestinatus ad gloriam, frustra diceceret Petrus *Satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis*: tunc enim ærtus esset, & non suspensus effectus vocationis & electionis. Eatenus ergo Apostolus hortatur fideles, ut certam suam vocationem & electionem faciant, quia illa electio est conditionata, & non potest reddi certa, id est, certo & infallibiliter inducens effectum, nisi positis operibus, præsertim pœnitentiâ finali.

Confirmatur primò, nam Rom. 8. promittitur vita æterna sub nomine hereditatis, aut cohereditatis, sed sub conditione, quod Christo patienti similes efficiamur: *Si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, coheredes autem Christi, si tamen cõpatimur, ut & conglorificemur*: & similiter, 2. ad Thim. 2. *Si quis ergo emundaverit se ab istis, erit vas in honorem, sanctificatum, & vtile Domino*. Promissio autem conditionata vel complet vel supponit voluntatem conditionatam dandi gloriam sub illa cõditione. Implicat autem, ut ex voluntate absoluta & efficaci dandi gloriã oriatur voluntas conditionata eiusdem, sub conditione scilicet bonorum operum & perseverantiæ sigalis; volûtas enim conditionata præscindit à conditione, & potest coniungi tũ eius carentia: implicat autem ut ex voluntate efficaci & absoluta dãdi gloriã ut cõronã, & consequenter dandi perseverantiã, oriatur voluntas dandi gloriã sub conditione perseverantię. Potest quidem in Deo pro priori dari voluntas dandi gloriã sub conditione perseverantiæ, & pro posteriori dari voluntas absoluta dandi perseverantiã, & consequenter gloriã. Cæterum non potest cõtra fieri, ut pro priori detur in Deo voluntas efficax dandi gloriã & donũ perseverantiæ, & pro posteriori detur voluntas conditionata dandi gloriã sub conditione perseverantiæ. Sic post scientiam conditionatã potest supervenire scientia absoluta & visionis; non tamen cõtra: implicat enim, ut postquam Deus per scientiam visionis vidit: *Petrũ ponendum in tali occasione, & in illa negaturum esse Christum*, sic affirmet: *Si Petrus ponatur in tali occasione, negabit Christum*.

91 Confirmatur secundo, ex Tridentino scilicet. 6. can. 20. *Si quis dixerit, &c. Quasi Verò Evangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ sine conditione observationis mandatorum*. Ergo Evangelium non est nuda & absoluta promissio vitæ æternæ, sed promissio onerosa & conditionata, nimirum sub conditione observationis mandatorum, ut patet ex illis Christi verbis Mat. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*. Ergo vo-

luntas, in qua Deus ad vitam vult inducere, vel admittere, non est independens ab ea conditione: ergo implicat esse absolutam ante impletam illam conditionem, saltem in prævisione. Et sane voluntatem Dei, quã nos elegit ad gloriam, non fuisse omnino absolutam, sed solam conditionatam ante prævisionem absolutam meritorum, colligitur ex verbis Christi Mat. 2. *Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi: esurivi enim, & dedistis mihi manducare, &c.* Quasi diceret: venite, possidete regnum, quod vobis ab origine mundi paratum est, ex voluntate Dei parantis conditionata, nimirum sub conditione bonorum operum: nunc verò, quia impleta est conditio, & dedistis mihi manducare &c. voluntas illa Dei prius conditionata, transit impleta conditione in absolutam; atque adeo vi eius voluntatis iam absolute vobis dicitur: *Venite, possidete*.

SECTIO DECIMA.

Soluntur fundamenta contrariæ sententiæ: petita ab auctoritate sacre pagine.

MULTA sunt, quæ nobis obijciunt adversarij: ea late proponit, & diluit P. Martinon sec. 7. & Lessus sect. 6. à n. 127. ego validiora attingam. 92 Argunt primò ex illo Rom. 8. *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum vocati sunt Sancti*. Nam ut exponit Tolemus hic, hæc vltima verba sunt limitativa, ac si diceret, non omnibus diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, sed ijs, qui secundum propositum vocati sunt, scilicet electis & Prædestinatis: non enim omnes, qui diligunt Deum de præsentia, in ea permanent dilectione, sed cadunt & retrocedunt, & ij non sunt secundum propositum vocati, sed qui dilectionem vsque ad mortem conservant: istis enim omnia cooperantur ad bonum & ad salutem. Et ita etiã exponit eadem verba P. Iustinianus insignis interpres epist. D. Pauli: Ergo per propositum intelligit Paulus æternã electionem absolutam, quæ antecedit merita, & est causa vocationis ad sanctitatẽ. Ergo datur electio efficax ad gloriam ante merita absolute prævisa secundum Apost. Idque confirmat ex verbis, quæ subdit Apostolus: *Nam quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filij sui, ut sit ipse primogenitus, in multis fratribus: quos autem prædestinavit, hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit, quos autem iustificavit, illos & glorificavit*. Qua gradatione ostendit Paulus, ex æterno proposito salvandi homines seu ex æterna

electione ad gloriã oriri in tẽpore media illa gratiã, quibus infallibiliter gloriã obtineãt, vt enim inquit P. Iustinianus exponens hunc locum, clausula illa: *Nam quos præsciuit &c. Superioris sententiã vehemens atque elegans probatio est: adhibita enim gradatione ostendit, nihil posse accidere electis, quod eorum beatitudinem intervertat, aut perdat. Vnde nomine præscientiã, inquit Iustinianus, intelligimus ibi scientiam approbationis, quomodo loquitur Dauid: No- vit Dominus viam iustorum: ac si Paulus dixisset: nam quos ille admirabili sua pro- uidentia ante omnem æternitatem appro- bavit, eosdem incredibili benevolentia præ- destinavit, vt conformes fiant imagini filij sui, quo ille esset primogenitus inter multos fratres. Atqui quos prædestinavit, eosdem etiam vocãvit; quos autem vocãvit, illos quoque iustificãvit: quos porro iustificã- vit, eosdem immortalis gloria donãvit.*

93 Imprimis ad hanc auctoritatem res- pond. primò, admittẽdo in eo loco Apostolum loqui de solis Prædestinatis, quia nimirum ijs duntaxat omnia cooperantur in bonum: nego tamẽn inde colligi, dari electionem efficacem ad gloriã, quã de se sit efficax quatenus est actus diuinæ voluntatis; ac proinde nego, in- telligi nomine propositi illam electionem an- tecedentem omninò absolutam dãdi gloriã. Nam nomine *propositi* intelligit Paulus præ- destinationem, vt exponit rectè Pater Val- ent. tom. 1. disput. 1. q. 23. pun. 1. *Præde- stinatio autem, vt ibidem loquitur Valentia, etiam secundum modum, quo loquitur Paulus, appellatur æternum illud propositum seu decretum, quo Deus homines quosdam ordinat ac dirigit ad beatitudinem super- naturalem per media supernaturalia re ip- sa consequendam.* Et prædestinatio propriè accepta versatur immediatè & formaliter cir- ca media gratiã, quibus homines infallibili- ter obtinent finem glorię, iuxta illam cele- brem Augustini definitionem, cap. 14. de bo- nõ perseverantiã: *Prædestinatio sanctorum* (inquit) *nihil aliud est quã præscien- tia & preparatio beneficiorum Dei, qui- bus certissimè liberantur quicumque libe- rantur.* Quod à priori constat, nam prædesti- natio secundùm omnes Theologos cum D. Thom. 1. p. q. 23. art. 1. & q. 6. de veritate, est pars providentiã; providentiã autẽ, vt asse- rit Angel. Doctor, quãst. 22. art. 1. *Est ra- tio ordinis rerum in finem, seu est actus, quo Deus per media proportionata res in finem dirigit.* Vnde prædestinatio est actus, quo Deus creaturas racionales per super- naturalia media dirigit in finem vitæ æter-

nã infallibiliter consequendum. Vnde Div. Thomas q. 23. art. 4. ait: *prædestinationem supponere intentionem gloriã; non ergo consistit in illa intentione.* Id magis patebit nu- mero 97.

94 Falsumque est, nomine *præscientiã* in illis verbis, *quos præsciuit & prædesti- vit*, intelligi decretum efficax absolutum in- tentivum gloriã, ex quo oriatur decretum cõ- ferendi media gratiã, quibus homines con- formes fiant imagini Filij Dei; tum quia vt probat Toletus in expositione illius loci an- nòt. 32. * *Verbum illud præsciuit ad intelle- ctum, non ad voluntatem pertinet.* Siqui- dem relativum illud *quos*, inquit Toletus, re- fertur ad præcedentes, nempe ad eos, qui vo- cati sunt secundùm propositum: hos enim præ- scitos, & præcognitos antequã essent, mag- no est profecutus beneficio, prædestinavit enim ab æterno eos, vt essent conformes ima- gini Filij Dei: tum quia licet verbum *præsci- vit* ad voluntatem pertineat, non debet signi- ficare decretum antecedens purè intentivum gloriã, sed decretum efficax conferendi media gratiã; ita vt præscientia & prædestinatio cir- ca idem veniantur; & vnum verbum per aliud explicetur; vt dicit P. Suarez lib. 1. de Præ- destinat. cap. 17. Deinde, vt docet P. Valen- tia t. 1. disp. 1. q. 23. de Prædestinat. punt. 6. Apostolus eis verbis *quos præsciuit & præ- destinavit*, planè indicavit, omnes eos, qui imagini Christi conformes futuri sunt, & vt tales à Deo sunt præsciti, esse etiam Prædesti- natos *vt tales sint.* * Vnde præscientia ibi significat scientiam approbationis, quatenus repræsenter opera futura ex gratia & dona Dei. Nullum ergo est sufficiens fundamentum ad asserendum, præscientiam ibi supponere pro absoluta & efficaci electione hominum ad gloriã ante prævisa merita.

95 Itaque admittimus, Apostolum per *propositum Dei* intelligere voluntatem effi- cacem, qua Deus ante omnem æternitatem quosdam elegit, vt gratiã & sanctitatẽ, adeo- que etiam salutem sempiternam re ipsa adipi- cantur. Vt Augustinus interpretatur lib. de corrept. & grot. cap. 7. & 9. lib. de Prædest. sanct. cap. 16. & lib. 2. contra duas epistolas Pelagian. cap. 9. & alibi: nam cum duplicem statuat vocationem, alteram communem, alte- ram Prædestinatorum propriã; hanẽ poste- riorem simpliciter atque absolute vocationem secundùm propositum appellat. Dicimus au- tem voluntatem illam efficacem nihil aliud esse quã voluntatem vocandi congruè ad gra- tiam & sanctitatem, & concedendi auxilia congrua ad perseverandum in gratia & san- ctitate vsque ad ultimam vitæ terminum, seu

æternam præparationem beneficiorum gratiæ, quibus certissime liberantur quicumque liberantur, quæ quidem voluntas licet immediate & formaliter solum terminetur ad gratiam, solumque proinde sit æterna prædestinatio ad gratiam, etiam dicitur prædestinatio ad gloriam, eo quod gratia ad hunc finem præfinitur, ut gloriam consequamur; ut observavit P. Vazquez 1. p. disp. 91. n. 16. & disp. 89. n. 72. Hæc autem voluntas efficax Dei conferendi hominibus auxilia gratiæ quibus sanctitatem obtineant, & in illa usque ad finem perseverent, coniuncta cum illa voluntate generali concedendi omnibus gloriam sub conditione quod decedant in gratia, continet voluntatem absolutam & efficacem dandi gloriam; & anteverit prævisionem absolutam meritorum. De hac autem voluntate dandi gloriam exponendæ sunt omnes auctoritates scripturæ, quas adducunt adversarij ad probandum dari electionem efficacem antecedentem, quæ præcedat voluntatem predestinandi ad media gratiæ, quia nihil amplius probant, quam Deum ordinasse prædestinatos ad gloriam per aliquam providentiam specialem essentialiter connexam cum perseverantia in gratia & cum consecutione gloriæ supposita promissione divina, quam providentiam omnes admittere debent, quamvis negent absolutam & efficacem intentionem gloriæ, quæ antecedit voluntatem conferendi media gratiæ.

96 Vnde inferes, ex illis verbis Actuum: *Crediderunt quotquot erant præordinati in vitam æternam*, minime colligi illam electionem antecedentem ad gloriam: nam ad vitam æternam præordinantur efficaciter homines per prædestinationem gratiæ efficacis ad obtinendam sanctitatem, & perseverantiam in ea usque in finem. Vnde sensus est: *Crediderunt quotquot erant Prædestinati*, id est omnes illi, quibus Deus decreverat conferre beneficia suæ gratiæ, quibus certissime liberantur ab æterno interitu. Non est autem sensus: *crediderunt omnes illi, quos antecederet ad omne meritum Deus efficaciter & absolute elegit ad gloriam, per electionem, ex qua oriatur voluntas conferendi media gratiæ.*

97 Admissi Apostolum in illis verbis, *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, loqui de solis Prædestinatis: & hoc admissio, primam solutionem, eamque satis solidam, adhibui argumento desumpto ex verbis Apostoli. Sed secundo responderi potest cum P. Lessio, Apostolum eo loci non loqui de solis Prædestinatis: sed scopum Apostoli in eo capite esse, omnes fideles Romæ degentes ad hortari ad patientiam in persecutionibus, & non solos Prædestinatos, ut patet ex vers. 14.

vbi docet, omnes iustificatos esse filios, & hæredes Dei. Ne quis autem putaret se iam securum, ostendit hanc hæreditatem non esse paratam nisi sub certa quadam conditione, vnde subdit: si tamen compatimur. Ad quam conditionem exhibendam eos tribus potissimum rationibus hortatur. Prima ex magnitudine gloriæ, cui nulla tribulatio possit conferri. Secunda ex auxilio Spiritus Sancti, qui nostram adiuvat infirmitatem. Tertia ex eo quod diligentibus Deum omnis tribulatio cooperatur in bonum, ijs, inquam, qui secundum propositum, id est, qui secundum gratuitum Dei beneplacitum vocati sunt, quod ideo addit, ne quis putaret in Iudæos competere, qui operibus legis gloriabantur, sed in solos fideles: nam quos præscivit, nempe sibi amicos & dilectos sua gratia futuros, etiam prædestinavit, ad hoc scilicet ut paterentur, & conformes fierent filio suo; quos autem ad hoc prædestinavit, hos vocavit, &c. quibus verbis enumerat media omnia, quibus ad hunc finem conformitatis cum Christo eos perduxit; ex qua factum est, ut sicut omnis tribulatio versa est Christo in gloriam, ita & illis.

98 Hinc infert Lessius, falso adversarios existimare nomine *vocationis secundum propositum* intelligi ab Apostolo vocationem ortam ex proposito dandi gloriam: solum enim intelligi vocationem collatam non ex operibus, sed ex gratuito Dei beneplacito, ut constat ex 2. ad Thim. 1. ibi: *Qui nos liberavit, & vocavit vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante tempora secularia.* Deinde, ut ait Cornelius à Lapide post Augustinum de corrept. & grat. cap. 7. dum ait Apost. Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs, qui secundum propositum vocati sunt sancti*, propositum ibi est liberale, & gratuitum Dei consilium, & decretum, quo proposuit, statuit, decrevit ab æterno ex mera sua bonitate ac elementia, quin & ex benevolentia per Christum, homines peccato perditos, & sine vilo eorum merito vocare ad gratiam & sanctitatem. Itaque *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, scilicet tribulationes & ærumnæ, de quibus paulo antea egerat. Qui enim diligunt Deum, prius diliguntur à Deo. Diliguntur autem à Deo, quatenus Deus ex benevolenti cordis proposito, eos vocavit ad fidem & sanctitatem. Et cum eos diligit sincere ac serio, consequenter eosdem, ita protegit & omnia, quæ circa illos sunt, ita disponit, ut omnia illis in bonum cedant, quandiu ipsi permanent in dilectione Dei. Cum enim Deus iustos non de-

deserat, nisi prius deseratur ab ipsis; quantum est de se, neque dilectionem suam, neque protectionem eorum à se susceptam intermittit, nisi ipsi gratiæ, arque dilectioni defuerint.

99 Arguunt secundo adversarij ex illo Pauli Rom. 9. *Cum non dum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est eis, quia maior serviet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Vbi significatur in electione non haberi rationem operum: Ergo electio efficax ad gloriam non est facta ex operibus prævisis, sed mere gratuito, & ante prævisionem operum. Quod confirmatur; nam cum D. Augustinus lib. 2. contra duas epistolas Pelagianorum cap. 7. adduxisset hunc locum Apostoli, statim subdit: *Propter quod profrecto desipitis, qui dicente veritate, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, vos dicitis, ex futuris operibus, quæ Deus illum facturum esse præsciebat, Iacob fuisse electum, atque ita contradicitis Apostolo dicenti: non ex operibus: quasi non posset dicere, non ex presentibus, sed ex futuris operibus.* In quibus verbis Augustinus cum Apostolo loquitur de electione ad gloriam exemplo illius temporalis electionis, loquitur enim de electione ad premium: ergo secundum Apostolum electio ad gloriam non est ex operibus prævisis, sed omnino gratuita, præcedens omnia merita: assimilatur enim dilectioni Iacob, quæ non fuit ex meritis nec presentibus, nec futuris, sed ex gratuito Dei beneplacito.

100 Verum nihil in hoc Apostoli testimonio contineri, quod persuadeat antecedentem illam electionem hominum ad gloriam; facile est probare. Ut enim optimus huius Epistolæ interpret Cardinalis Toletus inquit: *Omnia quæ Paulus in hac collatione & comparatione narrat, ad temporalia pertinent quantum ad litteram, ut per ea probet, quæ spiritualia sunt; nempe filios & posteritatem Abrahamæ, in quibus benedictio & salus per Evangelium futura promissa est, non secundum Abrahamæ carnalem generationem, sed secundum divinam electionem esse accipiendam.* Et ut inquit P. Vazquez in annotatione super hunc locum, tota doctrina illius capituli eo spectat, ut ostendat plures ex populo Israel omnino esse exortes gratiæ & promissionis Dei, & promissiones factas Abrahamo, & Israel ad multos ex gentibus pertinere, sed non propterea esse irritas: quia non omnes nati ex semine Israelis sunt verè Israelitæ, & filij Abrahamæ, sed quibus Deus hanc gratiam donavit, ut per fidem imitarentur Abraham & Iacob;

adducit autem similitudinem Iacob & Esau, ut ostendat, non omnes, qui sunt ex Israel, esse veros Israelitas secundum spiritum: sicut non omnes, qui sunt nati secundum carnalem generationem ex ipso Abraham, & Isaac, fuerunt heredes ipsorum, & censentur in eorum posteritate.

101 Notat autem Vazquez, notat Toletus, & P. Iustinianus, illud: *Ut secundum electionem propositum Dei maneret, coniungendum esse cum sequentibus: ut sit sensus totius contextus: (inquit Vazquez) cum duo illi fratres non dum nati essent, nec aliquid boni vel mali egissent: ut secundum electionem gratuitam, propositum gratiæ & liberalitatis Dei effectum haberet, non propter merita ipsorum, sed ex gratuita vocatione, quæ ex solo Deo est, dictum est: Genes. 25. Quia maior serviet minori, sicut Malach. 1. Scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, hoc est Iacob decrevi dare terram fertilem, Esau autem reieci: ad aspera saxa.* Quare eo loci nec ad litteram loquitur Apostolus de electione Iacob ad gloriam, & de reprobatione Esau à gratia, nec scopus Apostoli est, hinc gradum facere ad probandum, homines electos fuisse omnino gratis antecedenter ad omnia merita ad coronam gloriæ, sed hinc assurgit ad probandum, vocationem ad fidem, & prædestinationem ad gratiam non duxisse ortum ex meritis liberi arbitrij, & observatione legis Moysaycæ, sed ex mero Dei beneplacito: Sicut enim ex duobus fratribus veterinis minorè maiori Deus prætulit (verba sunt Toleti) non ex operum merito, aut demerito; cum enim non dum tunc nati essent, nihil boni, aut mali egerat, nec ex natiuitatis dignitate, quia non maior minori, sed minor maiori prælatus est: sed ex voluntate Dei, qui semen Abrahamæ vocavit, ut propositum eius, quod erat secundum electionem, id est, quo pro sua voluntate, semen illis, quos, quibusdam repulsis, elegerat, firmum maneret, & stabile: nec accederet semini aliquis, quem ipse non elegerat, nec excluderetur aliquis ab ipso electus. Ita eligit Deus ad fidem, & ad spiritualem filiationem Abrahamæ, quem vult; nec hanc gratiam confert ex meritis præcedentibus, nec futuris, sed pro suo beneplacito. Ergo perspicuum est Apostolum in hoc capite non adstruere electionem ad gloriam omnino gratuitam; sed electionem ad fidem, & ad gratiam Evangelicam.

102 Quod amplius patebit ex expositione eruditissimi Petavij lib. 3. Theolog. dogmatum cap. 1. n. 5. afferentis cum D. Augustino, propositum Apostoli in ea Epistola fuisse

fuisse, ostendere gratiam Evangelicam notum debere distribui secundum operum merita, ut contendeant Iudæi, dicentes, sibi propter observantiam legis Moysaice, & non gentibus deberi, sed secundum electionem & beneplacitum gratiæ Dei, & in hunc scopum adduxisse exemplum Iacob & Esau, quorum primum Deus dilexit evahendo ad regnum & alia beneficia, secundum vero odio habuit, id est minus dilexit, negando hæc beneficia, & subijciendo eius posteros, nempe Idumæos; posteris Iacob, id est Israelitis, quin ex parte illorum præcessisset vlla ratio discriminis.

103 Hinc patet absre adduci testimonium illud Augustini ex lib. 2. contra duas Epistolas Pelagianorum: nam ibi solum contendit vocationem ad fidem ipsamque fidem non dari ex meritis arbitrij, ut volebant Pelagiani; sed mere gratuito secundum propositum & beneplacitum Dei, nec vnquam Augustino cum Pelagianis controversia fuit, an homines eligerentur ad gloriam, ex prævisis meritis gratiæ, an ante prævisionem illorum meritum: sed an gratia daretur ex meritis arbitrij. Cerrumque est, doctrinam Augustini contra Pelagianos esse de fide: & rursus apud omnes certum est, non esse de fide, quod Deus elegerit efficaciter homines ad gloriam ante prævisa absolutè merita. Ergo certum debet esse, Augustinum non adstruisse contra Pelagianos electionem ad gloriam ante prævisa merita gratiæ.

104 Locum illum Marci 13. *Sed propter electos, quos elegit, breviauit dies,* explicat Maynam in Philosophia sacra t. 2. cap. 14. prop. 15. n. 28. Duo ibi dicit Christus primum est, tantam ac talem futuram esse persecutionem Antichristi: *Vt nisi breviaffet dies illos, non fuisset salva omnis caro,* id est nullus Christianus in persecutione illa relinqueretur superstes: alterum, quod Christus dicit: *Sed propter electos breviabuntur,* id est propter eximie sanctos vel tunc viventes, vel ex tunc viventibus prodituros, ut videre est apud Cornelium à Lapide. Nimirum id illi precibus à Deo impetrabunt, sive ad sui ipsorum, sive aliorum, sive ad commune solarium. Illud autem, quod Marcus eodem cap. & Matth. 24. dicunt: *Ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi,* intelligitur de fidelibus, qui sunt non quasi de vulgo, sed inter cæteros pietate eximij, & firmiter in charitate radicati, & in opere efficaces: eos enim longe difficilius est persecutione moveri, quam alios vulgari modo fideles; non ita fervidos charitate ac fidè: imo, est secundum se difficillimum. Quod vero difficillimum est, pro impossibili habent in moralibus. Nullum

autem est argumentum, quo probetur, per illa verba, *si fieri potest,* intelligi impossibilitatem physicam. Et si forsam aliquam talem esse contendas, dixam ego, talem esse solum in sensu composito, qualis est illa secundum quam 1. Joann. 3. dicitur: *Qui natus est ex Deo, non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.*

105 Mitto alia testimonia minoris apparentiæ contra nostram sententiam, ut illud ex cap. 1. ad Ephes. *Elegit nos in ipso, ut essemus sancti,* quod non debet intelligi de electione ad gloriam, quæ sit radix gratiæ & sanctitatis, ut volunt adversarij: sed de electione, & vocatione ad fidem, & christianam sanctitatem, ut testatur P. Iustinianus in explanatione huius loci n. 5. & constat ex Div. Augustino lib. de prædestinat. sanct. cap. 19. vbi exponit Apostolum de electione ad gratiam, quamvis lib. 1. ad Simph. q. 2. ea intellexisset de electione ad gloriam.

106 Mitto etiam illud ex cap. 15. Joann. *Non vos me elegistis, sed ego elegeri vos,* quod non intelligitur de electione ad gloriam, sed de electione ad Apostolatam, vel de electione ad gratiam, ut evincit P. Vazquez disp. 89. n. 114. Mitto, inquam, hæc & alia testimonia nobis obiecta ab adversarijs, quæ rectè exponuntur à Lessio, Martinon, & alijs: vtenim docet Patavius lib. 10. Theol. dogmat. cap. 1. in fine: *Nullum est ex his, quod non fuerit in alio sensu explicatum a pluribus Ecclesiæ Patribus tam Græcis, quam Latinis: ac proinde (inquit ille) nulla nos ad illam sententiam divinam cogit authoritas, imo ab ea magis absterrere videtur.*

SECTIO VNDECIMA:

Mens Augustini, & Massilensium error exponitur, & ostenditur, nihil Augustinum postea docuisse contra sententiam negantem electionem antecedentem ad gloriam, quam tradidit lib. 1. ad Simplician. cap. 2.

107 **C**elebris est in hac materia D. Augustini sententia lib. 1. ad Simplician. q. 2. vbi expendens verba illa Apostoli: *Cum nondum nati essent, nec aliquid boni, vel mali egissent, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruet minori;* connectit cum antecedentibus illud, *ut secundum electionem propositum Dei maneret, non cum subsequentiibus, ut sit sensus: Antequam illi aliquid boni vel mali egissent, ut inde secundum ele-*
ctio-

*electionem propositum Dei maneret, hoc est, cum nullam adhuc bonam, malamve actionem exercissent, ut ipsarum actionum intuitu, merito eius electio fieret, qui bene egisset; non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Maior seruiet minori, quandoquidem, nulla bene agentis electio esse poterat. Quod autem ita Augustinus annexat verba, Apostoli, constat; nam eis relatis, statim sic infert: Non ergo secundum electionem propositum Dei manet, sed lex proposita electio, id est non quia Deus inuenit opera bona in hominibus, quæ eligat, ideo manet propositum iustificationis; sed quia illud manet, ut iustificet credentes, ideo tamen inuenit opera, quæ eligat ad regnum cælorum; nam nisi esset electio, non essent electi; nec recte diceretur: quis accusabat aduersus electos Dei? Non tamen electio præcedit iustificationem, sed electionem iustificatio; nemo enim eligitur nisi iam distans ab eo, qui reijcitur. Vbi duo docet Augustinus, scilicet propositum seu decretum iustificationis esse in Deo ante electionem, in electionem nullo modo posse esse ante iustificationem. Ergo ex mente ipsius ad gloriam non est ante, sed post prævisa merita. Hoc testimonium late expendit Vazq. disp. 89. cap. 6. & evidentissimum iudicat pro nostra sententia, quod ipsum præstat. P. Alarcon disp. 2. de Prædest. cap. 9. Respondet primo Cardinalis Bellarminus lib. 2. de grat. & lib. arb. cap. 15. Augustinum adhuc Iuniorum, nempe in initio sui Episcopatus scripsisse libros illos ad Simplicianum; postea vero exorta heresi Semipelagianorum eam doctrinam retractasse. Sed contra insurgit Vazquez ibi n. 50. qui cum Augustinus illius libri meminerit 2. Retract. cap. 11. nihil in eo contentum retractat, sed potius doctrinam de gratia ibi explicatam mirifice commendat, eamque tantum facit, disputans contra Milliensis lib. 1. de Prædest. Sanct. cap. 4. ut eos ad eam questionem remittat, si veram sententiam de gratia intelligere velint, quod sane non fateret, si aliquid in ea questione falsum, aut hereticis favens dictum fuisset. 110. Pro maiori intelligentia doctrinæ Augustinæ observandum est, cum multo tempore in ea fuisse opinionem circa significationem huius nominis *electio*, ut existimaret non convenire illud nomen, nisi illi electio, quæ fit præmissis examine, & supponit inæqualitatem meritorum inter eum, qui accipitur, & eum, qui relinquitur. Ita docuit adhuc Iuvenis ante Episcopatum lib. 1. expositionis quarundam propositionum Epistolæ ad Rom. cap. 69. *Non enim (ait) patet in**

ter æquales electio nominari. Vnde Intulitæ conclusionem erroneam, quam postea Semipelagiani a vide excepere, imò censuraverunt, nempe sui dogmatis. Cum eam videret, passim vti scripturam nomine electionis ad gratiam, ad iustificationem, & sanctitatem, illo principio vocali deceptus asseruit, in præscientiâ Dei præcedere in hominibus, qui eliguntur, fidem ex viribus arbitrarij, quæ non reperitur in illis, qui reijciuntur.

Sed postquam ad Episcopatum pervenit, hunc errorem deposuit, & sententiam quoad rem ipsam mutavit, ut testatur Petavius lib. 9. cap. 14. n. 2. Siquidem in libris ad Simplic. (qui fuerunt primi, quos Episcopus scripsit, ut constat ex 2. retract. cap. 11.) primo tradidit veram doctrinam de gratia, quam postea latius explicuit, disputans cum Pelagianis; docens, gratiam Dei præcedere fidem, non subsequi: *Sicut enim non ut ferueat calefacit ignis, sed quia feruet, nec ideo bene currit rota, ut rotunda sit, sed quia rotunda est, sic (ait illa questio 2.) nemo propterea bene operatur, ut accipiat gratiam* (intelligit primam) *sed quia accepit: ac proinde docuit fidem ipsam esse donum Dei. Licet autem quoad rem ipsam sententiam tunc mutaverit, non tamen quoad vocabulum electionis, quia in illa questione ad Simplicianum adhuc censuit, non posse dari electionem, nisi inter distantes; ita ut ideo unus eligatur, & non alius, quia ille potius, quam iste habet merita. Vnde loca illa Pauli, in quibus sermo est de electione, consequenter explicuit de electione ad gloriam præsupponente in eo, qui eligitur, meritum, non quidem ex arbitrio, ut olim iuvenis errabat, sed ex gratia Dei, per quam quis eligitur, supponitur distans ab eo, qui reijcitur. Vnde in hac questione nomen electionis non accommodavit decreto, & proposito gratuito Dei conferendi vni potius, quam alteri gratiam, quin inter eos, supponatur inæqualitas meritorum, ac proinde non agnovit electionem gratuitam, quæ fit inter æquales; ut testatur Petavius, vbi nuper, dicens Augustinum non agnovisse hoc genus electionis omnino gratuitæ, donec contra Semipelagianam perfidiam sumpto prælio, vehementius in illam disputationem cepit incumbere.*

Ex tunc autem duplex genus electionis admisit, alterum ex iustitia, quando unus præ alio eligitur, præmissis examine, quia scilicet hic potius, quam ille dignus invenitur; alterum quasi liberale, & sine examine. Ita patet ex cap. 7. de correptione & grat. ex cap. 13. de Prædest. Sanct. & ex Epist. 106. vbi ait: *aliqua electio non inuenit eligendas, sed facit: Et ex lib. 1. contra Iulian. cap. 3. vbi*

3 ubi inquit: *Nullum eligit dignum, sed eligendo facit dignum.* Et sermo 7. de Verbis Domini secundum Mat. utramque electionem simul admittit, dum docet: *Deum elegisse Apostolos secundum suam gratiam, & secundum illorum iustitiam, circa quem locum consulari P. Vazquez 3 p. disp. 23. n. 43.*

113 Hinc elicitur nostræ sententiæ confirmatio: nam licet Augustinus postea extenderit nomen electionis ad significandam electionem omnino gratuitam, & inter æquales; & hac in parte retractaverit, quod docuerat quæstione illa 2. ad Simplicianum, circa nomen *electionis*: Ceterum rem ipsam de electione ad gloriam supponentem propositum iustificandi, & merita prævisa, nullibi retractavit; quod tamen fecisset, si illa doctrina non videretur illi consentanea scripturis, aut in aliquo favens Semipelagianis: sicut fecit de doctrina illius expositionis Epistolæ ad Rom. quam retractavit lib. 1. retract. cap. 23. & lib. de Prædest. Sanct. cap. 4.

114 Secundo respondet P. Suarez lib. 3. de auxilijs cap. 18. & 19. ea in quæstione loqui Augustinum de electione ad gloriam per modum executionis; præter hanc autem admittere aliam per modum intentionis ante merita, eamque significare nomine propositi, cum dicit electionem oriri ex proposito. Sed contra primo, quia illa distinctio ordinis intentivi, & executivi falso adstruitur. Secundo, quia ibi Augustinus per propositum expresse intelligit propositum iustificationis. Tertio, quia illa negativa: *Nemo eligitur, &c.* foret falsa, si aliqua electio præcederet ante merita. Quarto, quia ait electionem, de qua Apostolus, intelligendam in præscientia; quo indicat esse ante præscientiam meritorum.

115 Tertio, & melius responderi potest, Augustinum in ea quæstione non negasse voluntatem efficacem gloriæ anteverterem merita, sed solum negasse eam vocandam esse electionem, quia scilicet hoc nomen dicit unius assumptionem, & alterius exclusionem; ac proinde electio aliquorum ad gloriam connotat exclusionem aliorum. *Nemo enim eligitur, &c.* Vnde quia Deus neminem excludit à gloria, nisi post prævisa demerita, ideo non dicitur eligere ad gloriam, nisi post prævisa merita. Et confirmatur, quia in ea quæstione concedit, Deum ante ullam inæqualitatem meritorum habuisse voluntatem donandi gratiam, cum doceat neminem propterea bene operari, ut accipiat gratiam, sed quia accepit; sicut non ideo bene currit rota, ut rotunda sit, sed quia rotunda est: & tamen ibi negat electionem ad gratiam, censens nimirum talem voluntatem non esse appellandam

electionem: ergo similiter de voluntate dandi gloriam.

116 Sed contra, quia legenti contextum constabit, Augustinum ibi contendere, radicem omnium meritorum esse vocationem Dei, ac proinde gratiam iustificationis non conferri ex meritis arbitrij; quod comprobatur exemplo Iacob, & Esau, qui disparem sortem acceperunt, non ex operibus, sed ex libertate Dei volentis vni potius, quam alteri conferre beneficium. Ex quo inferri, non ideo Deum habere propositum iustificationis, id est, voluntatem conferendi gratiam, quia præcedant merita, sed potius ista dari, quia præcedit voluntas dandi gratiam. Quare de ista manifeste docet, præcedere omne meritum salutare; quia scilicet ipsa gratia non confertur ob merita, cum sit principium omnis meriti; at de voluntate dandi gloriam, potius docet esse post ipsa merita, idque à contraria ratione, quia videlicet gloria confertur propter merita orta ex proposito iustificationis, atque adeo voluntas ipsam conferendi illud supponit ut enim recte probat P. Vazquez n. 60. & 81. eadem semper fuit Augustino cum Pelagianis, & Semipelagianis contentio de gratia, ac de Prædestinatione, cum de meritis agebatur: unde quia gratia non datur ex meritis, concludebat non fuisse prædestinaram ex meritis. Quia vero in expositione quarundam propositionum Epistolæ ad Rom. olim falso existimavit, gratiam dari ex meritis arbitrij; etiam tunc censuit homines eligi ex meritis ad gratiam. Quem errorem postea retractavit; illumque assumpserunt Semipelagiani ad sui dogmatis confirmationem: cum ergo certum sit, gloriam dari propter merita gratiæ: consequens est, ut Augustinus censuerit, neminem eligi ad gloriâ ut coronam, nisi ex prævisione meritorum gratiæ.

117 Quod si in hac quæstione ad Simplicianum agnovisset voluntatem efficacem antecedentem merita dandi gloriam, sicut agnovit voluntatem dandi gratiam; sane illam explicuisset, sicut explicuit istam; & in libris contra Pelagianos mentionem illius fecisset, eamque vocasset electionem ad gloriam ante merita etiam gratiæ. Quod nullibi tamen præfinit.

118 Plura nobis opponunt adversarij, ad probandum Augustinum disputantem contra Semipelagianos, docuisse illam electionem, in quibus exponendis non possumus immorari, satis sit insinuare loca Authorem, apud quos legitima expositio reperietur. Præcipuum testimonium, quod contra nos vrget P. Suarez lib. 3. de auxilijs cap. 16. n. 11. & lib. 1. de Prædestinatione cap. 3. n. 35. desumitur

ex lib. de corrept. & grat. cap. 7. ibi tamen nobis contrarium non esse, ostendit Alarcon hic disp. 2. cap. 7. post Vazquez disp. 89. n. 70. docens, ex contextu capituli manifeste concludi, sermonem esse de electione; quæ prædestinatus à prima vocatione usque ad finale vocatur ad statum gratiæ, & non ex meritis arbitrij; in quibus gloriatur; non autem de electione efficaci ad gloriam independenti à meritis gratiæ. Quare electio illa ad regnandum cum Christo omnino gratis, & sine merito facta, quam ibi admittit Augustinus, non est voluntas efficax immediate terminata ad gloriam in se; sed ad media gratiæ, quibus illa infallibiliter obtinetur; quæ propterea dicitur esse ad regnandum cum Christo, quia est electio ad donum perseverantiæ, quo pervenitur ad Christum.

119 Alterum testimonium principale proponit Bellarminus lib. 2. de grat. & lib. arbitrio cap. 12. desumptum ex cap. 8. de bono perseverantiæ prope finem; ex quo tamè solum concluditur, Deum absque meritis arbitrij, pro merito suæ voluntatis beneplacito ab æterno præparasse vni potius, quam alteri illam seriem auxiliorum, qua novit infallibiliter operaturus; hæc enim præparatio vocatur ab Augustino prædestinatio, ut constat ex disp. 11. sect. 2. & per eam vnus potius, quam alius à massa perditionis seceratur; ibi namque cum dixisset, inscrutabilia esse Dei iudicia, cur è duobus iustis huic donetur perseverantia usque in finem; illi autem non donetur: addit, *illud tamen fidelibus debere esse certissimum, hunc esse è Prædestinatis, illum non esse.* Ex hoc autem non potest concludi, prædestinationem, de qua ibi agit, consistere in electione antecedente ad gloriâ; sed solû consistere in illa præparatione beneficiorum gratiæ. Consulatur P. Martinon disp. 19. n. 124.

120 Tertium testimonium desumitur à P. Arrubal disp. 72. cap. 5. & 6. ex Epist. Prosperi ad Augustinum: cæterum hinc nihil contra nos concludi, satis clare ostendit P. Alarcon disp. 2. cap. 8.

SECTIO DVODECIMA:

Argumenta varia ad probandum, nullibi docuisse Augustinum electionem antecedentem omnino absolutam & efficacem ad gloriam ut coronam.

121 **V**T autem clarius constet Augustinum non docuisse illam electionem ad gloriam antecedentem prævisionem meritorum gratiæ, nec in lib. de corrept. & grat. cuius occasione turbati sunt

Masilienses, ut refert Prosper in sua Epistola ad Augustinum; nec in lib. de Præd. sanct. & de bono perseverantiæ; quos scripsit per motus Epistola illa Prosperi, & alia Hilarij: aliqua in medium proferam argumenta.

122 Sit primum; quia Masilienses turbati sunt, non ob electionem ad gloriam antecedentem merita gratiæ, quam Augustinus adstruxerit; sed ob propositum mere gratuitum, nulla scilicet supponens merita arbitrij, quo Deus ab æterno decrevit quibusdam conferre vocationem congruam; qua salvarentur; & non alijs, seu quo quibusdam, & non alijs præparavit beneficia suæ gratiæ; quibus certissime liberarentur: ut enim testatur Prosper in sua Epistola, illi clamabant contra Augustinianum: *Propositum vocationis Dei, quo eligendorum, & reiiciendorum dicitur* (nempe ab Augustino lib. de corrept. & grat.) *facta discretio, ut secundum quod placuit creatori alij vasa honoris, alij vasa contumeliæ sint creati, & lapsis curam resurgendi adimere, & sanctis occasionem, temporis afferre.* Ex quo constat, non propositum glorificationis, sed propositum vocationis, id est, propositum vocandi congruè hos potius, quam illos, præveniens omnem conatum, & merita arbitrij; turbasse Masilienses.

123 Sit secundum: quia ut erudite probat P. Annatus in Apologia pro scientiâ media disp. 3. cap. 4. §. 4. à num. 92. pag. mihi 385. prædestinatio; pro qua pugnat Augustinus contra Masilienses, non est alia, quam quæ sequitur necessario ex eo, quod initium fidei; & perseverantia usque in finem sit donum Dei; & quod gratia non detur secundum merita; atqui electio illa efficax ad gloriam ante prævisa merita non sequitur necessario ex hoc; ut fatentur adversarij cum P. Suarez: ergo prædestinatio, pro qua pugnat Augustinus contra Masilienses, non est illa electio efficax, nec eam necessario supponit. Reliqua constat; maior vero suadetur clarissimis Augustini testimonijs prolatis à P. Anat. sufficiat nobis vnum transcribere ex cap. 16. de bono perseve. Vbi ita loquitur: *Aut sic prædestinatio predicanda est, quemadmodum Sancta Scriptura evidenter loquitur, aut gratiam Dei secundum nostra dari merita confitendum, quod sapiunt Pelagiani.* Et aliud ex Epistola Prosperi; cum enim Prosper dixisset, Masilienses contedere gratiam non prævenire merita, sed sublequi; statim subdit: *Qui a si profiterentur, ab ea omnia bona merita præveniri, necessitate concederent, Deum secundum propositum, & consilium voluntatis suæ aliud vas condere in honorem, aliud in contumeliam; sed refugiunt istud fateri:*

dini.

diuinoque adscribere operi sanctorum merita formidant.

124 Confirmatur, quia Augustinus non aliam prædestinationem defendit contra Pelagianos, & Semipelagianos, nisi illam, quæ necessario colligitur ex eo, quod initium fidei, & in ea usque in finem perseverantia sit donum Dei. Atqui electio efficax ad gloriam ante merita absolute prævisa hinc nõ necessario colligitur, ut constat: ergo, &c. Assumptum probatur ex Augustino de bono perseverant. cap. 21. ubi hæc habet: *Et initium fidei, & in ea usque in finem perseverantiam secundum scripturas, unde iam multa diximus, dona Dei esse defendimus: quoniam si a nobis dicimus initium fidei, ut ea cætera Dei dona mereamur accipere, concludunt Pelagiani, gratiam Dei secundum merita nostra dari. Quod ita exhorruit Catholica Fides, ut damnari timens, hoc Pelagius ipse damnauerit. Itemque si dicimus a nobis esse perseverantiam nostram, non a Domino, respondent i li, ita nos a nobis habere initium fidei sicut finem: sic argumentantes, multo magis nos habere a nobis illud initium fidei, si a nobis habemus permanere usque in finem: cum perficere quam inchoare sit maius: ac sic identidem concludunt, gratiam Dei secundum merita nostra dari. Si autem utrumque Dei donum est, & hæc Deus dona sua (quod negare quis potest), daturum se esse, præsciuit, prædestinatio prædicanda est, ut possit vera Dei gratia, hoc est, quæ non secundum merita nostra datur, insuperabili munitione defendi. Hæc ille. Ergo Augustinus non aliam prædestinationem agnovit, quam illam, quæ necessario colligitur ex eo quod initium fidei & perseverantia sit donum Dei.*

125 Sit tertium, quia prædestinatio, pro qua pugnat Augustinus contra Malsilienses, etiam in illis locis, ex quibus maxime arguunt adversarij, est prædestinatio, quæ sine errore contra Scripturam, negari nequit: Ut etenim ipse cap. 18. de bono perf. inquit: *Hoc scio, neminem contra prædestinationem istam, quam secundum Scripturas Sanctas defendimus, nisi errando disputare posse.* Atqui electio efficax ante prævisa merita, & prædestinatio hanc electionem supponens, sine errore aliquo, vel temeritate contra Scripturas negari potest, & defacto negatur à tot, tamque præclaris Doctoribus: ergo prædestinatio, pro qua pugnat Augustinus, nec in illa electione consistit, nec eam necessario supponit.

126 Sit quartum, quia ut præclare ostendit P. Vazq. ea disp. 89. n. 35. nunquam

Augustinus cum Pelagianis, & Semipelagianis disputat, an electio ad gloriam sit facta ex meritis gratiæ, sed an gratia ex aliquo bono initio, aut merito arbitrij fuerit præparata ab æterno, & in tempore detur, quia non alium errorem de prædestinatione, quam de gratia tenuerunt. Assumptum probatur; nam, ut de ipsis refert Prosper in sua Epistola eorum errorem exponens Augustino, dicebant: *Quantum ad Deum pertinet omnibus paratam vitam æternam, quantum autem ad arbitrij libertatem ab eis eam apprehendi, qui Deo sponte crediderint, & auxiliũ gratiæ merito credulitatis acceperint, volebantque priorem esse obedientiam, quam gratiam, ut initium salutis ex eo, qui saluatur, non ex eo credendum sit stare, qui saluat: & voluntas hominis diuine gratiæ sibi pariat opem, non gratia sibi humanam subiciat voluntatem.* Hæc expresse Prosper de illis testatur. Comparabant namque gratiam Dei publico fonti, ex quo qui vellet, posset aquam haurire, vel foli, qui omnes illuminat, dummodo ipsi oculos aperiant, vel liberalissimo Medico, qui omnes prius volentes curare paratus sit, ut notat P. Vazquez, ubi supra n. 311. Unde dum Semipelagiani, ut refert Prosper, clamabant: *Tolle virtutes, si Dei constitutio humanas præueniat voluntates, & sub hoc prædestinationis nomine fatalem induci necessitatem:* non loquebantur de constitutione consistente in decreto efficaci dandi gloriam antevertente prævisionem meritorum arbitrij, & nomine prædestinationis non intelligebant illam electionem antecedentem ad gloriam, quam ponunt adversarij, sed propositum gratuitum Dei, quo antecedenter ad omnia merita arbitrij decrevit, quibusdam conferre ea beneficia suæ gratiæ, quibus certissime pervenirent ad gloriam, & non alijs, quamvis ex parte ipsorum nulla præcesserit inæqualitas.

127 Dices cum P. Suarez lib. 3. de auxilijs cap. 19. n. 2. præcipuam quidem controversiam Augustini cum Pelagianis, & Semipelagianis non fuisse de electione ad gloriam post prævisa merita gratiæ, sed de electione ad gratiam ante omnia merita arbitrij, idque solum evincere argumenta à nobis facta: cæterum occasione hinc arrepta, etiam Augustinum egisse de electione ad gloriam ante merita gratiæ, eamque defendisse, non ut catholicam veritatem, sed ut magis probabilem doctrinam.

128 Verum gratis hoc dicitur, quia Augustinus nõ de alia prædestinatione loquitur, nisi de ea, quam existimat manifeste deduci ex testimonijs sacre paginæ. Et confir-

manur ad hominē contra P. Suárez, qui lib. 3. de prædest. cap. 6. n. 3. docet electionem ad gloriam antecedentem à se adstructam, esse illud propositum æternum, ex quo fatalem necessitatem colligebant Semipelagiani. Atque illud propositum, gratuitamque electionem, quæ alijs præ alijs à massa perditionis secernuntur, validissimè confirmat Augustinus ex sacra pagina, asserens nihil esse in Scriptura clarius, ut patet tum ex testimonio adducto ex cap. 18. de bono perseverantiæ; tum ex cap. 8. eiusdem libri prope finem, ubi ait: *Patent libri Dei, non advertamus aspectum; clamat Scriptura divina, non advertamus auditum.* Ergo si nomine illius propositi gratuiti facientis, discretionem inter Prædestinatos & Reprobos, intellexit Augustinus electionem efficacem ad gloriam antecedentem prævisionem meritorum gratiæ; sequitur eam electionem defendisse, non tantum ut magis probabilem sententiam, ut vult P. Suárez, sed ut catholicam veritatem. Si ergo illa electio non adstruitur ut necessario deducta ex sacra pagina, ea non est ad mentem Augustini. Atque sic adstrui non potest: ergo, &c.

129 Dices rursus, aliquos Massilienses fuisse, qui etiam initium boni operis faterentur ex Deo, ut testatur Augustinus de Prædest. Sanct. cap. 1. dicens, illos eo pervenisse: *Ut præveniri voluntates hominum Dei gratia fateantur; atque ad nullū opus bonum, vel incipiendum, vel perficiendum, sibi quomquam sufficere consentiunt.* De quibus addit: *Si in ijs ambulent, & orent eum, qui dat intellectum, si quid de prædestinatione aliter sapiunt, ipse illis quoque revelabit.* Hi ergo id circo male de prædestinatione sentiebant, quia electionem ad gloriam ex meritis gratiæ factam fuisse existimabant.

130 Cæterum legenti initium Epistolæ B. Hilarij, ex qua Augustinus illorum sensum deprehendit, manifeste constabit, hos Massilienses inter bona opera non computasse nec fidem, nec orationem, nec bonam voluntatem, quæ quis sanari desiderat: ut enim de illis narrat Hilarius, asserebant: *Non negari gratiam, si præcedere dicatur talis voluntas, quæ tantum medicum quærat, non autem quidquam ipsa iam valeat.* Proindeque dicebant in illis verbis: *Crede, & salvus eris, unum exigi, & aliud offerri, ut propter id, quod exigitur, si redditum fuerit, id, quod offertur, deinceps tribuatur.* Quod patet etiam ex comparationibus supra adductis, quibus suam sententiam explicant. Contra hunc errorem disputavit Augustinus in lib. de Prædest. Sanct. & de bono perseveran-

tia; in quibus respondet Prospero, & Hilario; & primo omnium ostendit, fidem esse donum Dei; ipsamque bonam voluntatem credendi ex gratia procedere, atque ad eum non tantum salutem spirituale anime, sed voluntatem quoque querendi medicum à Deo esse. Quod probat, quia ante illam bonam voluntatem necesse est, præcedat sancta cogitatio, quæ à Deo est iuxta illud Pauli: *Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Stopus ergo Augustini in ijs libris solum fuit: prædestinationem, quam ipse definit per hoc, quod sit gratiæ præparatio, non supponere ex parte nostræ aliquod meritum, aliquodve initium, ex quo Deus occasionem sumat prædestinandi, sed esse mere gratuitam, à solius Dei nutu pendente.

131 Dices, Augustinum satis expressisse electionem ad gloriam ante prævisa merita lib. de corrept. & grat. cap. 7. ubi inquit: *Illi electi, qui secundum propositum vocati, qui etiam prædestinati. Horum si quisquam perit, fallitur Deus, sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus: horum si quisquam perit, vitio humano vincitur Deus, sed nemo eorum perit, quia nulla re vincitur Deus.*

132 Respondeo primo, hoc argumento ad summum probari, Deum præfinivisse se efficaciter aliquorum perseverantiam usque in finem, eosque prædestinasse potius, quam alios, quia eis præparavit beneficia suæ gratiæ, quibus certissime liberarentur potius quam alijs. Horum si quisquam perit, vincitur Deus, quia cum Deus efficaciter voluerit eos perseverare, ipsi tamen non perseverant. Neutiquam tamen bene probatur, Deum ante illud decretum præparans alijs potius, quam alijs perseverantiam usque in finem, habuisse decretum absolutum & efficax tribuendi his potius, quam illis coronam gloriæ, propter rationes speciales, quas confecimus contra illud decretum independentem à titulo libertatis, qui etiam communis est præfinitionibus. Quare hæc auctoritas nihil urget pro electione ad gloriam ante prævisa merita, licet videatur urgere pro præfinitionibus.

133 Respondeo secundo, nec hoc argumento ostendi, in sententia Augustini Deum habere aliquod decretum ex se essentialiter conexum cum existentiâ actus liberi; sed solum evinci Deum ab æterno his potius, quam illis præparasse ea beneficia suæ gratiæ, quibus noverat infallibiliter liberandos, quod non probat illud decretum ex se habere connexionem cum salute, sed vel illam habere ex se, vel ratione præscientiæ conditionate per quam

quam sicut constituitur in ratione efficacis, ita & in ratione infallibiliter connexi cum opere. Dices, si decretum, quo Deus statuit conferre homini auxilium efficax ad perseverandum, ex se non est efficax: ergo quamvis ille homo damnaretur, non propterea vinceretur Deus, quia non vincitur per hoc, quod frustreretur decretum, quod non est de se efficax, sed per hoc, quod frustreretur decretum efficax. Solum ergo sequeretur, Deum falli, quatenus homo non perseveraret cum auxilio; cum quo ipse noverat perseveraturum. Respondeo facile, esto decretum illud ex se non habeat efficaciam, nihilominus illam habet absolute, & quidem ratione alicuius formalitatis secum realiter identificare, nepe ratione scientiæ mediæ: hoc autem ipso Deus propriè voluit efficaciter prædestinatum salvare: hoc autem ipso propriè diceretur vinci, si homo non salvaretur, quia non fieret id, quod ipse efficaciter præfinivit.

134 Sed vergebis: nam Augustinus nomine propositi nihil aliud videtur intelligere, quam electionem efficacem ad gloriam ante prævisa merita, & vocatio secundum propositum apud ipsum videtur esse vocatio orta ex illa intentione efficaci, quia hac vocatione soli electi dicuntur vocati, ut constat ex loco nuper citato; item ex cap. 3. de prædestinat. Sanctorum, & alijs locis citatis à Ruicio disp. 6. de provident. sect. 4. Respondeo tamen hinc nihil contra nos evinci: quia apud Augustinum vocatio secundum propositum nihil aliud est, quam vocatio congrua; unde apud ipsum electi simpliciter dicuntur, qui congruenter vocati sunt ad salutem obtinendam, ut enim ipse inquit lib. 1. ad Simplician. q. 2. *Illi electi, qui congruenter vocati, illi autem, qui non congruebant, nec contemperabantur vocationi, non electi, quia non secuti, quamvis vocati:* ergo apud ipsum illi dicuntur vocati secundum propositum, qui congruenter vocati sunt, quia illi electi, qui secundum propositum vocati, item illi electi, qui congruenter vocati. Ergo apud August. propositum significat aliquem actum divinum, quem vocatio congrua ex suo conceptu affert; siquidem apud ipsum repugnat aliquem esse congruenter vocatum, & non esse electum; & esse electum idem est, ac esse secundum propositum vocatum: ergo apud eundem non significat electionem efficacem ad gloriam ante prævisa merita. Pater hæc ultima consequentia, quia apud omnes Societatis Scriptores potest aliquis salutem consequi, & ad illam obtinendam esse congruenter vocatus, quin antecedenter sit efficaciter ad gloriam electus: alio qui illa electio antecedens esset essentialiter necessaria ad salutem obtinendam; va-

de reprobis illam non habens, nec pro libito suo potens habere, non haberet media sufficientia ad salutem; cum ergo Augustinus nullibi docuerit, adhuc ex mente adversariorum, illam electionem esse necessariam, consequens planè est, ut nomine vocationis secundum propositum non intelligat vocationem ortam ex illa intentione antecedenti adstructa ab adversarijs.

135 Iudico ergo cum Pat. Vazquez disput. 88. cap. ultimo, propositum apud Augustinum nihil aliud esse, quam voluntatem divinam congrue vocandi, nihilque aliud significare, quam æternam preparationem, qua Deus disposuit in tempore quibusdam conferre ea suæ gratiæ beneficia, quibus noverat eos liberandos; quæ voluntas ubi terminatur ad vocationem congruam respectu salutis, seu ad donum perseverantiæ, dicitur simpliciter Prædestinatio, electio, & propositum. Cæterum ubi terminatur ad vocationem congruam respectu alicuius operis particularis dumtaxat, qualia sunt omnes actus boni eliciti à reprobis, non dicitur simpliciter prædestinatio, quia ab illa non denominatur homo simpliciter prædestinatus, nec dicitur simpliciter electio propter eandem rationem, sed dicitur prædestinatio in alio sensu, nempe relatè ad ipsam operationem, quatenus scilicet est cuiusdam gratiæ preparatio; seu prædestinatio secundum quid, à qua homo non denominatur prædestinatus simpliciter, sed cum addito, nempe ad fidem, ad iustificationem, &c. & vocatio orta ab illa non dicitur simpliciter vocatio secundum propositum. Vocatio itaque secundum propositum simpliciter, & sine addito, sonat apud Augustinum, vocatio orta ex voluntate divina, qua Deus ab æterno disposuit conferre hominì eam vocationem, qua noverat perventurum ad salutem, quod nomen sortitur non solum vocatio congrua ad perseverantiam finalem, sed omnes aliæ, quæ in gloria cooperantur; eo quod post illas sequitur vocatio ad perseverandum, quæ est ultimum complementum prædestinationis, ut distinguuntis prædestinatum à reprobo.

136 Hanc expositionem præter dicta suggero ex cap. 17. de bono perseverantiæ, ubi sic loquitur: *Quos prædestinavit; ipsos & Vocavit vocatione illa, quam me sæpe commemorare non piget, de qua dictum est, sine pœnitentia sunt dona, & Vocatio Dei, nam in sua, quæ falli, mutarique non potest præscientia, opera sua futura disponere, id omnino, nec aliud quidquam est prædestinare.* Vocatio sine pœnitentia idem est apud Augustinum, ac vocatio secundum propositum, ut est manifestum. Rursus, Deum prædestinare, nihil aliud est, quam Deum ab

eterno disponere, ut futura sint opera sua, nepe operationes supernaturales, quibus gloriam promeremur, praesertim ultima perseverantia; quod facit discernendo dare illam vocationem, quam novit sortituram effectum: ergo vocatio secundum propositum apud Augustinum nihil aliud est, quam vocatio orta ex decreto coniuncto cum scientia futurae operationis; non tamen omnis vocatio coniuncta cum scientia futurae operationis, dicitur absolute secundum propositum; sed illa dumtaxat, quae tandem cooperatur in consecutionem vitae aeternae. Ut enim ille docet lib. de Corrept. & grat. cap. 7. illi: *Qui credunt, & iustificuntur, nec tamen in gratia perseve. ant, sunt quidem vocati, non tamen electi, nec secundum propositum vocati.* Ergo ut aliqua vocatio sit secundum propositum, opus est, ut cooperetur in gloriam, quatenus ad ipsam mediate, vel immediate consequitur perseverantia in gratia, propositumque apud Augustinum non est qualiscumque voluntas dandi gratiam congruam, sed voluntas dandi gratiam congruam, usque in finem perseverantem, id est, voluntas dandi eam feriem auxiliorum, cum qua novit Deus hominem infallibiliter liberandum.

137 Denique ex lib. de bono perseverantissimum possumus assumere argumentum ad probandum praedestinationem Augustinianam hominum ad gloriam, non importare electionem absolutam & efficacem ad gloriam ante merita absolute praevisa. Nam cum Malsilienses, seu Semipelagiani legissent librum Augustini de correptione & gratia, clamaverunt contra eam Augustini doctrinam de praedestinatione, dicentes, ea admissa neminem posse correptionis stimulis excitari ad pietatem; & homines agi in desperationem; ut referunt Prosper & Hilarius in Epistolis suis ad Augustinum, quam objectionem ijs verbis diluit Augustinus cap. 15. *Ista cum dicuntur, ita nos a confitenda vera Dei gratia, id est, quae non secundum merita nostra datur, & a confitenda secundum eam praedestinatione Sanctorum detertere non debent: sicut non deterremur a confitenda praescientia Dei, si quis de illa populo sic loquatur, ut dicat: siue nunc recte vivamus, siue non recte, tales vos eritis postea, quales vos Deus futuros esse praesciuit, vel boni, si bonos, vel mali, si malos.*

138 Ex quibus verbis sic argumentor: secundum Augustinum sicut non est, quod detertere nos debeat a confitenda praescientia; ita non est, quod detertere debeat a confitenda praedestinatione: ergo iuxta Augustinum eodem modo se habet praedestinatio, quo praescientia, quantum ad perseverantiae salutisque

spem relinquendam, & consequenter quantum ad effectum cessationis ab obedientia vel exclusionis a regno: ergo iuxta Augustinum praedestinatio illa non nisi consequenter se habet ad eos effectus; sicut non nisi consequenter se habet praescientia: in hoc enim est cardo paritatis: siquidem nisi consequenter se habeat praedestinatio, sicut se habet praescientia, non eodem modo a praedestinatione relinquatur locus sperandi, quo relinquatur a praescientia, ac proinde non eodem modo non est quod deterreat a confitenda praedestinatione, quo non est quod deterreat a confitenda praescientia. Est enim evidenter longe dispar ratio, si haec consequenter se habet ad eos effectus, illa antecedenter. At certum est praescientiam se habere consequenter; in quantum suum obiectum non facit, sed supponit; ut docet Augustini lib. 5. de Civit. cap. 10. lib. 3. de liber. arbitr. cap. 2. 3. 4. & 6. ergo simili modo, ex mente Augustini praedestinatio se habet consequenter & non antecedenter; quoad illos, inquam, effectus, qui sunt cessatio ab obedientia, & exclusio a regno & gloria. Habet autem se ad eos consequenter solum, quia licet antecedenter ad omnia nostra merita prepararetur & detur gratia (quod solum contra Malsilienses contendit Augustinus) & licet ipsa faciat, nos velle & facere, credere, & perseverare; talis tamen est, ut ex se connexionem non habeat cum nostra operatione, ac proinde non necessitet ad faciendum vel perseverandum; & omnibus detur saltem quoad sufficientiam; ut faciant, & perseverent, & salventur; ita ut si non faciant, vel non perseverent, non defectui gratiae, vel praedestinationis tribuere debeant, sed suae malitiae, vel negligentiae: *Quoniam ut venirent vocati, in libera eorum erat voluntate, ut ait Augustinus lib. 83. quaest. 68. & lib. 1. ad Simplicianum: Noluit Esau, & non cucurrit sed & si voluisset, & cucurrisset, Dei adiutorio pervenisset, nisi vocatione contempta reprobus fieret.*

139 Sed quamquam quae adduximus sufficienter probare videantur, Div. Augustinum non tradidisse electionem absolutam ad gloriam ante merita absolute praevisa; tamen S. Franciscus Salesius, vir non solum sanctus, sed & doctrina patris comparandus, Epist. 61. Gallica, Hispanica octava, fatetur, D. Augustinum longe aliam tradidisse sententiam circa praedestinationem, quam Patres Antiquiores docuissent; docuisse enim praedestinationem esse ante praevisa merita, quod antiqui negaverant, quod testimonium eo pluris faciendum est, quod mellissius hic Doctor, quavis ea credat esse Aug. sententiam, ea deserit

& aliorum Patrum sententiâ sedatur, qui docent electionem efficacem ad gloriam non fieri nisi post prævisionem absolutam meritorum; ut constat ex pluribus eius locis, quos congerit atque excipit Latine & Gallice Maynam t. 2. Philosophiæ sacræ cap. 42. præsertim à n. 29.
140 Idem est iudicium P. Dionisij Peravij t. 1. Theolog. Dogmat. lib. 9. nam à

cap. 6. usque ad 9. latissime probat ex Augustini sententiâ electionem prædestinatorum ad gloriam fieri ante prævisa merita; quamvis ipse lib. 10. à cap. 2. cum Patribus Antiquis & multis Theologis Recentioribus contendat electionem absolutam ad gloriam non nisi post prævisionem absolutam meritorum gratiâ à Deo fieri.



DISPUTATIO NONA.

AN SALTEM SIT POSSIBILIS ELECTIO EFFICAX ET ABSOLUTA AD GLORIAM UT CORONAM ANTE PRÆVISIONEM ABSOLUTAM MERITORUM.

Disputatione præcedenti factum potius examinavimus, quam possibilitatem; nunc de possibilitate differendum nobis est. Supponimus autem possibilem esse electionem necessitatem ad aliquod meritum vage, & relinquentem libertatem ad hoc meritum præ alio; & de hac nobis sermo non est, sed de electione relinvente proximam indifferentiam ad merendum, & non merendum; & ex qua nascatur proxima potentia ad perseverandum, vel non perseverandum, seu ad moriendum in gratia; vel in peccato mortali. Hanc electionem esse possibilem affirmant quotquot illam defacto existentem truentur. Hi autem sunt communiter Thomistæ cum Div. Thoma apud Godoy de prædestinat. disputat. 66. sect. 1. Scotistæ cum Scoto, apud Smilingum tractat. 3. de Deo disputat. 6. quæst. 3. à numer. 491. & plurimi è nostris cum Eximio Doctore, apud Ribadeneyram; Aldrete, & Quiros. Et insuper aliqui ex his, qui existentem negant, possibilem admittunt, ut Pat. Platel in Synopsi cursus Theologici cap. 4. §. 3. numer. 118. & 119. eam verò omnino repugnantem acerrimè propugnant P. Vazquez, Lessius, Meratius, Herice, Montæus, Amicus, Alarcon, Martinon, & alij multi apud ipsos.

SECTIO PRIMA.

An illa electio repugnet titulo incompossibilitatis cum libertate nostra.

§. I.

Proponitur ratio à priori pro sententiâ affirmante illam electionem coherere cum libertate.

EAM esse possibilem, & cum libertate nostra composibilem, probant à priori nobiles Recentiores: quia quilibet potest efficaciter intendere finem, etsi media non præexistant nec præintelligantur existentia; dummodo cognoscat sub sua esse potestate ponere omnia media, quæ ad finem consecutionem requiruntur: at meritis nec absolute præexistentibus, nec absolute præcognitis, cognoscit Deus se habere potestatem inducendi merita ad gloriæ coronæ requisita & sufficientia: in sententiâ Thomistarum, quia potest Petro, quem prædestinat, in cuiuscumque meriti electionem prædeterminare: in sententiâ Societatis, quia per scientiam mediam eam esse videt auxiliorum indifferentium efficaciam, ut quodlibet bonum opus possit ex Petro consequi, illa eius libertate: igitur nostri expectata bonorum operum absoluta prævisione, potest Deus medijs operibus gloriam ut coronam & præmijs eorum efficaciter intendere. Maior huius syllogismi suadetur, reliqua enim perspicua sunt. Etenim quisque potest intendere, quod sibi possibile esse cogitat. At quamvis media ad finem aliquem necessaria non prævideantur ut absolute futura, vel existentia; dum tamen Deus, vel alius cognoscat, sub suo esse dominio, videt sibi esse possibilem huiusmodi finem: ergo potest illum efficaciter velles, præsertim quando



finis est bonus, honesteque amabilis, cuiusmodi tenenda est gloria ut corona respectu Dei. Verum hæc ratio efficax non est. Similique argumento posset Recentior ille ostendere, Deum in vi collectionis auxiliorum posse pro priori ad scientiam mediam intendere efficaciter nostram operationem liberam, siquidem per simplicem intelligentiam evidenter cognoscit ex infinitis auxilijs indifferentibus plurima apparitura congrua, & efficacia ad faciendum, ut voluntas liberè convertatur, poterit ergo ex vi scientiæ simplicis intelligentiæ concipere eiusmodi intentionem efficacem nostri liberi consensus: quod tamen Recentior ille non admittit; & nos latè ostendimus repugnare disp. 6. huius tractatus. In forma respondebitur distinguendo maiorem; quilibet potest efficaciter intendere finem, &c. Si finis ille sit liber alteri agentis, & obtinendus medio concursu ipsius intendentis indifferenter oblatonego maiorem; aliter concedo maiorem, & concessa minori nego consequentiam. Itaque respondebitur, Deum non posse intendere efficaciter gloriam ut coronam ante prævisionem absolutam meritorum; quia sic intendere gloriam, esset intendere efficaciter merita, quæ sunt actiones liberæ agentis creati, ad quas Deus concurrere debet vi decreti indifferents offerentis concursum etiam ad oppositum actum. Non posse autem Deum intendere efficaciter actionem liberam creature per intentionem formalem amantem efficaciter actionem illam in seipsa: quia hoc pugnat cum libertate actionis, ad quam requiritur quod Deus concurrat ad ipsam per decretum indifferens; non stat autem concurrere per decretum indifferens, & tamen quantum est ex se intendere efficaciter illam actionem, quia cum velle Dei sit efficere, sane si amat efficaciter aliquem terminum, per hunc amorem influit immediate in illum, applicando immediate omnipotentiam ad concurrendum: quod non componitur cum eo quod concurrat per decretum indifferens.

4 Sed instat nobilis alius Recentior, probando, possibilem esse prævisionem Dei efficacem, amatem formaliter nostrum actum, quin eius libertatem lædat, quia potest, inquit, Deus efficaciter intendere finem, quoties videt sibi suppetere media efficacia, quibus finis obtineatur, qui aliunde est honestus. At finis boni operis, ut liberè & laudabiliter à nobis eliciendi, honestissimus est; & aliunde videt Deus per scientiam mediam sibi suppetere media efficacia, quibus hoc modo infallibiliter obtinebitur: ergo intentio seu prævisione efficax boni operis ut liberè à nobis eliciendi; absolute possibilis est.

5 Quod confirmat, quia maxima videtur imperfectio voluntatis Dei non posse absolute decernere finem consequendum media actione agentis liberi, nisi dempta omnino eius libertate. Sicut enim pertinet ad perfectionem omnipotentiam divinam posse voluntatem humanam efficaciter flectere ad bonum illa eius libertate: ita etiam spectare videtur ad perfectionem & libertatem voluntatis divinæ posse efficaciter velle, quod in omni eventu debet posse efficaciter præstare. Neque vlla ratio est, ut dicatur esse contra supremum Dei dominium, non habere media efficacia, quibus infallibiliter obtinere possit nostrum consensum liberum, nisi quia in illo eventu non potest Deus efficaciter velle donare nobis ipsum consensum liberum salutarem. Si igitur Deo iniurius esset, qui diceret, cum non posse nostras voluntates infallibiliter trahere ad bonum, salva libertate; similiter iniurius erit, qui asserat, cum non posse efficaciter velle nostrum consensum salutarem sine detrimento libertatis.

6 Responderi tamen poterit ex dictis, Deum priori ad decretum dandi auxilium congruum non posse intendere efficaciter consensum nostrum liberum per intentionem formalem immediate terminatum ad nostrum consensum, & essentialiter connexam cum eius existentia: quia hæc intentio foret immediate executiva consensus & applicativa omnipotentiam; ac proinde læderet libertatem consensus; siquidem de essentia consensus liberi creati est, quod oriatur immediate ab omnipotentia ut applicata per decretum indifferens; non stat autem, oriri ab omnipotentia, ut applicata per decretum indifferens; & oriri ab omnipotentia, ut applicata per eiusmodi intentionem. Ordo enim intentivum debet esse immediate executivum eius, quod immediate amat, & ideo repugnat decretum efficax intentivum gloriæ, quod non sit eiusdem executivum, ut ostendi disp. 7.

7 Mediaque ipsa prævisa per scientiam mediam efficacia ad obtinendum consensum, supponunt, danda esse per voluntatem indifferentem; & concursum præparandum esse per decretum indifferens: Deus enim per scientiam mediam sic affirmat: *Si ego dederò Petro tale auxilium, & obtulero ipsi concursum ad actum honestum, & ad actum oppositum, eliciet actum honestum* Hæc autem scientia ex parte hypothesis non præcindit à decreto collativo auxilij: ergo supponit illud decretum fore indifferens: nam scientia sic affirmans: *Si ego dederò Petro auxilium indifferens per decretum connexam cum operatione, Petrus ope-*

abitur; est scientia necessaria, quia affirmat conditionatum sub conditione connexa essentialiter cum eius existentia. Hic autem ordo invertitur; si Deus intendat efficaciter operationem intentione antecedenti collationem auxilij; siquidem tunc auxilium dabitur ex vi præfinitionis essentialiter connexæ cum operatione; ergo non ex vi decreti indifferentis. Rursus scientia media ex parte hypothesis attingit voluntatem oblativam concursus cum indifferentia. Dum autem ponitur illa intentio efficax antecedens, per illam præparatur concursus sine indifferentia; ergo videtur, quod scientia media non deservit; ut Deus possit intendere, & præfinire nostrum consensum liberum immediate in seipso efficaciter; sed solum deservire videtur, ut possit illum præfinire in vocatione congrua; ita ut rota efficacitæ affectus sistat invocatione congrua, & non transeat ad ipsum consensum liberum.

8. Quare respondebitur, non esse absurdum, quod Deus nequeat antecedenter ad collationem auxilij, seu antecedenter ad decretum conferendi habere intensionem efficacitæ formalem immediate terminatam ad nostrum consensum liberum; quia hæc intentio pugnare videtur cum libertate; quia debet esse immediate effectiva eius, quod immediate efficaciter amat; siquidem habet vim applicandi omnipotentiam ad efficientiam eius, quod efficaciter immediate amat: quod non cohæret cum libertate; ad quam requiritur, quod omnipotentia applicetur per decretum indifferens. Quare nisi adversarius probaverit, per illam intensionem nec omnipotentiam applicari ad concurrentem cum voluntate creata ad consensum liberum; neque auxilium congruum immediate mandari executioni per eiusmodi intensionem, non probabit illa esse possibile. Ex eo autem quod pertinet ad omnipotentiam Dei posse voluntatem humanam efficaciter flectere ad bonum, illæssa eius libertate; solum sequitur quod Deus verè & propriè possit efficaciter velle consensum nostrum liberum: quod non negabunt, neque negare possunt qui negant eiusmodi præfinitiones: quia certum est, Deum ex directione scientiæ mediæ velle conferre auxilia congrua prædestinatis, & sæpè reprobis; Deum autem velle conferre auxilia congrua ex directione scientiæ mediæ representantis congruitatem, est Deum verè & propriè præfinire efficaciter consensum liberum: ergo ex eo quod sit potens velle efficaciter consensum liberum honestum, non sequitur, quod possit illum intendere efficaciter intentione formali immediate terminatâ ad ipsum.

Proponitur ratio communis; quæ P. Vazquez, Lessius, & alij probant, illam electionem tollere libertatem: & contra rationem communis eius solutio.

Hanc rationem fuse & nervose proponit P. Vazquez in p. disp. 89. ca. 8. Nam posita tali electione antecedenti, seu decreto absoluto, vel potest homo non perseverare in gratiâ, & damnari; vel non potest. Si non potest, fit, ut in Deo non maneat indifferentia ad utramque partem; ac proinde nec libertas: hæc enim nihil aliud est, quam in differentia ad utrumvis; & cum impossibilitate & implicatione contradictionis ad alteram partem, manere non potest; si enim facultas libera expedita ad utrumque non est; sed ad unam partem necessario alligata & determinata; si vero adhuc potest non perseverare, & damnari; ponatur in re. Nam si id, quod possibile est, ponatur in re; nullum sequitur impossibile, teste Aristotele lib. 1. prior. cap. 12. quod si ex alicuius positione impossibile sequitur, illud non est possibile. Ponamus ergo aliquem electum non consequi gloriam; sequitur decretum efficax Dei irritum fueri: at hoc est impossibile; ergo & antecedens. Ita argumentatur ibi numerus 10. Verum hoc argumentum sub hac forma propositum facile solvitur; respondebitur enim, posito illo decreto posse hominem non perseverare in sensu diviso, licet non possit in sensu composito; quia nimirum voluntas hominis efficaciter electi ad gloriam habet potestatem proximam antecedentem ad ponendam imperseverantiam finalem in sensu diviso electionis antecedentis, licet non in sensu composito. Potestatem vero ad ponendum in sensu diviso habet; quia habet potestatem ad faciendum, ne præcesserit in Deo illa electio efficax ad gloriam; eo quod illa electio essentialiter supponit scientiam mediam futuræ perseverantiæ sub illis auxilijs indifferentibus, sub quibus liberè perseverat; si autem non perseveraret, ut potuit, non habuisset Deus scientiam mediam perseverantiæ sub illis auxilijs, sed scientiam oppositam; & tunc non elegisset efficaciter antecedenter ad gloriam.

Itaque respondebitur, hæc duo existere simul, nempe ex parte Dei electionem absolutam hominis ad gloriam, & ex parte hominis potestatem proximam antecedentem, ad non perseverandum, & damnationem incurrendam: siquidem illa electio licet sit essentialiter incompossibilis cum damnatione; est tamen compossibilis cum proxima potesta-

ta libera ad damnationem; imo illam essentialiter postulat: sicut presentia absoluta futurae perseverantiae libera est in composibilis cum imperseverantia, & composibilis cum proxima potentia ad imperseverantiam. Dum autem simul cum electione datur potestas ad imperseverantiam: hæc potestas non est ad coniungendam imperseverantiam cum electione, sed ad dividendam imperseverantiam ab electione, faciendo ne unquam extiterit talis electio. Dum autem dicimus electum posse damnari, in sensu diviso electionis, ex parte subiecti sumitur electus specificativè secundum prædicata, in intrinsecâ: si autem sumatur electus quatenus electus reduplicativè, sic electum damnari, est impossibile, quia propositio facit sensum compositum: & hunc sensum reddit propositio posita à P. Vazquez.

11 Melius probat idem Vazquez illam electionem antecedentem tollere libertatem, quia illa electio est necessitas quedam, ut prædestinatus salvetur, & ultimo perseveret: & est necessitas antecedens, quæ iuxta doctrinam Anselmi lib. de concordia liberi arbitrii & prædestinationis cap. 1. tollit libertatem, nam ut inquit ibi S. Doctor, alia est necessitas præcedens, alia vero sequens: præcedens est, quæ nostram præcedit libertatem: sequens vero est, quæ sequitur libertatem nostram, hoc est, quæ suppositione facta eius, quod ex nostra libertate futurum est, necessario inferitur. Ex ijs vero duabus necessitatibus prior tollit libertatem; non autem posterior iuxta Anselmum. At necessitas proveniens ab illo electione absoluta antecedenti, est necessitas præcedens nostram libertatem, quia est causa, cur Deus faciat voluntatem nostram perseverare in bono, & salvari: ergo est necessitas tollens libertatem.

Confirmatur, quia ut eleganter expendit P. Annatus in Apologetico pro scientia media disp. 1. c. 6. §. 4. *Suppositio seu necessitas consequens est illa, quam res facit* noster autem actus, non facit illam electionem esse, sed potius illa electio facit ut actus noster sit: *Rursum necessitas consequens est ea, quæ descendit ex libera voluntate, & qua necesse tantum est, aliquid esse, quia est.* Necessitas autem nostri actus sequens illam electionem non descendit de nostra voluntate, sed de divina: nec est necessitas ut existat noster actus ex suppositione quod existit, sed ex suppositione quod existit causa ipsum infallibiliter inducens. Ergo non est necessitas consequens, sed antecedens, quæ iuxta Anselmum: *Rem præcedit, & causa est ut res sit.*

12 Responsio communis nostrorum, qui cum P. Suarez defendunt illam electio-

nem antecedentem est; hoc argumentum recte & probare electionem efficacem positam à Thomistis independentem à scientia media, esse necessitatem simpliciter antecedentem, ac proinde inimicam libertati: id vero non probare de electione posita à Patre Suarez, quæ essentialiter supponit scientiam mediam, quæ Deus prævidit hunc hominem recte operaturum, & finaliter perseveraturum, nam cum supponat voluntatem libere operaturam sub talibus auxilijs, & solum cogat Deum ad conferenda illa auxilia, non tollit libertatem.

13. Contra hanc responsionem invenitur P. Vazquez ea disp. 89. num. 96. dicens: *Hac scientia conditionali, quam Deus habet, ad mille difficultates explicandas nonnulli Theologi abutuntur, quæ si recte expendatur, in præsentis difficultate nihil momenti habet, sed perinde est ad salvandam nostram libertatem, ac si Deus nihil sub conditione prævidisset.* Quod probat: Primo, nam Deum prius sub conditione cognovisse meam perseverantiam sub hac vocatione, non tollit quominus electio illa præcedat meo consensum absolutum, neque ullo modo in mea fuerit potestate, sicut est scientia Dei. Si ergo non fuit in mea potestate, & ex illa mihi necessitas oritur, non relinquet in me libertatem. Nam tamen prius noverit Deus sub conditione in me liberam perseverantiam: illa tamen electio absoluta facit ut perseverantia in statu absoluto necessaria sit: suppositio enim illa electionis absolute facta non fuit ex eo quod prævisa fuit sub conditione mea libertas: alioqui omnes reprobi fuissent electi: nullus enim est, de quo Deus non præviderit perseveraturum libere sub conditione, quod tali vel tali vocatione pulsaretur. Probat secundo, quia ut in ordine absoluto eadem libertas servaretur, quæ erat in ordine illo sub conditione, oportebat eandem seriem in omnibus constitui: adversarij autem (inquit P. Vazq.) in prædicta solutione uno modo constituunt ordinem sub conditione; alio vero absolute: quare mirum non est, si in eo, qui est sub conditione, libertas inveniat in absoluto: autem libertas esse nequeat. Nam in conditionali ita supponunt: si Petrus vocaretur hæc & illa vocatione per singulas occasiones usque in finem vite libere perseveraret, & libere beatitudinem consequeretur. At in statu absoluto hic ordo non servatur; quia superadditur electio absoluta & efficax ad gloriam, quæ in statu conditionato non fuerat attracta: non enim Deus affirmaverat, Petrum perseveraturum libere sub conditione quod vocaretur hæc & illa vocatione, & insuper Deus illum elegerit efficaciter ad gloriam an-

re prævisa merita. Quare ut in statu absoluto servetur idem ordo, qui prævisus fuerat in statu conditionato; solum debet in statu absoluto poni decretum purificandi conditionem, sub qua per scientiam mediam Deus vidit Petrum libere perseveraturum.

14 His tamen instantijs occurrunt assertores illius electiones antecedentis, quæ præfinitiva est meritum. Et imprimis ingeniosus Recentior vestigia Patris Suarj præmens, sic explicat concordiam illius electionis, & præfinitionis cum nostra libertate, quæ a præfinitio efficax, inquit, regulata per scientiam mediam relinquit omnia principia immediata actus omnino indifferentia, nec enī ponitur à nobis tanquam principium per se influens in consensum, neque ut imprimens voluntati nostræ qualitatem aut motionem aliquam præviam determinate connexam cum operatione, sed tanquam imperans efficaciterque determinans omnia & sola principia proxima & indifferentia ad utrumque, sub quibus prævisa est voluntas libere elicitura talem actum. Vbi autem omnia principia immediata actus sunt indifferentia, potestas voluntatis relinquitur omnino indifferens, ac libera, & eodem modo agit ac si nulla in Deo existeret prædefinitio, nam modus agendi nequit mutari propter causam non influentem, aut propter circumstantias omnino extrinsecas, quæ causam non disponunt, nec virtutem, aut inclinationem eius augent vel minuant; hæc enim omnia perinde se habent in ordine ad effectum, ac si non essent. Quam doctrinam confirmat ex D. Thom. q. 6. de veritat. 3. cor. & 1. p. q. 19. art. 3. corp.

15 Et hæc abs dubio est solutio, ad quam recurrit P. Suarez, siquidem lib. 5. de gratia cap. 53. num. 24. explicans concordiam illam electionis antecedentis cum nostra libertate, inquit: *Neque talis actus est suppositio ita antecedens, ut tollat libertatem, quia per se non est executiva, neque de eum nativa voluntatis creata, & quia virtute claudit habitudinem ad media efficaciam non sine libera determinatione voluntatis humana conditionaliter prævisæ. Et ideo ad illam intentionem gloriæ non est necessarium auxilium prædeterminans, sed congrua vocatio sufficit. Vnde consequenter dicimus, ut Deus possit habere hunc actum salva eius efficacia & prædestinatorum libertate, necessario supponi in Deo scientiam conditionatorum, quam nos verissime supponi censemus. Ad eandem recurrit 1. p. lib. 1. de Prædestinat. cap. 10. n. 5. ubi probat electionem illam antecedentem ad gloriam non repugnare libertati; Quia*

Deus per hanc (inquit) intentionem non mutat voluntatem humanam impediendo modum operandi eius, sed potius accommodat media, quæ suavitèr illam mouebunt & infallibilitèr. Item in opusculis lib. 3. de auxilijs cap. 19. num. 19. Hinc eo cap. 5. num. 37. fatetur, non posse voluntatem humanam resistere illi decreto efficaci Dei agentis ad gloriam ante prævisa merita: Sicue non potest resistere vocationi congrua, & congrua est, & prævisæ ut tali. Neque hæc impotentia (inquit) resistendi est contraria libertati, quia non est impotentia simpliciter, sed ex suppositione vsus liberi iam prævisi. Nam si voluntas prævisa est hoc voluntura in tali tempore & occasione, iam non potest aliter velle, illa hypothesi supposita, & nihilominus libere est voluntura, quia hoc ita futurum supponebatur. Eodem ergo modo non potest voluntas resistere illi intentioni, seu decreto intentioni gloriæ, quod ex efficacia sua, & sapientia, potest applicare media, cum quibus nouit voluntatem consensuram.

16 Ex hac doctrina, responderi potest ad instantias adductas à P. Vazquez; electionem illam antecedentem ad gloriam licet non sit in nostra potestate, quatenus homini liberum non est, quod Deus ipsum elegerit; nihilominus non tollere nostram libertatem, quia licet sit suppositio aliquo pacto antecedens, quatenus est principium conferendi auxilium congruum, tamen etiam est suppositio aliquo pacto consequens, quia esto non consequatur necessario ad scientiam mediam de congruitate auxiliij, illam essentialiter supponit; ac proinde ex se supponit voluntatem nostram operaturam libere sub illo auxilio, & insuper habet vim determinandi ad existentiam ipsius. Vnde est suppositio consequens respectu nostra voluntatis non minus quam scientia media, licet sit antecedens respectu auxiliij, non quidem per se, cum non sit necessaria ad auxiliij existentiam, sed per accidens, cum hic & nunc influat in eius existentiam. Vnde ad authoritatem Anselmi respondetur, necessitatem antecedentem, quæ causa est ut res sit, tollere libertatem; quia est necessitas simpliciter antecedens: & facit immediate causam agere, ac proinde immutat modum agendi proprium agentis liberi, quod debet esse proxime indifferens ad utrumque, & seipsū determinare, & non determinari ab alio. Iam vero necessitas proveniens ab illa efficaci intentione gloriæ regulata per scientiam mediam, non est causa ut voluntas operetur, sed solū est causa, ut existat vocatio, quæ prævisa est congrua; vocatio autem est causa moraliter faciens ut voluntas se determinet.

voluntas tamen ipsa libere se determinat, potens se non determinare. Unde intentio illa efficax gloriæ est suppositio simpliciter consequens. Neque immutat ordinem prævisum per scientiam mediam; sed ponit in executione illa ipsa auxilia, quæ per illam prævisa fuerant congrua, ut voluntas libere se determinaret.

17. Unde Eximius Doctor in primo opusculo lib. 3. de auxilijs cap. 19. num. 19. respondens P. Vazquez, inquit: *Neque hic est abusus huius scientiæ conditionatæ, ut alijs nobis abijciunt, quia nihil est magis proprium prudentis artificis, quam velle efficaciter optimos effectus, per se, vel per ministros sibi subordinatos efficiendos, si in potentia, & in sapientia sua habet modum, quo possit infallibiliter & efficaciter facere, ut illi effectus fiant, eo modo, quo ille fieri decrevit: ad hanc autem Dei sapientiam spectat illa conditio, scilicet scientia.*

18. Hinc num. 2. dicit: *Suppositionem antecedentem, quæ tollit libertatem, rationem esse debere, ut non includat respectum ad aliam suppositionem consequentem, quam virtute includat, & in qua nitatur aliquo modo, saltem quantum ad hoc, ut ipsa exhiberi possit, alioquin illa suppositio iam non est omnino antecedens, & ille respectus, quem habet ad consequentem, satis est, ut non tollat libertatem: quod manifeste declaratur ita esse in illo decreto: nam licet Deus illud præhabeat antequam videat merita per usum liberum absolute futura; necessario tamen supponit scientiam conditionatam illius, sine qua non posset habere illud decretum de actu libero, ut sic: & ex hac parte iam fundatur illa suppositio antecedens in altera consequente: & illam virtute includit, quia ex vi illius decreti cogitur, ut ita dicam, Deus ad applicanda illa media, quibus scit voluntatem humanam movendam ad usum liberum; atque ita plane fit, ut nullum libertatem tollat. Hucusque Eximius Doctor, qui non recurrit pro salvanda libertate ad potestatem impediendi eiusmodi electionem. nec ad hoc recurrit laudatus Recentior; imo expresse docet disp. 7. de Prædest. cap. 3. ad secundum, voluntatem nostram non posse impedire præfinitionem divinam in sensu formali & proprio, licet habeat potestatem proximam omittendi amorem prædefinitum, atque adeo possit agere aliquid essentialiter impossibile cum eius existentia. Idemque necessario dicere debet de scientia media, cui innititur illa prædefinitio, nimirum illam non esse à nobis impedibilem. Et quidem P. Molina 1. p. q. 14. art. 13. disp.*

16. & in concordia disp. 51. & P. Ruiz disp. 51. de Prædest. sect. 2. & disp. 3. de scientia; & P. Suarez in opusculo de sententia futurorum conting. lib. 1. cap. vltim. n. 9. & alij apud P. Aldrete disp. 23. de scient. sec. 1. docent, non esse in potestate hominis libere operantis impedire scientiam Dei de tali operatione.

19. Expeditius tamen & facilius occurritur argumento petito à lesione libertatis, si dicamus cum Cardinali de Lugo, cum Ripalda, Aldrete, Quirós, Ribadeneyra & communis sententia Scriptorū Societatis Iesu huius sæculi, posse voluntatem nostram impedire scientiam Dei sive absolutam, sive conditionatam de futura eius libera operatione; quam sententiam late, & nervose probat P. Aldrete ea disp. 23. de scientia pro ea plurimos alios referens. Hinc enim manifeste deducitur, nos posse impedire electionem illam ad gloriam, essentialiter supponentem scientiam mediam de congruitate illius auxiliij, cum quo homo libere perseverat. Evidens autem est non lædere libertatem cōsensum suppositionem illam, quam voluntas potest impedire per positionem disensus. Unde quamvis illa electio non sit libera voluntati tractæ positivè, siquidem non potest facere ut electio illa facta sit à Deo; est tamen libera negativè facta suppositione auxiliij; nam posito auxilio potest homo ponere imperseverantiam finalem; & eam ponendo facere, ne Deus præviderit, eum perseveraturum sub illo auxilio; & consequenter ne Deus illum elegerit ad gloriam ut coronam meritorum ponendorum vi illius auxiliij. Unde nisi amplius urgeatur argumentum petitum à lesione libertatis, non ostenditur ex hoc capite repugnare illam electionem ad gloriam.

§. III.

Proponuntur specialia argumenta, quæ videntur probare, illam electionem pugnare cum libertate.

20. **A**NTE hæc argumenta suppono, ad libertatem requiri, quod voluntas possit impedire omnem suppositionem essentialiter connexam cum existentia sui actus; ut docent communiter nostri Doctores in hoc sæculo. Hoc posito, sic argumentor: quia si Deus posset eligere ad gloriam ut coronam absolute & efficaciter ante prævisionem absolutam meritorum, posset eligere ad gloriam, ut coronam huius determinate actionis meritorie pendentis ab hoc determinato auxilio. Deus enim prævidens Petrum perseveraturum sub hoc determinato auxilio, & eliciturum talem numero actum meritorium, poterit iuxta adversarios supposita hac scientia

Et media intendere efficaciter Petro gloriam ut coronam huius numero actionis, & in hunc finem conferre Petro hoc numero auxilium, à quo essentialiter pendet hæc numero actio. At Deus non potest eligere ad gloriam ut coronam huius numero actionis meritoria pendens ab hoc determinato auxilio: ergo non potest eligere absolute ad gloriam ut coronam ante prævisionem absolutam meritorum. Sequela maioris videtur clara: & consequentia est legitima. Probat minor: quia si hoc Deus posset, sanè posset exequi auxilium, per ipsamet electionem gloriæ ut coronæ: siquidem illa intentio efficax foret amor efficax illius determinati auxilij, à quo determinatè pendet illa actio meritoria, cuius præmium Deus determinatè intendit per illam electionem absolutam: qui autem efficaciter amat finem essentialiter pendentem ab unico medio constituto in ipsius potestate, quod non supponitur positum, per illam intentionem amat efficaciter illud medium. Ut autem latè probatum manet disp. 7. omnis volitio divina efficaciter amans entitatem à Deo ponendam, est eiusdem immediate executiva. At cum libertate non componitur, quod Deus exequatur auxilium per intentionem absolutam & efficacem gloriæ ut coronæ: ergo non componitur cum libertate quod Deus eligat ad gloriam ut coronam huius determinatæ actionis. Prob. minor, quia cum libertate non componitur quod Deus exequatur auxilium per voluntatem essentialiter connexam cum opere: qualis est illa intentio efficax gloriæ ut coronæ, quæ essentialiter connexa est cum merito. Quod autem hoc cum libertate non componatur, infra latè probabo, cum ostendero, ad libertatem requiri, quod auxilium mandetur executioni per decretum indifferens. Et nunc breviter suadetur: quia ad libertatem requiritur, quod voluntas possit impedire omnem suppositionem essentialiter connexam cum consensu; nequit autem voluntas impedire voluntatem executivam auxilij: ergo voluntas executiva auxilij congrui nequit esse essentialiter connexa cum consensu. Quod nequeat impedire voluntatem executivam auxilij, suadetur: quia si id posset, posset facere ut auxilium maneret in rerum natura, sine omni voluntate exequentis, quæ est potestas chymærica. Sequela lauderur: quia cum voluntas constituta in actu primo per auxilium A, nequeat per exercitium illius actus primi impedire existentiam illius auxilij: & aliunde non possit determinare Deum, ut loco huius voluntatis exequentis auxilium, & præsentis consensum, exequatur auxilium per aliam voluntatem compositibilem cum dissentio: sanè si posset impe-

dire voluntatem executivam auxilij, à quo illud hic & nunc unice pendet, posset utique facere ut maneat in rerum natura sine omni voluntate exequentis.

21 Deinde alia via universaliter contenditur potest, repugnare illam antecedentem intentionem absolutam gloriæ ut coronæ; quæ vi illius cogitur Deus conferre auxilium quia congruum, minime collaturus, si videret incongruum: implicat enim ut ex intentione efficaci gloriæ ut coronæ oriatur voluntas dandi auxilium, quod prævidetur fore incongruum ad persuadendam perseverantiam: ergo vi illius intentionis cogitur Deus dare auxilium ad perseverandum, quia congruum, seu propter congruitatem: ergo vi illius intentionis cogitur conferre auxilium congruum per voluntatem essentialiter connexam cum consensu. Pater consequentia, quia voluntas amans auxilium quatenus congruum, essentialiter conneditur cum consensu, & essentialiter supponit scientiam mediam futuri consensu sub illo auxilio. At pugnat cum libertate, quod Deus conferat auxilium congruum per voluntatem essentialiter connexam cum consensu; siquidem, ut modo probabam, nequit arbitrium creatum impedire voluntatem executivam auxilij: & aliunde ad libertatem requiritur, quod possit impedire omnem suppositionem essentialiter connexam cum consensu, qualis est voluntas conferens auxilium quatenus congruum.

Hinc deducitur, illam intentionem antecedentem gloriæ ut coronæ invertere ordinem prævisum per scientiam mediam. Probat illatio: quia dum Deus affirmat voluntatem nostram operaturam liberè sub conditione quod illi conferat tale auxilium; scientia hæc conditionalis ex parte hypothesis non præscindit à decreto collativo & executivo auxilij: nam Deum conferre auxilium essentialiter importat decretum collativum; & implicat, ut intellectus infinitus, qui omnia comprehendit, affirmet voluntatem nostram operaturam sub conditione, quod Deus illi conferat auxilium A, quia ex parte conditionis attingat decretum collativum & executivum auxilij. Decretum autem attachum à scientia media ex parte hypothesis, debet esse indifferens non minus quam ipsum auxilium; nam si sit essentialiter connexum cum consensu, scientia illa conditionalis non erit media, sed erit scientia necessaria: hæc enim scientia necessaria est: *Si conferam auxilium A per decretum essentialiter connexam cum consensu, voluntas consentiet.* Ut ergo scientia illa conditionalis sit contingens, & media, debet decretum attachum ex parte hypothesis esse indiffe-

differens, seu non connexum cum consensu: Ergo intentio efficax gloriæ vt coronæ invertit ordinem prævisum per scientiam mediam: Probo consequentiam: nam vi illius intentionis cogitur Deus dare auxilium per decretum essentialiter connexum cum consensu; scientia autem media, quæ innititur illa intentio efficax, supponit dandum per decretum indifferens: ergo illa intentio invertit ordinem prævisum per scientiam mediam.

22 Hoc argumentum non facile solves, nisi dicas, vel Deum conferre auxilium congruum Prædestinatis per duplex decretum, alterum indifferens, quod attingitur à scientia media, ex parte hypothesis, alterum præfinitivum consensus, à quo scientia media præscindit: vel nisi dicas, Deum ex vi illius intentionis efficacis gloriæ vt coronæ, cogi quidem ad imperandum decretum executivum auxilij de se indifferens, non cogi vero immediatè ad exequendum ipsum auxilium: proindeque voluntatem creatam potentem impedire illam electionem ad gloriæ, posse facere, vt existat sine imperio decretum executivum auxilij, esto non possit facere, ne existat decretum executivum auxilij: vel nisi dicas Deum ex vi intentionis gloriæ vt coronæ non cogi ad amandum auxilium quia congruum, ita vt congruitas sit motivum intrinsecum decreti collativi; sed solum cogi ad electionem materiale auxilij congrui, ita vt scientia media congruitatis sit conditio extrinseca, sine qua hic & nunc Deus non daret illud auxilium, esto voluntas collativa talis auxilij non supponat per se & essentialiter illam scientiam. Qualibet tamen ex ijs solutionibus suas patitur difficultates: prima quidem, quia illa multiplicatio decretorum superflua videtur; rursus, quia difficile intelligitur, quo pacto illa duo decreta possint concomitanter se habere. Secunda vero, quia tota disp. 32. attuli non contemnenda argumenta ad probandum decretum divinum semel existens vi imperij antecedentis, incapax esse vt existat immediatè liberè. Tertia denique, quia communiter rejicitur electio materialis mediæ necessarii ad consecutionem finis, & constituti in potestate operantis. Ego hic rem non determino, quia pendet ex ijs, quæ infra dicturi sumus circa præfinitiones; solum propono ea, quæ stando rationi mihi difficultatem videntur ingerere, eaque alijs diluenda expono.

23 Ex alio capite ostendi potest, illam intentionem efficacem gloriæ vt coronæ, non componi cum libertate: quia Authores illius intentionis dicunt, Deum præfinire merita per præfinitionem formalem amantem efficaciter immediatè & formaliter nostras actiones liberas. Quæ tamen præfinitio videtur pugna:

re cum libertate, quia omnis volitio Dei efficax debet esse immediatè executiva illius entitatis, quam immediatè amat efficaciter; nam vis affectiva efficax decreti divini est etiam effectiva. Vnde cum præfinitio illa formalis non solum amet efficaciter auxilium, sed nostrum consensum; imo hunc amet formalis & principalis, ideo enim amat auxilium congruum, quia amat efficaciter nostrum consensum liberum, & non e contra; eius activitas non debet sistere in auxilio, sed transire ad actum liberum. Ergo habet vim determinandi non solum ad existentiam auxilij, sed etiam ad existentiam actus. Hoc argumentum late expendemus postea, dum inquiramus, an sit possibilis intentio absoluta & efficax Dei terminata immediatè ad nostrum actum liberum; seu præfinitio formalis amans efficaciter actum liberum in se ipso, & causans auxilium congruum.

24 Sed quævis demus repugnare præfinitionem illam formalem nostrorum actuum liberorum; adhuc posset defendi, intentionem efficacem gloriæ vt coronæ, non pugnare cum nostra libertate: dici enim posset, de conceptu actus nostri liberi esse, quod non ametur antecedenter efficaciter in se ipso, quia de conceptu eius est, quod oriatur ab omnipotentia, vt applicata per decretum indifferens; at per consequens, quod non proveniat ab omnipotentia vt applicata per decretum efficax. Ad omne decretum amans efficaciter aliquem effectum immediatè & formaliter in se ipso, applicat immediatè omnipotentiam ad concurrendum in ipsum; vt infra probare conabimur: ergo de conceptu nostri actus liberi est, quod non ametur efficaciter à Deo immediatè & formaliter. Vnde cognoscens Deus naturam nostri actus liberi, nequit ex intentione gloriæ vt coronæ, cogi ad amandum nostros actus liberos meritorios efficaciter in se ipsis; sed solum cogitur ad amandum illos efficaciter mediatè in vocatione congrua; quatenus ex vi illius intentionis cogitur de industria seligere auxilia congrua ad faciendum vt voluntas nostra eliciat merita, quibus digna reddatur gloria vt corona. Quævis enim Deus intendens efficaciter finem, cogatur amare efficaciter immediatè media illa, quorum existentia ab ipso immediatè determinanda est; non cogitur tamen efficaciter immediatè amare media illa, quorum existentia determinanda est ab arbitrio creato cum concursu divino sibi indifferenter oblato; qualia sunt nostra merita; quia hæc sunt incapacia terminandi amorem Dei immediatum & efficacem. Quod si obijcias, non posse Deum ex intentione efficaci antecedenti gloriæ eligere auxilium congruum

quatenus congruum, quin amet efficaciter ipsam congruitatem, & consequenter quin amet efficaciter nostrum actum liberum. Respondebitur, electionem auxiliij congrui immediatè solum amare formaliter entitatem auxiliij congrui, effectum tamen illius auxiliij, nempe operationem nostram, non amare efficaciter formaliter; licet amet virtualiter: & ratio est, quia licet illa electio sit essentialiter connexa cum nostra operatione libera, non est connexa propter id quod infert tanquam obiectum à se immediatè amatum; sed propter id, quod supponit; quatenus scientia congruitatis per se supponitur ad electionem illius auxiliij. Unde minor est difficultas in decreto eligente auxiliium quatenus congruè, quam in decreto formaliter amante immediatè tanquam obiectum quod nostram operationem liberam.

25 Vel dici potest, Deum vi illius intentionis gloriæ vt coronæ cogi ad eligendum potius auxiliium congruum quam incongruum; non quia decretum eligens auxiliium congruè intrinsicè moveatur à congruitate; sed quia moveretur extrinsicè, quatenus Deus nequit eligere auxiliium illud supposita illa intentione, quin præcedat scientia congruitatis. Ipsa enim intentio finis postulat, vt non amentur efficaciter nostri actus immediatè & formaliter; quia amor efficax antecedens tollit libertatem, & consequenter rationem meriti; illa autem intentio essentialiter petit vt dentur merita; & per consequens essentialiter petit, ne post ipsam sequatur actus divinus auferens à nostris actionibus rationem meriti.

26 Hæc à me dicta sunt, vt aperirem, quæ mihi maiorem difficultatem ingerunt in concordanda illa electione efficaci antecedenti cum nostra libertate. vltimum autem huius rei iudicium, & resolutio pendet ex decisione illius quæstionis, an supposita scientia media possibilis sit præfinitio formalis efficax nostrorum actuum liberorum. si enim sit possibilis, evidenter infertur, titulo libertatis nõ repugnare electionem absolutam & efficacem ad gloriam ante prævisa merita. Ex eo autem quod sit impossibilis eiusmodi formalis præfinitio, non statim sequitur, quod sit impossibilis illa electio ad gloriam; quia licet illa debeat esse immediatè executiva gloriæ, quam amat immediatè & formaliter; non tamen debet esse immediatè executiva meritorum, neque immediatè applicativa omnipotentis ad concurrendum cum voluntate creata ad causanda illa merita; siquidem merita non amat immediatè formaliter, sed tantum mediatè & virtualiter, quatenus vi illius cogitur Deus exhibere omnia media, quæ ex parte Dei sunt necessaria, vt voluntas præstet merita.

SECTIO SECUNDA.

An repugnet absolute electio absoluta antecedens ad gloriam vt coronam, eo quod tollat causalitatem meritorum.

27 PATER Vazquez 1. p. disp. 89. cap. XI. suam opinionem de electione ad gloriam post prævisa merita probat ex virtute & efficacia meritorum; quæ ratio vel nihil de facto probat, vel probat ex terminis. Sic igitur argumentari ex ipso possumus: nam si antecedenter ad merita absolute prævisa, Deus decrevit efficaciter dare gloriam, tollitur virtus, & efficacia meritorum: nam si non elegit homines ad gloriam intuitu meritorum, sed ex sola sua gratuita liberalitate & misericordia, decrevit ab æterno eos tali tempore beares non tribuet in tempore gloriam intuitu meritorum, sed gratis & ex misericordia, sicut gratis & ex misericordia decrevit dare, nam ex eo motivo in tempore debet dare, quo ab æterno inductus fuit ad decernendum dare. Quemadmodum si aliquis Rex semel apud se decernat eligere Petrum in consiliarium, non ex meritis ipsius, quia videlicet est doctus vel prudens, sed sola sua voluntate gratuita & misericordi constituat illum eligere; quamvis postea cognoscat esse doctum & prudentem, ex vi tamen prioris decreti eum eliget, non ex meritis ipsius, sed quia placet.

28 Quod si respondeas, posse voluntatem intentivam gloriæ esse absolutam à meritis, id est non habitam intuitu meritorum, licet beatitudo executioni manderetur propter merita: sicut accidit in humanis, vbi ordine intentionis prius decernimus consequi finem, deinde consultamus de medijs, & tamen executio fit per media. Contra insurgit P. Vazquez ibi num. 100. Nam si Deus omnino gratis ab æterno decrevit dare gloriam in tempore, id est, si non ex gratitudine, sed ex sola sua liberali & misericordi voluntate decrevit dare aliquid; certè decrevit talem donationem in tempore, ex eadem voluntate liberali, & non remuneratoria executioni mandari: voluit ergo eam esse in tempore gratis: neque enim voluntas illa fertur ad rem secundum se tantum consideratam, sed prout in tempore futuram, & executioni mandandam: quod enim ex motivo liberalitatis & misericordiæ decernitur aliquando donandum; decernitur certè donandum absque vllis meritis, quia decretum refertur ad donationem ex eodem motivo futuram, ex quo decernitur, nisi prior voluntas mutetur. quando enim eadem voluntate, quæ quis donare decrevit, postea donat, eadem causâ & ratio.

ratione ad donandum adducitur, qua apud se constituit donare. Quod confirmo, quia gloria in executione debet dari ex illo motivo, cui innititur decretum executivum gloriæ. At decretum efficax intentivum gloriæ conceptum ex motivo misericordiæ & gratuito est eiusdem gloriæ executivum, ut ostendimus d. 7. ergo gloria in executione dabitur ex motivo misericordiæ & gratuito, si semel detur electio absoluta & efficax ad gloriâ ante prævisionem absolutam meritorum.

29 Datur autem latum discrimen inter medium physicum, quod physice cooperatur ad consecutionem finis, ut medicina ad sanitatem: & meritum, quod est medium morale; nam hoc non influit in consecutionem præmij, nisi quatenus, intuitu illius remunerator decernit conferre præmium. Quare si independentem à meritis habuit voluntatem efficaciter dandi donum gloriæ; & hæc voluntas, non mutatur, nihil influit meritum. At mediū physicum per se ipsum influit in consecutionem finis. Vnde licet ante positionem illius vel eius prævisionem finis fuerit efficaciter intentus, poterit habere suam causalitatem.

Communis solutio ad hoc argumentum est, illam electionem esse gratuitam subiectivè, non verò obiectivè; id est, Deum gratis voluisse hominibus dare gloriâ; non tamen voluisse dare gratis, seu ut gratis acciperent, sed potius suis meritis. Vnde, ut notavit Scotus in reportariis super 1. sent. dist. 41. q. 1. hæc propositio est ambigua: *Deus vult Petrum præmiari propter merita.* Nāly *propter merita*, potest (inquit) construi cum *ly vult*; ut sit sensus: *Deus propter merita vult Petrum præmiari.* Et hæc est falsa; vel cum *ly præmiari*, ut sit sensus: *Deus vult, Petrus præmiari propter merita.* Et hæc est vera. Quod explicari solet exemplo vulgari. Quia quando Petrus sciens, id alteri fore gratum, vult illi vendere equum, hæc volitio in se est gratiosa, & liberalis, quia non datur illi pecunia, ut velit vendere; nihilominus illa volitio ex parte obiecti non est gratuita & liberalis, quia non est de equo donando, sed vendendo. Vnde licet Petrus gratis habeat illam voluntatem, non tamen per eam vult equum dare gratis, sed pro iusto prætio.

Instatque argumentum P. Suarez lib. 1. de Præd. cap. 8. n. 26. & 27. nam saltem simplici affectu gratis voluit Deus gloriâ prædestinatis; & tamen hoc simplici affectu non voluit, ut illam obtinerent gratis. Et exemplis explicat, quo pacto inter se cohercant, aliquid existere ex meritis, & tamen, non fuisse prædestinatum ex meritis. Nam Deus contulit B. Virgini beneficium Maternitatis ex aliquo

merito; & tamen ex nullo ipsius merito eam elegit ad hanc dignitatem; siquidem hæc electio fuit radix omnium gratiarum B. Virginis. Sic Abrahamum sine ipsius meritis elegit in Christi progenitorem; cum tamen ille in executione hanc dignitatem non obtinuerit sine meritis, sic Apostoli non receperunt dignitatem Apostolatus sine meritis; & tamen ad illam sunt electi omnino gratis, iuxta illud Christi Domini: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.* Id est, non vos me elegistis primo, sed per meam electionem ego feci, ut vos me eligeretis.

30 Hæc tamen non videtur penitus enervare vim argumenti. & imprimis hæc ultima exempla omnino negantur à P. Vazquez, qui ex illo principio 3. p. disp. 23. cap. 3. & disp. 23. n. 20. probat incarnationem non fuisse in tempore factam ex meritis Sanctorum Patrum & B. Virginis, si fuit absolute præfinita ante eorum merita. Ad instantiam autem de simplici complacentia respondere posset, ex illâ non fieri argumentum ad voluntatem efficacem; quoniam Deus ex motivo puræ misericordiæ volens efficaciter dare gloriâ Petro, hoc ipso vult, ut gloria detur ex illo motivo, quia hoc est proprium voluntatis efficacis, ut sicut vult effectum poni ex vi suæ efficacitatis, ita velit poni ex eo motivo, quo ipsa ducitur. At simplex complacentia cum tendat in rem secundum se, neque velit ut penatur vi suæ efficacitatis, quandoquidem hanc non habet; potest respicere motivum misericordiæ, & tamen complacere in eo, quod gloria executioni mandetur per volitionem efficacem respicientem motivum gratitudinis & iustitiæ.

Possetque amplius ratio P. Vazquez in hunc mundum roborari; quia merita eatenus influunt in præmij collationem, quatenus media sui prævisione alliciunt voluntatem remuneratam ad decernendum præmium: ergo si iste antecedenter ad merita absolute determinatus supponitur ad producendum præmium; nequeunt merita ipsum allidere ad hoc faciendum, ac proinde neque influere in præmij collationem. Quare dicere, Deum ex se ipso efficaciter absolute voluisse hominibus dare gloriâ, & insuper voluisse, ut detur propter merita, est contradictoria asserere, inquit P. Vazquez ibi n. 85. Nec vim huius argumenti effugies per instantiam voluntatis conditionate dandi gloriâ sub conditione observationis præceptorum & perseverantiæ finalis; quæ voluntas conditionata posita conditione necessitat ad dandam gloriâ, & tamen non impedit causalitatem meritorum. Non, inquam, effugies. Nam quod supposita prævisione meritorum, ut illis & decreti conditionati,

Deus sit iam necessitatus ad habendam voluntatem collativam præmij, non obstat meritorum causalitati, quia ista necessitas provenit inadæquate ab ipsis meritis: obstarẽt autem necessitas absoluta habita indepẽdenter à meritis: nam cum ex illa sequatur omnino infalibiler voluntas executiva gloriæ, non videtur manere locus, ut illa existat vi meritorum.

31 Possumusque novum robur adijcere argumento P. Vazquez, nam ut docent Pater Ruiz disp. 12. de Prædest. sec. 7. Granadus disp. 4. sec. 4. Hurrado, Bernal, Ripalda in manuscriptis de Prædest. & alij è nostris cum Molina 1. p. q. 13. art. 4. disp. 1. & Magister Alvarez disp. 22. de auxil. n. 12. decretum illud absolutum & efficax circa gloriam habet vim applicandi immediatè omnipotentiam ad ipsius executionem: & ut nos satè ostendimus disp. 7. omnis voluntas efficax finis à Deo ponendi ex terminis suis est eiusdem executiva. Ergo hoc ipso quod Deus ex motivo misericordie intenderit efficaciter gloriam ante prævisa merita, voluit ut gloria in executione daretur ex vi & efficacia illius intentionis, & consequenter ex motivo illius: gloria enim in executione debet dari ex motivo illo, quod intrinsecè respicit voluntas executiva: ergo non potuit velle, ut gloria in executione daretur ex motivo iustitiæ, seu propter merita. Quare voluntas efficax dandi gloriam propter merita antevergens absolutam prævisionem meritorum videtur velle duo contradictoria: nam quatenus ex motivo misericordie amat efficaciter gloriam, vult ut gloria in executione detur ex motivo misericordie: quatenus vero efficaciter vult ut detur in executione propter merita, vult ut detur in executione ex motivo iustitiæ.

32 Deinde argumenta illa, quibus moti sunt Eximius Doctor Suarez in opus. 1. lib. 3. de auxil. cap. 19. n. 17. & lib. 1. de Prædest. cap. 14. & lib. 5. de grat. cap. 57. & cum ipso P. Aldrete, P. Arrubal, P. R. badeneira, & P. Quiros disp. 12. de Prædest. sec. 6. item Albelda, Ioannes à S. Thoma & Godoy t. 2. in 1. p. disp. 59. §. 2. & communiter Thomistæ: illa, inquam, argumenta, quibus hi Authores moti sunt ad asserendum non posse merita exercere suam causalitatem, quin post prævisionem absolutam eorum, Deus concipiat decretum efficax dandi gloriam intuitu meritorum: hæc argumenta probare videntur, non præcessisse ante merita intentionem absolutam gloriæ: quia alioqui gloria in executione dabitur ex vi duplicis decreti, quorum quodlibet sit & non sit sufficiens ad excipiendam gloriam; sit, quia quodlibet ama, effica-

iter existentiam gloriæ, detretum autem divinum efficaciter amans existentiam gloriæ, sufficiens se solo applicat omnipotentiam ad gloriæ productionem: non sit autem; quia illud decretum non est sufficiens ad executionem finis, quod suapte natura postulat confortium alterius ad finis executionem; iam verò intentio illa absoluta antecedens suapte natura postulat ut post prævisionem gloriæ superveniat novum decretum executivum gloriæ. Deinde hoc decretum supponens merita, cum etiam supponat intentionem efficacem gloriæ, & hæc necessariò sit etiam gloriæ immediatè executiva, sit consequens, ut postulet, ut secum concurrat in executionem gloriæ aliud decretum. Ergo ex sententia adstruente intentionem antecedentem absolutam & efficacem circa gloriam, sequitur, gloriam in executione dari per duplex decretum, quorum quodlibet seorsum sit sufficiens, & non sit sufficiens exequi gloriam se solo. Cum ergo hoc repugnet repugnantia sequi videtur ex illa intentione antecedenti gloriæ.

33 Et quidem pro explicanda causalitate meritorum, necessariò esse, quod post prævisionem meritorum superveniat novum decretum conceptum intuitu meritorum: probatur primò à priori iuxta vera principia complente decreta libera Dei per mutationem ad extra; nam cum productio externa gloriæ superveniat prævisionem meritorum, & talis productio compleat decretum executivum gloriæ, sequitur dari decretum executivum gloriæ supponens merita. Deinde etiam loquendo iuxta aliam sententiam constituentem decreta libera per formalitatem contingentem intrinsecam Deo, probatur idem intentum: quia nisi Deus intuitu meritorum concipiat voluntatem executivam gloriæ, perit meritorum causalitas; quia merita non causant præmiùm, nisi quatenus media sui prævisione movent ad illius executionem; quod non præstant, nisi quatenus movent ad voluntatem executivam habendam: etenim cognitio bonitatis eatenus mover ad executionem externam, quatenus mover ad amorem illius; neque vniquam potest cognitio determinare potentiam executivam, nisi mediante volitione: alioqui posset cognitio finis movere ad positionem illius & positionem mediorum absque affectu voluntatis intendentis finem, & eligentis media. Et sanè sicut preces & consilia ordinantur ad flectendam voluntatem, ut moveat potentiam executivam, non autem immediatè ad movendam istam; ita similiter merita, &c.

Confirmatur primò, quia Deum velle, ut gloria detur propter merita, non est præcise velle, ut existat post prævisionem meritorum, liqui-

liquidem etiam potest velle ut existat post prævisionem operum naturalium, quin velit ut detur propter illa in præmium: ergo est velle, ut detur gloria per voluntatem executivam decernentem ipsam intuitu meritorum. Negari ergo nequit voluntas executiva gloriæ supponens merita absolutè prævisa.

34 Dices cum Ripalda, verum quidem esse, quamvis Deus intenderet conferre gloriæ post prævisionem operum naturalium, illam nihilominus non collatum iri in præmiū eorum operum. Ceterum non posse velle, ut gloria conferatur post merita supernaturalia, quin illa conferat propter merita. Discrimen est, inquit, nam in primo casu prævisio & complacentia operum naturalium non movet Deum ad exequendam gloriæ motione distincta à motione decreti intendentis: at in secundo prævisio operum supernaturalium & complacentia in illis peculiariter movet ad exequendam gloriæ. Sed contra Ripaldam sic inferre quis poterit: ergo nequit Deus in executione conferre gloriæ propter merita, nisi ista media sui cognitione & complacentiā moveant ad executionem illius: At hoc præstare nequeunt, nisi quatenus moveant ad voluntatem efficacem exequendi: ergo, &c.

Confirmatur secundo, quod Prædestinati rogare possunt Deum, ut ipsos velit efficaciter salvare, iuxta consilium Augustini cap. 103. in Enchirid. dicentis: *Nullus fit saluus, nisi, quem Deus voluerit salvare, & ideo rogandus est, ut velit, quia necesse est fieri, si voluerit.* Qui autem petit ut Deus velit ipsum salvare, hoc ipso supponit Deum intuitu orationis habere decretum salvandi: neque enim petit, ut habeat decretum antecedens illam orationem. Ex quo sic confirmatur ratio P. Vazquez. Implicat ut gloria detur propter merita, nisi post eorum prævisionem Deus habeat voluntatem dandi illam: hanc autem non haberet, si antècedenter habuisset intentionem efficacem; liquidem ista sufficeret ad exequendam gloriæ: ergo implicat Deum dare gloriæ propter merita, & tamen antècedenter ad prævisionem absolutam meritorum habere intentionem efficacem absolutam illius.

35 Sed quamquam ista argumenta valde probabilia sint; tamen cenfeo per illa non probari impossibilitatem intentionis absolutæ & efficaciæ gloriæ antèvertentis prævisionem absolutam meritorum. ut enim ostendi disp. 7. sec. 8. quamvis intentio efficax gloriæ antècedens, sit immediatè executiva gloriæ, potest defendi necessariam esse novam voluntatem executivam gloriæ. unde non sequitur, illam intentionem esse & non esse sufficientem se

sola exequi immediatè gloriæ, ut enim vult litio aliqua sit se sola sufficiens exequi immediatè gloriæ, non sufficit quod amet efficaciter gloriæ; sed insuper requiritur, quod non amet adventum novæ voluntatis exequentis meritum: nam per hoc præcisè, quod amet efficaciter gloriæ, & non amet circumstantiam coronæ, in qua involvitur novum decretum supponens merita, erit sufficiens se sola exequi gloriæ. At quamvis amet efficaciter gloriæ, si tamen simul amet circumstantiam coronæ, & velit gloriæ conferri ex meritis, erit insufficientis exequi se sola gloriæ, quandoquidem ex se postulat adventum novæ voluntatis exequentis gloriæ intuitu meritorum.

36 Rursus eadem disp. 7. sec. 8. s. 2. late ostendi, hæc duo rectè coherere, nempe intentionem absolutam antècedentem gloriæ esse adæquatè executivam illius, quin interveniat nova voluntas supponens merita; & tamen gloriæ dari propter merita. Unde ex terminis non videtur repugnare homines ante prævisa absolutè merita eligi efficaciter ad gloriæ, & tamen vi meritorum illam coronam obtinere. Quare argumenta adducta à Patre Vazquez non concludunt id quod ab ipso intenditur; nimirum neminem posse per merita obtinere gloriæ, si fuerit efficaciter ad ipsam electus ante prævisionem absolutam meritorum.

SECTIO TERTIA.

Proponitur peculiaris ratio, qua probari videtur, non posse homines eligi efficaciter ad gloriæ ut coronam ante absolutam prævisionem meritorum.

37 HANC Rationem, quæ aliquoties usus sum in publicis disputationibus, sic efformo. Si Deus posset homines antècedenter eligere efficaciter ad gloriæ ut coronam meritorum; posset prioriter eligere ad gloriæ præscindendo à circumstantiâ coronæ; & pro posteriori determinare circumstantiâ coronæ, eligendo ad merita, quibus gloria antècedenter intenta obri- neatur ut corona. At hoc secundum repugnat: ergo & illud primum, ex quo sequitur. Sequela maioris probatur: Nam decretum intendens gloriæ ut coronam, tria intendit inter se separabilia: primo enim vult ut Petrus v. g. habeat gloriæ: secundo vult ut habeat merita: tertio vult ut illam gloriæ in executione non habeat nisi ex meritis: quod cum iuxta communem sententiam adversariorum nihil aliud sit, quam Deum sequi gloriæ per voluntatem

tém supponētem merita, & illa respicientem vt motivum, illa electio seu intentio vult vt gloria executioni mandetur per eiusmodi voluntatem. Cum ergo illa obiecta sint inter se separabilia, quia gloria potest existere sine meritis, & sine decreto supponente merita, & merita possunt existere quin sequatur illud decretum; poterit intentio illa versari circa gloriam, & locum relinquere vt pro priori determinet Deus, an danda sit ex meritis, sicut in sententia Scoti, & Patris Suarez. Deus ante peccatum absolutè prævisum præfinivit adventum Christi, præscindendo à circumstantia passibilis, vel impassibilis; & post prævisum peccatum præfinivit vt veniret in carne passibili.

38 Iam probatur minor, nempe quod repugnet Deum pro priori efficaciter præfinire gloriam præscindendo à circumstantia coronæ, & tamen pro posteriori velle vt gloria illa non existat nisi vt corona meritorum. Nam repugnat esse coronam meritorum illud donum, quod ex vi præsentis decreti eodem modo existeret in Petro, quamvis ille nullum eliceret meritum: merens enim tendit ad lucrandum aliquid, quod non haberet si non eliceret meritum; nam propterea præmium & bravium proponitur vt esca & incitamentum ad pugandum, & merendum: nemo enim excitatur ad laborandum ex dono dando in præmium, si sciat, se habiturum esse infallibiliter illud donum, quamvis nihil labore. Atqui si Deus intendisset efficaciter gloriam præscindendo à circumstantia coronæ, Petrus eodem modo haberet gloriam ex vi illius decreti, quamvis nulla haberet merita: siquidem illa intentio vt causet gloriam non indiget meritis, alioquin enim non præscinderet à circumstantia coronæ. Ergo si Deus intendisset efficaciter gloriam Petro præscindendo à circumstantia coronæ, gloria non posset in executione existere propter merita Petri, siquidem Petrus eodem modo illam haberet, quamvis nullum haberet meritum. Ergo repugnat Deum eligere ad gloriam præscindendo à circumstantia coronæ; & pro posteriori eligere ad merita ob quæ in executione detur gloria vt corona.

39 Dices, licet decretum illud præfiniens gloriam præscindendo à circumstantia coronæ, possit existere quin existant merita Petri, quia vi illius non cogitur Deus conferre Petro potentiam proximam merendi: non posse tamen existere, quin Petrus eliciat merita ex suppositione quod ei collata sit potestas proxima merendi: hoc autem sufficere, vt gloria sit corona meritorum: nam quamvis non possit esse corona meritorum illud donum, quod eodem modo quis haberet, quamvis liberè & volun-

tarie omitteret meritum; supposita proxima potentia merendi: Bene tamen potest esse corona meritorum illud donum quod absolutè & simpliciter existeret ex vi præsentis decreti, quamvis nulla existerent absolutè merita, si id proveniret ex defectu potentie merendi.

40 Sed contra potest argui primo, quia sicut decretum illud intentivum gloriæ præscindendo à circumstantia coronæ, potest existere quin existat in Petro proxima potentia merendi, ita potest existere, quin supposita illa proxima potentia merendi, existat meritum: gloria enim efficaciter præintenta per illud decretum, sicut ex se non postulat, vt Petrus habeat potentiam proximam merendi, ita nec ex se postulat vt supposita hac potentia habeat meritum: ergo vi illius decreti Petrus acciperet gloriam, quamvis supposita proxima potentia merendi, non eliceret vllum meritum. Contra secundo, quia si decretum illud intentivum gloriæ postularet, vt supposita proxima potentia merendi, existeret meritum: Petrus posset frustrare illud decretum: nam Petrus posset supposita tali potentia ommittere meritum: ergo posset coniungere omissionem meriti cum decreto intentivo gloriæ, vel cum carentia talis decreti. At non posset coniungere cum carentia; nimirum impediendo existentiam illius decreti, quia talis decreti existentia non est suppositio consequens ad nostram operationem liberam, vt ipse non supponens ratione sui obiecti nostram operationem vt futuram absolutè, vel vt futuram conditionatè: ergo posset coniungere talem omissionem cum decreto. Ergo falsum est, quod decretum illud postulet, dari meritum supposita proxima potentia merendi.

41 Confirmatur: nam ad meritum gloriæ requiritur quod saltem supposita proxima potentia merendi, non haberet Petrus gloriam, si non eliceret meritum. At si Deus intendisset efficaciter & absolutè gloriam Petro præscindendo à circumstantia coronæ, Petrus haberet gloriam, quamvis supposita potentia proxima merendi non eliceret meritum. Ergo si Deus intendisset efficaciter & absolutè gloriam Petro præscindendo à circumstantia coronæ; Petrus non posset suis meritis obtinere gloriam vt coronam. Probatur minor: quia si tunc Petrus haberet gloriam, vel ideo foret, quia frustraret decretum intentivum gloriæ, vel quia impediret: at neutrum potest dici: ergo dicendum est, quod tunc Petrus haberet gloriam, quamvis nullum eliceret meritum. Quod non possit dici, quod frustraret, constat: Quod autem nec possit dici, quod impediret, probatur: nam Petrus solum potest impedire eos actus divinos qui ex suo obiecto supponit futu-

futuritionem absolutam vel conditionatam operationum liberarum Petri, ut patet in scientia visionis, & in scientia media, & in decreto amante auxilium quia efficax, quod ex suo modo tendendi essentialiter supponit, Petrum operaturum si pulsatur tali auxilio: ac proinde Petrus, dum potens est non operari sub illo auxilio, est potens facere ne præxiterit illud decretum. At decretum efficaciter & absolute intendens gloriam præscindendo à circumstantia coronæ, nec supponit futuritionem absolutam; nec futuritionem conditionatam meritorum Petri, siquidem nullo modo respicit pro obiecto merita Petri: ergo Petrus omitte- do liberè meritum nõ potest impedire decretum efficaciter & absolute intendens gloriam præscindendo à circumstantia coronæ.

42 Roboratur amplius: quia decretum illud eligens ad gloriam præscindendo à circumstantia coronæ, non est impossibile cum peccato finali eius, qui sic eligitur, quia de potentia absoluta Deus hominẽ in peccato mortuũ ad gloriam potest evehere, ei remittendo peccatum habituale per gloriæ infusionem, sicut hominem, qui antea peccavit, potest nunc de potentia absoluta iustificare per infusionem gratiæ, sine vlla retractatione peccati præcedente ex parte ipsius. Consulatur Mag. Soro in 4. dist. 15. articulo 5. prope finem, ubi asserit, ubi docet posse de potentia absoluta Deum transferre hominem peccatorem immediatè de statu peccati ad visionem beatificam: ergo vi illius decreti præscindentis obtineret homo electus gloriam, quamvis supposita proxima potentia merendi, omitteret meritum, & peccaret finaliter. Quamvis, enim id repugnet supposita lege universali, quam Deus promulgavit, damnandi omnes, qui decedunt in peccato mortali; tamen ex terminis hoc non repugnat. At implicat ut sit præmium & corona meritorum donum illud, quod existeret necessariò, & possideretur ab homine, quamvis voluntariè omitteret omne meritum, & decederet in peccato: ergo repugnat decretum illud amans gloriam absolute & efficaciter præscindendo à circumstantia coronæ. At tale decretum legitimè videtur inferri ex illa sententia adstruente electionem absolutam & efficacem gloriæ ut coronæ ante prævisa merita: ergo illa sententia ex terminis videtur falsa.

43 Vnde deduci videtur primò intentionem efficacem & absolutam gloriæ ut coronæ, si sit ex se ab intrinseco efficax, & antevertens prævisionem absolutam meritorum, contradictoria involvere: nam qua parte est absoluta & efficax voluntas gloriæ antevertens merita, habet vim causandi gloriam, quamvis

nulla essent merita: quia parè autem vult gloriam illam ut coronam, caret tali vi: quia idè est velle gloriam ut coronam, & velle ut gloria non detur nisi propter merita.

44 Deduci videtur secundo, illam intentionem gloriæ antecedentem, & omnino absolutam, tollere causalitatem meritorum, quia non relinquit locum ut gloria in executione detur propter merita, siquidem secundum prædicatum illud, in quo convenit cum intentione gloriæ præscindente, à circumstantia coronæ, habet vim exequendi gloriam independenter à meritis, at secundum aliud prædicatum differentiale, habet incapacitatem exequendi gloriam nisi dependentem à meritis.

SECTIO QUARTA.

Quomodo præcedens ratio solvi possit

45 **Q**UAMVIS ratio facta speciosa & valida sit; nihilominus potest sufficienter solvi. Missis verò ijs, quæ circa hoc decretum præcisivum disputant P. Izquierdo disp. 41. de Deo q. 12 proposit. 4. & P. Ribadeneira disp. 14. de Prædest. cap. 5. & P. Iunius sec. 14. cap. 44 post Eximium Doctorem opusc. 1. lib. 3. de auxilijs cap. 20. n. 26. ego ut difficultati occurram, dico illud decretum si sit ita præcisivum, ut nec postulet dari homini potentiam merendi, nec postulet, ut potentia merendi coniungatur cum meritis; omnino repugnare cum causalitate meritorum; ut probat ratio facta, præsertim confirmatio adhibita nu. 42. Nequit autem esse ita præcisivum, si supponat essentialiter scientiam mediam de futuris meritis sub talibus, vel talibus auxilijs, nam si illam essentialiter supponat, erit decretum vage amans, ut vel gloria detur Petro illum rapiendo in infantia antequam per potentiam peccandi possit reddi dignus in æternum illa privari: vel si hoc modo non conferatur, ut conferatur propter merita, quæ prævidentur futura conditionatè sub talibus auxilijs; volendo efficaciter dare illa auxilia, hoc ipso quod illum non rapiat in infantia; ut sic merita ponantur in statu absoluto, & exerce- re valeant causalitatem meritoriam.

46 Dico ergo illud decretum ita præcisivum pugnare non solum cum libertate nostra amittendi gloriam; sed etiam cum causalitate meritoria erga gloriam ut coronam. Quod pugnet cum libertate, patet ex dictis de 6. quia nec possumus impedire eius decreti existentiam, faciendo ut nunquam extiterit; siquidem eatenus possumus impedire decretum Dei quatenus possumus impedire scientiam;

Cui innititur illud autem decretum solum innititur scientia simplicis intelligentia, quam impedire non possumus. Nec possumus cum illo decreto componere amissionem gloriæ. Ergo non habemus potestatem amittendi gloriâ, neque in sensu composito, nec in sensu diviso illius decreti: ergo illud decretum privat hominem potestate amittendi gloriâ. Quod autem pugnet cum causalitate meritoria, probatur: quia cum illo decreto componitur quod quis accipiat gloriâ, quamvis liberè transgredere præcepta, & in peccato decederet; nequit autem esse corona meritorum illud donum, quod absolutè conferretur; licet quis voluntariè transgredere præcepta, & in peccato decederet.

47 Dico secundo, ex eo quod Deus possit eligere ad gloriâ ut coronam ante prævisionem absolutam meritorum, minimè sequi, quod possit habere illud decretum: ita præcisivum: nam sicut ex eo, quod possit eligere ad gloriâ ut coronam ante prævisionem absolutam meritorum; non sequitur quod possit eligere ad gloriâ ut coronam ante scientiam mediâ, & independentè ab illa: ita non sequitur, quod possit eligere ad gloriâ per decretum ita præcisivum, ut minimè supponat essentialiter scientiam mediâ. Dico tertio, Deum posse habere hoc decretum; volo creare Petrum, & efficaciter decerno illi dare gloriâ, vel illum rapiendo è vita antequam illâ mereri vel demereri possit; vel dando illi auxilia congrua, quibus illam ut coronam obtineat. Hoc decretum licet non habeat connexionem essentialè cum eo, quod Petrus mereatur gloriâ ut coronam; habet tamen connexionem essentialè cum eo quod illam mereatur, si ei detur potentia merendi; ac proinde essentialiter supponit scientiam mediâ de congruitate auxiliorum; & per consequens est impedibilis illa electio ab homine habente illam potentiam merendi, ut dixi in simili d. 6. n. 8. de decreto amante efficaciter actum bonum ut ponendum vel mediante prædeterminatione, vel mediante auxilio congruo: quod decretum licet non possit, ut homini detur libertas ad illum actum; postulat tamen ut si datur libertas, illa sit liberè coniungenda cum actu: & per consequens supponit essentialiter scientiam mediâ. Ad hoc autem ut aliquod donum sit præmium actus meritorij; sufficit quod iuxta providentiam existentem in Deo quando homo habet potentiam merendi; non esset habiturus illud donum, si non eliceret actum meritorium: quidquid sit an esset habiturus in alia providentia. Intempòssibile cum ea, quæ de facto datur: ut enim inquit P. Suarez ybi supra: *Quando dicitur ex vi præ-*


sentis decreti æterni diuinæ voluntatis fieri non posse, ut electi consequantur gloriâ sine meritis, satis est, id verificari respectu adequati decreti, ut comprehendit finem & mediâ, licet non verificetur vi intentionis finis, à nobis præcisè conceptæ.

SECTIO QUINTA.

Illatio circa electionem B. Virginis.

INFERTUR ex dictis tanquam valde probabile B. Virginem electam fuisse efficaciter ad Maternitatem & gloriâ ante absolutam prævisionem meritorum; quia electio efficax & absoluta ad gloriâ ut coronam ante prævisionem absolutam meritorum non repugnat ex terminis: quia nec sufficenter ostenditur pugnare cum causalitate meritorum, ut vidimus sec. 4. & 3. neque cum libertate: nam vel actus noster liber est capax præfinitionis efficacis formaliter intendentis eius existentiam; vel non: si primùm, planum est, posse ex intentione gloriæ ut coronæ, oriri præfinitionem formalem meritorum: si secundum, adhuc hoc non obstante potest admitti electio efficax ad gloriâ: quia ut intentio efficax gloriæ ut coronæ impleatur, satis est, quod Deus vi illius cogatur dare Prædestinato auxilia congrua: ad quod sufficit decretum amans immediatè & formaliter existentia auxiliij congrui, ex directione scientiæ congruitatis; quod decretum non debet amare efficaciter immediatè tanquam obiectum quod consensum liberum. Si autem semel illa electio sit possibilibus, non debet denegari B. Virgini, cuius prædestinatio non debet esse secundum ordinariæ providentiæ leges. Primaque radix omnium gratiarum, quæ collatæ sunt B. Virgini, fuit electio eius efficax in Matrem Filij Dei: ideo enim Deus illam à peccato originali præservavit, alijsque innumeris gratijs & privilegijs cumulavit; quia illam in Matrem Filij sui eligerat: illaque electio in Matrem Dei essentialè connexionem habet cum glorificatione æterna Virginis; quia impòssibile est, ut Deus permittat Matrem Vnigeniti Filij sui in æternum perire. Unde per ipsam electionem Virginis in Matrem Christi, Deus sibi necessitatem imposuit conferendi B. Virgini auxilia congrua ad obtinendam beatitudinem tantæ dignitati proportionatam.

(o)



Q

DIS-

DISPUTATIO DECIMA

AN PRIUS PRAEFINIVERIT DEVS NUMERVM FORMALEM Prædestinatorum, quàm numerum materialem?

IDEST, an Deus prius elegerit ad gloriam tot homines in tanto numero v.g. cœtum milliones, quam determinaverit, quinam sint illi, qui re ipsa tanquam lapides vivi completuri sunt cœleste illud ædificium: quemadmodum sapiens architectus palatium construendus, prius in idæa sua decernit, quæra futura sit magnitudo ædificij, quot scilicet fenestras, ianuas, atria, cubicula, & quantæ altitudinis & longitudinis parietes habere debeas, quæ designet hos potius numero lapides, quàm illos, ex quibus pulchritudo resultet: nam ad hoc de materiali se habet, quod sit potius lapis *A*, quàm lapis *B*. Vnde inquiritur, an sicut in ædificio materiali prior est numerus lapidum in mente architecti, quàm huius vel illius lapidis electio; reprobatio autem huius aut illius lapidis coniuncta est cū alterius substitutione in locum eius, qui dum incideretur, polliretur, inuētus est inutilis. Ita in spiritali cœlestis civitatis ædificio, numerus electorum sit prior intentione, quàm huius aut illius hominis salus: & reprobatio eius, qui erat vocatus & iustificatus semper coniuncta sit cum alio cuius alterius substitutione?

2 In qua quæstione affirmat P. Didacus Ruiz d. 53 de Prædest. sec. 4. qui pro ea citat P. Alcazar in hunc sensum exponentem verba illa Apocal. 3. v. 11. *Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam: cū Augustino, Gregorio, Primasio, Beda, Ruperto, Haymone, & Lyræ: affirmat etiam P. Izquierdo d. 41. q. 3. prop. 2. à n. 99. item Card. de Lugo in manuscriptis de Prædest. qui illam probant ex Aug. lib. de corrept. & grat. c. 13. vbi hæc habet: * De his loquor, qui prædestinati sunt in regnum Dei, quorū ita certus est numerus, vt non addatur eis quisquam nec minuatur. Certum vero esse numerum electorum, neque augendū, neque minuendum, quamvis & Ioannes Baptistæ significet, vbi dicit: Facite ergo dignum fructum pœnitentiæ, & nolite dicere apud vos metipfos: Patrem habemus Abraham. Potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham: vt ostendat sic istos esse cōputandos, si non fecerint fructum, vt non desit numerus, qui promissus est Abraham: tamen apertius in Apocalypf. dicitur: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Si enim alius non est accepturus, nisi iste perdidit, certus est numerus. **

3 Item ex Gregorio lib. 34. Moral. cap. 8. aliàs 10. vbi circa illud Iob. 34. * *Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis*, sic ait: Dum, alijs cadentibus, alij solidari perhibentur; electorum numerus certus ac definitus ostenditur. Vnde etiam dicitur: Tene quod habes, &c. * Confirm. ex Nazianzeno orat. 33. quæ est prima de Theologia, col. penult. n. 28. vbi docet, prius prædefinitas esse à Deo mansiones in gloria, & postea designatos esse homines, qui mansiones illas impleant: * *Multæ ne* (inquit) apud Deum mansiones sunt, quemadmodum Scriptura docet, an vna tantum? Multæ, inquires, non vna: Rectè. Age vero, eas ne omnes impleri, an quædam quidem impleri, cæteras autē minimè, vt inanes, & frustra paratas? Vtique omnes. Nec enim à Deo quidquam temere aut in cassum factum est. * Postea verò addit Nazianzenus, has mansiones nihil aliud esse, quàm requiem & gloriam, quæ Beatis in cœlo recondita est. Ergo prius præfinitæ sunt mansiones, quàm designatæ sint personæ, quæ illas impleant: nam quia Deus illas mansiones non præfinit in cassum, inde colligit, determinandas esse personas, quæ mansiones illas impleant.

4 Favet D. Th. 1. p. q. 23. ar. 6. ad 1. vbi explicans locum illum Apocal. *Tene quod habes, ne alius, &c.* inquit: *Alius illam coronam amissam accipit, in quâ loco eius subrogatur: non enim permittit aliquos cadere, quin alios erigat secundum illud Iob. 34. Cōteriet multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Sic enim in locū Angelorum cadentiū substituti sunt homines, & in locū Iudæorum Gentiles.* Sic etiam Sauli labenti subrogavit Deus Davidem, Tertulliano Cyprianum, Origini Cyrillum, Ruffino Hieronymum, Pelagio Augustinum; infelicis Saprício sacerdoti Nicephorum laicum, qui loco eius palmam martyrii obtinuit, vt legitur in Martyrologio 9. Februarij. Denique in locum Iudææ proditoris suffectus est Mathias, iuxta illud Psalmi 108. *Fiant dies eius pauci, & Episcopatum eius accipiat alter.*

5 Confirmatur ex ijs, quæ Dominus Sancto Francisco in exordio suæ religionis prædixit, vt scribit Sanctus Bonaventura; cum enim Sanctus pertimesceret, ne deficeret ordo à se institutus, sic eum Dominus est consolatus: *Ego illos retinebo & serbabo: ego illis*

illis cadentibus, alios erigam, atque substitutam, ac si vnus ad vomitum redeat, ego in eius locum alterum excitabo, qui illius conuersionem accipiat, sique, si nõ dũ natus fuerit, efficiã, vt nascatur. A fortiori ergo dicendũ hoc erit de grege Prædestinatorum, quẽ Deus Filio suo tradidit; nimirum illum gregem cõtinere certum numerum formalem, intra quẽ potest vnus substitui pro alio.

6 Ego huic sententiæ subscribo, mētemque meam varijs conclusionibus explico. Affero primò, Deus non potuit à se, & ex se, & nulla sumpta occasione ex malitia hominum vel Angelorum, antecedenter determinare numerum salvandorum; sic statuendo: *Volo tot homines creare, v.g. mille; ex eis vero volo, vt centum tantum salutem obtineant æternam.* Ratio est, quia hoc ipso reliquos omnes exclusisset à regno ante vllum eorum demeritum: quod repugnat infinitæ Dei bonitati: & de industria quæreret auxilia incongrua eis, quos à numero salvandorũ exclusit. Vnde postquam decreuisset dare centum hominibus gratiam congruam ad salutem; reliquis omnibus cogereretur dare incongruam, eam minimè collaturus, si videret fore congruam: vnde insidiaretur hominũ saluti, & satageret, ne vllus præter centum finaliter perseveraret; vt non frustraretur decretum stabile & fixum, salvandũ solum centum v.g.

7 Affero secundo, supposito peccato originali, potuit Deus determinatum numerũ hominum eligere in gloriam, reliquis relictis in massa perditionis. Prob. nam in pœnam peccati originalis potuit omnes filios Adæ æterna beatitudine privare; siquidem peccatum originale reddit hominem hæc pœna dignũ: ergo potuit gratiam conferre alicui determinato numero hominum, illos prædestinandi in gloriam; simulque decernere, nulli alteri simile beneficium conferre: vt enim inquit D. Th. 1. p. q. 23. ar. 5. ad 3. ** Non propter hoc est iniquitas apud Deum, si inæqualia, non inæqualibus præparet. Hoc enim esset contra iustitiæ rationem, si prædestinationis effectus ex debito redderetur, & non daretur ex gratiã.* In his enim quæ ex gratia dantur potest aliquis pro libito suo dare cui vult plus vel minus, dũmodo nulli subtrahat debitum, absque præiudicio iustitiæ. Et hoc est quod dicit paterfamilias Mat. 20. Tolle quod tuum est, & vade, an non licet mihi quod volo facere? *

8 Affero tertio in præsentī providentiã, iuxta quã Deus decrevit mittere Filium suũ redemptorẽ pro omnibus, & omnibus providet mediã sufficientiã ad salutem, non habet Deus voluntatẽ antecedentẽ, quã velit tot & non plures salvare. Patet, quia vt ostendi d. 8. sec. 3. 5. 2. 3. & 4. Deus, supposito pecca-

to originali verè & ex animo, *Vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Vnde Prosper ad caput 8. Gallorũ: ** Qui dicit (inquit) quod non omnes homines velit Deus salvos facere; sed certum numerum Prædestinatorum, durius loquitur quã loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiæ Dei, qui & omnes homines salvos vult fieri, atque id ad agnitionem veritatis venire. ** Cum voluntate autem seriã & sincera salvandi omnes non componitur, quòd Deus à se & ex se ante prævisum absolutè demeritũ velit aliquos excludere à regno: prout sanè vellet; si præfigeret antecedenter certum & determinatum numerum salvandorum, volendo vt tot, & non plures salvarentur. Confirm. ex ijs, quæ addit Prosper loco cit. vbi sic tandem concludit: ** Vt qui salvantur, ideo salvi sint, quia Deus voluit eos salvos fieri; & qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt. ** Ergo iuxta Prosperũ reprobī non ideo pereunt, quia Deus noluerit eos salvos facere, sed quia ipsi salvi fieri noluerunt. Non enim cum seriã & sincera voluntate salvandi omnes conceptam post prævisum peccatum originale, componitur, quòd à se & ex se, nulla præcedente causa novã ex parte hominis, velit aliquem à regno excludere: debet ergo expectare eius decessum in peccato, vt illum à regno excludat.

9 Affero quarto, in præsentī providentiã ex suppositione consequenti, quòd Deus præviderit paucos esse salvandos, si omnibus largiatur duntaxat auxilia ordinaria, quæ fert providentiã cõmunis, potuit Deus decernere & præfigere numerum determinatum electorũ prius ratione statuendo numerum formalem, quã materialem. Quãvis enim primaria Dei intentio, adhuc supposito peccato originali, sit quod omnes homines salvi fiant cum illis auxilijs, quæ secundũ providentiã cõmunẽ dispensatur: at proinde non possit antecedenter velle, vt tot & non plures salvi fiant; tamen ex suppositione consequenti, quod videat paucos ex vi illius voluntatis generalis esse salvandos, potest decernere, salvare per mediã extraordinariã, & per novã auxilia certum numerum, & non maiorem, iuxta dictã d. 8. sec. 3. 5. 5. an. 28. & 52. cum enim Deus cõprehendat numerum eorũ, qui damnandi sunt, si relinquuntur cũ solis auxilijs ordinarijs; & sciat non esse conveniens dare omnibus auxilia extraordinariã, & specialissimã; quia privilegia, & gratiæ extraordinarię non debent esse cõmunia omnibus: Cõsequens est, vt sciat, conveniens esse, dare illa auxilia aliquibus duntaxat: debet autem Deus scire, in quo numero determinat sit convenientius illa auxilia extraordinariã distribuere. Et sanè cum Deus de factõ semper faciat id, quod est melius, & convenientius ad

suam gloriam & manifestationem suorum attributorum; & de facto salvaturus sit determinatum numerum hominum, illum nimirum, qui maiorem proportionem habet cum numero reprobatorum: consequens est, Deum per scientiam simplicis intelligentiæ cognoscere, quot homines expediat per gratias extraordinarias introducere in regnum cælorum: & quot quâritque lapidibus vivis construi debeat cælestis Hierusalem, ut pulchrior evadat, maioremque habeat proportionem cum Babylone infernali. Si autem cognoscit ad maiorem pulchritudinem illius civitatis spectare, quod mille v. g. per gratias extraordinarias salventur, & non amplius poterit numerum salvandorum formalem decretare, & præfigere, prius quam decernat numerum materialis; sicut architectus prius designat numerum columnarum, quibus domus constare debet, ut pulchra evadat, quam lapides hos eligat ad illas erigendas. Neque in hoc modo decernendi vlla imperfectio involvitur; quæ enim repugnantia est in hoc decreto: quia video per auxilia ordinaria solum esse salvandos centum v. g. & scio ad manifestationem mee gloriæ expedire, ut salventur mille per gratias extraordinarias, volo mille salvare per gratias extraordinarias; quia hic numerus salvandorum maiorem proportionem habet cum numero eorum, quos certo scio damnandos. Posito autem hoc decreto, & supposita scientia, quod solum centum v. g. salvandi sint cum auxiliis ordinariis; iam manet designatus numerus certus salvandorum: quin pro illo signo designentur homines illi, qui numerum illum expleturi sunt. Sane quod hoc sit possibile, non potest negari.

10 Supposita autem possibilitate; propter auctoritatem Augusti. & aliorum PP. ita exponentium locum illum Apocalypsis, factum ipsum probabiliter affirmamus. Itaque ex verbis illis Apocalypsis: *Tene quod habes ut nemo accipiat coronam tuam*: duo colligimus: primum est, Prædestinatos non esse antecedenter omnino absolute electos ad gloriam: homini enim absolute antecedenter electo, nequit dici cum veritate: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam*: ita enim ille habet depositam in manu Dei coronam gloriæ, ut neque vllus alius rapere, nec ipse electus illam amittere possit: Quare ut hoc cum veritate & sine simulatione homini Prædestinato dici possit, viderur necessarium, quod Deus solum habeat antecedentem voluntatem dandi illi gloriam sub conditione quod perseveret: ita ut vli solius voluntatis Dei antecedentis nõ sit omnino certum, hunc hominẽ esse salvandum. Quare sensus illorum verborum: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam*: est iste, ut explicat noster Cornelius cum Ruperto: *Tam forqiter & feliciter in stadio Evangelicæ vitæ*

& doctrinæ decurrẽdo, & decurrẽdo victoripenẽ coronam tenes, illa iam quasi est tua, quia in tuis manibus, & tua est potestate: vide ergo, ut illam constanter retineas, nec ab alio eripi sinas. Secundum, quod colligimus ex illis verbis, est, in potestate hominis prædestinati esse, amittere gloriam; non tamen in eius potestate esse, minuere numerum Prædestinatorum; quia hoc ipso, quod ipse caderet, & coronam amitteret, Deus subrogaret aliũ loco illius; eo quod pro priori ad electionem materialem huius & illius Prædestinati determinat numerum formalem Prædestinatorum, qui proinde minui non potest, nec augeri, ut enim inferebat Aug. *Si alius non est accepturus, nisi iste perdidit, certus est numerus*. Quare si vir sanctus qui videbatur iam coronam gloriæ in capite habere, in fine vitæ laberetur in peccatum mortale, & sic moreretur; Deus id ab æterno prævidisset, & loco illius eligeret alium ad cõplendum numerum formale præsignatum: quod non præstaret, si ille primus, ut poterat, perseveraret:

11 Vnde inferes, ex suppositione quod Deus numerum formalem Prædestinatorum designaverit, non posse permittere ut omnes deficiant; licet nullus determinatè designari possit, cui non possit permittere finalem imperfectantiam; vnde quilibet electus debet specialiter gratias Deo, quod illum præ alio elegerit ad cõplendum illum numerum. Vnde non solum debet Deo gratias agere, quod determinaverit salvos facere aliquos ex hominibus, illum comprehendendo vagè in illo numero formali, & spem faciendo, quod forsãm ille futurus sit ex electis: sed specialissimè, quod tum posset Deus alios homines designare ad explendum illum numerum, ipsum prætermittendo; maluit ipsum designare, prætermittendo alios.

12 Hic noto cum Ruiz, male aliquos Expositores ex illo loco Apocalypsis deducere, nunquam Deum permittere, ut iustus aliquis cadat, & condemnetur, quin alium loco ipsius substituat, & salvet: quia inde cõsequens foret, multitudinẽ cadentium à gratia, & incidentium in damnationẽ non esse maiore, quàm sit multitudo peccatorum hominum, qui per penitentiam respiscẽtes perseverant, & gloriã obtinent. Consequens autẽ esse falsum, prob. nam in lege naturæ post remediũ infantibus datũ, aut post contritionẽ peccatorum, & in lege Moysei post circumcissionem, aut post contritionẽ; & in lege gratiæ post baptismum, aut post sacramentũ penitentię multi corruerunt in idolatriam, aut hæresim, aut Mahumeticã superstitionẽ, aut in alia peccata finalia, propter quæ dãnantur; & hi sunt multo plures, quã illi, qui salvantur, ut facile cõstabit sacras & Eccles. historias legẽti. Vnde fieri potest ut multi cadant, & erigantur pauci; & propterea Job. 1. cũ dixisset: *Cõteret mul-*

multos & innumerabiles, non dixit: *Stare faciet alios innumerabiles pro eis*, sed tantum dixit: *Stare faciet alios pro eis*. Quia nimirum pauciores sunt, qui salvantur, quam qui damnantur. Plus autem boni continet salvatio paucorum, quam mali contineat dānatio multorum; vnde ut Deus salvet paucos, permittit damnationem multorum; non permittit autem ingens malum, ut colligat exiguum bonum; sed permittit minus malū, ut colligat maius bonū.

13 Illa ergo verba: *Tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam*: intelliguntur de quolibet Prædestinato; qualis erat Episcopus Philadelphię ad quem direxit Christus verba illa; de illo namque dicit ibi Christus: **Ego dilexi te, quoniam servasti verbum patientiæ meæ, & ego servabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem univēsum gentes habitantes in terrā. Ecce venio cito: tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam.** Cuilibet ergo Prædestinato verè dicitur: *Tene quod habes, ut nemo &c.* quia si ipse, ut potest potentia antecedenti, non perseveret, Deus alium loco illius substituet, quia numerus Prædestinatorum à Deo præstitutus, minui nō potest. Non verè autem dicitur de quolibet iusto; quia fieri potest ut aliquis cadat, &

dānetur; quin alius loco illius assumatur; alio qui ex ijs, qui aliquando iustificati sunt, non perirent aliqui, quin totidem salvarentur: ac proinde ex Christianis verè baptizatis, cōprehendendo schismaticos, & hæreticos, & ex Iudeis sacramentū circumcissionis recipientibus, & ex ijs, qui aliquando veri iusti fuerunt, totidem saltem salvarentur, quot damnantur. Imò loquendo de iustis adultis, fieret inde, tot saltem Prædestinatos in cælo futuros, quot iusti adulti fuerunt; quia nimirum Deus non permetteret eos cadere, & damnari, quin alios totidem erigeret & salvaret. Quod tamen est falsum, ut probant quæ disputat P. Ruiz d. 54. circa paucitatem salvandorum.

14 Ex dictis infero, verissimum esse, quod D. Th. 1. p. q. 23. ar. 5. ad 3. & cōmuniter cum eo Theologi docent apud Ruiz d. 7. sec. 4. ex parte Dei dari causam propter quā congruum sit, ut aliquos homines vagè prædestinet; alios autem homines vagè permittat à gloria deficere, ad ostendendam misericordiam & iustitiam. Ceterum ex parte Dei nullam dari rationem, cur velit misericordiam exercere in hoc homine, potius quā in illo. Vnde Aug. 11. 2. 6. in Ioan. aiebat: *Quare hunc trahat, & illū non trahat, noli velle iudicare, si nō vis errare.*

DISPUTATIO XI.

AN SCIENTIA MEDIA ANTECEDAT PRIORITATE A QUO voluntatem collativam auxiliij efficacis.

SECTIO PRIMA.

Sensus quæstionis, & Authorum placita.

SENSUS est, an scientia media de efficacia auxiliij moveat Deum ad eius collationem, ita ut nō solūm conferat auxilium cum præscientia efficacis, sed ex præscientia, id est, non solūm præsciens, sed quia præscit: ita ut scientia media aliquem influxū habeat in decretum collativū, sicut habet simplex intelligentia. Igitur scientiam mediā hoc modo præcedere voluntatem collativā auxiliij negat P. Ant. Perez d. 4. & 5. de Provid. asserens, eam solūm esse priorem decreto prioritate ordinis secundū propinquitatem ad primum, & recessū ab ultimo. Primum in hoc genere est Deus, ad cuius naturales proprietates magis accedit scientia media, quam decretum, quia illa veluti naturaliter inest Deo; istud verò non nisi ex electione: illa non cōnectitur eum existentia creaturæ; secus istud. Ultimum verò in hoc ordine est status absolutus operationis, à quo magis recedit scientia media, quā decretum: nam hoc essentialiter connectitur eum existentia alicuius electionis, secus illa.

1 In quo sensu videntur cōmuniter loqui Theologi, dum asserunt, in Deo naturalia esse priora liberis: non enim hoc dicunt, quia omnia naturalia habent prioritatem à quo respectu actuum liberorum: nam ex cōmuni sententia apud Phasol. q. 44. ar. 6. Trinitas Personarum non est per se requisita, ut hic numero Deus operetur ad extra, ac proinde neque vè liberè velit: ergo solūm hic numero Deus est prior prioritate à quo respectu actuum liberorum: ut talis autem est quid omnino absolutum, & præcedens virtualiter relationes, ut cum D. Th. & Soto docet P. Suarez lib. 4. de Trin. c. 14. & ego verissimū puto: ergo relationes nec per modum virtutis, nec per modum conditionis habent prioritatem à quo respectu actuum liberorum. Solūm ergo dicuntur priores prioritate ordinis per maiorem propinquitatem ad unum primum, nempe naturam divinam. Pro hac sententia citat ille Author P. Hurt. & alios RR.

3 Favet huic sententiæ non partī P. Vazq. 10. 1. in 3. p. d. 23. n. 127. ubi asserit, Deum ante præscientiam absolutam non præfinisse vocationem ut efficacem, sed solūm præfinisse vocationem, quā sub conditione novit effectum habi:

habitura. Item P. Herize d. 23. n. 192. vbi ait, scientiam Dei nō esse causam vocationis, quatenus est conditionata, & mediā, sed precisē quatenus est simplicis intelligentiā. Item P. Lessius in opusc. de Prædest. sec. 5. n. 51. vbi docet, Deum non secernere pro electis eas vocationes quas videt habituras effectum, eo potissimum nomine, quia effectus sequetur, alioquin eas non daturum, & n. 53. vbi ait, Deum non seligere gratias congruas dando illas principaliter, quia sunt congruæ; nec, vt aliqui putant, illi sententiæ aperte contradicit P. Molina in cōcord. q. 1. d. 52. 5. *His ita explicatis*, dum docet, Deum esse causam nostrorum actuum honestorum remotē per scientiā simplicis intelligentiæ, & per mediā; proximē vero per decretum: potest namque rectē exponi, quatenus Deus non est proximē potens concedere auxilium, quo homo sit rectē operaturus, nisi quatenus cognoscit per scientiā mediā illius efficaciam; quod rectē cohæret cum eo quod illa nō moveat ad decretum, & ad hominem patet contra Rip. d. 3. de Prædest. sec. 3. plus iusto succensentem illis Recentioribus, eorumque sententiam notantem vt contrariam omnibus Societatis Scriporibus; siquidem ille licet de facto admittat hanc directionem, non negat, posse sine illa cōferri auxilium efficax. Ex quo sic argumentor: In illo eventu conferrēt Deus Petro v. g. potius auxilium efficax, quā inefficax: ergo pro priori ad decretum collativum esset proximē potens eligere inter illa auxilia: hæc autem potestas proxima cōstitueretur per scientiā mediā; ergo stat actum primum eligendi constitui per scientiā mediā, quin hæc præcedat prioritāte a quo decretum.

4 Nec rursus illis contrarij esse videntur Authores Societatis, dum cum P. Molina ibidem d. 53. 5. *Illud postremo*, asserunt, scientiā mediā esse ante omnem actum liberum: Item esse lumen & notitiā prærequisitam ex parte divini intellectus ad perfectissimā providentiam: hoc enim loquendi modo non videntur significare prioritātē a quo strictē talem; alioquin scientia de inefficacia auxilij, eam quoque prioritatem haberet; sed solum intendere, scientiā illam esse independentem à decreto actu existenti, vt à medio cognoscendi, esseque requisitam ad perfectam Dei providentiā modo à nobis explicato d. 3. sec. 4. valdēque mihi displicet censura P. Rip. vbi supra existimatis, inutilem fore scientiā mediā ad prædestinationem, nisi dirigeret ad cōferenda auxilia. Quāvis enim non dirigeret, adhuc foret necessaria, quia Deus nō posset proximē potens cōcipi eligere hos, & relinquere illos, nisi haberet scientiā mediā.

5 Necessitas ergo illius independens est ab eo quod dirigat, vel non dirigat ad conse-

renda auxilia. Vnde prioritās, quā omnes debent admittere in illa, solum est prioritās rationis consistens in eo, quod Deus non sit proximē potens conferre homini mediā, quibus infallibiliter salvetur liberē, quin cognoscat quid faciet pro sua libertate homo, si tali, vel tali præveniatur auxilio, ad quod non requiritur, vt omnia constitutiva illius potentie proximæ habeant prioritatem a quo respectu decreti. Sic Deus in ratione proximē potentis permittit peccatum constituitur per scientiā mediā de inefficacia auxilij, quæ tamen non habet prioritatem a quo respectu decreti: & ratio est, quia licet illa scientia sit necessaria vt Deus conferat auxilium cum infallibilitate eventus sequatur; non tamen vt existat decretum secundum se, vt pote quod ad sui existentiam solum præsupponit scientiā simplicis intelligentiæ: neque videtur posse influere in illud decretum, quia solum videtur posse influere in decretum amans auxiliū quia efficax; quod decretum est præfinitivum operis, & scientiā mediā de efficacia essentialiter supponit.

6 Dices: non potest ignis constitui in ratione proximē potentis calefacere per applicationem, quin hæc habeat prioritatem a quo respectu calefactionis: ergo similiter, &c. Sed respondebitur negando consequentiam, quia calefactio nequit oriri ab igne, nisi vt applicato: stat decretum illud potest esse à voluntate divina non cognoscente efficaciam auxilij; quia potest existere in circumstantia scientiæ oppositæ. Sed replicabis, hanc rationem rectē probare decretum illud nō supponere determinatē hanc scientiā: poterit tamen supponere vagē hanc, vel oppositā. Sed contra insurget, quicū P. Antonio Perez negaverit illam antecedentiam, & directionem scientiæ mediæ; quia implicat eūdem affectum voluntatis per se vagē postulare cognitiones oppositas: cum enim vnum contradictoriū nō suppleatur per aliud, nequit scientia repræsentans vnum motivum, ita præcedere affectum, vt eius præcedētia suppleri valeat per scientiā oppositam: ergo, &c.

7 Communior tamen & vera sententia tenet, scientiā mediā per se præcedere collationem auxilij efficacis, præsertim in Prædestinatis: ita omnes, qui cum P. Suar. defendunt electionem efficacem ante prævisa merita, & præfinitiones nostrorum actuum essentialiter supponentes scientiā mediā, & inferentes auxilia, quæ prævisa sunt fore efficaciam: quos in sequent. disputat. citabimus. Nos etiam infra sec. 3. explicabimus hanc directionem, & præcedentiam independentem à præfinitionibus, & ab omni decreto divino essentialiter supponente scientiā mediā: prius tamen examinabimus, an hæc antecessio sit necessaria, vt collatio auxilij cōgrui sit speciale beneficium.

SECTIO SECUNDA.

An hæc antecessio sit necessaria ut Deus speciale beneficium cõferat Prædestinatis: vbi defenditur pars negativa.

8 SUPPONIMVS, iuxta nostra principia contingere posse, vt ex duobus hominibus æquali vocatione pulsatis alter consentiat, & salvetur, alter non consentiat, & damnetur, ita vt tota disparitas vnius ab alio sit suppositio consequens ab eorũ arbitrio dependens. Quo supposito, P. Rip. cũ alijs probat hanc scientiæ mediæ antecessionẽ ex eo quod Deus conferens auxilia efficacia Prædestinatis exercet erga illos maiorẽ benevolentiam, quam erga reprobos, quibus solũ concedit auxilia sufficientia, vt docent cõmuniter Scriptores Societatis cũ Bellarm. lib. 6. de grat. & lib. arbit. c. 15. cum Suar. lib. 3. de auxil. c. 20. n. 10. & lib. 5. de grat. c. 52. cum Vazq. 1. p. d. 98. à n. 37. & 1. 2. d. 189. n. 134. existimant autẽ hanc maiorẽ benevolentiam importare affectũ essentialiter supponentẽ scientiam mediã de cõgruitate auxiliij, quia existimãt illũ affectũ esse essentialiter diversum physicẽ ab affectu, quo Deus cõferret idẽ auxilium prævidens. fore inefficax:

9 Arbitror tamen cũ P. Aldrete d. 10. de Prædest. l. 1. & eũ alijs, hanc directionem scientiæ mediæ non esse eo titulo necessariã, & hæc existimo esse perspicuã sententiam Bellarm. & P. Vazq. quam sequẽri ratione mihi persuadeo. Implicat Deũ conferre vni potius, quã alteri auxilium congruũ, quin vni potius, quã alteri conferat speciale beneficium: At potest vni potius, quã alteri conferre auxiliũ congruũ, quin dirigatur à scientiã mediã directione illa importante eiusmodi affectum: ergo hæc directio non est necessaria, vt vni potius, quã alteri cõferat speciale beneficium. Consequẽtia est perspicua. Minor ab Adversarijs non negatur, nec merito ab aliquo negari potest, vt constabit ex dicẽdis. Minor, in qua sola est difficultas, prob. primò: quia, vt inquit Bellarm. modò citatus: **Gratia Dei singularis est, vt dignetur ita movere hominẽ, sicut vidit congruũ esse illi, vt persuadeatur, atque consentiat: ergo implicat vt vnum potius, quã alium moveat, si eũ fecit ei congruere, quin vni potius quã alteri conferat specialem gratiam.*

10 Secundo, quia vt docet idem Bellarm. lib. 1. de grat. & lib. arb. c. 13. §. *At nostra.* Si proponatur quæstio, virũ si duo homines habeant eãdem omnino gratiã excitantẽ, & adiuvantẽ, saltem in actu primo, & eũdem concionatorem audiant, & eãdem signa videant, vt vtrum, inquam, fieri possit, vt vnus credat, alter non credat. Nostra sententia respondebit, posse quidẽ fieri, vt duo homines eãdem intentione acceptã, eũdem concionatorem audiant, & eãdem signa videant, & vnus credat,

& alter non credat, tamen non posse fieri vt eãdem omnino gratiã excitantẽ duo homines accipiant, vnus credat, alter non credat: siquidẽ ad gratiã non solũ pertinet motio, siue excitatio interna, sed circũstantia loci, tẽporis, personæ, &c. nã si eãdem motione accepta, alius credit, alius nõ credit, sine dubio vnus accepit motionẽ eo modo, loco, & tempore, quò Deus prævidit eius ingenio cõgruere, alter nõ ita accepit, ac proinde lògẽ maiorẽ habuit Dei gratiã, is, qui credit, quã qui nõ credit: iste habuit gratiã, per quã posset credere: qui autẽ credidit, habuit gratiã qua posset, & vellet credere: tũc enim Deus in nobis operatur velle, cũ ita vocat, vt videt sequuturos, & ideo vere nõ potest fidelis adversus infidelẽ gloriari, aut inflari, quia qui eũ principaliter discernit ab infideli, non est ipse per liberũ arbitrium, sed Deus per gratiã efficacẽ, quã ei dedit, & alteri non dedit. Hæc illi. Quam doctrinam dicit se hausisse ex Aug. l. 6. §. de Prædest. Sancti. Quæ verba retulisse libuit, quia simul rationẽ continent, & tanti viri auctoritatẽ: ergo implicat vt vnus consentiat, & alter non consentiat cũ eãdem vocatione, quin Deus speciale gratiã conulerit vni & non alteri: non implicat autẽ vt hoc contingat, quin scientia mediã antecedit ea prioritate à quo voluntatẽ vocandi: ergo hæc prioritas non est necessaria ad conferendũ speciale beneficium.

11 Confirmatur: quia ibidẽ affert illũ casum propositũ à D. Aug. lib. 12. de civit. c. 6. de duobus eãdem tẽtatione, eodẽ modo loco, & tẽtatione tentatis, & æquẽ affectis: quorũ vnus resistat, & alius cadat. Et inquit Bellarm. *Causã diversitatis referendã in liberum arbitriũ, vt August. eo loco rectẽ probat, sed non primã causam: nam prima causa fuit, quia Deus vnũ dedit inspirationẽ, quã prævidit ab illo per liberũ arbitrium amplectendam; alteri dedit eandẽ, sed quã prævidit ab eo per liberum arbitriũ reiiciendã.* Ergo collatio auxiliij congrui ex terminis suis est maior gratia, quã collatio auxiliij purẽ sufficientis: ergo maius beneficium. At collatio illa non postulat directionem illã scientiæ mediæ iuxta adversarios: ergo vt Deus conferat beneficium speciale per collationem auxiliij congrui, nõ debet cõferre quia congruum & ex directione illa scientiæ mediæ. Vide Suar. lib. 3. de auxil. c. 20. n. 112.

12 Propter hanc rationem P. Vazq. 1. p. d. 98. n. 40. docet Prædestinatũ distingui à reprobò non solũ ipso cõsensu, & cooperatione, sed etiã donatione gratiæ præveniẽtis & operantis, & ait, hunc esse sensum illorũ verborũ Pauli 1. Corinth. 4. *Quis enim te discernit, &c. ac si dicat (inquit Vazq.) non tũ te discernis, sed Deus solus, qui tibi potius quã alteri congruam præparavit vocationem:*

13 Tertio probatur: implicat ut quis in gratia perseveret usque ad mortem, quin à Deo acceperit specialissimum donum: ut ex scriptura, & PP. probat Bellar. lib. 2. de grat. & lib. arbitr. cap. 12. & constat ex communi Theologorum propterea essentium cum D. Th. 1. 2. q. 114. art. 9. donum illud non cadere sub merito condignum pure creaturæ. At si directio illa scientiæ mediæ foret necessaria ad conferendum speciale beneficium, id non implicaret; quia posset Deus conferre homini auxiliū, quo prævilit finaliter perseveraturum, quin ad illud conferendum intrinsecè moveretur à scientiā mediā, id est, quin conferret per decretum essentialiter supponens scientiā mediā: ergo.

14 Quarto, quia certissimum est, nostrum consensum liberum conducentem ad salutem esse donum Dei, ut constat ex illo Pauli ad Philip. 1. *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in illum credatis, sed etiam ut pro illo patiāmini.* Item ex Trid. sess. 6. c. 16: *Hominiū voluit esse merita, quæ sunt ipsius dona.* Et ex Aug. q. 2. ad simpl. *Si queramus utrum donum Dei sit bona voluntas? mirum est, si negare quis audeat.* Et probat Bellarm. lib. 1. de grat. & lib. arbitr. c. 12. ex Aug. & probari potest perspicue ex cap. 11. & 12. de corrept. & grat. ubi distinguit duplex adiutorium, aliud sine quo aliquid non fit, aliud, quo posito conuinus fit: quod ultimum comparat Beatitudini, qua posita continuo fit quis Beatus: sentit ergo manifeste, ipsum actum liberum supernaturalem esse adiutorium Dei, quo sumus volentes. Ex quo fit argumentor: ergo implicat ut ex duobus hominibus æquali motione pulsatis alter consentiat, alter non consentiat, quin ille acceperit maiorem gratiam, quā iste: ac proinde ad hoc non requiritur directio illa scientiæ mediæ.

15 Ratio à priori desumitur ex natura beneficij, ut enim inquit Seneca: *Cōtingit ut beneficia opportunitate grata sint, & non vulgaria, quæ etiam si prætiosa natura non sint, tempore, & loco fiunt.* Quod exemplis explicat P. Vazquez locis citatis in it. sec. ergo ut vocatio dicatur gratia peculiaris, multum refert, quod detur in ea opportunitate, in qua cognoscitur habitura effectum: Deus enim tunc dans vocationem, hoc ipso censetur dare etiā ipsum consensum, quod non præstat, quando duntaxat concedit vocationem prævisam inefficacem; quia licet quantum est ex se det consensum, quasi conditionatè, nimirum si volūtas voluerit uti auxilio, non tamen dat absolutè, ac proinde minus benefacit, quàm conferens vocationem congruam.

16 Confirmatur primò, quia licet Deus per se non dirigatur à scientiā mediā, tamen

decretum collativum auxiliij propriè amat non solum entitatem eius, sed etiam efficaciam; vult enim ut homo cum illo rectè operetur, nec ipsum tribuit, ut inde aliquam utilitatem capiat ipse, sed purè liberaliter: hic autem affectus coniunctus scientiæ defutura congruitate sufficit ad speciale beneficium: quia sufficit ut Deus non invitus, aut ignorans, aut intuitu proprii commodi tribuat homini totum illud emolumentum: si enim invitus aut ignorans tribueret; non propterea conferetur magnum illi tribuisse beneficium; quia, ut inquit Seneca 1. de beneficijs cap. 5. *Beneficia in grata sunt licet re, ac specie magna videantur, quæ danti, aut extorquentur, aut excidunt.* Rursus si tribueret intuitu proprii commodi præcisè, formaliter beneficium non foret; ut enim inquit idem lib. 6. cap. 12. *Multum interest, utrum aliquis beneficium nobis det sua causa, an nostras, an suas, & nostras ille, qui totus ad se expectat, & nobis prodest, quia aliter sibi prodesse non potest, eo mihi loco habendus videtur, quo qui pecori suo pabulum proijcit.* A quo longè abest Deus, qui non sua & nostra causa dat nobis auxilium congruum, quod ad beneficentiam sufficeret, sed præcisè nostra: nihil ergo in præsentem deficit ad rationem specialis beneficij.

17 Hanc doctrinam colligo ex D. Thoma 1. contra gentes cap. 91. n. 1. ubi hæc habet: *Ad veritatem amoris requiritur, quod bonum alicuius, prout est eius, velit. Cuius enim bonum aliquis vult solum prout in alterius bonum cedit, per accidens amatur: sicut qui vult vinum conservari, ut illud bibat, aut hominem, ut sibi sit utilis, aut delectabilis, per accidens amat vinum, aut hominem: per se autem se ipsum. Sed Deus vult bonum uniuscuiusque secundum quod in se bonum est; licet etiam unum ordinet in bonum alterius.* Cum ergo Deus velit auxilium congruum prout est bonum hominis, illudque conferat, ut homo rectè operetur, speciale ei confert beneficium, quamvis non conferat, quia cum illo rectè operabitur.

18 Confirmatur secundo, quia ut inquit D. Thomas. 2. 2. q. 106. art. 3. in beneficio duo considerantur, affectus, & donum: & licet ille sit pars principalis, & veluti forma beneficij: nihilominus istud illud constituit, non quidem nudè sumptum, sed informatum affectu: ergo ubi donum est maius, & totum informatum affectu dantis, beneficium debet esse maius. Ita autem se habet res in præsentem: nam Deus conferens homini auxilium congruum, dat non solum entitatem illius, sed ipsum consensum salutarem; siquidem voluntas collati-

vā de se est causativa illius; per scientiam autem mediam constituitur in ratione causæ efficacis, seu infallibiliter causaturæ: & vtrumque informat affectu benefico, quo vult vt existat auxilium, & consensus salutaris: ergo confert maius beneficium.

19 Obijcies tamen primo: Deus conferens homini auxilium congruum potius, quam in congruum, amat non solum entitatem auxilij, sed eius congruitatem: ac omnis volitio supponit cognitionem obiecti, quod amat, prioritate a quo quia nihil volitum, quin præcognitum: ergo illud decretum supponit prioritate a quo cognitionem congruitatis; sed hæc est ipsa scientia media: ergo, &c. Respondeo concedendo reliqua; & negando minorem subsumptam, quia scientia simplicis intelligentiæ representans existentiam congruitatis vt possibile, sufficit, vt Deus velit illam congruitatem existere; ac proinde præter istam scientiam non est necesse, vt præcedat prioritate a quo alia decretum collativum, nisi istud secundum se sit efficax & essentialiter connexum cum opere: quod tamen non est necessarium: vt ipsi adversarij fatentur; qui licet cum P. Suárez asserant, Deum defacto habere eiusmodi decreta præfinitiva, præsertim circa actus supernaturales; cum eodem tamen lib. 2. de concursu Dei cap. 7. docent illa non esse necessaria ad perfectam Dei providentiam.

20 Obijcies secundo ex Ripalda, vt prædestinati experiantur maiorem Dei benevolentiam, requiritur, quod Deus non solum materialiter donaverit eis aliquid vtilius, sed formaliter, quia vtilius: nam vt non est liberalis, ac misericors erga me, qui confert mihi bonum non ex animo benefaciendi, sed ex alio fine diverso; ita non est magis liberalis, ac misericors, qui dat maius bonum, si non dat ex animo magis benefaciendi. Respondeo, sicut ad meritum in ratione meriti constituendum duo concurrunt, nempe libertas, & honestas actus; ita ad beneficium constituendum duo ingrediuntur, nempe affectus, & donum: sicut ergo vt crescat meritum satis est, quod crescat bonitas actus; siquidem actus magis intensus cum eadem libertate elicitus, est magis meritorius: ita vt crescat beneficium, satis est, quod crescat donum, licet affectus sit physicè idem, sicut autem ad hoc vt actus sit magis meritorius propter maiorem intensionem, requiritur, quod omnes gradus intensionis informetur libertate; vnde si aliquis eliceretur necessario, non auget meritum; ita, vt donum sit maius beneficium propter maiorem vtilitatem, requiritur, vt hæc tota informetur animo benefico dantis; si autè tota infor-

matur, beneficium erit maius, quamvis affectus non sit physicè maior. Ita autem contingit in nostro casu. Quare licet non stet beneficium sine animo benefaciendi; stat tamen maius beneficium sine animo magis benefaciendi: id est sine affectu physicè maiori: nam moraliter, & æquivalenter, dum Deus dat auxilium præcius de futura ipsius efficacia, habet animum magis benefaciendi, quam si per idemmet decretum daret idem auxilium sine tali præscientia: quia illud dum prævidetur efficax, est aliquid æstimabilius.

21 Adde, per scientiam mediam de futura efficacia constitui volitionem collativam auxilij in ratione amoris efficacis respectu operis, vt explicabimus postea: implicat autem vt Deus non sit specialiter beneficus erga illum, cui confert auxiliū per amorem efficacem operis.

22 Obijcies tertio, si scientia media de congruitate auxilij, esto non antecedit voluntatem collativam, auget beneficiū; scientia de incongruitate ipsum minuet: vnde sicut Deus maius confert beneficium, dum dat auxilium prævidens fore efficax, quam si per impossibile daret cum ignorantia eventus sequentis; ita minus conferet beneficium, cum præbet auxilium prævidens fore in efficax, quam si conferret cum illa ignorantia. Respondeo, disparitatem esse manifestam: quia cum auxiliū suapte natura ordinetur ad rectam operationem, & ad carentiam peccati, Deus conferens illud, necessario debet velle, vt sit propter rectam operationem, & propter carantiam peccati, qui affectus non tollitur per scientiam defuturo peccato, quia hæc est præter, imò contra intensionem Dei conferentis auxiliū; ac proinde non minus est beneficus, quam si careret per impossibile omni scientia media, quia tunc non maius bonum causaret, nec maiori affectu: At ratione præscientiæ recti vsus futuri crescit beneficium, quia voluntas collativa auxilij, quæ de se est causativa operis boni, constituitur per illam scientiam in ratione infallibiliter causaturæ, ac proinde in ratione magis beneficæ.

23 Rogabit aliquis, an si per impossibile solum dareretur scientia simplicis intelligentiæ & scientiæ visionis, & Deus conferens duobus hominibus auxilia omnino equalia, & pari affectu, cum ignorantia eventus sequentis, conferret maius beneficiū operanti, quam non operanti. Negat P. Vazquez 1. p. disp. 93. n. 4. & disp. 98. n. 39. quia sicut is, qui rem pretiosam donaret, ignorans valorem ipsius non diceretur multum donare, ita similiter, &c. Probabiliter tamen affirmat P. Aldrete; nam beneficia ipsa acceptatione cres-

tunt, ideoque homines interdum solent munera sibi oblata non accipere, ne scilicet maiori maneant remunerationi obnoxij. Id quod non leviter firmatur ex ipsa diffinitione beneficii: *Est enim actio benevola gaudium tribuens recipienti.* Vnde si media acceptatione maius affert gaudium, totumque id fuerit intentum à benefaciente, hoc ipso maius conferatur beneficium.

24 Ad exemplum adductum à Pat. Nazq. Respondeo, eum, qui conferret gemmā ignorando eius valorem, tunc parum daret, quando magnus ille valor est illi involuntarius, quia scilicet eo affectu dat, ut si cognosceret valorem, non daret. At si daret ignorans quidem eventum determinatē sequuturum; ceterum cognoscens, contingens esse, ut gemma illa sit magni pretij, & sincero animo intendens, ut totum illud emolumentum obveniat donatario, eoque affectu dans, ut esset eodem modo collaturus, quamvis certo sciret, esse magni pretij: in hoc casu cresceret donum, si re ipsa esset magni valoris. Et hoc posteriori modo se haberet Deus in casu proposito, quia licet ignoraret congruitatem futuram, sciret tamen auxilium posse reddi congruum, idque ipse desideraret, eoque affectu daret, ut si videret fore congruum, libentius concederet; non tamen tantumdem cresceret tunc beneficium, quantum crescit modo ratione scientiæ mediæ futuræ congruitatis. Quia modo non solum apparet discrimen in actu secundo, sed in ipsa donatione actus primi: quia Deum conferre auxilium cum præscientiæ efficaciz, est conferre aliquid æstimabilius, & discernere unum ab alio per ipsam gratiæ donationem.

SECTIO TERTIA:

Scientia media vere & proprie dirigit ad collationem auxilij congrui: & habet prioritatem à quo respectu decreti collativi ipsius:

25 **A**SSERO primo decretum collativum auxilij indifferentis essentialiter supponit scientiam mediam eventus rei ipsa futuri, si conferatur illud auxilium & voluntas creata per illud constituatur proxime indifferens ad verumque: ac proinde essentialiter supponit, Deum in signo, in quo est proxime potens conferre auxilium, iam cognoscere, quid rei ipsa futurum sit, si Deus conferat illud auxilium, eamque potentiam proximam. Probatur assertio; quia decretum illud essentialiter supponit providentiam Dei ut infinite sapientem; ad providentiam autem Dei ut infinite sapientem spectat, ut an-

tequam quidquam libere decernat non solum sciat omnem veritatem necessariam, sed omnem veritatem conditionatam per scientiam mediam representabilem; ne quæ post liberam determinationem, improvisa, & inopinata rerum combinatio vel habitudo resultet fortuito: ergo decretum illud essentialiter supponit scientiam mediam futuri eventus; ac proinde essentialiter supponit vagæ vel scientiam mediam futuri consensus sub illo auxilio & indifferentia, vel scientiam mediā futuri dissensus.

26 Quare Deus non est proximè potens cōferre homini proximam potentiam ad peccandum, quousque sciat, quid continget, si conferat illam potentiam: spectat enim ad Dei perfectionem ut possit retardari à conferenda libertate peccandi per scientiam conditionatam peccati futuri sub illa libertate, & ut possit inclinari ad conferendam illam libertatem per scientiam conditionatam boni operis futuri sub illa libertate: essetque Deus obnoxius penitentiz, seu quod eum facti pecciteret; si posset quidquam decernere, quin prævideret incommoda omnia, quæ ex rei illius positione secutura sunt.

27 Hanc scientiæ mediæ antecedentiam & directionem, latè & nervose probat P. Aldrete disp. 2. de Prædest. ex Scriptura & Patribus. A nobis breviter res cōficietur. Probatum autem nostra cōmunisque sententia, ex illis verbis sap. 4. *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, & ne fictio deciperet animam illius.* Ergo Deus motus est à scientia conditionata, per quam cognovit, juvenem illum peccaturum, si diutius conservaretur in vita, ut illum raperet à vita. Nam ibi contineri scientiam infallibilem futuri lapsus sub conditione quod diutius conservaretur in vita, testatur Augustinus lib. de corrept. & grat. cap. 8. illis verbis: *Respondeant, si possunt, cur illos Deus, cum fideliter ac pie viverent, non tunc de vitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum? An hoc in potestate non habuit, an eorum futura mala nescivit? Nempe nihil horum nisi in sanissime & perfectissime dicitur.*
* Vide nostrum primum tomum disp. 16. sect. 2. num. 13. & 14. ubi ostendi Augustinum loqui de scientia conditionata peccati futuri sub conditione diuturnioris vitæ, eaque omnino independenti à decreto, & consequenter de scientia media. Supponit ergo Augustinus tantquam quid manifestum, Deum potuisse dirigere ab illa scientia, ut homines illos, qui antea fuerunt iusti, & postea mortui sunt in peccato, raperet à vita, antequam peccarent; sicut rapuit juvenem, de quo loquitur liber sapientie.

Hanc

28 Hanc etiam directionem probat textus ille ex 1. Reg. 23. vbi David consuluit Dominum, dicens: *Si descendet Saul in Zeilam, & tradent me Viri Zeila in manus eius? Cui respondit, descendet, & tradent.* Ergo Deus per scientiam mediam agnoverat, Davidem tradendum à Zeilitis in manus Saulis; si descenderet in Zeilam, & ideo illi dixit, ne descenderet. Ergo motus fuit Deus à scientia media futuræ proditiōis ad consulendum Davidi, vt fugeret à Zeila. Eandem probat textus alius ex 3. Reg. 11. vbi refertur, Salomonem accepisse vxores Gentiles: *Super quibus dixit Dominus filiis Israel, non ingrediemini ad eas, certissime enim auertent corda vestra.* Ergo certissime noverat Deus, filios Israel pervertendos, si ingrederentur ad mulieres alienigenas; eaque scientia vsus est, ad deterrendum Israelitas ab eo ingressu.

Eadem directio suadet ex illis verbis Christi ad Paulum Act. 12. *Festina, & exi velociter ex Hierusalem, quoniam non recipiēti testimonium tuum de me.* Item ex illa oratione Ecclesiæ, *te supplices exoramus, vt noxia cuncta sub moueas, & omnia nobis pro futura concedas.*

29 Hoc etiam persuadent preces, quas fundimus, dum dicimus, præsta nobis Domine perseverantem in tua voluntate famulatū. Licet celeberrima sententia Augustini dicentis serm. de Verbis Domini: *Male vsurus eo, quod vult accipere, Deo miserante non accipit,* & illa Bernardi ser. 52. in Cant. *interdum subtrahitur gratia, siue retrahitur, non propter superbiam, quæ iam est, sed quæ futura esset, nisi subtraheretur.* Item illa Augustini lib. quæstion. contra Paganos Epist. 49. q. 2. *Tunc voluisse hominibus apparere Christum, quando sciebat, & vbi sciebat esse, qui in eum fuerant credituri.* Mitto alia.

SECTIO QVARTA:

Quæ nam directio & antecedentia scientiæ mediæ respectu decreti conferentis auxilium congruum debeat admitti.

50 **A**SSERO præterea; quamvis quis negaret præfinitiones stabilitas à Pat. Suarez, quæ sunt actus voluntatis diuinæ, qui ex se amant efficaciter, & immediate intendunt efficaciter existentiam nostræ actionis liberæ & honestæ; tamen admittere potest ac debet directionem scientiæ mediæ; eiusque antecedentiam, & priorita-

tem à quo respectu decreti conferentis auxilium congruum, quia quamvis dicamus Deum non conferre auxilium congruum per decretum essentialiter supponens scientiam mediæ congruitatis; adhuc dici potest ac debet, scientiam mediam vere & proprie dirigere ad collationem auxilij congrui non quia congruitas auxilij representata per scientiam mediam sit motivum intrinsecum volitionis conferentis auxilium; sed quia est circumstantia, quæ dum representatur, faciliat collationem auxilij, quia cum Deus ex se habeat inclinationem ad bonum creaturæ rationalis, & necessario complaceat in eo quod homo operetur cum auxilio sufficienti, absolute & simpliciter est magis pronus, & inclinatus ad conferendum auxilium. A Petro, quando præscit cum eo recte operaturum, quam quando præscit non recte operaturum: & scientia mediæ de inefficacia auxilij, quantum est ex se retrahit ab ipsius collatione, quia nunquā Deus confert auxilium prævidens fore inefficax; quin esset libentius collaturus idem auxilium, si videret efficax, quia ex se habet maiorem inclinationem ad collationem auxilij, quando ex illo maior fructus colligendus est. Omniaque auxilia, quæ reprobis confert, & quibus illi abutuntur, & percutit, contulisset ipsis, si prævidisset cum eis recte operaturos, & salutem æternam consecuturos. Vere enim & sincere vult voluntate antecedenti omnes homines salvos fieri, & salutem obrinere per illa mediæ, quæ defacto eis confert, licet non velit eos salvos fieri per alia mediæ, quæ defacto eis denegavit iustissime; quia non expediebat ad maiorem eius gloriam conferri reprobis auxilia alia extraordinaria, quæ si contulisset, reprobi non fuissent.

31 Itaque scientia mediæ antecedit collationem auxilij per modum circumstantiæ completentis maiorem inclinationem Dei ad conferendum auxilium, & remouentis scientiam oppositā, quæ ex se retraheret à tali collatione. Quod autem scientia mediæ abusus auxilij retrahat ab eius collatione, probatur ex communi doctrina Patrum, qui explicantes verba illa Genesis: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram:* affirmāt, illa esse verba trium diuinarum personarum, quasi se exhortantium ad creandum hominem, quem prævidebant peccaturum, ac proinde ad vincendam illam quasi difficultatem, quam hominis ingratitude prævisa opposebat creationi; vt expendit illuminatus ille Doctor Venerabilis Pater Luduivicus à Pöte sexta parte meditationum, meditatione 25. ergo negari nequit abusum auxilij prævisum per scientiam mediam, quantum est ex se re-

trahere à collatione auxilij: & per consequens scientiam mediam de congruitate auxilij ex se facilitare ad eius collationem, & eo modo illam præcedere: non quidem tanquam circumstantiam essentialiter præsuppositam à volitione collativa auxilij, & ab ipsa petita: sed tanquam circumstantiam aliquomodo inclinantem ad existentiam volitionis absolute potentis existere sine illa circumstantia.

32 Si autem quæras, in quo consistat, hoc quod est scientiam mediam de congruitate auxilij dirigere actualiter, & in actu secundo ad volitionem collativam auxilij: respondeo, consistere in coexistentia vtriusque, quia implicatorium est, Deum per scientiam mediam præ cognoscere, Petrum recte operaturum cum vocatione *A* si ei conferatur, & illam vocationem conferre, quin ad conferendum aliquomodo inclinatur, & quasi faciliter per illam scientiam; etsi enim Deus ad volitionem illam solum moveatur à sua increata bonitate, bonitas tamen increata ex se magis prona est ad conferendum auxilium pro circumstantia, in qua prævideatur fore efficax, quam pro opposita, in qua prævideatur fore in efficax.

33 Ex dictis inferes primo, non posse probari præfinitionem ex se efficacem operis liberi, ex præcisa directione & antecedentia scientiæ mediæ respectu decreti conferentis auxilium congruum: motivum enim intrinsicum illius decreti non debet esse congruitas auxilij prævisa per scientiam mediam; sed sola bonitas divina, quæ per modum principij magis propensa est ad conferendum auxilium pro casu congruitatis, quam pro casu incongruitatis.

34 Inferes secundo, eatenus esse liberum Deo dirigi, vel non dirigi ad conferendum auxilium, quatenus supposita scientia mediæ de congruitate auxilij liberum est ipsi habere vel non habere decretum collativum auxilij; cæterum eo ipso quod supposita illa scientia velit conferre auxilium, est omnino necessarium, quod dirigatur à scientia congruitatis quia impossibile est, quod existente scientia congruitatis conferat, quin conferat ex præscientia illa, seu ex eius motione & directione.

35 Hinc infero tertio, in eodem sensu, in quo gratia efficax est prærequisita ad salutariter operandum, similiter aliquam præfinitionem Dei esse necessariam & præquisitam ad omnem actum salutarem; nimirum præfinitionem complexam consistentem in decreto collativo auxilij, concepto ex directione scientiæ mediæ congruitatis auxilij, qua scientia vere movet & inclinatur ad illud

decretum, & per illam tale decretum constituitur in ratione voluntatis efficaciter amantis existentiam actionis nostræ libræ & salutaris; illud enim decretum ex prædicatis suis essentialibus est conditionatè efficax, & in ratione efficacis absolutè, constituitur per scientiam mediam, quæ ante ipsum præcedit, ut explicui disp. 8. sect. 1. num. 8. & sicut Deus per gratiam efficacem vere facit ut faciamus actum salutarem: ita per decretum illud, à quo cuiusmodi gratia quoad suam entitatem oritur, constituitur Deus in ratione volentis efficaciter, ut salutariter operemur; quod non minus propriè vult Deus per illud decretum, quàm vellet per decretum ex se & ab intrinseco essentialiter efficax: sicut in sententia Societatis non minus propriè Deus facit ut faciamus per gratiam congruam, quam si illa gratia ex se & ab intrinseco haberet connexionem essentialiter cum existentia operis salutaris.

SECTIO QUINTA:

Solvitur quedam obiectio, cuius occasione ostenditur, non adigi scriptores Societatis ex decreto R. P. N. Claudij Aquaviva ad defendendas præfinitiones ex se ab intrinseco efficaces circa nostros actus liberos.

36 **O**bjicies tamen, admitti debere ad scriptoribus Societatis ex mandato R. P. N. Claudij Aquaviva (quod transcribunt P. Tannerus tom. 2. disp. 6. q. 2. dub. 5. num. 86. & P. Henao tom. 1. de scientia mediæ Theologicæ defensata sect. 1574 num. 1641.) aliam directionem scientiæ mediæ, nempe eam, quæ importet præfinitionem formalem simplicem nostri consensus liberi salutaris supponentem essentialiter scientiam mediam, & antevertentem consensum in statu absoluto, seu quæ sit causa inducens auxilium congruum; seu vi cuius Deus necessitetur ad exequendum auxilium congruum, quia congruum, nimirum per volitionem essentialiter supponentem scientiam mediam, & respicientem efficaciam auxilij ut motivum intrinsicum. Assumptum probatur; nam in eo decreto R. P. N. Claudij iubemur docere: *Quod posita scientia condicionali, ex efficaci Dei proposito, atque intentione efficiendi certissime in nobis boni, de industria ipse ea media seligit, atque eo modo & tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitura, alijs visurus, si hæc inefficacia prævidisset.* Ergo ex mandato P. Claudij tenemur defendere præfinitiones illas positas à Pat. Suarez, & directionem scientiæ mediæ, quæ illis est annexa.

37 Respondeo tamen Patrem Claudium eo decreto minime intendisse adigere scriptores Societatis ad defendendas præfinitiones illas. Id testatur in primis P. Tannerus, qui quamvis illas præfinitiones defendat cum P. Suarez tom. 1. disp. 2. q. 10. dub. 8. nihilominus tom. 2. loco nuper citato, postquam num. 86. transcripsit illud decretum, statim num. 87. adiungit hanc notationem: *In eo decreto, ut per se satis notum est, minime decerni, siue prædestinationem ad gloriam fieri ante prævisa merita, siue ipsius prædestinati pios & salutare actus prædefinire ante liberam determinationem eiusdem:* en P. Tannerus, *per se satis notum appellat*, Patrem Claudium non adegisse Magistros Societatis ad defendendas præfinitiones illas positas à P. Suarez. Idem testatur P. Gabriel de Henao, ubi supra numer. 1645. ijs verbis: *Persuadeoque mihi, neque in litteris Claudij hanc obligationem fuisse intentam: nam verba illa, ex efficaci Dei proposito, atque intentione efficiendi certissime in nobis boni, possunt accipi de proposito, & intentione efficaci concomitanter ad scientiam mediam de bono efficiendo in nobis sub hypothesi, quam Deus purificans dicitur habere propositum, & intentionem efficacem operandi in nobis liberis actus conducentes ad salutem æternam, & vere facere, ut re ipsa faciamus.*

Tertio, quia post decretum Claudij gravissimi scriptores Societatis negant illas præfinitiones efficaciter intentivas nostrorum æquum liberorum, nimirum P. Herice, Pat. Puente Hurtado, P. Alarcon, P. Bekanus, Pat. Gaspar Hurtadus, P. Moncæus, P. Vvadingus, P. Meratius, Suarez Lusitanus, P. Christophorus de Ortega, apud P. Andræam Iunium de prædest. sect. 6. cap. 1. num. 7. eos referente, & insuper Pat. Ioannem Antonium Vson, eis subscribentem, & alijs multis: credique non potest tot & tam præclaros scriptores contra mandatum P. N. Claudij ita scripsisse.

38 Quarto, idem probatur; quia cum mortuo P. N. Claudio Aquaviva suborta esset difficultas super intelligentia ordinationis illius traditæ ab ipso; R. P. N. Mutius Vitellus Præpositus Generalis, & qui tunc Assistentes erant, & Secretarius, qui decreto illi conficiendo præsentem interfuerunt, & mentem R. P. Claudij probe perfectam habebant; item PP. ad id à Congregatione septima Generali deputati, censuerunt non intendisse R. P. Claudium in hoc suo decreto decernere, Deum sua voluntate prædeterminasse, vel prædefinisse aliquod opus nostrum bonum independentem à cooperatione libera

nostræ voluntatis: nec etiam, quod in gratia efficaci sit aliqua entitas realis; vel aliquis modus physicus in actu primo, qui non sit in gratia sufficienti; sed hoc tantum, quod fuerit speciale beneficium Dei, dedisse vni, v. g. Petro, ex proposito boni in eo favendi, gratiam eo tempore & loco, quo facientia conditionalium præscivit illum ea gratia bene usurum; quod beneficium non contulit alteri, v. g. Ioanni, cui dedit gratiam eo tempore & loco, quo præscivit, illi sua culpa ea non usurum. Ita in litteris transcriptis à P. Tannero q. 3. dub. 10. num. 278. & à P. Henao tom. 1. n. 1644. ergo ex mente septimæ Congregationis Generalis & R. P. Mutij non coarctantur scriptores Societatis ad defendendas illas præfinitiones efficaciter intendentes immediate & formaliter nostras operationes liberæ; sed possunt illas negare: dummodo concedant, Deum proprio ad nostram operationem liberam conferre gratiam efficacem per modum actus primi, per quam facit ut voluntas eliciat actum salutarem, nimirum beneficio scientiæ mediæ directis ad collationem auxilij congruis vi cuius confert speciale beneficium ei, cui confert auxilium congruum, quod non fortuito invenit, sed de industria seligit, per propositum, & voluntatem conferendi actum salutarem mediante illo auxilio.

39 Id magis constabit referendo integrum decretum R. P. N. Claudij, quod ita habet: *Nostri in posterum omnino doceant, inter eam gratiam, quæ effectum re ipsa habet, atque efficax dicitur, & eam, quæ sufficientem nominant, non tantum discrimen esse in actu secundo, quia ex usu liberi arbitrij, etiam cooperantem gratiam habentis, effectum fortitur, altera non ite: sed in ipso actu primo, quod posita scientia conditionalium, ex efficaci Dei proposito, atque intentione efficiendi certissime in nobis boni, de industria ipse ea media seligit, atque eo modo & tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habiturum alijs usurus, si hæc inefficacia prævidisset. Quare semper moraliter & in ratione beneficii plus aliquid in efficaci, quam in sufficienti gratia est, in actu primo contineri; atque hac ratione efficere Deum, ut re ipsa faciamus, non tantum quia dat gratiam, qua facere possimus. Ita P. Claudius in illo decreto, seu in illa ordinatione: *In quo decreto* (inquit Pat. Tannerus post initium huius sectionis citatus) *tametsi, ut per se satis notum est, minime decernatur, siue prædestinatione ad gloriam fieri ante prævisa merita, siue ipsius prædestinati pios & salu-**

tares ad eas prædefiniri ante liberam determinationem eiusdem, negari tamen nullo modo potest, in ea planè definiri gratiæ efficaciam formaliter non esse futuram in ipsa mei cooperatione nostra, sed etiam in actu primo prius natura efficacem esse, quam cooperatio nostra absolute securura sit: quatenus nempe subest (vt concludit dub. 6. n. 95.) infallibili scientiæ Dei mediæ, qua Deus ante omne liberum decretum suæ voluntatis infallibiliter præscit, hominem, si tali gratia præueniretur, consenturum esse. Hactenus ille.

40 Quod sine illis præfinitionibus, & sine decreto essentialiter supponente scientiam mediã, possint saluari omnia, quæ in illo decreto ordinavit P. N. Claudius, suadet. Imprimis enim hoc ipsum, quod scientia mediã dirigat modo à nobis explicato ad collationem auxilij congrui, saluatur efficacia gratiæ per modum actus primi, & speciale beneficium; quia Deum velle conferre auxilium quod prævidet fore efficacem, potius quam aliud, quod prævidit fore inefficax, est Deum vere & proprie velle efficaciter consensum salutarem, illumque præfinito præfinitione efficaci antecedenti consensum vt absolute futurum; siquidem illa præfinitio antecedit existentiam auxilij, & mediate antecedit opus; cum scientia mediã antecedit ad decretum, & decretum ad auxilium; & auxilium ad operationem: vnde vtrumque constitutum illius præfinitionis complexæ antecedit mediate consensum; & cum Deus moveatur ab illa scientia ad conferendum auxilium, augetur ex hoc capite beneficium: ac proinde pro priori ad suam cooperationem iam homo recipiens auxilium ex directione scientiæ futuræ congruæ, recipit moraliter maius beneficium, quam alius, qui recipit simile auxilium in circumstantijs, in quibus Deus prævidet fore inefficax: & in ordine ad rationem beneficii perinde se habet illa præfinitio complexa, ac si Deus conferret auxilium per præfinitionem simplicem operis salutariæ amanti illud efficaciter efficacia ipsi volitioni essentiali, seu quæ ipsi volitioni specificatiue & secundum se sumptæ foret essentialis. Sicut Deus non minus beneficium confert, dum facit vt operemur per auxilium suapte natura indifferens, quod per scientiam mediã constituitur efficacem, quam si faceret per auxilium suapte natura conexum cum operatione: casu quo id componeretur cum libertate: & auxilij congrui collatio oritur ex efficaci Dei proposito donandi nobis consensum salutarem, quia oritur ex decreto regulato per scientiam mediã congruatis decretum dandi auxilium

ad consensum, regulatum per scientiam mediã futuri consensus est voluntas efficacem consensus, & propositum efficacem illius. Deum enim velle dare auxilium, quod prævidet fore efficacem potius quam aliud, quod prævidet fore inefficax, est velle dare consensum liberum, quem non aliter potest donare, quam faciendo per vocationem congruam, quod homo elicitur consensum cum principio supernaturali, quod habet.

41 Solum restat explicandum, quomodo negata præfinitione simplici immediate amante consensum nostrum liberum, verificetur, Deum de industria eligere auxilium congruum ad consensum & ipsa illud conferre, vt non esset collaturus, si videret fore inefficax. Hoc autem à nobis explicabitur per doctrinam traditam disp. 8. sect. 1. in qua probauimus Deum vere & proprie eligere efficaciter homines ad gloriam ante absolutam prævisionem meritum. nam ante hanc prævisionem habet decretum efficacem conditionatum dandi gloriam homini decedenti in statu gratiæ; & insuper habet decretum efficacem dandi vocationem congruam ad perseverandum in gratia, vel ad acquirendum statum gratiæ in vltima parte vitæ: & coniunctio vtriusque decreti constituit electionem absolutam ad gloriam. Dici- mus ergo Deum sæpe dare prædestinatis auxilia congrua, quæ minime daret, si prævideret fore in congrua: quia voluntas collatiua illorum auxiliorum oritur ex voluntate dandi donum perseverantiæ; ideo enim pro tempore antecedenti dat homini prædestinato gratiam efficacem ad recte operandum, non collaturus si prævideret inefficacem, quia decrevit dare illi homini donum perseverantiæ, ad quod obtinendum est medium recta & salutari operatio tempore præcedens: Donum enim perseverantiæ, quod est vltimum in executione, est primum in intentione, ac proinde prius est ordine rationis Deum amare homini donum perseverantiæ, quam velle ipsi gratiam congruam ad alia opera salutaria tempore antecedentia, sine quibus non daret Deus ipsum donum perseverantiæ. Ergo seclusa præfinitione formali simplici efficaciter ex se amanti operationem salutarem, verificatur Deum sæpe conferre auxilia congrua, non collaturus si si videret incongrua. Saluatur ergo totum quod P. Claudius postulavit in illa ordinatione. Alias etiam rationes assignabimus infra disp. 14. ex quibus constabit absque eo quod Deus habeat intentionem simplicem ex se amanti efficaciter nostrum consensum liberum, posse verificari, quod ita conferat gratiam congruam in illum consensum, vt non conferret, si videret incongruam.

42 Præterea id clarissime constat ex dictis disput. 8. sect. 3. §. 2. 3. & 4. & tota disput. 10. nam cum pauci sint, qui salvantur per auxilia ordinaria, quæ dispensantur ex vi voluntatis generalis salvandi omnes; & Deus videat conveniens esse ad manifestationem suæ misericordiæ multo plures salvare per auxilia specialia, & extraordinaria, de industria seligit auxilia congrua ad salutem plurimum, illaque ita confert, ut non esset collaturus, si videret in congrua; quia si videret fore in congrua, non deservirent ut re ipsa augetur numerus prædestinatorum. Imo, ut diximus cum Augustino & alijs Patribus dis. 10. Deus prius designavit numerum formalem prædestinatorum; ita ut sint tot, & non pauciores, & pro illo signo non designavit numerum materialem; sed id præstat pro posteriori: unde nunquam confert huic homini, v.g. Petro, auxilia extraordinaria, quibus perseveret, quin præcedat scientia media tanquam conditio sine qua non conferret Petro illud auxilium, si non prævidisset efficaciter non est autem necesse, ut per præfinitionem formalem intendat efficaciter perseverantiam Petri in bono, ad hoc ut de industria seligat ipsi auxilium congruum; satis enim est, quod scientia media efficaciter sit conditio, sine qua non daret illud auxilium. Ex intentione enim salvandi tot homines, & non pauciores, nequit oriri voluntas dandi Petro auxilium ad perseverandum, quin præcedat scientia futuræ perseverantiæ, illa autem scientia movet Deum ad amandum efficaciter existentiam auxilij, quia sine amore efficaci Dei immediate terminato ad ipsam, illa existentia poni non potest; non movet autem ad amandam perseverantiam liberam efficaciter in seipsa, quia amor ille formalis non est necessarius ut ponatur perseverantia libera prævisa per scientiam mediam; imò forsam est necessarium, quod non præcedat amor ille formalis efficax, ad hoc ut libere ponatur perseverantia prævisa per scientiam mediam: scientia enim media non representat hominem libere perseveraturum sub conditione quod illi conferatur tale auxilium per decretum amans efficaciter perseverantiam; sed sub conditione quod conferatur per decretum quantum est ex se intendens perseverantiam, & quod possit re ipsa frustrari.

43 Quare licet ex intentione salvandi, tot homines nequeat oriri medium efficaciter, ut Petrus sit de illo numero prædestinatorum, quin Deus conferens illud medium velit, ut sit propter perseverantiam tanquam propter finem ipsius auxilij, & quin quantum est ex se amet illam perseverantiam, ad quam dat auxilium; potest tamen velle illud auxilium,

quin velit propter perseverantiam tanquam propter finem, & motivum intrinsecum ipsius decreti: & multo magis potest id velle, quin velit efficaciter ipsam perseverantiam; efficaciter enim affectus, ne tollat libertatem perseverantiæ, videtur, quod debet sistere in auxilio; nam si transeat ad perseverantiam ipsam, eam in seipsa amando formaliter, applicabit immediate omnipotentiam ad efficiendam perseverantiam, & tollet libertatem.

Præterea quamvis admitramus, quoties Deus dat auxilium efficaciter, non collaturus, si videret inefficax, amare auxilium propter efficaciam tanquam propter motivum intrinsecum amandi auxilium, non inde sequitur quod amet efficaciter ipsam efficaciam, seu existentiam consensus: ex terminis enim non omne motivum amandi & volendi debet esse amatum, & volitum. nam per actum misericordiæ vis pauperi succurrere propter eius miseriam, quam non amas, nec vis, sed potius destruere intendis: unde miseria est motivum amandi sublevationem pauperis, quin ipsa ametur: similiter iustus iudex per actum iustitiæ vult delinquenti pœnam propter culpam, quam non amat, sed averfatur. Similiter subditus vult exequi rem arduam quia præcepta est: & tantum abest, ut amet præceptum, à quo movetur, ut potius illud ægrè ferat. Ex eo ergo, quod Deus amet auxilium efficaciter quia efficaciter, non sequitur quod amet efficaciter ipsam efficaciam. Et ratio à priori est; quia ex eo quod Deus videat voluntatem nostram bene usuram auxilio *A*, si ei conferatur, & offeratur ipsi concursus indifferens ad amandum; etsi possit moveri intrinsece ad purificandam conditionem, seu ad amandam efficaciter existentiam auxilij, & volitionis offerentis concursum indifferenter; non potest tamen inde moveri ad amandum efficaciter ipsum bonum usum auxilij *A*, quia hoc feret amare efficaciter concursus Dei in illum bonum usum; & consequenter imperare efficaciter omnipotentiam ut concurreret; ex quo sequeretur omnipotentiam non applicari per decretum indifferens.

44 Dices, auxilium amatur propter efficaciam; ergo magis amatur efficaciter. Respondeo ex terminis id non sequi, idque præter dicta inde confirmatur: nam Deus hominem iustum amat propter gratiam, & tamen non magis amat gratiam, quam hominem ipsum. Deinde distingo consequens: ergo magis amat efficaciam; distingo: maiori parte complacentiæ speculative, concedo: maiori parte affectus practici, nego; nam amor erga auxilium est practicus & efficax, & habens vim efficiendi auxilium; amor autem erga efficaciam est pure speculativus; gaudet enim Deus, quod

po-

posito auxilio secutura sit bona operatio; & per affectum efficacem practicum non tendit in bonam operationem. Deinde dico, ex eo quod Deus amet auxilium propter efficaciam, solum inferri, quod ordinet auxilium ad efficaciam tanquam ad finem.

45 Præterea ex eo quod Deus sæpe conferat auxilium efficax non collaturus, si videret inefficax; non probatur, quod antecedenter ad collationem auxilij efficaciter intendat nostram operationem liberam, indeque moveatur ad eligendum auxilium efficax: sed ad summum probat, Deum antecedenter ad absolutam prævisionem meritorum intendisse efficaciter gloriam vt coronam, & ex hac intentione moveri ad seligendum de industria auxilia congrua. Stât autem, Deum ab intentione efficaci gloriæ vt coronæ; necessitari ad seligenda auxilia congrua, minimeque collaturum fuisse illa, si vidisset incongrua; & tamen quod non præfiniat formaliter merita ipsa vt satis ostendi disp. 9. sect. 2.

46 Denique adverto, mentem Pat. Claudij non fuisse adigere nostros ad defendendum, omnem gratiam efficacem, qua Deus facit vt faciamus actus honestos, ortum trahere ex præfinitione efficaci formali, qua Deus efficaciter intendat nostrum actum liberum, & in eum finem de industria seligat auxilium congruum, minime collaturus si videret incongruum. Hoc enim falsum est: nam ex vi providentiæ generalis sæpe reprobis dat Deus auxilia congrua ad actus salutares: cum enim ex vi providentiæ generalis omnibus conferat auxilia sufficientissima ad bene & salutariter operandum; impossibile est, vt non obtineant sæpe hominibus auxilia efficaciam ad honestè & salutariter operandum ex vi providentiæ generalis in ordine supernaturali: auxilia autem congrua collata ex vi providentiæ generalis non oriuntur ex efficaci intentione efficaci antecedenti præfiniente formaliter actus liberos honestos, & obligante Deum ad seligendum de industria auxilia congrua, ita vt non conferrentur, si apparerent incongrua, vt efficaciter probatum manet disp. 8. sect. 3. §. 1. à num. 30. & sect. 4. nam in distribuendis auxilijs per providentiam generalem non attendit Deus ad congruitatem illorum, sed ad ipsorum entitatem, quam etiam ex vi illius providentiæ daret Deus, quamvis videret non coniungendam cum actu salutari.

47 Nec eius mens fuit adigere nostros ad defendendum, Deum supposita scientia mediâ præfinire efficaciter præfinitione formali omnia bona, quæ fiunt ab electis, & reprobis cum omnibus suis conditionibus intensiōis, durationis, & alijs circumstantijs.

Nam quod Deus omnia bona opera ipsorum prædestinatorum sic præfinierit, *incredibile* appellat P. Martinon disp. 19. de Deo n. 74: idque late probat: *incredibile* quoque appellat P. Lessius disp. de prædest. sect. 2. in octava ratione num. 27. versu: *Dices sicut, & latius id probat. Incredibilius vero est, Deum sic præfinisse omnia bona opera rebroborum. Missis vero alijs rationibus, quas hi Authores expendunt: illa mihi videtur valde efficax, quam post Lessium expendit Martinon n. 75: Nam talis modus præfiniendi non est consentaneus rectæ rationi, & prudentiæ. Sicut enim Deus ex se omnia bona opera prædestinavit, cur tam pauca; tam imperfecta, tam languida, & remissa, qualia sunt plerumque Christianorum opera: maxime vero cum ipse gratiam suppeditet, qua possimus præstare longè plura & perfectiora? Qua ratione hæc consentiunt, dare gratiam copiosam, & præfinire opera pauca; tepida, & exigua? Item quomodo nos hortatur ad summam perfectionem: Esto te, inquit, perfecti, sicut pater vester cælestis perfectus est: Et interim ex se non prædestinat nobis nisi imperfecta opera, imperfecta merita, & sanctitatem exiguum.*

48 Hoc ipsum est, inquit Lessius, quod nobis *incredibile* videtur. Cum enim Deus ex se nihil aliud desideret, quam vt omnes sint quam perfectissimi, ipsique ardentissimo amore copulentur (vt ex oratione Dominica, ex Ioan. 17. alijsque scriptura locis colligitur) cur tam curtum limitem & cælesti gloriæ & operibus plurimorum statuat? Cur sancti omnes suum teporem accusant? Cur queruntur, se diuinæ vocationi & gratiæ accepta non ita respondisse vt poterant & debebant? Si enim Deus ex se non maiorem mensuram intendit, sed hanc absolute præfiniuit, cur queruntur, illam se non excessisse?

Quod si respondeas, Deum præfinire opera imperfecta, & remissa, vt se accomodet hominum imbecillitati; sciebat enim, quod acceptata vberi gratia, tepide essent operaturi. At (vt merito instat P. Martinon) multo melius se accomodasset hominum imbecillitati; si nihil præfinivisset de ipso opere; sed totum reliquisset ipsorum arbitrio; nempe vt facerent plura vel pauciora, perfectius, vel imperfectius, prout vellent. Accomodat se Deus nostræ imbecillitati; non imbecilla, & parva efficaciter præfiniendo; sed ad perfectiora non cogendo, & nostrum teporem tolerando.

49 Et sane cum P. Suarez, qui illarum præfinitionum supponentium scientiam

mediam præcipuus assertor est; in 1. opusc. lib. 2. c. 7. n. 4. expresse affirmet: *Præfinitione non esse necessariam, ut Deus non solum vere ac proprie, sed neque ut perfecte habeat providentiam talium actuum*, nempe actuum moralium liberorum & honestorum: & ibidè n. 6. ex certis principijs cõcludat: *Præfinitionem cuiuscumque actionis causa secunda ex se & absolute consideratam, neque pertinere ad divinã perfectionem, neque divinæ voluntati esse ullo modo necessariã*. Nõ potest efficaciter ostendi, Deũ efficaciter omnes eiusmodi actus prædeterminasse. Per scientiã mediam nõquit Deus, Petrum recte operaturum, si illi conferat tale auxilium. Adversarij dicũt, Deũ ita se gerere: *Efficaciter volo ut Petrus recte operetur; & in hunc finẽ volo illi conferre auxiliũ*. A quod prævidi fore efficac. Nos dicimus, immediate post scientiã mediã & ex directione illius habere decretũ conferendi auxiliũ illud, quod prævidit fore efficac, eo fine ut ponatur recta operatio, in qua Deus necessario complacet. Et quamvis quis cum Pat. Arrubal disp. 73. n. 6. dicat, ante voluntatem concedendi homini auxilia efficaciam ad salutẽ Deum magis amare hominem illum, cui dat hæc auxilia, quam alium; cui dat auxilia inefficacia; tamen maior ille amor non debet esse intentio efficac, sed potest esse maior quædam complacẽtia. Rationem reddit: *Quia intra limites complacẽtiæ nõ efficacis esse potest maior complacẽtia salutis sine voluntate efficaci, sicut enim necessario plus amatur ille, cui ceteris paribus maius bonum amatur & procuratur; ita etiã necessario plus placet finis, ad quem efficacius mediã eligitur, & adhibetur, ut patet à paritate rationis, hoc tamen non probat amorem finis debere esse efficacem, nisi talis sit finis, ex quo sumatur. intrinseca perfectio volitionis; qua voluntas moveatur ad electionem.*

50 Supponit in hæc solutione doctrinã, quam tradiderat ibidem num. 3. ubi probat, posse Deum præbere homini auxilia efficaciam ad salutem, quin ante electionem mediorum præcedat intentio efficac salutis, quia intentio finis ideo debet præcedere electionem mediorum, quia est illius principium actuale, aut virtuale, atque ex fine habet perfectionem intrinsecam, per quam est principium electionis, Deus autem ex nullo fine creato, qualis est gloria prædestinati, habet aliquam perfectionem in sua volitione; nam totam suam perfectionem habet ex bonitate increata: quare voluntas & amor huius bonitatis est principium idoneum ad danda media efficaciam, ac proinde perseverantiã cuiusque pro ipsius beneplacito; etiam si nullius

alterius finis creati præcedat efficac voluntas: *Præfinitio non est necessaria, ut Deus conferat alicui media efficaciam ad salutem, quin ante voluntatem conferendi auxilium congruum præcedat maior aliquis amor Dei erga hominem illum, cui confert auxilia efficaciam.* Ratio est, quia Deus necessario quidem complacet in salute Petri, representata ut possibilis sub hoc medio cognito per scientiã simplicis intelligentiæ, pro priori ad scientiã mediã; hæc autẽ cõplacẽtia & amor Petri necessario crescit, si pro posteriori subsequatur scientiã mediã representatã salutẽ Petri ut infallibiliter futuram sub illo auxilio, unde scientiã mediã futurę operationis sub tali auxilio identificat secum virtualiter complacẽtiam specialem erga operationem illã honestã; & accedente libero decreto conferente auxilium, Deus absolute amat existentiã rectę operationis maiori affectu, non solum moraliter, sed etiam physice, quam si conferret idem auxilium non præcedente scientiã mediã futurę operationis honestę sub illo auxilio. Ergo ex eo quod Deus conferat auxilium congruum speciali affectu, non sequitur, quod conferat ex præfinitione formali præcedente electionem auxiliij.

51 Verumque existimo, fieri nõ posse, ut Deus conferat alicui media efficaciam ad salutem, quin ante voluntatem conferendi auxilium congruum præcedat maior aliquis amor Dei erga hominem illum, cui confert auxilia efficaciam. Ratio est, quia Deus necessario quidem complacet in salute Petri, representata ut possibilis sub hoc medio cognito per scientiã simplicis intelligentiæ, pro priori ad scientiã mediã; hæc autẽ cõplacẽtia & amor Petri necessario crescit, si pro posteriori subsequatur scientiã mediã representatã salutẽ Petri ut infallibiliter futuram sub illo auxilio, unde scientiã mediã futurę operationis sub tali auxilio identificat secum virtualiter complacẽtiam specialem erga operationem illã honestã; & accedente libero decreto conferente auxilium, Deus absolute amat existentiã rectę operationis maiori affectu, non solum moraliter, sed etiam physice, quam si conferret idem auxilium non præcedente scientiã mediã futurę operationis honestę sub illo auxilio. Ergo ex eo quod Deus conferat auxilium congruum speciali affectu, non sequitur, quod conferat ex præfinitione formali præcedente electionem auxiliij.

52 Probo ulterius non præcedere intentionem efficacem operationis honestę priori ad decretũ eligens auxiliũ congruum ad obtinendum illum finem. Nam ut illa intentio sit prior quam electio, debet finis ille esse consequibilis per varia media; nam si solum posset obtineri per unicum medium, non esset vllum fundamentum ad distinguendum inter intentionem finis & electionem mediij. Intendit ergo Deus finem rectę operationis consequibilem per hoc vel per illud auxilium congruum. Cur ergo nõ applicat medium, vi cuius ponatur finis cum tota intensioe & perfectione hic & nunc possibili homini operanti? Si enim intendit efficaciter, ut operetur homo honeste in instanti A, & habet auxilia congrua ad faciendum ut operetur perfecte illam operationem, videtur imperfectio, quod eligat potius auxilium, cum quo operatio est ponenda cum tempore, & imperfectioe, quam auxilium cum quo poteretur sine imperfectioe: nam qui intendit efficaciter finem consequibilem per varia media, ex vi intentionis debet eligere mediũ, quò finis perfectius & melius obrineatur. Quoties ergo homo imperfecte moraliter operatur, Deus ante electionem mediij nõ intendit efficaciter illã operationem moraliter imperfectã: sed immediate post scientiã mediã tribuit illud auxilium;

tum quo prævídít imperfèctè moraliter operaturum, quia aliud auxiliùm non debetur: & Deus indicat convenièntius, vt illud, & non aliud robustius conferatur: quod indicare non posset, si intendisset efficaciter illam operationem antè electionem auxiliij. Ergo ex decreto R. P. N. Claudij non coguntur scriptores Societatis propugnare præfinitiones illas asseratas à P. Suarez, quas sic explicat ille in opus. 1. lib. 2. c. 7. n. 5. his verbis: *Nomine præfinitionis intelligimus decretum diuinæ voluntatis absolutum & efficax, quo voluit tale actum à me fieri, antequam præsciret absolute præscientia me illum facturum, & antequam voluerit vel permississet esse, & applicari causas, quæ illum effectum sunt in tempore producturæ.*

53 Præterea quàmvis diceremus, Deum præfinitione formali præfinire efficaciter omnes actus salutarès, quibus prædestinati merentur coronam gloriæ: non est fundamentum ad asserendum præfinire omnes actus salutarès reproborum, & ad illos de industria seligere auxilia congrua. Primo, quia si semel dicamus præfinire omnes actus honestos reproborum ordinis supernaturalis, pariter dicere debemus præfinire omnes actus honestos naturales, & ad illos de industria seligere auxilia congrua ordinis naturalis: cum non sit maior ratio de illis, quam de istis. At actus honestos ordinis naturalis, non præfinit Deus illa præfinitione formali antecedenti electionem mediolorum: vt optime probat Pat. Arrubal disput. L X V I. cap. 1. quàmvis cum P. Suarez admittat illas præfinitiones erga actus prædestinatorum: ergo nec præfinivit omnes actus salutarès reproborum. Et sane ipse P. Suar. in opus. 1. lib. 2. c. 7. n. 11. inquit: *An omnes boni actus sint à Deo præfinitis? Et responderet, probabilis videri aliquas ex his actionibus præfiniri à Deo, non vero omnes.* Ergo nullum est fundamentum ad asserendum, Deum præfinire omnes actiones honestas liberas reproborum, etiam salutarès: ergo dat gratiam efficacem ad illas actiones, quin gratia illa efficax oriatur ex præfinitione antecedenti simplici amante efficaciter illas actiones, & necessitante Deum ad seligendum de industria auxilia congrua ad eas actiones obtinendas à voluntate creata: Ergo quando P. Claud. iubet, vt nostri doceant: * *Quod posita scientia conditionali ex efficaci Dei proposito atque intentione efficiendi certissime in nobis boni, de industria ipse ea media seligit, atque eo modo & tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitura, si ea inefficacia prævidisset.* Nō intendit hoc agere Deum in omni actione honesta, tum prædestinatorum, tum reproborum; sed solū contendit, sæpe hoc

agere Deum, nimirū dum prædestinatis distribuit auxilia peculiararia ad consecutionem finis gloriæ, & vt compleatur numerus prædestinatorum, quem ipse præsignavit, & prædefiniuit prout explicuimus disp. 10.

54 Idque colligitur ex Aug. qui vocatōnem *secundum propositum* appellat vocatōnem ortam ex proposito efficaci salvandi, vt constat ex lib. de Præd. Sanct. c. 3. vbi ait: * *Vocatō secundum propositum, non omnium, qui vocatur, est, sed tantum electorum.* * Item ex lib. de corr. & grat. c. 7. vbi inquit: * *Qui credunt, & iustificantur, neque tamē in gratia perseverant, sunt quidem vocati, non tamen electi, neque secundum propositum vocati.* (Et iterum ibi) illi electi, qui secundum propositum vocati, qui etiam prædestinati. Horum si quisquam perit, fallitur Deus, sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus. Horum si quisquam perit, vitio humano vincitur Deus, sed nemo eorum perit, quia nulla re vincitur Deus. * Item lib. 1. de Præd. Sanct. cap. 16. sic inquit: * *Ad hanc vocatōnem qui pertinent, omnes sunt docibiles Dei.* (Et infra) omnes docibiles Dei veniunt ad filium. (Et inferius:) Istorum autem nemo perit, quia omne: quod dedit ei Pater, non perdet ex eo quidquam: si quis ergo inde est, omnino non perit: nec erit inde qui pereat. Propter quod scriptum est: ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam, si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. * Ergo secundū August. vocatō secundum propositum, quam Deus seligit de industria ad obtinendi finem intentum, est vocatō orta ex proposito, seu ex electione ad salutem. Et hanc providentiā seligentem de industria auxilia congrua ad recte operandum agnoscit etiam D. Thomas q. 6. de verit. art. 3. in corp. ibi: *In eo, quæ Deus prædestinat, tot adminicula præparat, vt vel nō cadat, vel si cadat, resurgat.* Ad mentem ergo Sanctorum August. & Thomæ locutus P. N. Claudius, solum iubet nostros docere; Deū de industria seligere auxilia congrua prædestinatis ad obtinendum finem gloriæ: nō iubet autem, vt doceant, Deum de industria seligere auxilia congrua pro omni opere bono elicito etiam à reprobis.

55 Ex dictis in tota hac sectione concludo, nihil docere contra P. Claud. qui docuerit gratiæ efficaciam formaliter non esse sitā in ipsamet cooperatione nostras; sed gratiā in actu primo prius natura efficacem esse, quā voluntas nostra absolute operetur, quia nimirū Deus confert auxiliū ex directione scientiæ mediæ; illudque auxiliū vt collatū ex directione scientiæ mediæ est gratia efficax in actu primo, & est specialis gratia in ratione gratiæ & beneficij comparatione ad auxiliū aliud

entitative equalē, cum quo reprobis non operatur. Et qui dixerit, illud auxilium oriri ex proposito efficaci Dei dandi homini operationem salutarem, quam ille elicit ex vi illius auxilij, & ex speciali amore Dei erga hominem illum: & Deum sēpe eiusmodi auxilia de industria seligere, & ita illa conferre, ut non esset collaturus, si vidēret incongrua. At hæc omnia salvari possunt sine præfinitione illa formali posita à P. Suarez maxima cum probabilitate: ergo decretum illud P. Claudij non adigit ad defendendas eiusmodi præfinitiones. Minor probata manet, quoad omnes suas partes in tota hac sectione. Et quidem, quod gratiæ efficaciam per modum actus primi salvetur sine illa præfinitione, patet; quia ut vidimus num. 49. præfinitio illa non est necessaria ad salvandam perfectam Dei providentiam erga hominum salutem, ut expresse docet Eximius Doctor, siquidem quamvis Deus non præfinneret illo modo opera nostra salutaria, posset per perfectissimam providentiā facere ut homines obtinerent salutem. At efficaciam gratiæ in actu primo est necessaria, ut Deus specialiter beneficiat prædestinatis præ reprobis, & ut perfectissime faciat, ut illi bene operentur: ergo illa præfinitio posita à Pat. Suarez non est necessaria ad explicandum efficaciam gratiæ per modum actus primi.

56 Nec item est necessaria illa præfinitio, ut Deus dicatur dare nobis auxilium ex proposito efficaci & intentione donandi nobis actum salutarem; siquidem ipsa voluntas dandi auxilium congruum, quia prævisum est congruum, est propositum efficax donandi actum salutarem; quia illud decretum per eiusmodi scientiam, à qua procedit, constituitur in ratione propositi & intentionis efficacis dandi operationem rectam, ut constat ex dictis sect. 4. præsentis disputationis & ex dictis dif. 3. sect. 7. & 8. ubi id probavimus ex mente Augustini.

57 Nec item est necessaria illa præfinitio, ut Deus conferens auxilium congruū dicatur specialiter amare hominem illum, cui confert tale auxilium, præ alio, cui confert auxilium equalis entitatis & similis in circumstantijs, in quibus prævidet non fore efficacem: tum quia sine tali præfinitione vere Deus vult efficaciter bonam operationem vnicuique ob utilitatem hominis, quam non vult efficaciter, dum confert auxilium, quod prævidit fore inefficax. Tum quia, dum confert auxilium congruum, confert ex speciali complacencia, ut constat ex n. 51.

58 Neque denique est necessaria illa præfinitio, ut Deus seligat de industria auxilium congruum præ incongruo, ut constat

dictis num. 41. & 42. & num. 52. Idque patet. Nam propter orationem iusti potest Deus conferre peccatori gratiam congruam ad conversionem, quin præfinaat antecedenter conversionem peccatoris: nec enim iustus petit ut det auxilium congruum per intentionem efficacem conversionis; sed solum petit, ut det auxilium, cum quo prævidet convertendum, potius quam aliud, cum quo prævidet non convertendum: & Deus exaudiet orationem iusti illius, per hoc præcise, quod habeat decretum conferendi auxilium, quod prævidet fore efficacem, quamvis illud non præstet per decretum essentialiter supponens scientiam mediam: ergo de primo ad ultimum non est necessaria prædefinitio stabilita à Pat. Suarez ad salvandum decretum P. N. Claudij; quidquid sit, an illa reipsa detur; de quo in præsentem non disputo.

SECTIO SEXTA.

Solvuntur obiectiones impugnantēs directiōnem scientiæ mediæ, eius de antecessione respectu decreti conferentis auxilium.

39 **O**bjicies primo, illam antecessiōnem scientiæ mediæ respectu decreti conferentis auxilium, tollere nostram libertatem: quia si scientia illa antecedit decretum collativum auxilij, complexum ex illa scientia & tali decreto, erit suppositio infallibiliter connexa cum nostro opere, & erit suppositio antecedens ordine causalitatis nostram operationem: quia scientia media ordine causalitatis per nos antecedit decretum: decretum vero collativum auxilij antecedit ipsum, & auxilium antecedit consensum: ergo de primo ad ultimum complexum illud quoad utrumque solum partem antecedit nostram operationem. At omnis suppositio antecedens essentialiter connexa cum consensu, tollit eius libertatem: siquidem illa suppositio est necessitas quedam, ut sit consensus, & aliunde est antecedens: ergo est necessitas antecedens.

60 Huic tamen obiectioni facile respondeo, scientiam mediam non antecedere nostram operationem simpliciter, sed solum secundum quid: quia non antecedit tanquam principium immediatum, neque tanquam principium mediatum per se requisitum ad existentiam principij immediati: nam entitas auxilij & totus actus primus proximus potuit existere, non existente scientia media de efficaciam auxilij: nec est necessaria ad existentiam nostræ operationis, seu ad hoc quod voluntas nostra operaretur cum illo auxilio, ex exigentia ipsius operationis, neque ex exigentia

ipſus auxiliij, quaſi auxiliū indigeat illa ſcien-
tia ad hoc vt influat in noſtram operationem;
nam auxiliū eodem modo influeret in ope-
rationem, & voluntas noſtra eodem modo il-
lam poneret, quamvis per impoſſibile Deus
conſulſſet ei auxiliū, ignorans, an reipſa eſ-
ſet cum illo operatura, ſed ſolum illa ſcientia
eſt neceſſaria ex perfectione Dei, ne ſcilicet
cæco modo conferat auxiliū; & vt conferēs
auxiliū, quando coniungendū eſt cum ope-
ratione, ſpecialiter benefaciat, & amorem
ſuum ſpecialiter oſtendat.

Hinc in forma diſtinguo maiorem: com-
plexum ex ſcientia media, & decreto confe-
rente auxiliū, ſeu complexum ex illa ſcien-
tia & auxiliū, eſt ſuppoſitio connexa, & ante-
cedens; diſtinguo, antecedens ſimpliciter, ne-
go maiorem; antecedens ſecundum quid, con-
cedo maiorem: quia licet altera pars comple-
xi, nempe entitas auxiliij, imō & ipſum decre-
tum executivum auxiliij, antecedit ſimpliciter
noſtrum conſenſum; altera tamen ſolum ante-
cedit ſecundum quid, nempe ipſa ſcientia me-
dia; & ita antecedit, vt etiam ſit ſuppoſitio
conſequens reſpectu noſtri conſenſus. non
enim ideo voluntas noſtra operatur ſub eo au-
xilio, quia Deus novit illam operaturam ſub
illo auxiliū ſi daretur; è contra vero, ideo no-
vit Deus, operaturam ſub illo auxiliū ſi detur,
quia poſito auxiliū operabimur. Similiter di-
ſtinguo minorem, omnis ſuppoſitio antecedens
eſſentialiter connexa eum opere, tollit liber-
tatem; ſi ſit antecedens ſimpliciter; concedo
minorem; ſi ſit ſolum antecedens ſecundum
quid, & ſimpliciter ſit ſuppoſitio, conſequens;
nego minorem, & conſequentiam.

61. Aliam rationem reddir P. Aldrete
diſp. 2. de Prædeſt. ſect. 8. num. 7. tur ſcientia
media non ſit ſimpliciter cauſa operis, ſed ſo-
lum ſecundum quid: quia, licet aliquo pacto
cauſet auxiliū; tamen auxiliū cum intelli-
gitur proxime potens cauſare opus, non intel-
ligitur ſcientia media, ſed ab ea præſcinditur:
ad hoc autem, vt aliqua cauſa dicatur ſimplici-
ter cauſa, etiam mediata effectus, neceſſe eſt,
vt cum cauſa immediata eſt proxime potens
influere; non debeat per ſe præſcindi à cauſa
mediata; ſi enim per ſe præſcinditur à cauſa
mediata, non agit immediata prout recipiens
ſuum eſſe ab illa mediata, & non requiſita; &
conſequenter cauſa mediata nõ influit ſimplici-
ter in effectum illum vltimum.

62. Quod ſi objicias, quod eſt cauſa
cauſa, eſt cauſa cauſati, ſed ſcientia media eſt
ſimpliciter cauſa auxiliij ſimpliciter cauſantis;
noſtrum conſenſum ſalutarem; ergo ſcientia
media eſt ſimpliciter cauſa noſtri cõſenſus li-
beri. Reſponderi poteſt conſequenter ad hanc

doctrinam P. Aldrete; diſtinguendo maiorem;
quod eſt cauſa, &c. quando cauſa immediata,
vt dependens à cauſa mediata operatur effe-
ctum, concedo maiorem; ſi cauſa immediata
in producendo effectum præſcindat à depen-
dentia à cauſa mediata; nego maiorem; & ſi-
militer diſtinguo minorem; ſcientia media eſt
cauſa auxiliij; & hoc operatur conſenſum qua-
tenus dependens à ſcientia media, conſenſus;
nego minorem; & operatur conſenſum; qua-
tenus præſcindens à ſcientia media, concedo
minorem, & nego conſeq. Itaque in ſigno in-
differentiæ proxime ad operandum & nõ ope-
randum, auxiliū intelligitur dependens à Deo
vt cauſante ipſum per ſcientiã ſimplicis intel-
ligentiæ repræſentantē poſſibilitatē actionis
honestæ, ad quã inclinatur auxiliū; præſcinditur
vero à ſcientia media repræſentante operatio-
nē illã, vt futuram ſub cõditione illius auxiliij.

63. Vt hæc ſolutio ſolida ſit, ad noſtram
debet revocari. Nam quod in ſigno indifferen-
tiæ præſcindatur à ſcientia media futuri con-
ſenſus, fundari debet in eo, quod illa ſcientia ne-
que ſit principium immediatum conſenſus; ne-
que principium mediatum & remotum per ſe
petitum immediate ab ipſo cõſenſu libero, ad
hoc vt exiſtat, nam etiam ſi per impoſſibile
Deus conferret auxiliū illud ſine ſcientia
media futuri conſenſus ſub illo, adhuc volun-
tas creata eodem modo operaretur; & intelli-
geretur in ſigno indifferentiæ vi auxiliij vt col-
lati ex directione ſolius ſcientiæ ſimplicis in-
telligentiæ proxime indifferentis ad vtrumque.
Vnde conſenſus ſolum mediate ſupponit ſcien-
tiam mediam; quatenus eſſentialiter poſtulat
provenire à Deo; & Deus nequit eſſe expedi-
tus ad dandum auxiliū, quin cognoscat, quē
effectum reipſa habebit, ſi detur. Sic effectus
creatus non poſtulat ex ſe immediate & for-
maliter oriri à Deo vt Trino; ſed à Deo vt
vno. nam per hoc præciſe, quod Deus foret
omnipotens & vnus in eſſentia, eſſet potens
producere illū effectū, quamvis per impoſſibile
non foret Trinitus. Vnde Trinitatem ſolum
poſtulat mediate formaliter, quatenus eſſentia-
liter poſtulat provenire à Deo vno, & Deus
vnus poſtulat eſſe Trinus.

64. Solida ergo ratio cur ſcientia media
antecedit ſolum ſecundum quid noſtrum con-
ſenſum, eſt, quia ita cauſat auxiliū, à quo de-
pendet conſenſus, vt ipſa aliquo pacto depen-
deat à noſtro conſenſu; non quidem absolute,
ſed conditionate, quatenus ſupponit voluntatē
noſtrã operaturã ſi ei cõcedatur eiufmodi au-
xiliū; unde poſito auxiliū iã dependet absolute
à noſtra operatione; non tanquã à principio
influente in ſcientiã, vel habentē aliquã prior-
itatem naturæ propriæ talem reſpectu illius,

sed tanquam à conditione obiectiva, cui Deus attemperatur in cognoscendo; quatenus Deo liberum non est eligere scientiam illam conditionatam, sed ex se essentialiter determinatus est ut cognoscat, quid re ipsa sit electura voluntas creata sub quacumque hypothese constituat cum proxima indifferentia ad utrumque; ac proinde essentialiter determinatus, ut in cognoscendo nostras operationes liberas, illas non preoccupet determinando ad earum existentiam, sed in cognoscendo sequatur electionem alterius.

65 Vnde datur mutua prioritas in diverso genere inter scientiam mediam consensus, & nostrum consensum: nam scientia media habet prioritatem nature respectu consensus mediatam, quatenus habet prioritatem immediatam respectu auxilij influentis immediate in nostram operationem: nostra vero operatio habet prioritatem quadam per modum pure conditionis obiectivæ respectu scientiæ mediæ, quatenus, quod voluntas nostra sit operatura posito auxilio, seu si ponatur, & sit elicitura potius consensum, quam dissensum, est conditio, cui Deus se attemperat in cognoscendo, & quæ prius ordine rationis debet intelligi, quam intelligamus Deum determinatum ad affirmandum potius consensum, quam dissensum sub conditione auxilij, & proximè indifferentiæ ad utrumque. Quæ prioritas dici potest ac debet prioritas attemperationis, & accommodationis: quæ est alia prioritatis species tradita ab Aristotele 4. metaphisic. cap. 11. & convenit his rebus, quorum electioni cetera conformantur. Hoc genere prioritatis est prior determinatio voluntatis actione habitus; non quia determinatio voluntatis sit prior natura, quam actio habitus; cum enim actio habitus sit indistincta realiter à determinatione voluntatis vrentis habitu ad se determinandum, nequit vna esse prior natura respectu alterius: sed quia habitus in concurrendo subiicitur & attemperatur voluntati; habitibus enim utimur cum volumus; & ideo hæc causalis est vera, ideo habitus concurrit, quia voluntas vult illo uti; & è contra hæc est falsa; ideo voluntas vult, quia habitus concurrit. Ad hunc ergo modum determinatio libera voluntatis creatæ est prior prioritate attemperationis respectu scientiæ mediæ: quia Deus in cognoscendo quid esset factura voluntas creata, attemperatur, & accommodatur electioni voluntatis; & voluntas creata in eliciendo sub hoc auxilio & sub hoc actu primo proximo hunc actum præ illo, non attemperatur scientiæ mediæ: non enim ideo voluntas sub hoc auxilio elicit potius consensum quam dissensum, quia Deus novit, illam elici-

turam potius consensum, quam dissensum; sed è contra, ideo Deus cognovit elicituram consensum potius quam dissensum sub illa conditione, quia voluntas si constitueretur sub illa indifferentia & conditione, pro sua innata libertate se determinaret ad eliciendum consensum cum auxilio, potius quam ad eliciendum dissensum pravum viribus proprijs. Solumque datur differentia, quod habitus ex natura sua subordinatur voluntati: Deus vero in concurrendo mediante auxilio ad consensum, non subordinatur quidem nostræ voluntati, illi tamen attemperatur ex indulgentia & benignitate, quatenus relinquere voluit hominem in manu consilij sui, & illi indifferenter applicuit suam omnipotentiam; ut ita posset pro libito suo eligere consensum vel dissensum.

66 Et hæc est ratio, cur scientia mediæ & scientia visionis, quamvis infallibiliter connectantur cum obiecto affirmato, nihilominus eius libertatem non ledant; quia nimirum non sunt causa sui obiecti, sed potius illud ordine rationis supponunt, tanquam conditionem obiectivam, cui Deus in cognoscendo attemperatur; & quasi rationem à priori, cur Deus cognoscat: & ad hanc doctrinam recurrunt Ecclesiæ Patres apud P. Ruiz disput. 33. de scient. sect. 4. & apud Fasolum q. 14. art. 8. à num. 48. ut explicent, quo pacto scientia Dei non sit causa peccatorum, quia videlicet non ideo peccata futura sunt, quia Deus cognoscit illa futura esse, sed è contra ideo cognoscit futura, quia re ipsa futura sunt ex malitia voluntatis creatæ pro libito suo se determinantis ad actum malum potius quam ad actum bonum; quin à Deo prædeterminetur ad actum malum, neque ad illum villo modo directe inclinetur, sed potius ab illo retrahatur quantum est experte Dei. Vnde August. lib. 5. de Civit. cap. 10. *Non ideo (inquit) peccat homo, quia Deus illum peccaturum præsciuit; imo ideo non dubitatur ipsum peccare, cum peccat, quia non fatum, non fortunam; sed ipsum peccaturum esse præsciuit: qui si nolit, omnino non peccat: sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præsciuit.* Et Hieronymus Dialogo 4. adversus Pelagianos: *Nō ideo peccavit Adam, quia Deus hoc futurum noveras; sed præsciuit Deus, quasi Deus, quod ille erat propria voluntate facturum.* Quod fufse explicat idem Aug. lib. 3. de lib. arb. capit. 2. 3. & 4. ubi disputans adversus Evodium, qui capere non poterat, quomodo fieri possit, ut Deus sit præsciens omnium futurorum, & nos nulla necessitate peccemus, rem hanc explicat cap. 4. exemplo præscientiæ humanæ, si quidem is, qui videt alium peccare, non cogit hæc sua visione alterum peccare.

67 Estque hæc doctrina adeo communis inter Ecclesiæ Patres, & Antiquos Scholasticos, ut RR. Franciscus Romæus Mag. Generalis Ordinis Prædicatorum, apud Fasolum q. 14. n. 8. n. 45. dicat: *Si ad Antiquos Doctores te conuertas, reperies, fere omnes in hanc vnam conuenire sententiam, non ex eo, quod Deus scit aliquid futurum, idcirco futurum est: sed quia futurum est, id Deus nouit, qui est præscius futurorum; sic enim loquuntur Hieronymus, Augustinus, Origines, & Chrysostomus, & plerique alij orthodoxi Doctores.* Consultatur eruditissimus Fasolus ubi nuper, qui postquam innumeros scholasticos pro hæc sententia retulit, sic tandem concludit n. 47. *Eodem modo loquuntur ac sententiam reliqui omnes, sultem cum vniuersos pene legerim, neminem inuenire potui, qui vel leuiter indicet opinionem iuniorum Thomistarum, qui videlicet affirmant, ideo Deum infallibiliter cognoscere peccata futura, quia habet decretum efficax prædeterminandi ad actum peccati.*

68 Dices, scientiam mediam omnino independentem esse à nostra operatione, ac proinde nostram operationem nullam prioritatem habere respectu illius; ac per consequens, nos non posse impedire illam scientiam. Quod scientia media sit omnino independentis à nostra operatione, probatur: quia scientia media daretur, quamvis Deus habuisset ab æterno decretum nihil omnino producendi: tum quia scientia media antecedit omne liberum decretum, & cum nullius existentia connectitur; priora autem non connexa cum posterioribus, possunt ab illis absolvi: tum quia scientia media est conditionalis: conditionalis autem nihil ponit in esse. Respondeo, scientiam mediam ex se non pendere absolute à nostra operatione; quia non postulat, ut ponantur principia necessaria ad hoc ut nostra operatio existat, seu non postulat, ut detur actus primus proximus ad vtrumque, sub cuius conditione, affirmat nostri consensus liberum dependet tamen conditionate, id est pendeat absolute purificata conditione: quia enim supponit, voluntatem nostram libere elicitorum consensus potius quam dissensum sub conditione quod ipsi conferatur talis vocatio in talibus circumstantiis, & quia voluntas nostra pulsata tali vocacione sub talibus circumstantiis potest dissentire; potest facere, ne Deus ab æterno præviderit, ipsam consensuram sub conditione, quod detur illi talis vocatio in talibus circumstantiis.

69 Hinc infero, voluntatem nostram non habere potestatem impediendi scientiam mediam de suo consensu futuro sub conditione talis auxilij, donec existat in statu absoluto, & put-

setur tali auxilio: nam antequam existat, tum sit purum nihil, & non entis nulle sint qualitates, nihil potest facere, aut impedire. Rursus id patet manifeste; nam voluntas nostra eatenus potest impedire scientiam de futuro consensu, quatenus potest per positionem dissensus impedire existentiam consensus: voluntas autem non potest impedire consensus, quousque existat in statu absoluto in actu proximo indifferente ad eliciendum consensus, vel dissensus. Vnde potestas impediendi scientiam mediam, vel determinandi ad eius existentiam non conuenit voluntati nostre quousque existat cum omnibus comprincipijs necessarijs ad consentiendum, vel dissentiendum, ut explicui t. 1. d. 19. sect. 3. & d. 38. n. 41. quia non est potestas determinandi vel impediendi scientiam Dei immediate, sed solum mediate, quatenus est potestas immediata determinandi vel impediendi actum liberum nostrum affirmatum per scientiam.

70 Neque voluntas nostra proprie determinat ad scientiam Dei, neque proprie illam impedit; eum voluntas nostra non sit ab æterno, quando scientia Dei determinatur, vel impeditur; sed solum determinat obiective, & sciendum quid, per modum exhibitivæ materiæ & conditionem obiectivam, relate ad quam intellectus divinus ab æterno vere & proprie determinat subiective ad scientiam, quatenus essentialiter determinatus ad habendam scientiam consensus per hoc præcise quod voluntas creata posito auxilio & actu primo proximo sit seipsam libere determinatur ad consensus, & essentialiter determinatus est ad impediendam illam scientiam per hoc præcise quod voluntas sit impeditura existentiam consensus, & determinatur existentiam dissensus; ut explicui tom. 1. disp. 38. sect. 9. num. 44.

71 Idemque recipi, & non aliud probat id quod dicitur nostris Recentior, quem laudavi d. 8. n. 40. nimirum P. Iosephus de Alfaro, dum d. 7. de Præd. in fine concedit, scientiam mediam non esse à nobis evitabilem proprie loquendo, sicut neque determinabilem: *Repugnat enim (inquit) ut quod æternum esse debet, impediatur, aut determinetur ad existendum in tempore.* Et statim subiungit. *Sed non ideo læditur nostra libertas.* Tum quia æterna hæc Dei præscientia potuit absolute non esse, & defacto non fuisset, si voluntas, ut potest, aliter nunc operaretur, quam prævisa est libere operatura. Tum quia non antecedit nostram operationem immediate, neque per se influit in illam, sed tantum est ratio conferendi proximam facultatem agendi, quæ ex determinatione libera voluntatis prævidetur coniungenda cum opere salutari. Vnde quod hæc eadem auxilia non essent nobis conferenda, nisi præ-

cederet scientia media de efficacia ipsorum, solum est verum pro signo, in quo Deus exercet suam libertatem eligendi: non vero in illo, in quo homo exercet, vel exercere potest suam libertatem operandi cum his auxilijs: in hoc enim signo nulla præfinitio, aut scientia media existit. Neque vero hæc distinctio signorum est solum præcisio quædam aut consideratio nostra nihil ponens in rebus. Nam verè & à parte rei independentèr à nostris considerationibus datur, quod scientia media non sit principium immediatum, à quo, aut vi cuius sit ipse effectus operationis nostræ, quæ ita comparatur cum præfinitione, aut scientia media, ac si illa non essent in ordine ad inducendam ratione sui eius existentia: Hæcenus ille.

72 Idem, inquam, & non aliud probat hoc huius Recentioris assertum, quam illud, quod nos diximus num. 70. nimirum voluntatē creatā, non determinare proprie ad scientiam Dei, neque illam impedire; sed solum proprie ponere veritatem obiectivam, relatè ad quā intellectus divinus determinat ad scientiam, vel illam impedit, determinando ad oppositam: neque enim voluntas nostra media sua operatione libera vlllo pacto influit proprie in scientiam Dei terminatam ad talem operationem. Hinc autem perperam infert ille Recentior scientiam Dei non esse impedibilem à nobis, neque determinabilem. Id enim falsissimum est. Nam scientia visionis, qua Deus ex specula æternitatis intueretur peccatum Petri, impedibilis est à Petro. Nam ordine rationis prius est Petrum peccare in tempore, quam Deum ab æterno intueri eius peccatum. Vnde in eo instanti, in quo Petrus peccat, potest potestate antecedenti facere ne Deus ab æterno viderit eius peccatum; nam habet potestatem antecedentem ad observandum præceptum, si autem, ut potest, observet præceptum, & vitet peccatum, facit, ne Deus ab æterno viderit peccatum, sed observationem præcepti: ergo Petrus potest impedire scientiam divinam visionis de existentia sui peccati; non quidem in virtute sua, aut per modum virtutis influentis in scientiam, sed in virtute intellectus divini, qui essentialiter determinatus est, ut ex specula æternitatis videat id quod libere voluntas nostra re ipsa operatur, oppositum visurus, si oppositum operatur: quod est determinare ad scientiam per modum exhibentis materiam, in quam feratur divinus intuitus.

73 Illud autem principium, quod tanquam per se notum supponit ille Recentior: Nimirum repugnare, ut quod æternum esse debet impediri, aut determinetur ad

existendum in tempore; distinguendum est; nam repugnat ut id, quod est æternum, impediat, aut determinetur ad existendum in tempore; id est ab aliquo incipiente in tempore tanquam à principio influente & determinante subiective ad eius existentiam: non repugnat autem ut id quod est æternum, & subiective & quasi efficienter determinatur ab aliquo æterno, nempe ab intellectu divino; determinetur in tempore obiective & verificative, id est determinetur ab aliquo incipiente in tempore, tanquam ab exhibente materiam, inquam feratur divinus intuitus; nimirum à voluntate creatā; quæ dū potest facere, ne existat peccatum, potest facere, ne divinus intuitus ab æterno super illud feratur; ut constat ex communi doctrina PP. ac Theologorum, quos citavimus num. 66. & 67.

74 Nec aliter potest salvari nostra libertas, nisi in aliquo vero sensu possimus facere, ne Deus ab æterno præsciverit nostra opera. Nā hæc propositio est necessaria, & omni agenti inevitabilis: *Si Deus scit, Petrum peccaturum, Petrus peccabit.* Nulla enim est potentia ad faciendum, quod, si Deus scit Petrum peccaturum, non ponatur Petri peccatum; cum nullæ detur potentia falsificandam scientiā Dei. Vnde si Deum scire, Petrum peccaturum, absolute est inevitabile Petro; peccatum Petri, erit inevitabile Petro. Sic enim licetbit argumentari: *Si Deus ab æterno scit, Petrum in tempore peccaturum, Petrus in tempore peccabit: hoc est inevitabile Petro: sed Deus ab æterno scit, Petrum in tempore peccaturum; & hoc per se est absolute Petro inevitabile: ergo Petrus peccabit, & hoc est absolute Petro inevitabile.* Quare vbi conclusio per necessariam illationem deducitur ex præmissis, nequit esse evitabilis agenti, cui vtraque præmissa inevitabilis est, ac proinde ut conclusio necessario deducta ex præmissis, sit evitabilis alicui agenti, debet saltem altera ex præmissis esse ipsi evitabilis. Quod arguendi genus colligo ex Bartholomæo de Medina Dominicano 1. 2. q. 13. a. 6. vbi inquit: *Quamvis sit necessarium in sensu composito, quod si disputo, loquor: at non necessario loquor, quia non necessario disputo. Si enim necessario disputarem, necessario loquerer.* Ergo pariter, propterea quavis sit necessarium Petrum peccare in sensu composito scientiæ divinæ affirmantis Petri peccatum, non est absolute necessarium Petro; & ab ipso inevitabile, peccare; quia non est necessarium Petro; & ab ipso inevitabile, quod Deus sciat, Petrum peccare: è contra ergo, si foret necessarium Petro, & ab ipso inevitabile, quod Deus sciat Petrum peccare, peccatum Petri foret Petro necessarium & inevitabile.

75 Neque recte probat ille Recentior non tolli libertatem ex eo, quod non possimus impedire scientiam Dei, faciendo ne unquam extiterit. Reddit enim primam rationem his verbis: *Quia aeterna haec Dei praescientia potuit absolute non esse, & defacto non fuisset, si voluntas, ut potest, aliter nunc operaretur, quam praevisa est libere operatura.* Haec enim ratio patitur probaret, decretum efficax Thomisticum, vel Scoticum essentialiter connexum cum nostra operatione, non tollere eius libertatem: nam etiam illud aeternum Dei decretum potuit absolute non esse, & defacto non fuisset, si voluntas, ut potest, aliter nunc operaretur, quam in illo decreto praevisa est operatura. Ex eo enim quod voluntas omittat actum amoris, evidenter inferitur, Deum ab aeterno non praefinisse efficaciter illum actum. Rursus si voluntas, ut potest, omitteret actum praedeterminatum, evidenter inferretur, illum actum non fuisse praedeterminatum. Nec potest dari disparitas a scientia media & visionis ad decretum Thomisticum, & Scoticum; nisi ex eo, quod scientia media & visionis supponunt ordine rationis nostrum actum liberum, & ab illo aliquomodo quasi a priori dependent: decreta autem illa non supponunt, sed antecedunt actum nostrum, illumque causant. Unde ex defectu nostrae operationis solum a posteriori arguitur, Deum non praefinisse illam; at ex defectu operationis nostrae a priori arguitur defectus scientiae terminatae ad ipsam. Haec autem disparitas probat, scientiam esse evitabilem nobis, quia supponit operationem a nobis evitabilem: decretum vero non esse evitabile, quia non supponit, sed antecedit operationem. Si autem scientia terminata ad actum Petri non minus sit inevitabilis Petro, quam decretum Thomisticum, vel Scoticum, non minus tollit libertatem, quam illud.

76 Secunda ratio, qua Recentior ille probat scientiam & praefinitionem non tollere libertatem, erit optima, si supponat scientiam & praefinitionem illi subnixam, esse impedibilem; si enim praefinitio sit in impedibilis, nequit componi cum potentia proxima ad omissionem actus praedefiniti, ut ostendi disp. 6. sect. 2. & 6.

77 In fine noto, quoad negotium nostrae libertatis, minorem difficultatem reperiri in complexo scientiae mediae dirigentis, & decreti conferentis auxilium; quam in praefinitione simplici supponente scientiam mediam per se & essentialiter, & amante efficaciter nostrum consensum. Ratio disparitatis est evidens: quia decretum collativum auxilij, si supponat essentialiter scientiam

mediam de efficacia auxilij, de se est congnibile cum dissensu, & quamvis voluntas creata nequeat illud impedire, poterit impedire scientiam illam, a qua solum per accidens pendet, inducendo scientiam oppositam: unde poterit impedire suppositionem connexam essentialiter cum consensu, quatenus connexam; quia licet non possit impedire decretum illud specificative sumptum, potest tamen impedire illud ut connexum cum operatione, siquidem in ratione connexi constituitur per formalitatem scientiae mediae; quam nostra voluntas potest impedire. At non apparet, quopacto voluntas nostra possit impedire praefinitionem, & decretum collativum auxilij; quia si illa praefinitio datur, vel per illam, vel per decretum eligens auxilium, quia efficax, & consequenter per decretum essentialiter connexum cum consensu libero, exequetur immediate auxilium congruum. Vbi autem auxilium unice pendet ab vno decreto, non videtur quopacto possit voluntas nostra impedire illud decretum; quia nequit determinare Deum ad conferendum auxilium per decretum impossibile cum praefinitione, eo quod decretum illud immediate liberum est Deo, solus autem Deus potest determinare ad decretum ipsi soli liberum: si autem hoc non potest, & aliunde potest impedire decretum, a quo unice pendet auxilium; certe potest facere, quod auxilium maneat in rerum natura sine omnium voluntate exequente; quae est potestas chymaerica. Simile autem absurdum non sequitur ex praefinitione complexa: hanc enim nequit voluntas nostra impedire, quoad formalitatem decreti conferentis auxilium; sed solum potest impedire quoad formalitatem scientiae mediae: non est autem absurdum, quod voluntas nostra possit impedire formalitatem scientiae mediae affirmantis consensum sub conditione talis auxilij, A, v. g. quia non est absurdum, quod obiective possit determinare Deum ad formalitatem scientiae negantis consensum sub illo auxilio; siquidem scientia media non est libera Deo: praefinitio autem est libera Deo.

78 Unde ex directione scientiae mediae solum arguitur, quod voluntas creata possit facere, ut decretum collativum auxilij, quod hic & nunc oritur a scientia de congruitate auxilij, non oriatur ab illa scientia; sed a sola scientia simplicitis intelligentiae. Nam si voluntas creata, ut potest, assentiat auxilio, impedit scientiam congruitatis auxilij, & inducit scientiam incongruitatis, a qua oriri non potest auxilium, vel decretum executivum auxilij; cum enim essentialiter sit decreto collativo auxilij sufficientis tendere ad faciendum, ut detur recta operatio, nequit scientia incon-

gruitatis, seu scientia repræsentans voluntatem, non rectè cum illo operaturum, movere ad ipsum conferendum. Solum ergo tunc decretum collativum oriretur à scientiâ simplicis intelligentiæ. Nunc autem, quando auxilium est congruum, & scientia congruitatis dirigit ad illud conferendum, decretum collativum eius oritur à duplici scientiâ, nempe à scientiâ simplicis intelligentiæ repræsentante possibilitatem rectæ operationis sub illo auxilio, & à scientiâ mediâ repræsentante futuritionem illius sub conditione talis auxilij; ab illâ per se, ab ista vero per accidens. Unde nullum est inconveniens; quod possit voluntas creata impedire scientiam mediam, à quâ hic & nunc oritur per accidens; & ex abundantanti decretum collativum auxilij; quia hoc solum est posse facere, vt decretum collativum auxilij maneat cum solâ dependentiâ à scientiâ simplicis intelligentiæ; quam essentialiter supponit tanquam sufficientem ad sui existentiam: & consequenter quod maneat sine dependentiâ à scientiâ illâ, quam decretum illud secundum se non postulat, esto postulet oriri ab illâ ex suppositione quod cum illâ coexistat.

78 Unde inferes, prædefinitionem complexam consistentem in decreto collativo auxilij; & scientiâ mediâ de ipsius congruitate, à quâ per accidens oritur tale decretum; secundum illud, quod importat in recto, esse suppositionem simpliciter antecedentem, inimpedibilem à voluntate creata; nempe secundum decretum executivum auxilij; siquidem actus primus proximus constitutus per auxilium vt à Deo collatum, non præcindit à decreto collativo & executivo auxilij, sed illud ex se essentialiter importat; ac proinde illud decretum est inimpedibile non minus, quam ipsum auxilium. Secundum illud verò, quod importat de obliquo, nempe secundum scientiam mediam, est suppositio secundum quid antecedens, nempe per modum principij remoti non requisiti ad existentiam principij immediati, & est suppositio simpliciter consequens, & impedibilis à nostra voluntate supposito auxilio: nã per hoc præcisè quod Deus parificet conditionem, sub qua scientia media affirmat suum obiectum, conferendo auxilium, & constituendo voluntatem nostram proximè potentem elicere, vel nõ elicere operationem affirmatam per scientiam mediam; iam scientia illa pender absolute à nostrâ operatione, & in signo indifferentiæ voluntatis creatæ præcinditur ab illâ scientiâ; quia pro illo signo decretum collativum auxilij solum intelligitur dependens à scientia simplicis intelligentiæ; & vi auxilij voluntas creata est potens fa-

tere, vt præcesserit scientiâ media ante collationem auxilij; quia est potens operari, ex eo autem, quod operetur sub auxilio indifferenti; quasi à priori deducitur, quod antecedenter ad decretum conferendi illud auxilium, Deus noverit, illam operaturam, si ei confereretur tale auxilium. Rursus est potens facere in sensu diviso, ne præcesserit talis scientiâ; quia est potens ponere dissensum sub illo auxilio; quem si poneret, faceret vt existeret in Deo scientia mediâ opposita.

79 Sed ulterius argues, ex hac directione scientiæ mediæ sequi, quod voluntas nostra possit impedire existentiam auxilij; quæ est potentia chymærica; siquidem per exercitium potentiæ nequit impediri existentia potentiæ; potentia autem proxima nostrâ voluntatis ad elicendam liberè operationem salutarem constituitur per existentiam auxilij; ergo per vsum huius potentiæ, nequit impediri existentia auxilij. Sequela probatur: nã Deus non solum confert auxilium quia est efficax, impellente scientiâ mediâ de efficaciâ ad illud conferendum; sed ita sæpè dat auxilium quia est efficax, vt non esset collaturus, si videret inefficax. Ergo verum est dicere: hoc auxilium non existeret, si Deus videret fore incongruam. Tunc sic: atqui voluntas creata potest facere, quod Deus viderit fore incongruum: ergo potest impedire existentiam auxilij. Respondetur, negando sequelam, ad eius probationem, concessio antecedenti; distinguo consequens: ergo verum est dicere: *Hoc auxilium non existeret, si Deus videret fore incongruum.* Est verum pro signo libertatis divinæ, concedo; in signo libertatis creatæ, quando iam collato auxilio & præparato concursu indifferenti, voluntas creata est proximè potens operari, vel non operari cum illo auxilio, nego consequentiam, & distinguo minorem subsumptam: voluntas creata potest facere quod Deus viderit fore incongruum, potest facere pro signo libertatis divinæ, nego minorem: pro signo libertatis creatæ supponente iam collatum auxilium, & præparatum concursum; concedo minorem, & nego consequentiam.

80 Itaque absolute verum est, quod Deus non contulisset de facto hoc auxilium, si prævidisset fore inefficax, siquidem scientia mediâ de efficaciâ talis auxilij, fuit conditio sine quâ non contulisset Deus illud auxilium, siquidem illud de industriâ selegit ex complacentia speciali erga rectam operationem. Cum ista autem veritate rectè componitur, quod suppositâ existentia auxilij, & præparatione concursus indifferentis, possit voluntas creata facere, vt illud auxilium coniungatur cū scientiâ de inefficaciâ, ac proinde, quod sit fa-

tere. ut Deus contulerit hoc auxilium, quamvis videret inefficax. Sicut enim ex parte Dei hæc duo rectè coherent, nempe quod de facto det hoc auxilium quia est efficax, ita ut de facto non contulisset, si prævidisset inefficax: & tamen quod habeat potentiam antecedentem ad dandum tale auxilium quamvis prævidisset inefficax: ita optime componuntur hæc duo: nempe quod absolute non contulisset Deus hoc auxilium, si prævidisset fore inefficax: & tamen, quod per ipsum auxilium tribuat homini potestatem ad faciendum, ut hoc auxilium collatum fuisset, quamvis videretur inefficax. Non quia voluntas creata possit facere ut Deus habeat decretum collarivum auxilij: sed quia

supposito tali decreto, habet potestatem ad illud separandum à scientiâ efficaciam, & coniungendum cum scientiâ inefficaciâ.

81. Quare licet istæ duæ propositiones sint oppositæ: *Deus absolute non dedisset hoc auxilium, si prævidisset fore inefficax.* & *Deus absolute dedisset hoc auxilium, quamvis prævidisset fore inefficax.* Tamen istæ duæ non sunt oppositæ: *Deus absolute non dedisset hoc auxilium, si prævidisset fore inefficax. Voluntas creata supposito auxilio potest facere, ut Deus illud contulisset, quamvis prævidisset fore inefficax.* Legantur quæ scripsi in hoc tractatu disp. 7. sec. 101. num. 86. & tom. 1. disputat. 20. sectione: 32.

DISPUTATIO XII.

AN DEVS CONFERENS AVXILIVM CONGRVVM EX DIRECTIONE scientiæ mediæ, debeat illud immediatè exequi per decretum indifferens; an verò possit exequi vnicè per præfinitionem operis?

Id est, an ad libertatem requiratur, quòd auxilium congruum ad consensum, conferatur per decretum indifferens compossibile cum dissensu.

SECTIO PRIMA.

Sensus questionis, & Authorum placita.

SUPPONIMVS primò, ad libertatem requiri, quòd omnia principia proxima consensus sint indifferentia, & coniungibilia cum dissensu: id enim postulat conceptus potentiæ liberæ: *Quæ positis omnibus prærequisitis ad agendum potest agere, & non agere.* Quæ definitio intelligenda est in sensu cõposito, ut docet schola societatis cù Eximio Doctore prolog. 1. de grat. c. 3. & nos probavimus tom. 1. disp. 13. sec. 2. à num. 23. ita nimirum, ut cum omnibus prærequisitis ad actionem possit componi nõ actio, seu exercitium oppositum. Supponimus secundò, ad libertatem consensus requiri, quòd Deus in eo instanti, in quo concurrat ad consensum ex determinatione nostræ voluntatis, paratus sit concurrere ad dissensum: ita ut omnipotentia præparetur ad concurrendum in consensum liberum per decretum indifferens, offerens quantum est ex se concursum ad dissensum, ut probavimus tom. 1. disp. 10. sec. 2. Supponimus tertio, ad libertatem requiri, quòd Deus

permitti, Deum præfinire supposita scientiâ mediâ consentum salutarem præfinitione ab intrinseco efficaci, quæ sit intentio efficax cõsensus salutaris, & determinet Deum ad conferendum auxilium congruum, ad exprimendum consentum. Quæstio ergo est, an cum libertate componatur, quòd auxilium congruum ad consentum vnicè conferatur per præfinitionem consensus; an vero necesse sit ad libertatem consensus, quòd auxilium congruum ad consensum conferatur per decretum compossibile cum dissensu; quòd decretum vel sit per accidens imperatum à præfinitione consensus, vel concomitanter existat cum illa, ita ut auxilium congruum ad consensum mandetur executioni immediatè per duplex decretum, nempe & per præfinitionem consensus, & per decretum indifferens compossibile cum dissensu.

2. His positis, affirmat salvari libertatem, quamvis auxilium vnicè conferatur per præfinitionem consensus, proindeque quamvis nullum interveniat decretum executivum auxilij indifferens & compossibile cum dissensu; P. Antonius de Quiros disp. 8. de Prædest. sec. 5. P. Augustinus de Herrera q. 3. de

Prædest. estque satis communis inter nostros Recentiores Complutenses. Negant verò, tunc salvari libertatem P. Aldrete 1. p. to. 2. et. de Prædest. disp. 4. sec. 2. & 3. præsertim num. 13. vbi probat, nõ posse in signo indifferentiæ præscindi à prærequisitis mediatis consensus. Decretum autem executivum auxilij est prærequisitum mediatum, consensus, per se ab illo postulatum. Ergo non præscinditur in signo indifferentiæ à decreto executivo auxilij iuxta hunc Authorem; cum tamen iuxta ipsum in signo indifferentiæ præscindi debeat à præfinitione. Non tamen directe, & ex proposito disputat hanc quæstionem. Disputat autem P. Ribadeneira: & late contendit ad libertatem requiri, quòd auxilium immediate mandetur executioni per decretum indifferens, disp. 2. de Prædest. cap. 1. asserens, hanc partem illustrasse doctissimos Recentiores ex nostris; eamque tradidit in manuscriptoris de auxilijs P. Mathæus de Moya, vt ipse mihi narravit Matrili anno 1681. Quæstio hæc in proprijs terminis excitata non est à Prioribus Theologis nostræ Societatis: quævis enim omnes illi, qui negant præfinitiones ab intrinseco efficaces nostrorum aduim liberorum, quæ sint causa conferendi auxilia congrua, constanter affirmant, ad libertatem requiri, quòd auxilia conferantur per voluntatem, quæ non sit ex se præfinitiva operis: tamen ij, qui cum P. Suarez admittunt præfinitiones illas, non disputarunt, an præter præfinitionem assignandum sit decretum executivum auxilij, quòd sit indifferens sicut ipsum auxilium. Ego anno 1656. in tra&. de Prædestinatione constanter docui, non salvari libertatem, nisi auxilium mandetur executioni per decretum indifferens; & nunquam sententiam oppositam capere potui. Proponamque sectione sequenti rationem, quæ vsus sum in domesticis disputationibus adversus P. Quiros, qui oppositam sententiam defendebat.

SECTIO SECVNDA.

Prima ratio ostendens non salvari libertatem sine decreto indifferenti collatio auxilij quia sine hoc decreto nequit voluntas nostra impedire præfinitionem.

SUPPONGO, ad rationem conficiendam principium familiare apud Authores Societatis, præsertim Recentiores, nimirum ad libertatem requiri, quòd voluntas possit impedire omnem suppositionem essentialiter connexam cum existentia actus: quòd principium solidissime fundat P. Aldrete disp.

23. de scientia post P. Arrubal disp. 33. cap. 6. & Patrem Valentiam q. 14. punct. 5. 5. circa finem: & nunc breviter suadet, quia si voluntas subiaccens suppositioni essentialiter connexa cum consensu, nequit impedire illam suppositionem faciendo ne vnquam extiterit; non poterit ponere dissentum, quin illum componat cum suppositione illa; quòd est implicatorium. Vel enim debet per positionem dissentus dividere à se suppositionem connexam cum consensu; vel dissentum componere cum illa suppositione; vel carere potètia ad dissentum. Vnde si sub illa suppositione habet potentiam proximam antecedentem ad dissentum; sanè cum non habeat potentiam ad dissentum in sensu composito suppositionis connexæ cum consensu; seu ad componendum dissentum cum eiusmodi suppositione; debet habere potentiam ad dissentum in sensu diviso talis suppositionis; seu ad dividendum à se illam suppositionem per positionem dissentus, faciendo ne vnquam extiterit suppositio illa. Vide quæ dixi disp. XI. à num. 71.

4 Hoc posito, sic argumentor: voluntas non ponit liberè consensum præfinitum; nisi quando habet potentiam antecedentem ad impediendam præfinitionem consensus. Sed dum voluntas habet auxilium vnice pendens à præfinitione consensus, non habet potentiam antecedentem ad impediendam præfinitionem consensus: ergo dum voluntas habet auxilium vnice pendens à præfinitione consensus, non ponit liberè consensum præfinitum. Ergo vt ponat liberè, debet habere auxilium per decretum indifferens coniugibile cum dissentu. Maior constat ex dictis numero antecedenti. Minor probatur: quia si voluntas dum habet auxilium vnice pendens à præfinitione, haberet potentiam antecedentem ad impediendam præfinitionem, haberet potentiam antecedentem ad faciendum vt existeret auxilium in rerum natura sine omni voluntate exequente. At hoc repugnat; quia hoc est habere potentiam ad faciendum vt detur à parte rei chymera, siquidem chymera est, auxilium existere in rerum natura absque omni voluntate divina ipsum exequente: ergo voluntas dum habet auxilium vnice pendens à præfinitione, non habet potestatem ad impediendam præfinitionem. Constat reliqua: & probatur sequela maioris; quia voluntas potens impedire decretum executivum auxilij, à quo vnice istud dependet, & impotens idco illius inducere aliud decretum executivum auxilij, potest facere, vt auxilium maneat sine omni decreto executivo: siquidem constituitur in actu primo proximo per auxilium; & nequit per exercitium illius actus primi impedire existentiam ipsius actus
pri-

primi, & consequenter neque existentia auxiliij. Quare si potest facere ut auxilium vnicè pendens à præfinitione maneat sine præfinitione, & aliunde nequit inducere aliud decretum loco præfinitionis, à quo pendeat auxilium, potest facere ut auxilium maneat in rerum naturâ sine omni voluntate exequenti. Atqui voluntas nequit inducere in Deum aliud decretum loco præfinitionis, à quo pendeat auxilium: ergo si aliunde potest impedire decretum præfinitivum consensus, à quo per se vnicè dependet auxilium, potest facere ut maneat auxilium sine omni voluntate exequenti: ergo si voluntas, dum habet auxilium vnicè dependens à præfinitione consensus, posset impedire præfinitionem illam, posset facere ut existat auxilium sine omni voluntate vel decreto divino executivo.

5 Quod autem voluntas nequeat inducere in Deum decretum executivum auxiliij loco præfinitionis, probatur: quia licet voluntas nostra possit impedire decretum liberum Dei, quatenus potest impedire scientiam divinam, quam illud decretum essentialiter supponit, & cui innititur: non tamen potest affigere Deo decretum ipsi immediatè liberum, Deumve determinare ad decretum, quia determinare ad existentiam decreti supposita proxima potentia determinandi, aut præfinitivum, ad solum Deum spectat. Voluntas vero creata determinans ad existentiam scientiæ, quam illud decretum essentialiter supponit, & quæ constituit potentiam proximam præfinitivum, non determinat ad existentiam decreti, utpote quod supposita potentia proxima potest suspendi. Quare posse impedire scientiam mediam de efficaciâ & congruitate auxiliij, sub quo Deus præfinit efficaciter consensus liberum, est posse impedire præfinitionem; quia carentia scientiæ mediæ habet connexionem essentialem cum carentiâ præfinitionis per illud auxilium; ac posse inducere scientiam mediam de efficaciâ auxiliij, non est posse inducere existentiam præfinitionis per illud auxilium, quia scientia mediæ de congruitate auxiliij non connectitur cum existentia præfinitionis per illud auxilium. Vnde licet nos possimus determinare Deum ad non habendum decretum essentialiter dependens à scientiâ nobis libera; quia ablato fundamento, necessario tollitur id, quod supra fundamentum innititur: non tamen possumus determinare Deum ad habendum decretum essentialiter supponens scientiam nobis liberam: quia posito fundamento, non necessario ponitur id, quod supra fundamentum innititur; siquidem iacto fundamento, liberum adhuc est construere ædificium supra ipsum.

6 Ratio autem à priori cur non possit voluntas creata determinare ad existentiam decreti exequentis auxilium loco præfinitionis, est, quia illud decretum deberet esse immediatè liberum Deo; siquidem pro signo indifferenti, in quo voluntas est proximè indifferens ad ponendum dissensum, non intelligitur aliud decretum, à quo induceretur decretum exequens auxilium loco præfinitionis: siquidem illud signum coexistit cum præfinitione efficaci consensus, quæ impedienda est per positionem dissensus supponimus autem, nullum aliud intervenite decretum, quando voluntas habet auxilium congruum collatum vti præfinitionis consensus, præter illam præfinitionem. Vnde si voluntas creata per dissensum impediret præfinitionem & induceret aliud decretum executivum auxiliij, istud decretum esset immediatè liberum Deo. Implicat autem, ut voluntas creata possit determinare divinam ad decretum ipsi immediatè liberum: quia de ratione actionis immediatè liberæ alicui agentis est, quod determinetur ab ipso, & non ab alio: sola enim voluntas eligens per aliquam actionem est, quæ determinat ut existat potius illa actio, quam opposita; ut sæpe probavi tom. 1. disp. 36. num. 14. & num. 13. & in hoc to. & tractatu disp. 3. sectione 11. §. 1. & 2. ergo implicat decretum aliquod esse immediatè liberum Deo; & tamen posse creaturam determinare ad eius existentiam.

7 Quod rursus paritate vrgentissimè evincitur. Implicat actionem aliquam esse liberam creaturæ, præsertim libertate immediatâ, & creatorè determinare ad illius existentiam, ut constat ex principijs Societatis sæpe in hoc tomo, & in priori stabilitis, iuxta quæ physica prædeterminatio pugnat cum libertate. Ergo à fortiori implicabit actionem aliquam vel decretum esse immediatè liberum creatori, & tamen creaturam determinare ad eius existentiam. Patet consequentia; quia ideo repugnat actionem aliquam esse immediatè liberam creaturæ, & tamen eius existentiam determinari à creatori; quia de conceptu actionis liberæ alicui agenti est, quod eius existentia determinetur ab ipso agente, & non ab alio: quæ ratio universalis est, & Deum comprehendens. Et sanè ex terminis est manifestum, non minus, sed multo magis repugnare, quod actio vel volitio immediatè libera creatori, determinetur à creatura; quam quod actio immediatè libera creaturæ determinetur à creatori. Ergo si hoc secundum repugnat, à fortiori repugnabit illud primum.

8 Dices, ex terminis repugnare, quod aliqua volitio vel actio sit immediatè libera alicui agenti, & quod aliud agens efficiat

& per modum principij immediati physici determinet ad eius existentiam: non repugnare autem, quod actio vel volitio sit immediate libera Deo, & tamen quod creatura obiective & essentialiter determinet ad eius existentiam; quia determinare solum obiective & intentionaliter, non est proprie determinare. Sed contra: quia an non minus implicat esse liberam agenti actionem ad cuius existentiam determinat obiective aliud agens, quam illam, ad cuius existentiam determinat physice: ut patet exemplis: nam reprobus committens peccatum imperfeverantiae, solum obiective determinat Deum ad decretum executivum damnationis, quatenus ponit conditionem obiectivam, sub qua Deus decrevit damnare peccantem; & tamen illud decretum non est immediate liberum Deo. Similiter peccator, dum peccat, solum obiective determinat Deum ad scientiam visionis de existentia peccati: & tamen hoc sufficit, ne scientia visionis sit immediate libera Deo, non minus quam si determinaret physice ad existentiam illius scientia. Ergo implicat aliquam actionem esse immediate liberam Deo, & tamen creaturam posse determinare ad eius existentiam.

9. Respondetis forsam, esse quidem contra libertatem immediatam divini decreti, quod creatura nulla facta suppositione libera Deo, possit determinare ad eius existentiam non esse autem contra eius libertatem immediatam, quod facta ea suppositione, videlicet facta suppositione auxilij indifferentis, possit per dissensum determinare ad existentiam decreti exequentis auxilium loco praesentationis. Sed contra: Deus nulla facta suppositione potest determinare creaturam ad actionem ipsi immediate liberam; ut est manifestum in principijs Societatis: ergo a fortiori nulla facta suppositione potest creatura determinare creatorem ad volitionem ipsi immediate liberam.

10. Adversarij communiter dicunt, repugnare quidem, quod creatura nulla facta suppositione determinet Deum ad decretum executivum auxilij bene tamen posse facta suppositione auxilij. Sed contra hanc responsionem denuo insurgo: siquidem voluntas nostra absolute & praescindendo ab omni suppositione nequit determinare Deum ad scientiam mediam affirmantem consensum sub conditione talis auxilij, sed solum hoc potest facta suppositione auxilij: quia eatenus potest determinare ad scientiam mediam de consensu, quatenus potest ponere dissensum; hunc autem non potest ponere nisi facta suppositione auxilij; & tamen hoc ipso quod facta suppositione possit determinare ad formalitatem

scientiae mediae, illa formalitas non est libera Deo, sed duntaxat est libera nobis. Ergo pariter, quamvis praescindendo ab existentia auxilij non possimus determinare ad existentiam decreti exequentis auxilium, si tamen possumus facta suppositione auxilij, formalitas decreti non erit libera Deo, sed duntaxat nobis.

11. Dices, Deum libere determinare ad existentiam decreti exequentis auxilium, quod decretum sit indifferens, & compossibile cum dissensu, supposita scientia media de inefficacia auxilij, & antecedenter ad collationem auxilij, quia illud est signum libertatis divinae; at supposita existentia auxilij indifferentis posse voluntatem creatam acquirere illud decretum indifferens, quatenus potest ponere dissensum, & mediante dissensu acquirere scientiam mediam de inefficacia auxilij; & consequenter facere ut auxilium coniungatur cum scientia de inefficacia: cum enim impossibile sit, quod auxilium indifferens existat sub scientia de inefficacia; & quod conferatur per decretum incompossibile cum dissensu, necesse est, ut dum est sub scientia de inefficacia, conferatur per decretum compossibile cum dissensu, seu per decretum indifferens: unde cum voluntas creata possit facere, ut existat auxilium sub scientia de inefficacia, potest facere, ut existat auxilium vi decreti indifferentis.

12. Sed contra: quia implicat voluntatem creatam supposita existentia auxilij libere determinare ad existentiam illius decreti indifferentis; & quod priori ad existentiam auxilij Deus determinaverit libere per modum principij eligentis: sed potius hoc ipso quod supposita existentia auxilij voluntas creata determinet libere ad existentiam talis decreti, arguitur Deum priori ad existentiam auxilij determinasse per modum principij pure physici ad existentiam talis decreti se attemperando in determinando ad decretum electioni libere voluntatis creatae future supposito auxilio. Sic implicat voluntatem creatam supposita existentia auxilij determinare ad formalitatem scientiae mediae, & quod priori ad existentiam auxilij Deus determinaverit per modum principij eligentis ad illam formalitatem: sed potius ex eo quod supposita existentia auxilij voluntas creata libere determinet ad scientiam mediam, arguitur Deum priori ad existentiam auxilij determinasse existentiam scientiae mediae per modum principij pure physici ex se determinantis existentiam illius scientiae mediae, quae conformis sit electioni libere creaturae.

13. Et sane quod intellectus divinus pro-

priori ad auxilium determinet ad scientiam mediam, non quidem liberè, sed necessario & cum attemperatione & quasi subordinatione ad electionem liberam voluntatis creatæ; videtur manifestum. Nam scientia media antecedit omne liberum Dei decretum, & existit in Deo, quamvis nunquam sit exitura voluntas creatæ, cuius operatio libera affirmatur conditionatè per scientiam. Quamvis enim Deus ab æterno decrevisset nullam unquam creaturam producere; tamen per scientiam mediam cognosceret, quid esset facturus Petrus, si crearetur, & constitueretur sub tali auxilio indifferenti cum proxima indifferenti ad utrumque. Tunc autem voluntas creatæ non determinaret ad illam scientiam, quia non entis nullæ sunt proprietates, & voluntas creatæ tunc esset non ens. Deinde id patet, quia voluntas creatæatenus potest determinare ad scientiam Dei, quatenus potest determinare ad propriam operationem; nec enim scientia Dei est immediate libera creaturæ, sed solum dicitur libera creatoræ, quatenus ipsi libera est operatio, quam scientia supponit: voluntas autem creatæ nullibi, & nunquam existens, non est potens determinare ad suam operationem: ergo non est potens determinare ad scientiam Dei. Quod si voluntas creatæ non est tunc principium determinans ad existentiam scientiæ mediæ; sequitur intellectum divinum esse tunc unicum principium determinans, non quidem liberè eligendo scientiam, sed necessario erumpendo in illam, quæ si existat, erit conformis electioni liberæ, quam voluntas creatæ poneret, posito auxilio: implicat enim dari de presenti in Deo aliquam formalitatem contingentem, & non dari aliquod principium producatum virtualiter illam formalitatem, vel liberè, vel sine libertate propria & cum attemperatione ad libertatem seu electionem alienam: idem autem est producere formalitatem scientiæ, & determinare ad eius existentiam, non quidem liberè, sed per modum principij determinati ad cognoscendum nunc illud determinatè, quod voluntas creatæ elegerit posito auxilio indifferenti.

14 Imò voluntas creatæ non propriè determinat ad scientiam mediam, sed dicitur determinare, quatenus ponit conditionem obiectivam in ordine ad quam Deus ex se est determinatus habere scientiam illam; solusque intellectus divinus est, qui propriè determinat ad scientiam mediam, cum attemperatione tamen ad nostram electionem liberam; neque enim nos affigimus Deo scientiam illam, sed Deus ipse ob summam suam in cognoscendo perspicaciam est essentialiter determinatus ut habeat hanc scientiam mediam præ op-

posita, per hoc præcisè, quod voluntas creatæ posita conditione se determinatura sit ad hoc exercitium liberum præ opposito: ut explicatur. 1. d. 19. n. 29. & disp. 38. tota sec. 8. & in hoc 2. to. disp. 3. sect. 16. à n. 299. Unde Deus solus determinat subiectivè & propriè ad scientiam mediam, non liberè & elective; sed necessario, non quidem necessitate opposita contingentiæ, sed necessitate opposita libertati propriæ habentis scientiam illam.

15 Quapropter antecedenter ad positionem & purificationem conditionis Deus determinat ad scientiam per modum principij purè physici se attemperantis in cognoscendo liberè electioni alterius: posita autem conditione, voluntas creatæ determinat obiectivè liberè ad scientiam illam, impropriè tamen, quia nullatenus insuit in illam. Ad hunc ergo modum si supposito auxilio voluntas creatæ determinaret liberè ad existentiam decreti exequentis auxilium; sanè ante positionem auxilij Deus determinaret purè physice & per modum principij necessitati ad erumpendum in illud decretum executivum auxilij, ad quod supposito auxilio voluntas creatæ determinaverit.

16 Neque ex eo, quod necesse sit auxilium dari per decretum indifferens ex suppositione quod existat sub scientia media de inefficacia auxilij, sequitur voluntatem determinantem ad existentiam dissensus determinatè ad existentiam decreti indifferents exequentis auxilium: sed solum sequitur, quod hoc ipso quod supponatur auxilium existens sub scientia media de inefficacia ipsius, supponitur illud auxilium causatum per decretum indifferens, quod non minus sit inimpedibile à voluntate creatæ, quam ipsum auxilium: voluntas enim creatæ, quatenus ponens dissensum sub auxilio A, essentialiter supponit illud auxilium causatum à Deo per decretum compossibile cum dissensu; sicut enim per se & essentialiter supponit auxilium esse productum à Deo, ita supponit esse productum per decretum indifferens; cum ex terminis implicet auxilium coniungi cum dissensu, nisi quatenus productum per decretum indifferens; ergo auxilium indifferens quatenus influens indirectè in dissensum, & quatenus coniungitur cum dissensu, non determinat ad existentiam decreti indifferents, sed illam existentiam per se supponit tanquam causam per se requisitam ex exigentia ipsius effectus.

17 Dices, hoc argumento pariter probari, voluntatè ut coniungentem auxilium cum dissensu, non determinare ad scientiam mediam de inefficacia auxilij, sed illam supponere determinatam ab intellectu divino. Sed ne-

ergo sequelam: quia licet dissensus per se sit con-
 nexus cum scientia media de inefficacia auxi-
 lij; non tamen per se ex exigentia effectus illa
 supponit: nec scientia de inefficacia auxiliij
 præcedit ordine causalitatis eius collationem,
 quia non inclinatur ad eius collationem, sed po-
 tius retrahit ab ipsa; ac proinde non antecedi-
 dit ordine causalitatis collationem auxiliij; sed
 potius potest antecedere eius subtractionem;
 quare dissensus per se solum supponit scientiam
 simplicis intelligentiæ; quæ sufficit ut
 Deus causet auxiliium indifferens; scientiam
 autem mediam de inefficacia auxiliij non sup-
 ponit ordine causalitatis. Rursus quamvis per-
 mittatur supponere, non supponit ex exigen-
 tiâ effectus, sed ex perfectione Dei: quamvis
 enim Deus per impossibile taceret scientia
 media; voluntas ex vi auxiliij indifferens eode-
 dem modo poneret dissensum, & auxiliium ad
 sui existentiam illam per se non postulat, sed
 contentum est scientia simplicis intelligentiæ. At
 si Deus per impossibile non esset capax habendi
 decretum compossibile cum dissensu, volun-
 tas esset impotens contingere auxiliium cum
 dissensu, & consequenter esset impotens po-
 nere dissensum: unde ad hoc ut intelligatur
 proximè potens ponere dissensum per auxiliium
 à Deo causatum, debet illud auxiliium esse cau-
 satum mediante decreto compossibili cum
 dissensu: nam auxiliium ut causatum per decre-
 tum incompossibile cum dissensu, non dat po-
 testatem ad dissensum, quatenus autem præ-
 scindens ab eo quod sit causatum per decretum
 connexum cum consensu, vel per decretum
 compossibile cum dissensu, præscindit ab eo,
 quod det potestatem proximam ad dissensum:
 18 Quod si iterum dicas, auxiliium se-
 cundum se postulare, quod conferatur vel per
 decretum incompossibile cum dissensu, vel
 per decretum compossibile: ac proinde volun-
 tatem ut instructam auxilio illo, posse compa-
 rare decretum compossibile cum dissensu. Con-
 traria est primò: quia voluntas non habet hanc
 potestatem ad dissensum, nisi quatenus habet
 in re causatum auxiliium: auxiliium autem in
 re non causatur, nisi vel per decretum incom-
 possibile cum dissensu, & connexum cum con-
 sensu, vel per decretum indifferens, & com-
 possibile cum dissensu: ergo voluntas non ha-
 bet potestatem ad dissensum nisi quatenus ha-
 bet auxiliium causatum ab aliquo ex illis de-
 cretis. Sed voluntas quatenus habet auxiliium
 causatum unice per præfinitionem consensus,
 non habet potestatem ad dissensum; quia ut
 sic reduplicat, impeditur dissensus: ergo
 solum habet potestatem ad dissensum, quate-
 nus habet auxiliium causatum per decretum
 compossibile cum dissensu. At quatenus habet

auxilium ex vi decreti compossibilis cum dis-
 sensu non est potens impedire illud decretum,
 sed potius illud supponit: ergo nunquam est
 potens acquirere decretum compossibile cum
 dissensu. Probo consequentiam: quia quando
 habet auxiliium unice dependens à præfinitio-
 ne consensus, non habet auxiliium dependens
 à decreto compossibili cum dissensu; ac pro-
 inde non potest tunc causare dissensum per au-
 xilium ut causatum à decreto indifferenti: er-
 go si est potens tunc ponere dissensum, habet
 hanc potestatem per auxiliium quatenus cau-
 satum à præfinitione consensus. At hoc est im-
 possibile: ergo voluntas habens auxiliium unice
 dependens à præfinitione consensus non ha-
 bet potestatem ad dissensum. Quod magis con-
 firmabitur sectione sequenti.

SECTIO TERTIA

Ostenditur amplius voluntatem non manere liberam ad dissensum, quando ponit consensum per auxiliium unice pendens à præfinitione.

19 **S**IC argumentor: quando voluntas ponit
 consensum per auxiliium unice
 pendens à præfinitione consensus, non
 habet neque pro libito suo potestatem comparare
 aliquod essentialiter prærequiritum ad dis-
 sensum: ergo tunc non manet libera ad dis-
 sensum. Pater consequentia ex illo primo prin-
 cipio scholæ Societatis, quod P. Suarez appella-
 vit per se notum, ut expendimus to. 1. disp.
 13. num. 18. & in hoc 2. to. & tractatu disp.
 3. sect. 1. numero 13. videlicet, tunc poten-
 tiam non manere liberam ad aliquod exerci-
 tium, quando neque actu, neque sub sua pote-
 state habet omnia prærequisita ad illud exer-
 citium, qui enim non habet, neque pro libito
 suo potest habere aliquod medium essentiali-
 ter prærequiritum ad existentiam finis, quomodo
 habet in sua libera potestate finem? Iam
 probatur antecedens: nam quando voluntas
 ponit consensum per auxiliium unice pendens
 à præfinitione consensus, non habet decretum
 executivum auxiliij compossibile cum dissen-
 su, cum tamen certissimum sit, hoc decretum
 esse essentialiter prærequiritum ad dissensum.
 Deinde neque potest hoc decretum compo-
 rare. Quod sic probo: quia voluntas creata ne-
 quit determinare divinam ad aliquod decretum
 vel volitionem, nisi in vi alicuius suppositio-
 nis liberè amata à Deo, quatenus amata &
 volita ab ipso. Suppositio enim præscindens
 ab eo quod sit liberè amata à Deo, quatenus
 sic præscindens, nequit deservire ad explican-
 dam libertatem illius decreti ad cuius existen-
 tiam

tiam determinat. voluntas creata: ergo solum potest ad hoc deservire suppositio liberè volita à Deo; quatenus liberè volitâ; vt hoc pacto totam vim determinandi voluntatem divinam ad decretum illud, habeat arbitrium creatum ex vi alterius decreti divini; & sic salvetur Deum non ab extrinseco, sed à seipso determinari ad novum illud decretum, ad quod dicitur arbitrium creatum ipsum determinare.

20. At quando voluntas creata habet auxilium vnicè pendens à præfinitione consensus; non datur suppositio, quâ; quatenus liberè volita à Deo, det ipsi voluntati creatæ facultatem determinandi Deum ad decretum illud indifferens composibile cum præfinitione: siquidem ibi solum intervenit suppositio auxilij amata & volita à Deo per præfinitionem: suppositio autem auxilij vt volita à Deo per præfinitionem consensus nequit tribuere voluntati creatæ facultatem determinandi Deum ad decretum exequens auxilium loco præfinitionis, & composibile cum dissensu, siquidem præfinitio consensus desinet existere, quando ponitur auxilium per decretum indifferens: ergo in vi præfinitionis consensus nequit arbitrium creatum determinare ad decretum incompensibile cum tali præfinitione, & exequens auxilium loco illius. Nam quando arbitrium creatum in vi vnius decreti potest determinare ad existentiam alterius; debet manere decretum in cuius vi determinat ad aliud, in sensu composito illius alterius: sic quia in vi decreti promittentis vitam æternam decedentibus in gratia Prædestinatus determinat Deum per perseverantiam finalem vt ipsi conferat coronam gloriæ: decretum promissivum gloriæ debet inducere decretum eiusdem executivum, & cum illo coexistere: sic quia homo eliciens contritionem determinat Deum vt ipsi remittat peccatum in vi decreti efficacis remittendi peccata omni peccatori, qui de illis contritionem elicerit; decretum hoc debet coexistere cum decreto remissivo peccati, illudque inducere. At præfinitio consensus non manet, quando Deus exequeretur auxilium per decretum composibile cum dissensu. Ergo voluntas creata in vi decreti præfinitentis cōsensum non accipit potestatem determinandi Deum ad decretum executivum auxilij; quod decretum sit composibile cum dissensu.

21. Si Deus haberet hoc decretum, antecedenter ad scientiam mediam: si prævidero auxilium fore efficax ad consensum, dabo illud vnicè per præfinitionem consensus: si autem prævidero fore inefficax, dabo illud per decretum indifferens composibile cum dis-

sensu: tunc quidem voluntas instanti in quo ponit cōsensum præfinitum, haberet potestatem antecedentem acquirendi per dissensum decretum illud indifferens; non quidem in vi præfinitionis consensus, quia hæc impeditur per dissensum, & non coexisteret cum decreto illo indifferenti; sed in vi illius decreti conditionati, quod supposita scientia media de inefficacia auxilij, induceret decretum illud indifferens executivum auxilij, & coexisteret cum illo tanquam causa vel quasi causa com effecto. At vbi in Deo nullum aliud intervenit decretum circa auxilium præter decretum præfinitivum consensus, non potest in vi huius decreti voluntas creata per dissensum determinare ad existentiam decreti oppositi, & indifferenti, siquidem præfinitio impediretur per dissensum, ac proinde non maneret in sensu composito decreti indifferenti.

22. Dices, voluntatem creatam in vi suppositionis volitæ à Deo, nempe ex vi auxilij vnicè collati per præfinitionem consensus, posse determinare Deum ad decretum indifferens executivum auxilij; non quidem in vi illius reduplicativè vt volitæ, sed in vi illius specificativè volitæ, id est in vi auxilij quod Deus amat per præfinitionem consensus, seu in vi auxilij liberè voliti, non tamen vt voliti liberè. Sed contra: quia, si vt voluntas possit determinare Deum ad aliquod decretum, desideratur suppositio liberè volita à Deo distincta ab ipsa voluntate; certe illa suppositio desideratur propter libertatem, quam Deus exercet in illâ conferendâ; quia hoc pacto Deus non tã determinatur propriè à voluntate creatâ; quam à suo decreto libero, quo contulit illam suppositionem; ac proinde voluntas creata non necessitat Deum ad habendum decretum indifferens, sed Deus ipse sibi necessitatem imposuit mediante decreto, quo amavit illam suppositionem, ad illud alterum decretum: ergo non potest voluntas creata determinare divinam ad aliquam, volitionem, nisi in vi suppositionis amate à Deo, quatenus ab ipso amata, & in vi decreti, quo amavit illam suppositionem: ergo non in vi suppositionis liberè volitæ specificativè, sed in vi suppositionis vt liberè volitæ reduplicativè debet habere voluntas creata potestatem determinandi Deum ad existentiam alicuius decreti.

23. Præterea sic argumentor: dum Deus confert auxilium vnicè per præfinitionem consensus, nullo pacto amat decretum indifferens executivum auxilij; imò efficaciter amat non existentiam talis decreti: quia idem est efficaciter velle vt auxilium vnicè pendeat à præfinitione consensus, ac velle efficaciter vt non pendeat à decreto indifferenti, ac proinde velle effi-

efficaciter ut nō existat decretum indifferens: Non potest autem salvari perfectio & libertas divina in habendo aliquo decreto per suppositionem illam, quam dum Deus amat nullo pacto amat tale decretum, sed potius amat efficaciter carentiam illius. Cum ergo dum Deus amat existentiam auxilij vnicē per præfinitionem consensus, amet efficaciter non existentiam indifferens; consequens est ut suppositio auxilij volita vnicē per præfinitionem non possit deservire ad explicandam libertatem, quam Deus debet exercere in habendo decreto indifferenti. Et sanē ex terminis videtur perspicuum voluntatem creatam non accipere à Deo potestatem determinandi Deum ad decretum indifferens ex vi præfinitionis efficaciter amantis non existentiam talis decreti indifferens. Ergo ubi auxilium vnicē existit per præfinitionem consensus; non accipit voluntas creata potestatem determinandi Deum ad decretum indifferens.

SECTIO QUARTA

Probaturs alia ratione nostra conclusio

24. **D**EINDE probo voluntatem habentem auxilium vnicē per præfinitionem consensus non habere potestatem ad dissentium, ac proinde non manere liberum: quia ad dissentium essentialiter prærequirit decretum causativum auxilij compatibile cum dissentu; siquidem dissentus essentialiter pendet ab auxilio ut libere causato à Deo, & consequenter essentialiter dependet ab aliquo decreto divino executivo auxilij: at non potest essentialiter dependere à decreto incompotibili secum: ergo essentialiter dependet à decreto compotibili secum, & consequenter à decreto indifferenti. At voluntas creata per dissentium nequit comparare decretum illud, quod ipse dissentus essentialiter supponit determinare ex essentia & indigentia sua: nam decretum, quod comparatur per dissentium, existit vi dissentus; nequit autem existere vi dissentus decretum, quod ipse dissentus supponit per se ut causam necessariam ad sui existentiam.

25. Dices voluntatem per dissentium non posse quidem comparare causam immediatam ipsius dissentus, vel aliquod ex prærequisitis, quæ constituunt actum primum proximum ad dissentiendum; bene tamen posse comparare principium mediatum, quale est decretum indifferens producens auxilium; nam istud decretum nullo pacto influit immediate in dissentium, sed totā suam causalitatem explicet in productione auxilij. Sed contra

primò, quia idè per dissentium non potest voluntas comparare aliquod ex prærequisitis immediatis, quia ex se & ex indigentia sua dissentus supponit omnia prærequisita immediata ad ipsam: sed etiam dissentus ex se & ex illis prærequisitis essentialiter supponit tantquam prærequisitum decretum indifferens executivum auxilij; quia essentialiter est dissentus sui causari ab auxilio ut causato & pendenti actualiter à Deo per decretum indifferens: ergo nequaquam potest voluntas per dissentium comparare decretum indifferens executivum auxilij. Contra secundo, quia causa mediata simpliciter requisita ad existentiam effectus, & ab ipso determinate postulata non minus simpliciter est absolute pro priori ad effectum, quam causa immediata: ergo non magis potest comparari per affectum, quam causa mediata. Contra tertio, quia quocumque possumus comparare aliquam formalitatem divinam, nimirum scientiam aliquam, vel volitionem divinam; in signo, in quo voluntas nostra est proxime indifferens ad agendum, & non agendum præscinditur ab illa formalitate. Sic præscinditur à scientia visionis de existentia nostri peccati in eo signo, in quo voluntas nostra est indifferens ad peccandum, & non peccandum: & in eo signo, in quo voluntas reprobæ est indifferens ad penitentiam finalem, præscinditur à decreto iudicativo damnationis propter impenitentiam. Atqui in signo, in quo voluntas nostra est indifferens ad consentium, vel dissentium, non præscinditur à decreto executivo auxilij: quia in eo signo intelligitur auxilium ut positivè existens & causatum à Deo per decretum aliquod determinatum, quamvis enim auxilium ad sui existentiam non postulet produci per decretum indifferens determinate, nec per præfinitionem consensus determinate: tamen implicat in se esse causatum, quin sit causatum per decretum determinatum. Quare dum hic & nunc voluntas est proxime indifferens ad consentium, & dissentium, debet intelligi auxilium hic & nunc causatum à Deo per actionem determinatam; & consequenter volitum hic & nunc per decretum executivum determinatum, tum quia decretum executivum auxilij in vera sententia completur per actionem productivam auxilij; tum quia licet decretum sit formalitas contingens Deo intrinseca etiam quoad terminationem; tamè actio determinata productiva auxilij, quæ intelligitur in signo indifferentiæ, supponit determinatum decretum. Ergo signum indifferentiæ prout hic & nunc existens non præscindit à decreto executivo auxilij, sed illud essentialiter vel includit, vel supponit. Ergo voluntas per dissentium nequit

comparatè decretum indifferentè executivum auxiliij; quia per dissensum nequit comparare decretum, à quo non præscinditur in signo indifferentiæ.

16 Sed instabis, voluntas potest per consensum comparare scientiam mediam, quavis hæc antecedit immediatè collationem auxiliij, & mediatè ipsum consensum: ergo pariter poterit comparare decretum executivum auxiliij, nam istud immediatè solum antecedit ad auxiliū, ad cōsensum verò solum antecedit mediatè. Respondeo, concessio antecedit negando consequentiam: quia in signo indifferentiæ, in quo voluntas est indifferentè ad operandum vel non operandum cum auxilio, præscinditur à scientia media de futura operatione, solumque ibi intelligitur auxilium, ut dependens à Deo per scientiam simplicis intelligentiæ; intelligitur enim auxilium ut causatum à Deo, & consequenter ut volitum, & cognitum per simplicem intelligentiam; nequit enim Deus decernere existentiam auxiliij, quin cognoscat illam esse possibilem: in eo autem signo non præscinditur à decreto executivo auxiliij; quia arbitrium in vi auxiliij ut causati & voliti à Deo, est potens ponere assensum, & dissensum; at proinde ex parte hypothesis scientiæ mediæ ponitur decretum executivum auxiliij intendit scientia media: *Si ego dederò auxiliū A. v. g. voluntas operabitur; idest si ego per meum decretum executivum posuero auxiliū in voluntate operabitur: nequit autem ex parte hypothesis attingere scientia media aliquid essentialiter connexum cum operatione: ergo decretum executivum nequit esse connexum cum operatione, sed debet esse indifferentè sicut ipsum auxilium.*

27 Quare scientia media ita præcedit collationem auxiliij, & in illam influit, ut in signo indifferentiæ ab ea præscindatur: cum enim ex se supponat voluntatem operaturam si ponatur conditio, purificata conditione supponit absolutè voluntatem operaturam, ac proinde supposito auxilio non minus est pro posteriori natura ad operationem quàm ipsa scientia visionis. Quæ ratio non militat in decreto executivo auxiliij, quia illud decretum nõ supponit operationem, sed infert; & auxilium nõ influit in operationem, nisi quatenus dependet à decreto: at verò auxilium non influit in operationem quatenus dependet à scientia media, sed quatenus dependet à simplici intelligentia.

28 Datur ergo maximum discrimen: nam operatio nostra cum per se ex indigentia sua supponat auxiliū ut causatum à Deo, supponit decretum ut causans auxilium: at operatio nostra non supponit scientiam mediam ex indi-

gentia sua, sed ex summa perfectione supremi Artificis, qui non potest aliquid producere, quin videat commoda omnia vel incommoda, quæ secutura sunt, si apponatur auxilium, unde in signo indifferentiæ sola intelligitur scientia simplicis intelligentiæ, quæ per se supponitur ab auxilio, non autem scientia media, quæ non supponitur per se ab auxilio, sed solum ratione perfectionis causæ; sicut effectus non supponit per se Deum ut Trinum, sed tantum Deum ut unum; quamvis mediatè, & ob summam perfectionem agentis supponatur Deus ut Trinus.

29 Dices, in signo indifferentiæ solum intelligi principia proxima & immediata actus; satisque esse, quod hæc sint indifferentia, ut effectus evadat liber, quamvis principium remotum sit connexum cum actu. Respondeo; in signo indifferentiæ intelligi non solum illa, quæ influunt immediatè, sed principia mediatè per se requisita, idest principia illa, à quibus per se pendent principia immediata, quatenus influunt in effectum: auxilium autem influit in effectum, quatenus pendet à decreto executivo; non influit autem in effectum, quatenus pendet à scientia media, sed quatenus pendet à simplici intelligentia: unde scientia media non intelligitur in signo proxima indifferentiæ, sed ab illa præscinditur; at intelligitur in signo decretum executivum auxiliij, ut causans auxilium; quia sine decreto ut causante, nequit intelligi effectus ut causatus. Unde deducitur decretum immediatè executivum auxiliij debere esse indifferentè; quia voluntas ex vi auxiliij ut causati, hic & nunc à Deo, debet esse indifferentè ad agendum, & non agendum; ac proinde omnia principia per se requisita ad existentiam auxiliij debent esse indifferentia.

SECTIO QUINTA.

Solvitur fundamentum à priori sententiæ contrariæ.

30 **N**ON requiri ad libertatem, quod auxilium congruum mandetur executioni per decretum indifferentè, probat nobilis Recentior à priori: quia tunc datur libertas ad utrumque, quando simul cum plena potestate ad consensum, datur plena potestas ad dissensum. At licet auxilium congruum unitè pendeat à præfinitione cōsensu, ita tunc datur potestas proxima ad consensum, ut detur quoque potestas proxima ad dissensum: ergo tunc datur libertas ad utrumque. Minor, in qua sola est difficultas, probatur, quia tunc datur plena potestas proxima ad dissensum, quando dantur ea omnia, quæ proximè iuvant ad ipsum, sive ut causa,

ive ut conditio, seu quando nihil deest ex præcedentibus proximè ad dissensum, ut videtur notum ex terminis, potentia enim proxima tota conflari debet ex præcedentibus proximè ad productionem effectus, neque potest includi intra actum primum proximè quod præcisè habet præcedentiam remotam ad effectum, aliàs quælibet causa remota posset etiam vocari proxima. Tum sic: sed licet auxilia seu principia proxima consensus, & dissensus non consentent decreto indifferente ad dissensum, sed solum per connexionem cum consensu, adhuc stabunt ea omnia, quæ se habent pro priori proximo ad dissensum: ergo adhuc stabit plena potestas proxima ad dissensum: probat hanc minorem, quia pro priori proximo & immediato ad dissensum, solum potest requiri quod voluntas habeat cogitationem invitantem ad dissensum, & omnipotentiam paratam ad concurrendum in dissensum, cum exclusione cuiusvis principij proximè prædeterminantis ad consensum: sed totum hoc datur, quando deest dictum decretum indifferens, quia totum id datur per decretum connexionem cum consensu.

31. Confirm. primò, quia si tunc aliquid deesset ex proximè præcedentibus ad dissensum, maximè decretum indifferens, quo principia proxima consentent, sed hoc decretum non est ex proximè præcedentibus ad dissensum, atque adeo nec pertinet ad actum primum proximè seu potentiam proximam ad dissensum: ergo nihil tunc deest ex constitutivis potentia proxima ad dissensum. Maior est certa, & probatur minor, quia decretum hoc indifferens causans principia proxima solum habet mediatam præcedentiam erga hæc principia, & solum interventu istorum præcedit ad dissensum, ac per consequens purè remotè; neque potest cogitari aliqua alia influentia immediatior & proximior, quam post causata principia proxima, exerceat circa ipsum dissensum: ergo deficiente hoc decreto stat totalis potentia proxima ad dissensum, proindeque libertas. Confirm. secundo, quia quoties voluntas à nullo principio determinatur ad consensum, sed ipsa potius determinat omnia sua comprincipia, tunc utique liberè consentit, ut patet. Sed in casu, in quo auxilia indifferencia vnicè consentent per præfinitionem consensus, seu per decretum connexionem cum consensu, tunc voluntas à nullo comprincipio determinatur ad consensum, quia non ab auxilijs, quæ supponimus esse indifferentia, & imbibere carentiam prædeterminationis: nec item à præfinitione, seu decreto conexo, quia hoc non est comprincipium voluntati cooperans ad consensum, sed purè influens in ipsa

auxilia indifferentia: ergo voluntas est quæ tunc determinat se, & sua comprincipia ad consensum, ac proinde liberè consentit.

32. Respondeo tamen, dum voluntas accipit auxilium indifferens vnicè per præfinitionem consensus, tunc non habere potentiam proximam ad dissensum: quia quavis habeat cognitionem invitantem ad dissensum, non habet paratum concursum divinum ad dissensum; arguens vero supponit, minimè vero probat oppositum. Quod autè non habeat paratum tunc concursum ad dissensum probatur primò omnibus rationibus, quibus nostram sententiam stabilivimus; quia si haberet hanc potestatem proximam ad dissensum, haberet potentiam proximam ad comparandum decretum indifferens executivum auxilij, ac proinde haberet potestatem proximam ad determinandum Deum ad decretum ipsi immediatè liberum, quod probavimus repugnare. Secundo, quia cum decretum executivum auxilij sit prærequisitum ad dissensum simpliciter antecedens, dissensus supponit per se illud decretum tanquam principium mediatum sui: ergo nequit determinare ad eius existentiam; siquidem ab eo, ad cuius existentiam determinat arbitrium, præscinditur in signo indifferentia; nõ præscinditur autem in eo signo ab actione productiva auxilij, ac proinde neque à decreto executivo eiusdem.

Ratio autem à priori cur non componatur decretum offerens concursum ad dissensum cum eo, quod auxilium vnicè pendeat à præfinitione consensus, est: quia Deum velle, ut auxiliunt vnicè pendeat à præfinitione consensus, est Deum velle determinare ad existentiam consensus; quia est ponere impedimentum dissensus inaufribile per ipsum dissensum: siquidem voluntas dum habet auxilium vnicè pendens à præfinitione consensus, non est potens impedire illam præfinitionem; ut ostendi inter probandam meam conclusionem. Quare decretum ipsum exequens auxilium indifferens ex fine actionis liberæ, debet esse decretum offerens etiam concursum ad dissensum, & vi cuius possit dissensus poni: unde implicat ut decretum præfinitivum consensus sit vnicè executivum auxilij indifferentis, sed debet exequi auxiliū illud mediante alio decreto, vel si exequitur immediatè, debet intervenire aliud decretum executivum auxilij, quod sit indifferens: nam decretum offerens concursum ad dissensum nequit esse incompossibile cum dissensu: decretum autem aliquod executivum auxilij ex fine honeste operationis debet esse collativum concursus, ac proinde repugnat, ut auxiliū collatum ex complacencia honesta & liberè vnicè pendeat à præfinitione consensus. Quod autè ali-

quod decretum executivum auxilij indifferentis ex fine operationis liberæ, sit oblativum concursus, suadetur, quia implicat Deum exequi auxilium indifferentis ex fine consensus liberi honesti, & ex eodem fine negare auxilium prædeterminans, quin per ipsammet volitionem, per quam confert auxilium indifferentis ad consensum & dissensum: & negat prædeterminans, sit paratus concurrere ad consensum & dissensum.

33 Unde falsum est, quod decretum indifferentis exequens auxilium sit tantum principium mediatum consensus, nam decretum illud applicat omnipotentiam ad concurrendum in consensum liberum; ac proinde constituit actum primum proximum; quia voluntas creata non intelligitur proximè potens elicere consensus & dissensum donec omnipotentia est parata concurrere ad consensum & dissensum. Quod decretum illud applicet omnipotentiam, suadetur, quia Deum ex cõplacencia in operatione honesta conferre auxilium (suptè natura inducens ad illam operationem, & negare auxilium prædeterminans, est Deum velle ut existat illa operatio liberè: ac operationem aliquam existere, idem realiter est ac Deum influere in illam; ergo Deum ex complacencia operationis honestæ conferre auxilium indifferentis, quod inducat ad illam, & negare auxilium prædeterminans, est, Deum velle quantum est ex se influere in illam operationem: ergo est Deum velle concurrere. At Deus præparat omnipotentiam ad concurrendum per decretum, quo vult concurrere: ergo Deus præparat omnipotentiam ad concurrendum per decretum, quo ex fine rectæ operationis confert auxilium indifferentis, & negat prædeterminans: ergo decretum exequens auxilium indifferentis ex cõplacencia in recta operatione, & negans auxilium prædeterminans, constituit actum primum. At nihil connexum essentialiter cum consensu constituit actum primum ad operandum liberè: ergo Deus nequit exequi auxilium indifferentis ex cõplacencia operationis honestæ per decretum connexum cum illa operatione: ergo solum potest exequi per decretum non connexum, seu indifferentis.

34 Deinde quamvis decretum applicans omnipotentiam ad concurrendum cum arbitrio in consensum liberum, foret distinctum à decreto exequente hic & nunc principia proxima indifferentia, & negante prædeterminantia: nihilominus decretum offerens concursum ad utrumque essentialiter supponit auxilium collatum vi decreti indifferentis: quia non stat Deum offerre concursum ad dissensum, & exequi auxilium vnicè per decretum connexum cum consensu: quia eiusmodi decretum foret impedimentum dissensus inaufertibile per ipsum dissensum, ut patet ex probatione nostræ sen-

tentia. Itaque concedimus, voluntatem manere liberam, dum omnia conprincipia proxima ad consensum sunt cõiungibilia cum dissensu; negamus tamè posse hoc contingere, dum voluntas habet auxilium vnicè per præfinitionem; quia tunc non habet proximam potentiam ad dissensum; quia hæc proxima potentia involvit decretum indifferentis executivum auxilij, per quod decretum parat Deus concursum ad dissensum: vel quod essentialiter supponitur ante decretum præparativum omnipotentia.

SECTIO SEXTA.

Solvitur fundamentum Patris Quiros.

35 PATER Quiros d. 8. de prædest. sec. 5. probat, coherere cum libertate, quod auxilium vnicè conferatur per præfinitionem consensus, seu per decretum essentialiter connexum cum consensu, quale est decretum conferens auxilium quia efficax, seu ex motivo intrinseco efficacitæ. Probat, inquam, hoc argumento: *Nam licet Deus nullam aliam posset habere voluntatem de auxilio, nisi quæ vellet ipsum quia efficax, eo scilicet quod Deus apud se statuisset: Nollo dare auxilium, nisi quia efficax sit. Vel ficta per impossibile in Deo impotentia ad ullam habendam aliam voluntatem, nisi quæ diceret: Volo auxilium quia prævideo efficax, adhuc maneret libertas.* Resp. volitionem, qua Deus amaret auxilium quia congruum, seu quia per scientiam mediam apparet efficax ad exprimendum consensum liberum, ex modo suo tendendi supponere, quod auxilium conferendum est per decretum indifferentis; quia scientia media non repræsentat voluntatem operaturam liberè sub auxilio A, nisi sub conditione quod conferatur per decretum indifferentis, ut evincunt nostra argumenta. Unde velle conferre auxilium, quia per scientiam mediam apparuit efficax ad exprimendum consensum liberum; est velle conferre auxilium per decretum indifferentis, quia Deus prævidit auxilium sic collatum coniungendum cum operatione libera. Quod si repugnaret Deo decretum indifferentis collativum auxilij, repugnaret scientia media: ac proinde repugnaret omni præfinitio essentialiter supponens scientiam mediam: unde tunc volitio amans auxilium quia efficax, amaret illud quia intrinsece efficax, vel quia efficax ratione decreti determinantis natura sua arbitrium, & non relinquens determinationem arbitrio.

36 At instat P. Quiros ea disp. 8. num. 34. quia si mihi reveletur, quod si petam librum à Petro, dabit, potero velle petitionem præcisè & vnicè per voluntatem efficaciter intendentem librum: ergo pariter quan-

quando Deus scit Petri convertendum, si pulsetur auxilio *A*. poterit conferre auxilium vnicè ob motivum efficacitæ, seu vnicè per voluntatem intendentem efficaciter operationem liberam. Concesso anteced. nego conseq. quia Deus per scientiam mediam nõ videt Petrum convertendum liberè sub auxilio *A*, nisi sub conditione quod illud accipiat per decretum indifferens. At ego possum scire Petrum mihi concessurum librum, si illum petam, quamvis illa petitio vnicè pendeat hic & nunc ab illa scientia mea. Quamvis enim ad libertatè operationis proveniente ab auxilio, requiratur, quod decretum executivum illius auxiliij, sit indifferens sicut ipsum auxilium: tamen ad libertatè Petri dandi, vel negandi mihi librum, nõ requiritur, quod ego petam librum per petitionem, quæ ex se nõ supponat scientiam futuræ donationis libri sub conditione quod petatur. Libertas enim Petri dandi vel negandi librum mihi petenti, non constituitur per meâ petitionem, & multo minus per voluntatè petendi regulatâ per scientiâ futuræ donationis; sed constituitur per notitiâ meâ petitionis, quæ notitia eodè modo existeret quavis mea petitio non supponeret scientiâ conditionatâ futuræ donationis libri; & insuper quod meâ petitio supponat illam scientiâ, non impedit libertatè Petri dandi vel negandi librum à me petenti: quia quamvis daremus meâ petitionem supponere essentialiter revelationem futuræ donationis libri sub conditione meâ petitionis; tamen Petrus liberè donaret librum, quia licet posset negando librum, impedire revelationem futuræ donationis libri, & voluntatè internam petendi regulatam per eam scientiâ; nihilominus non posset impedire notitiâ petitionis. externæ libri; quia hæc notitia constituit actum primû dandi vel negandi librum. Vnde tunc posset facere, vt hæc notitia maneret; deficiente revelatione, & deficiente voluntate petendi librum regulata per illâ; imò deficiente petitione externâ: ac proinde posset facere vt illa notitiâ esset falsa.

37. Sed pone casum, quod petitio ipsa externa essentialiter supponat revelationem futuræ donationis libri sub conditione quod petam à Petro, manebit. nõ tunc Petrus liber ad donandum vel negandum supposita notitiâ petitionis, si talis notitiâ supponat essentialiter ipsam petitionem? Respondeo, si notitiâ petitionis constituat actum primû ad dandû vel negandû librum, & sit essentialiter vera; tunc non liberè donaturum; quia actus primus essentialiter cum actû secundo cõnexus nõ est actus primus liber: tunc autè actus primus cõnecteretur essentialiter cû actû secundo, siquidem notitiâ illa supponeret essentialiter petitionem, & hæc supponeret revelationem affir-

mantem donationem sub conditione petitionis cognitæ à Petro. Casus tamen est implicatorius, quia scientiâ contingens conditionatâ affirmans aliquid sub conditione, nunquam assumere potest pro conditione aliquid essentialiter supponens talem scientiâ. Sic hoc ipso quod per scientiâ mediâ Deus cognoscat, Petrum convertendum sub auxilio *A*, si ipsi donetur, entitas illius auxiliij nequit supponere eiusmodi scientiâ. Quare Petrus negans librum petiti; & impediens revelationem, faceret vt petitio libri maneret separata à revelatione; in quo nulla est contradiçtio; quia petitio externa libri nõ supponit per se revelationem futuræ donationis, sed solum per accidens, sufficienterque regulatur per cognitionem probabilem, quod forsam Petrus dabit, si petam; potestque illa exterior petitio subsistere, nulla precedente revelatione.

38. Præterea, quavis ego sciens, mihi donandum esse librum à Petro, si illum petâ, possum illum petere per voluntatè efficaciter intendentè librum: inde non sequitur, quod Deus sciens Petrum convertendum, si pulsetur auxilio *A*; possit conferre auxilium *A* per voluntatè efficaciter intendentem conversionem Petri. Ratio disparitatis est evidens, quia voluntas mea efficaciter intendens, vt Petrus donet mihi librum, non influit immediatè in illâ donatione, neque determinat potentiam executivâ Petri; neque est principium talis donationis. At voluntas divina efficaciter amans conversionem Petri est principium immediatè conversionis Petri; & cû amet efficaciter cõstitutum externum Dei in illâ conversione, applicat immediatè omnipotentiam ad illum cõcursum exhibendum, cum enim velle Dei sit efficere, omnis voluntas efficax Dei immediatè amans aliquem terminum, in illum immediatè influit, quatenus applicat immediatè omnipotentiam ad efficiendum. Implicat enim decretum divinum, quod non sit executivum, & immediatè causativum effectus, cuius fuerit efficaciter intentivum formaliter; vt late probavi tr. de Præd. an. 1656. & nunc video nervosè probatum à P. Andrea Junio r. de Præd. scilicet 6. c. 11. & vt probavi to. 1. d. 31. & in hoc opere d. 7. scilicet 2. & sequentibus, ordo intentivus efficax non distinguitur ab executivo. Ergo non bene arguitur ab vno ad aliud.

39. Quare P. Arrubal d. 67. c. 7. n. 3. merito dixit de humana voluntate dubiû nõ esse, quin possit esse intentio efficax circa bonas aliorum voluntates, quia nõ est principium immediatum illarum: de voluntate autem divina esse maximâ difficultatem, quod possit habere intentione efficacem circa operationes liberas creature; nimirum quia intentio & voluntas efficax Dei influit immediatè in suum ob-

icquod respicitur proinde illud etiam ut effectus.
 40 Arguit ulterius P. Quiros. Fingamus cum Durando, Deum non concurrere cum causis secundis, sed in ipsis esse adequatam sufficientiam immediatam independentem à Deo. In hoc casu auxilium, sive detur ex hac intentione Dei, sive ex illa, eodem modo operabitur; ut ignis eadem ratione calefaceret, si appropinquaretur in hac hypothese; quidquid esset de voluntate Dei. Tum sic. In tali casu posset Deus dare auxilium ex sola intentione efficaci operis, si videret auxilium fore efficacem, non enim petit efficaciam intentionis, quod ipse intendens immediate influat in finem, ut patet, quando nos intendimus finem consequendum independentem à nobis, ut salutem producendam à medicamento. Tum ultra: sed talis intentio efficax Dei non tolleretur libertatem voluntatis creatæ: ergo quantumvis auxilium unice dependeat à præfinitione efficaci non tollet libertatem.

41 Respondeo, ab illo casu chymærico non rectè argui ad statum præsentem, in quo Deus concurrit immediatè cum voluntate creatæ, nam hoc ipso quod intendat efficaciter operationem nostram, applicat per hanc intentionem omnipotentiam ad concurrendum in illa: unde eiusmodi intentio non relinquit locum, ut concurrat omnipotentia ex determinatione voluntatis creatæ, prout requiritur ad libertatem; ut dicemus d. 1 §. 1. 5. 7. & 1. 3. 5. 3. Admissio illo casu chymærico, quod Deus non concurreret immediatè cum voluntate creatæ ad actum liberum, dico, quod non posset conferre auxilium unice per præfinitionem operis, quin illa intentio foret frustrabilis; quia ut nostræ rationes evincunt, voluntas creatæ nequit impedire existentiam volitionis divinæ, à qua unice pendet auxilium: unde si dum habet auxilium unice per præfinitionem, manet expedita ad omittendum actum præfinitum, manet cum potentia ad componendam omissionem illam cum præfinitione, & consequenter ad illam frustrandam. Nec scientia media deservire potest, ut Deus conferat auxilium unice per præfinitionem, quia non repræsentat hominem operaturum liberè sub auxilio, nisi sub conditione, quod ipsi donetur tale auxilium per voluntatem indifferentem, seu non connexam cum consensu: nam scientia media ex parte hypothesis non præscindit à decreto conferente auxilium, quandoquidem nequit ex parte hypothesis attingere decretum præfinitivum consensus, seu decretum connexam essentialiter cum consensu cum scientia conditionalis attingens eiusmodi decretum ex parte hypothesis non sit scientia contingens, sed necessaria.

42 Denique arguit P. Quiros. Possibilis est præfinitio sine læsione libertatis, ut supponimus ad præsentem quæst. licet dicamus, non

esse requisitam, neque unicam causam auxilij indifferentis, sed hoc procedere posse à volitione collativa etià indifferentis, & insuper posse superabundanter à voluntate hac præfinitive procedere. Hinc sic arguit: collatio auxilij pendet in hoc casu à duplici causa adequata, scilicet à duplici volitione Dei: ergo quantumvis una deficeret, v. g. volitio collativa indifferens, conservari adhuc posset tale auxilium ex vi alterius, scilicet volitionis præfinitivæ (aliæ non foret adequata): quæ volitio præfinitiva tunc esset causa unica & per se requisita ad auxilium, hoc enim per se pendet ab aliqua volitione Dei. Tum sic: sed præfinitio, adhuc in hoc casu non læderet libertatem; nam, ut supponitur, non immutat potentiam proximam adequatam; sed vi auxilij immediati: ita manet voluntas nostra omnino cõpleta proximè, ac si non penderet à Deo; præfinitioque purè mediata & affectivè esset efficax, non autem effectivè, quibus stantibus implicat lædi libertatem creaturæ: ergo sine læsione libertatis potest collatio auxilij unice pendere à præfinitione, esseque ista necessariò requisita ad talem collationem.

Respondeo arguentem falso supponere præfinitionem esse causam adequatam auxilij pro casu quem admittimus, quod scilicet possit Deus præfinitive efficaciter nostrum consensum liberum, si cõferat auxilium per decretum indifferentens: nam licet decretum indifferens sit causa adequata & sufficiens auxilij, siquidè quantumvis Deus non præfinitive cõsensum, per hoc præcisè quod per decretum indifferens daret auxilium præfinitivum congruum per scientiam mediā, voluntas operaretur, & Deus faceret ut faciat consensum salutarem. Tamen contra, præfinitio non foret causa adequata: nam hoc ipso, quod velit ut consensus fiat liberè, vult ut auxilium mandetur executioni per decretum indifferentens; quia nequit efficaciter velle, ut consensus fiat liberè, quin ipsa præfinitio sit impedibilis; & nequit esse ipsa impedibilis, quin auxilium indifferens in signo differentie intelligatur dependens à volitione divina coniungibili cum omni eo, cum quo coniungibile est auxilium. Quare præfinitio tunc essentialiter afferret secum decretum indifferens: unde vel non exequeretur immediatè auxilium, sed imperaret voluntatè indifferentem executivam; vel si exequeretur, id præstaret tanquam causa essentialiter postulas aliam; at per consequens non tanquam causa adequata: sic intentio efficax gloriæ ut coronæ, quavis exequatur immediatè gloriā, quia illam amat efficaciter, non tamen exequitur se sola, sed necessariò postulat aliā voluntatem supponentem merita: siquidem amat gloriā ut coronam, & gloria nequit dari ut corona, nisi interveniat decretum ipsam exequens intuitu meritòrum; ut explicui d. 9. n. 3 §. & d. 7. sect. 8.

DISPUTATIO XIII

AN DEVS CONFERAT PRAEDESTINATIS AVXILIA CONGRVA EX PRAEFINITIONE EFFICACI OPERUM.

IDEST, an auxilium congruum ortum ducat ex voluntate, qua Deus absolute & efficaciter velit, ut Praedestinati eligant actus meritorios: quae voluntas ratione sui sit essentialiter conexa cum opere; ac proinde omnino infrustrabilis.

SECTIO PRIMA

Referuntur Authorum placita, & refertuntur aliquae sententiae minus probabiles.

PRIMA sententia est Praedeterminatorum cum Magistro Alvarez lib. 2. Respons. cap. 1. afferentium ad singulas actiones causarum secundarum necessariam esse efficacem Dei praefinitionem, qua Deus ab aeterno statuat causas secundas in tempore physice praemovere. Quae sententia satis impugnata manet disp. 3. sectione 1. & latius rot. 1. disputatione 11.

2. Secunda sententia est Scoticarum afferentium, necessarias esse praefinitiones efficaces; non quidem antecedentes ordine naturae aut inducentes physicam praemotionem, sed concomitanter se habentes cum determinatione causae secundae; omnino tamen independentes a scientia media; ita Smising. t. 3. de Deo, disp. 2. q. 2. Montepilosus to. 2. disp. 47. art. 4. Pontius in cursu Phylosoph. d. 6. q. 8. n. 600. & alij plures. Quae sententia impugnatur eisdem argumentis; ac Thomistica: nam si illa praefinitio a solius Dei nutu dependens, necessaria est ad singulos actus, voluntas dum pravè operatur; non habet potentiam antecedentem ad rectè operandum, quia non habet, nec potest habere pro libito suo illam praefinitionem, sine qua impossibile est, ut rectè operetur. Rursus voluntas rectè operans non habet potentiam antecedentem ad omitendam rectam operationem, quia non habet, nec potest habere pro libito suo carentiam illius praefinitionis, cum qua operatur; quae tamen carentia est necessaria ad ommittendam illam operationem. Contra has praefinitiones plura dixi tom. 1. disput. 11. sect. 11. & 13.

3. Huiusmodi praefinitiones independen-

tes a scientia media ut contrarias libertati rejiciunt omnes Societatis Doctores, si Ruizium, & Granadum excipias, quorum ille dicit de Provid. sect. 4. iste vero in p. tom. 1. controvers. 2. rr. 4. disp. 4. sect. 4. & tr. 5. disp. 2. afferunt Deum independentè a scientia media posse efficaciter praefinire actum liberum, nimirum in vi auxiliorum necessitantiarum moraliter voluntatem & inferentium infallibilitate morali consensum: Sed contra, quia auxilia solum moraliter necessitanti ad consensum possunt absolute componi cum dissensu: ergo ex vi illorum praecise nequit Deus concipere praefinitionem metaphysicè infallibilem: haec enim praefinitio habita in vi alicuius medij potest habere maiorem incompatibilitatem cum carentia actus praefinitij, quam ipsum medium.

4. Dices ex P. Ruiz ibi sect. 3. n. 9. de ratione auxilij necessitantis moraliter esse, ut nunquam frustreretur, licet sit absolute frustrabile: Hoc autem sufficere ad infallibilitatem metaphysicam praefinitionis nitentis illi merito. Respondeo, ideo hoc ita esse, quia necessitas moralis simpliciter dicta non est suppositio omnino antecedens, sed partim consequens: quia dicit difficultatem magnam superabilem quidem viribus voluntatis; nunquam tamen superandam: hoc autem ultimum non cognoscitur ex vi actus primi per scientiam simplicis intelligentiae, sed in ipsa determinatione in actu secundo per scientiam intermediam vnde independenter ab ista nequit dari huiusmodi infallibilitas: ergo nec praefinitio.

Tertia sententia affirmat, possibiles esse praefinitiones efficaces nostrorum actuum antecedentes consensum in statu absoluto, essentialiter tamen supponentes scientiam mediantem & inferentes auxilia congrua. Ita Eximius Doctor lib. 1. de concursu Dei, cap. 16. & lib. 2. cap. 7. lib. 3. de auxil. cap. 17. & lib. 5. de grat. capitè ultimo & alibi passim. Hanc sententiam sequuntur frequentius nostri Doctores, Fasol, Ruiz, Bellarminus, Toletus, Argubal, Amicus, Coninch. & alij, quos refert, & sequitur Ribadeneira disp. 12. de Praedest. numero tertio. Circa factum 5 alij censent, Deum de facto praefinisse omnes actus honestos, tam naturales, quam supernaturales;

vt Ruiz disp. 9. de Provid. sect. 10. alij solum circa supernaturales, vt P. Passol. quest. 23. art. 4. num. 75. P. Suar. cap. 17. valde probabiliter censet, præfinitisse omnes actus supernaturales, quibus Prædestinati promerentur gloriam; præsertim illos, qui ordinantur ad commune bonum Ecclesiæ.

5 Hi ferè omnes asserunt eas præfinitiones non esse necessarias ad perfectam Dei providentiam cum P. Suar. lib. 2. de concut. Dei cap. 7. & lib. 5. de grat. cap. ult. n. 12. ubi ait, eas pertinere ad quamdam supererogationem divinæ providentiæ, additque, fote minimam limitationem divinæ libertatis si cogere tur singulas actiones etiam bonas determinate præfinire. P. tamen Passol. q. 14. art. 13. num. 542. & q. 23. art. 1. num. 60. & art. 2. num. 2. sentit illas præfinitiones quoad actus supernaturales esse necessarias, non ex exigentia effectus, sed ex perfectione Dei. Eadem sententiam tuentur aliqui RR. apud Ribadeneir. disp. 4. de Prædest. eamque novissimè omnium optimè illustrat P. Ant. de Quiros roiz. in 1. p. tit. de prædest. item P. Españza, P. Carleton, & P. Michaël de Avendano infra citandi. Hæc sententia late impugnabitur sect. 4. nunc illa distinctio adhibita à Passol. rejicitur, quia si semel præfinitio non est requisita ex parte effectus, nequit esse absolute requisita, quia consensus ad sui existentiam aliquam exigit volitionem collativam auxiliij: si ergo non exigit determinatè præfinitionem, volitio alia composibilis cum dissensu factis erit ad consensus existentiam, Deus verò vt producat effectum non tenetur adhibere, nisi illam volitionem, quæ huic muneri sufficiens sit: quia oppositum esset nimis coarctare divinam libertatem, vt aiebat Suar. & confirmatur, quia alioqui Deus prævidens hominem remissè operaturum cum auxilio movente ad operandum ferventer, necessitatus foret ad non conferendum illud auxilium, nisi præfinito actum illum moraliter imperfectum, quod est absurdum: imò absolute videtur impossibile, Deum posse præfinire imperfectionem moralem: quomodo enim hæc duo coherere valent, scilicet suadere homini, vt eliciat actum ferventem; & tamen efficaciter præfinit, vt eliciat actum remissum, qui ex conceptu suo essentialiter incompatibilis est eum illo, vt suppono ex lib. de Anima. Et dici debet ab omnibus negantibus puram omissionem: nam voluntatem potètem elicere actum ferventem, illum non elicere, est aliquod exercitium essentialiter incompatible cum tali elicientia: sed non est exercitium consistens in pura omissione: ergo consistens in aliquo positivo.

6 Quarta sententia negat illas præfinitiones, vt contrarias libertati: Ita P. Vazq. 1. p. disp. 89. cap. 10. & disp. 99. cap. 3. & 3. p. d. 23. cap. 10. quem sequuntur Pares Lestus, Hefize, Alarcon, Becanus, Gaspar Hure, Martinon. Item Puente Hurtado disp. 13. de Incarn. §. 192. Monteus disp. 4. cap. 6. Valent. ro. 1. disp. 1. q. 23. punct. 4. §. 6. Antonius Perez, P. Vvadingus, P. Suarez Lusitanus, P. Moeratus, P. Christophorus de Ortega, & P. Ioannes Antonius Vson apud P. Andream Iunium de Prædest. sect. 6. cap. 1. num. 7. apud quem ibi num. 1. P. Vson disp. 2. de prædestinat. memb. 2. opinatur, præfinitionem si per se conduceretur cum consensu, everfuram eius libertatem, licet supponeret scientiam mediam: præterea tamen absolute non sit connecti intrinsicè, ideoque non officere libertati. Ipseque P. Innus ibidem cap. 11. late rejicit præfinitiones formales intrinsicè efficaces, & pure intentivas, quales ponuntur à P. Suarez, & hanc statuit conclusionem: *Implicat decretum divinum, quod non sit executivum, & immediatè causativum effectus, cuius fuerit efficaciter intentivum formaliter.* Vnde tales præfinitiones vt repugnantes late rejicit, & eò cap. 1. n. 7. plures alios adducit affirmantes illas præfinitiones contrarias esse libertati. Huiusque sententiæ mihi videtur esse P. Molina, qui non aliam concedit nostrorum actuum præfinitionem, quam decretum purificandi hypotesim, sub qua per scientiam mediam noverat eventum futurum, vt constat ex concordia d. 52. §. Deinde dicimus, & disp. 53. §. Ad hoc argumentum, & 1. p. q. 23. art. 13. disp. 18. memb. 3. §. Hoc ita constituto.

SECTIO SECUNDA.

Patris Vazquez sententia de præfinitione concomitanti proponitur, & impugnatur.

7 **Q**VAMVIS hic Author totis viribus neget præfinitiones illas à Patre Suar. adstructas: nihilominus admittit alias comitantes consensus: nam illa disp. 99. num. 34. ait, Deum singula opera, quæ facit nobiscum in tempore, ab æterno distinctè, & sigillatim præfinitisse. Propterea autem vult, præfinitionem esse comitantem consensus, quia vt ipse inquit n. 40. idem ordo assignandus est inter determinationem nostram existentem in præsentia, & præfinitionem Dei, qui assignatur inter determinationem nostram in se existentem, & concursum simultaneum Dei. Vnde sicut se habent concomitanter

ter, idemque est supponi existentem nostram determinationem, & supponi existentem concursum Dei: ita se habent concomitantè æternum decretum eocurrendi nobiscum & præfinitia absoluta, quæ Deus videt nostram determinationem ut futuram: idemque est istam supponi absolute futuram, ac illud supponi existens; Hinc ea disput. 99. cap. 6. explicat, quo pacto illa præfinitio non lædat libertatē, quia cum non antecedit ordine causalitatis nostram determinationem, sed illam comitatur, necessitas, quæ sequitur positionem illius præfinitionis, est necessitas consequens nostram libertatem.

8. Hanc sententiā rectè impugnat P. Suárez prolog. 2. de grat. cap. 8. à n. 6. Eam sic rejicit: vel illud decretum est in potestate nostra, vel non: si secundum, ergo is, qui dissentit, non habet in sua libera potestate consensum; siquidem non habet, nec pro libito suo potest habere decretū essentialiter requisitum ad ipsum: si primum (quod satis perspicue docet hic author eā disput. 99. n. 14. & 34.) ergo illud decretum non est liberum ipsi Deo immediate: quia nequit esse mihi immediate liberum exercitium illud, quod alius pro libito suo potest mihi imprimere. Quare licet vera sit sententia huius Authoris constituens actum liberum inadæquate per obiectum; nihilominus per existentiam concursus simultaneous nequit constitui decretum, per quod supposito actu primo proximo Deus velit concurrere ad consensum: nam eo supposito, quod existat potius cooperatio Dei ad consensum, quam ad dissentum, soli voluntati creatæ liberum est, quia ad libertatem requiritur, ut sola voluntas determinet ad exercitium actus, ut vidimus tom. 1. disp. 36. sect. 8. & ibidem sect. 5. n. 14. & in eodem tom. disp. 11. & in hoc tomo disp. 3. tota sect. 9. latissime ex comituni Doctorum cum S. Thomæ: ergo supposito actu primo non advenit novum Dei decretum decernens existentiam consensu, potiusquam dissentus.

9. Secundo impugnat: quia in sententia huius Authoris ibi n. 49. Deus etiam præfinit actum peccati decreto comitanti: repugnat autem Deo libere determinare ad existentiam actus peccaminosi: ergo decretum comitans hunc actum non est liberum Deo; ac proinde prædicata contradictoria involuit, nempe esse liberum, & non esse liberum.

10. Tertio, quia ille n. 46. asserit, suam sententiā veram fore, etiam si daremus decreta libera esse adæquate Deo intrinseca. In hac autem sententia imperceptibile est illud decretum; esset enim, & non esset immediate liberum; esset quidem, quia Deus per

decretum, quo concessit voluntati proximam potentiam ad consensum, & dissentum, non imposuit sibi necessitatem eliciendi decretum comitans consensum; ergo ita illud eliceret, ut priori non præcederet aliquid determinans ad eliciendum, ac proinde immediate libere. Non esset vero; quia hoc ipso quod voluntas supposito actu primo determinet libere ad existentiam consensu, determinare debet existentiam decreti ipsam necessario comitantis: non est autem immediate liber: alicui agenti actus ille, ad cuius existentiam determinat aliud agens.

Omitto brevitate causa alias

impugnationes fieri solitas contra doctrinam, quam ibi habet n. 43. circa conditionem sub

qua tendit scientia media, quæ sane est valde

difficilis & rectè impugnat a P. Alarcón disp. 5. de scientia cap. 8. n. 4.

SECTIO TERTIA.

Proponitur, & impugnat sententia P.

Ribadenejra de decreto con-

comitanti.

11. EX dictis refellenda est sententia, quæ

P. Ribad. disp. 10. de præd. late sua-

dere conatur; asserit enim præter

decretum indifferens, quo offertur concursus

ad utrumque extremum, & per quod constitui-

tur voluntas in actu primo proximo, requiri

aliud concomitans pro exercitio actus boni,

quod sit immediate liberum Deo; & tamen

constitutum in nostra potestate, ita ut volun-

tas pro libito suo possit facere, ut existat, vel

non existat, quatenus potest ponere suam de-

terminationem afferentem secum illud decre-

tum. Itaque asserit dari essentialem connexio-

tionem inter decretum Dei & nostram determina-

tionem sine aliquo ordine causalitatis inter

utrumque: & supposito actu primo proximo

voluntatis, Deum esse proxime expeditum ad

determinandam existentiam nostri consensu,

quatenus est proximè expeditus ad habendum

decretum afferens secum concomitantèr ad-

iunctam determinationem nostram voluntatis,

& hanc esse proximè expeditam ad determi-

nandam existentiam illius decreti; quatenus

est proximè expedita ad ponendam determi-

nationem habentem secum annexam existen-

tiam illius.

13. Fundamentum à priori pro hac

sententia est, quia omne bonum creatum exi-

stens debet existere propriissime pro libertate

Dei: at conversionem Petri existere per au-

xilium A, est bonum creatum: ergo debet exi-

stere propriissime pro libertate Dei: ergo per

exerc-

exercitium diviſive volūntatis infallibiliter inferens illam conversionem; ſiquidem poſſe exiſtere aliquod extremum pro alicuius agentis libertate, nihil aliud eſt, quam hoc agens poſſe prohibito ſuo ſe exercere per exercitium infallibile inferens illud extremum.

14. Hęc ſententia nimis falſa mihi videtur, & parum conſona principiis Societatis: falſam eſſe oſtendo primo, quia impetepabile eſt: Deum ſuppoſita proxima indifferentia volūntatis habere adhuc perfectiſſimam libertatem, ut inducat, vel non inducat conſenſum; & tamen eſſe eſſentialiter determinatum ut ſequatur nutum volūntatis: quo modo enim perfecte liberum dicitur illud agens, quod determinatum eſt, ut pro libito alterius agat, vel deſinat agere? Certe hęc ſervitus potius, quam libertas dicēda eſt. Quare dum adverſarius extollere vult dominium Dei, eius deprimit libertatem. Atque ex terminis ipſis libertatis ad volendum, & nolendum, videtur conſtare, nō poſſe dari duo agentia, quorum quodlibet ſit liberum ad amandum, & non amandum, & tamen ſit eſſentialiter determinatum ad unīformitatem operandi cum altero, ita ut nequeat omittere amorem, quādo alius amat, nec amare quādo alius omittit. Hinc Theologi omnes probant unitatem Dei ex eo, quod ſi eſſent plures Diſ, diſtinctam haberent libertatem, ac proinde poſſet alter efficaciter velle producere mundum, altero nolente. Vnde vel utriuſque, vel alterius volūtas fruſtraretur: ac proinde alter ſaltem non foret Deus, cum poſſet impediri ab exequendo id, quod efficaciter decrevit. Quę ratio infringeret, ſi vera foret ſententia, quā impugnamus: ſi enim ſtat, Deū habere perfectiſſimam libertatem ad inducendam, vel non inducendam immediate eſſentiam noſtri conſenſus, quāvis ſit eſſentialiter determinatus ad ſequendum nutum volūntatis noſtrę: etiam poſſet ſtare, quemlibet ex illis Diſis habere perfectiſſimam libertatem ad volendum, vel nolendum producere mundum, etiam ſi eſſet eſſentialiter determinatus, ut altero volente vellet, & altero nolente nolet.

15. Oſtenditur ſecundo: quia concurſus ſimultaneus ſupponit ordine cauſalitatſ omnipotentiam, ut proxime potentem illum ponere, & ultimo applicatam ad agendū: at in hęc ſententia non intelligitur omnipotentia ultimo applicata ad agendum, donec intelligatur illud decretum efficacax, alioqui hoc non foret neceſſarium, ut Deus concurreret ad conſenſum: ergo concurſus ſimultaneus ſupponit ordine cauſalitatſ illud decretum: ergo iſtud non eſt concomitans, ſed antecedens.

16. Deinde hanc ſententiam contra:

riam eſſe Societatis principiis, probatur: quia noſtri Doctores non ſolum dicunt, ſcientiam mediam eſſe neceſſariam, ne Deum lateant veritates contingentes conditionate, ſed ut infallibilitas prædeſtinationis, & efficaciam gratiæ cohercat cum noſtra libertate, ut habes apud Faſolum q. 14. art. 13. num. 324. Quod adeo certum putat Peſ Suarez lib. 1. de prædeſt. cap. 7. num. 4. ut dicat, nullum aſſertorem ſcientiæ medię poſſe hoc negare. Hęc autem poſterior neceſſitas nulla foret in hac ſententia: ſi enim Deus careret ſcientia medię, adhuc per ſimplicem intelligentiam cognoſceret, implicatorium eſſe volūntatem noſtram, elictæ conſenſum, niſi ipſe determinet per decretum concomitans eſſentiam illius. Rurſus per eandem cognoſceret volūntatem infallibilitet conſenſuram, ſi ipſe habeat illud decretum: ergo ſcluſa ſcientia medię haberet proximā poteſtatem convertendi infallibilitet volūntatem. Et confirmatur: quia omnes Doctores Societatis impugnant decreta Scotiſtarum, quia vel poſſunt fruſtrari, vel tollunt libertatem. At in hac ſententia ſtabit, illa eſſe infruſtrabilia, & tamen coherere cum libertate.

17. Ad fundamentum contrarietatis reſpondeo, ut converſio per auxilium A. exiſtat pro libertate Dei, non requirit, quod ſuppoſito auxilio, & proximā indifferentia, Deus determinet ad eſſentiam conſenſus; ſed ſatis eſſe, ut medio illo auxilio infallibilitet faciāt volūntatem converti: ut enim inquit Auguſt. q. 2. ad Simplician. *ut velimus, & ſuū eſſe voluit, & noſtrum, ſuū vocando, & noſtrum ſequendo.* Itaque non facit, ut volūntas convertatur mediante decreto efficaci ſupponente actum primum proximum, ſed mediante vocatione congrua, ut enim inquit Idem Auguſt. cap. 16. de Grat. & liber. arbitri. *Ille facit ut velimus bonum, & de quo dictum eſt, preparatur volūntas à Domino.* Certū eſt autem, volūntatem non preparari decreto comitanti, ſed vocatione congrua. Quę doctrina firmatur egregio eiſdem teſtimonio cap. 18. de natur. & grat. vbi ait: *Quid ſtultius, quam orare, ut facias quod in poteſtate habes?* Ergo poſtquam volūntas habet auxilium A, & eſt proxime indifferentis, ut cum illo convertatur, non poteſt prudenter à Deo poſtulare, ut ipſam cum eo convertat, poſſet autem, ſi ad conversionem ulterius requireretur, Deum exercere liberaliter ſuam libertatem deternendo conversionem decreto comitanti: ergo id non requiritur: vide

alia contra hanc ſententiam t. 1.

diſp. 11. ſect. 12.

SECTIO. QUARTA.

Præfinitio efficax nequit esse essentialiter prærequisita ad agendum.

18 **H**ÆC conclusio est contra P. Esparça 1. p. lib. 1. q. 27. contra P. Quiros disp. 8. de prædest. contra P. Carletonem dis. 37. de providentia sect. 5. & contra P. Michaellem de Avendaño disput. 11. de prædest. cap. 2. cum alijs paucis. Est autem communis nostrorum cum Eximio Doctore opusc. 1. lib. 2. cap. 7. n. 4. ubi ponit hunc titulum: *Quavis præfinitioe seclusa, divina providentia perfecta, omnibusque numeris absoluta manet.* Et lib. 5. de grat. cap. vltimo; ut dixi sup. num. 3. pro qua videndi sunt Pat. Aldrete disp. 4. de Prædest. P. Arriaga dis. 32. sect. 4. Ruiz dis. 9. de provident. sect. 11. & dis. 13. de scientia.

19 Probatur conclusio primo, ut homo recte operetur, satis est, ut Deus ei conferat auxilium, cum quo prævidit recte operaturum: at hoc potest præstare sine præfinitioe simplici, ex se connexa cum consensu, nimirum per decretum potens coexistere cum scientia in congruitatis: sicut enim dum decernit creare Angelum, quem prævidit recte operaturum, id præstat per decretum de se in differens, ut coniungatur cum omni exercitio, cum quo potest ipse Angelus coniungi; ita dum decernit conferre auxilium, quod prævidet fore efficax, id præstare valet per decretum coniungibile cum omni exercitio, cum quo potest coniungi auxilium.

20 Probatur secundo: quia si præfinitio esset essentialiter requisita ad agendum, destrueretur scientia media, nam Deus affirmans hominem operaturum, si ei conferatur auxilium, ex parte hypothesis attingeret præfinitioem; quia implicat ut cognoscat hominem operaturum sub conditione, quod illi conferat auxilium, quin ex parte conditionis attingat voluntatem collativam: Unde perinde foret dicere: *Petrus operabitur: si ei conferam auxilium A*, ac dicere: *Petrus operabitur, si ei conferam auxilium A, per voluntatem efficaciter præfinitivam operis.* Hæc autem non est scientia media, sed mere naturalis.

21 Dices: ex parte hypothesis solum debere intelligi ea, quæ sunt principium immediatum operis, & quæ sunt simpliciter necessaria, ut ea principia immediata existant. Iam vero præfinitio efficax licet sit essentialiter prærequisita, ut opus existat, non tamen ut existant illa principia immediata, quæ coniungi possunt cum carentia operis. Sed contra;

quia licet præfinitio operis boni non sit necessaria simpliciter, ut existant principia immediata; est tamen necessaria, ut existant, quando re ipsa coniungenda sunt cum bono opere; hoc autem sufficit, ut scientia media affirmans existentiam boni operis sub conditione illorum principiorum, non possit præcindere ex parte hypothesis à præfinitioe: Deus enim affirmans voluntatem operaturam sub conditione, quod illi conferat illa principia immediata; necessario id debet affirmare vno à duobus modis: nimirum vel isto: *Voluntas recte operabitur sub conditione, quod illi concedam auxilium* (nomine auxilij intelligo potentiam proximam) *per præfinitioem efficacem operis:* vel isto: *Voluntas operabitur sub conditione quod illi concedam auxilium siue per voluntatem præfinitivam operis, siue non præfinitivam.* Necessario, inquam, debet aliquo ex ijs modis affirmare: cum enim ad collationem auxilij sit essentialiter prærequisita aliqua volitio, non potest scientia attingens collationem auxilij præcindere ab omni volitione collativa. At si præfinitio sit prærequisita non potest affirmare posteriori modo, quia ille supponit posse existere operationem sine præfinitioe: ergo debet prioriter hoc autem non est proprium scientiæ mediæ, sed simplici intelligentiæ: ergo, &c.

22 Probatur tertio, quia si præfinitio esset essentialiter requisita ad operandum, tolleretur libertatem, siquidem ad hanc requiritur ut voluntas possit coniungere omissionem operis cum tali præfinitioe, vel cum carentia ipsius: neutrum autem potest, si præfinitio sit prærequisita. Non posse coniungere cum præfinitioe, est certum, quia non potest eam frustrare: non posse autem coniungere cum carentia illius, scilicet impediendo ipsam præfinitioem, suadetur: nam si præfinitio sit prærequisita ad consensum, hoc ipso quando voluntas consentit, auxilium vnice pendet à præfinitioe; nam si præter istam adesset alia volitio executiva auxilij ex se coniungibilis cum utroque contradictionis extremo, & per accidens coniuncta cum præfinitioe, illa sufficeret tunc, ut existeret auxilium; ac proinde præfinitio non foret prærequisita. At voluntas non habet potestatem antecedentem ad impediendam volitionem, à qua vnice pendet auxilium, cui consentit: ergo non habet potentiam antecedentem ad impediendam præfinitioem.

23 Probatur minor, quia si hanc potentiam haberet, haberet potentiam ad faciendum, ut auxilium existat in rerum natura sine omni volitione Dei, quod ex terminis repugnat. Probatur sequela. Voluntas non est potes facere, ut loco præfinitiois existat alia

volitio ei opposita à qua p̄deat auxiliū: ergo si aliunde potest impedire p̄s̄nitionem, aqua vnice pendet, potest facere, vt maneat sine omni volitione. Antecedēs suadetur, quia volitio collatiua auxiliij essentialiter incōpossibilis cum p̄s̄nitione est immediate libera Deo: implicat autem vt voluntas nostra possit p̄hibito suo facere, vt in Deo existat volitio aliqua ipsi immediate libera; tum quia ex terminis repugnat, nisi esse liberum immediate id, quod alius potest facere immediate, vt in me existat: tum quia implicat, eandem formalitatem esse immediate, & positivē liberam duplici agenti: voluntati autem nostra positivē libera est ea formalitas; ad cuius existentiam determinare valet: ergo ea formalitas nequit esse positivē libera Deo; hoc pacto scientiā mediā de nostra operatione, quia nobis libera est, Deo non liberē, sed necessario inest. Similiter quia nos possumus determinare ad scientiā visionis nostri peccati, hæc nobis vt determinantibus, non autem Deo libera est in se immediate.

24 Confirmatur, quia voluntas nostra ceterus potest impedire p̄s̄nitionem consensus, quatenus potest impedire scientiā mediā de efficacia auxiliij, aqua essentialiter pendet, inducendo scilicet scientiā oppositam de inefficacia auxiliij. At hoc non sufficit, vt possit inducere volitionem collatiuam auxiliij essentialiter in cōpossibilem cum p̄s̄nitione: siquidem talis scientiā de inefficacia auxiliij non infert eam volitionem, quandoquidem Deus postquam p̄vidit auxiliū fore inefficax, potest non habere illam volitionem collatiuam; sicut postquam p̄vidit fore efficax, potest non habere p̄s̄nitionem.

25 Dices: voluntatem nostram non posse antecedenter ad collationem auxiliij facere vt existat volitio illa collatiua incōpossibilis cum p̄s̄nitione. Ceterum facta suppositione auxiliij bene hoc posse p̄stare; sicut antecedenter ad existentiam auxiliij non potest impedire scientiā mediā; & tamen hoc potest facta suppositione auxiliij. Sed contra, quia licet voluntas antecedenter ad existentiam auxiliij non possit inducere existentiam scientiā mediā, quia tamen posito auxiliū id potest, scientiā mediā nobis dumtaxat libera est: ergo licet non posset inducere existentiam illius volitionis antecedenter ad p̄s̄nitionem auxiliij; si tamen eō posito, hoc posset, illa volitio illi dumtaxat foret libera vt determinanti ad eius existentiam, non autem Deo.

16 Contra secundo, quia vbi supponitur auxiliū existens & collatum à Deo,

supponitur existens aliqua determinata voluntas divina in illud influens; quamvis enim auxiliū non exigat determinatē hanc volitionem divinam, sed hanc vel illam vagā; tamen vbi supponitur existens auxiliū, & collatum à Deo, supponitur existens, & collatum per aliquā voluntatem determinatam Dei, et si non determinatē exactam ab effectu, quia nihil vagum existit in rerum natura; sed quid quid existit determinatum est: ergo in ipsa suppositione auxiliij collati involvitur aliqua voluntas executiva auxiliij determinata: hoc autem ipso quod supponatur voluntas determinata, arbitrium creatum per dissensum non potest determinare ad existentiam illius voluntatis, sicut neque ad existentiam auxiliij, à quo hic & nunc oritur; sicut talis dissensus eiusmodi auxiliū determinatē non postulat. Deinde si hic & nunc auxiliū vnice pendet à p̄s̄nitione, dum supponitur auxiliū collatum à Deo, per aliquā volitionem, & non supponitur collatum per volitionem incōpossibilem cum p̄s̄nitione: supponitur collatum per p̄s̄nitionem: ergo vi illius auxiliij non habet hic & nunc arbitrium creatum potestatem ad faciendum vt auxiliū fuerit collatum per volitionem incōpossibilem cū p̄s̄nitione: nam in vi p̄s̄nitionis impediendæ per existentiam dissensus, nequit arbitrium creatum habere potestatem ad faciendum vt existat volitio incōpossibilis cum p̄s̄nitione: Deus enim per p̄s̄nitionem nequit necessitare seipsum ad habendam volitionem incōpossibilem cum p̄s̄nitione: ac proinde neque arbitrium in vitalis p̄s̄nitionis potest necessitare Deum ad habendam eiusmodi volitionem. Quare nisi supponatur in Deo decretum vagum, quo velit vt casu quodandum sit auxiliū, detur vel per p̄s̄nitionem operationis nostræ, vel per volitionem incōpossibilem cum tali p̄s̄nitione; nequit voluntas creata ex suppositione auxiliij determinare, vt auxiliū fuerit collatum per volitionem incōpossibilem cum p̄s̄nitione. Posito autem illo decreto vago, optime poterit: quia illud decretum et si sit vagum obiective, est tamen subiective determinatum, & vi illius manet Deus determinatus ad dandum auxiliū per volitionem incōpossibilem cū p̄s̄nitione, sub conditione quod p̄videatur fore inefficax; vnde cum voluntas creata possit determinare ad existentiam scientiā de inefficacia auxiliij, potest determinare Deum ad volitionem collatiuam incōpossibilem cum p̄s̄nitione. Ceterum illud decretum vagum non potest poni ab adversarijs, qui dicunt p̄s̄nitionem esse immediate liberam Deo, & similiter volitionem incōpossibilem cum p̄s̄nitione.

Con-

27 **C**ontra tertio, quia Deus conferens auxilium per præfinitionem consensus non amat existentiam volitionis incompossibilis cum tali præfinitione: ergo existentia auxilij collati per præfinitionem consensus non potest mihi tribuere facultatem ad faciendum, ut existat in Deo volitio illa. Quid enim prodest ad salvandam libertatem divinam in habenda volitione aliqua; suppositio, quam dum Deus amat, nullo modo amat existentiam talis volitionis? Contra quarto, quia volitio auxilij collativa incompossibilis cum perfectione consensus præcepti est donum gratuitum ex conceptu suo: ergo voluntas nostra nequit inducere existentiam illius volitionis. Probatur consequentia: quia nec potest mediante consensu præcepto, & præfinito, ut patet, nec mediante dissensu, quia iste est peccaminosus; implicat autem, ut mediante actu peccaminoso inducatur necessario existentia alicuius doni gratuiti.

28 **E**x hac ratione deduco ad libertatem requiri ut auxilium executivum mandetur per decretum indifferens, seu coniungibile cum alterutro contradictionis extremo; ac proinde non posse Deum per scientiam mediam affirmare, Petrum libere convertendum cum auxilio A, nisi id affirmet sub conditione, quod ei conferatur illud auxilium cum volitione indifferenti, ut ostendit disp. 12. Quare licet præfinitio non ponatur ut determinare prærequisita ad opus; tamen ab illa sola pendet existentia auxilij; non manebit voluntas præventa eo auxilio cum proxima potentia ad dissentendum illi. Ratio est, quia libertas ad dissentendum auxilio essentialiter postulat, ut potestas ad dissentum sit soluta ab impedimentis ipsam prohibentibus, quorum existentiam ipsa evitare nequit per dissentum. At ubi auxilium vnicè pendet à præfinitione consensus, nequit voluntas per dissentum evitare existentiam illius præfinitionis, quæ est impedimentum dissensus, quia alioqui posset facere, ut auxilium maneret in rerum natura sine omni volitione divina: ergo voluntas præventa auxilio vnicè pendente à præfinitione consensus, non manet cum potentia proxima ad dissentendum auxilio. Quare in ratione proxime potentis dissentire debet constitui per carentiam præfinitionis vnicè influentis in existentiam auxilij.

29 **E**x quo patet irrita esse argumenta, quibus adversarij contendunt probare præfinitionem efficacem consensus, quantumvis prærequisitam, non tollere libertatem ad dissentum; quia non tollit potentiam proximam constat namque, illam præfinitionem tollere hanc potentiam proximam, quia tollit

carentiam sui, & per hanc constituitur voluntas proxime potens dissentum elicere: sicut constituitur proxime potens ad dissentum per carentiam physice prædeterminationis ad consensum nam præfinitio consensus non minus, quam prædeterminatio impedit dissentum, nec magis quam illa potest evitari per dissentum, si sit prærequisita ad consensum, & vnicè causans auxilium: ergo non minus determinat ad consensum.

30 **A**ccedit quarto ratio communis satis efficax desumpta ex eo, quod voluntas dissentiens auxilio non haberet libertatem ad consentiendum, quia non haberet præfinitionem essentialiter requisitam ad consensum, nec illam medio ipso consensu possit comparare: siquidem consensus nequit esse acquisitio illius formæ, quam ex conceptu suo supponit existentem proprii: qua ratione nullus potest per exercitium potentie eiusdem potentie existentiam comparare; nec media volitione acquirere existentiam cognitionis prærequisite ad illam. Qua ratione innixi Theologi negant principium meriti posse cadere sub meritum. Idemque argumentum formari potest ad probandum iuxta illam sententiam voluntatem consentientem auxilio non habere libertatem ad dissentum, quia non habet decretum essentialiter prærequisitum ad illum; nec medio dissensu potest comparare: hanc rationem late expendit P. Ribadeneyra disp. 2. de Prædest.

31 **D**enique probatur: quia si præfinitio esset prærequisita ad operandum, esset prærequisitum immediatum; nam illa præcise deficiente, & reliquis omnibus manentibus, deficeret aliquod prærequisitum. At salva libertate nequit esse prærequisitum medium ad agendum aliquid incompossibile cum omissione operis.

SECTIO QUINTA.

Soluntur obiectiones.

32 **S**ED obijciunt primo: scientiam mediam necessario antecedere voluntatem collativam auxilij: in qua antecedentia non minor reperitur difficultas, quàm in præfinitione prærequisita: ergo, &c. Respondeo admissio antecedenti, negando consequentiam: etsi enim scientia media necessario antecedit collationem auxilij congrui; quia implicat Deum conferre auxilium in circumstantijs, in quibus coniungendum est cum opere, quin antecederet prævidere, illud futurum esse efficax: hinc perperam inferitur, præfinitionem posse esse prærequisitam, nam optime potest

Voluntas nostra impedire scientiam mediam, quamvis hæc necessario antecedit collationem auxilij congrui, quia illa præcedentia consistit in ipsamet scientia, quæ per se ipsam habet præcedere: nostra autem voluntas potest impedire illam scientiam inducendo scientiam oppositam. Non posset autem impedire præfinitionem prærequisitam ad operandum: quia non posset inducere in Deum aliud decretum oppositum præfinitioni, vi cuius existeret auxilium. Vide quæ supra diximus explicantes directionem scientiæ mediæ.

33. Obijciunt secundo: præfinitionem prærequisitam optime coherere cum eo, quod omnia principia immediata sint indifferentia; ac proinde cum libertate. Sed falsum esse antecedens, satis constat ex dictis in hæc sectione.

34. Obijciunt tertio: esto Deus possit conferre auxilium efficax, quin moveatur ab efficacia, non tamen quin amet circumstantiam efficaciam. Implicat enim ipsum conferre, quin velit, ut habeat efficaciam, quam prævidet: ergo volitio collativa essentialiter supponit cognitionem repræsentantem illam circumstantiam efficaciam: hæc autem cognitio est scientia mediæ: ergo hæc essentialiter supponit, ac proinde est præfinitio operis, saltem virtualis. Hoc argumentum solutum manet ex dictis disp. 11. sect. 2. ad primam objectionem. Itaque decretum executivum auxilij amare quidem debet efficaciam, sed in efficaciter dumtaxat: ad hoc autem satis est, quod supponat essentialiter simplicem intelligentiam repræsentantem illam efficaciam, ut possibilem; nec vero illud decretum amare potest efficaciter congruitatem auxilij, quod exequitur: nam decretum executivum non magis potest impediri, quam ipsum auxilium: unde debet esse frustrabile, ne lædat libertatem: non foret autem frustrabile si esset ab intrinseco efficax.

35. Unde si Deus posset conferre auxilium quia efficax, & intendere efficaciter nostram operationem liberam, id debet præstare per decretum aliud, quod comparatur cum executivo tanquam intentio efficax finis cum electione mediæ: vel tanquam actus imperans cum imperato: siquidem ad libertatem requiritur, ut voluntas possit impedire decretum essentialiter connexum cum operatione; nequit autem impedire decretum executivum auxilij, ut late ostendi disp. 11. ergo istud decretum debet esse distinctum ab illo.

36. Obijciunt quarto: Deus potest moveri ab efficacia auxilij prævisa per scientiam mediam ad eius collationem, vel ergo moveatur, vel non? quodcumque autem ex his

faciat, habet decretum essentialiter connexum cum scientia mediæ congruitatis auxilij: ergo nequit conferre auxilium congruum, nisi per volitionem connexam cum opere. Si moveretur ab efficacia. Suadetur, quia hoc quod est movetur, est aliquid distinctum à scientia, & habens essentialiter respectum ad illam: ergo est decretum essentialiter supponens scientiam, & inferens auxilium: ac per consequens est præfinitio saltem virtualis. Si, & non moveatur: probatur, quia hoc ipso habet hoc decretum: *Volo auxilium, & non propter efficaciam, quam video*: hoc autem decretum essentialiter connectitur cum scientia mediæ congruitatis.

37. In primis responderi potest ex S. Thoma citato disp. 11. sect. 3. Deum non posse moveri ab efficacia prævisa, quia est aliquid creatum. Respondetur secundo Deum non posse conferre auxilium: congruum quin moveatur ab efficacia prævisa vel extrinsece, vel intrinsece: posse tamen, quin moveatur intrinsece. Quid sit moveri extrinsece, explicatur disp. 11. sect. 1. & 3. ibique explicatur, quo pacto Deus, necessario moveatur extrinsece per scientiam de efficacia auxilij, quatenus illa auget necessario inclinationem Dei ad conferendum auxilium. Tertio licet decretum executivum auxilij posset respicere ut motivum intrinsecum aliquid creatum: non tamen efficaciam auxilij, quia hoc ipso esset essentialiter connexum tum opere, quod repugnat. Admittendo Deum posse moveri intrinsece ab efficacia auxilij, idque libere, dicendum est, sicut quando moveretur intrinsece ab efficacia, decretum respiciens illud motivum deberet esse distinctum ab executivo: ita quando non vult moveri, volitio illa debet esse distincta à volitione executiva auxilij. Itaque Deus primo haberet tunc hoc decretum: nolo conferre auxilium ex motivo efficaciam, eoque decreto supposito, adhuc maneret indifferens, ut conferret, vel non conferret ex alio motivo. Unde dum conferret, quin moveatur ab efficacia, id præstaret per decretum coniungibile cum scientia inefficaciam, ac proinde non habens modum illum tendendi, quem vult adversarius.

38. Obijciens quinto supposito scientia efficaciam, decretum amans existentiam auxilij debet esse intrinsece connexum cum ea scientia; ac proinde virtualis quædam præfinitio operis: ergo, &c. Probatur antecedens: nam ea scientia supposita, decretum amans existentiam auxilij fit coexistens illi scientiæ quæ coexistentia, cum bona sit, debet efficaciter à Deo amari. At non per alium actum: ergo per ipsummet decretum: ergo istud amare efficaciter coexistentiam sui cum scientia congrui-

gnitatis; ac proinde essentialiter cum illa conneſcitur. Minor ſuadetur primo: quia de hoc alio actu redibit eadem difficultas, & in infinitum abibimus. Secundo, quia actus ille vel eſſet antecedens, vel conſequens illam coeſiſtentiam: neutrum autem poteſt dici: non ſecundum, quia hoc ipſo illa coeſiſtentia ſupponeretur poſita præter intentionem efficacem Dei, non primum, quia hoc ipſo decreto executivum auxilij non poſſet eſſe immediate liberum.

39 P. Ribaden. diſp. 4. de Prædeſt. num. 55. reſpondet, Deum debere amare efficaciter illam coeſiſtentiam per aliud decreto concomitanter ſe habens cum decreto executivo auxilij; & cum illa coeſiſtentia eſſentialiter connexum. Verum hæc ſolutio difficillimã eſt, quia nequit intelligi, quo pacto duo decreta ſint immediate libera; & tamen inter ſe eſſentialiter connexa. Hæc ergo ſolutione omiſſa, imprimis animadverto, hoc argumentũ, vel nihil probare, vel pãriter evincere decretum executivũ auxilij debere amare coeſiſtentiam ſui cum omni alio decreto libero, vel ſciẽtia mediã: quod tamen eſt falſum; alioquin voluntas potẽns impedire ſciẽntiam mediã, poſſet impedire omne decretum liberum Dei, etiam illud, quod terminatur ad eius conſervationem; quod repugnat.

40 Directe reſpondeo, coeſiſtentiam illius decreti cum ſciẽntia incongruitatis bonã eſſe; non tamen propterea debere amari efficaciter ſecundum utranque ſui partem: quia ubi coeſiſtentia coaleſcit ex extremis, quorum alterum eſt liberum Deo, alterum nobis; Deus ſolum debet efficaciter amare extremum ſibi liberum, alterum vero non ita; imo interdum non eſt opus, ut amet adhuc ineffaciter: alioquin dum confert auxilium in congruum, per hoc decretum amaret ineffaciter ſciẽntiam incongruitatis; quod tamen eſt falſum, quia tum illud decretum ex ſe tendat ad rectam operationem, ex ſe vult ſciẽntiam congruitatis. Decretum ergo executivum auxilij, ſicut quantum ex ſe vult, ut homo recte operetur cum ipſo, ita vult, ut ſibi coeſiſtat ſciẽntia congruitatis; non tamen efficaciter, quia cum velit, ut ab ipſo oriatur libere operatio, vult ut oriatur cum potentia ad non oriendum, ac proinde ad fruſtrandum ipſumque decretum.

41 In fine adverto, me in hac ſectione ſolum probaſſe, præſinitionem ſimplicitem, conſiſtentem in decreto divino intentivo noſtræ operationis honeſtæ & liberæ, & ex ſe cum illa connexo. Nihilominus dicimus, aliquam præſinitionem efficacem antecedentem exiſtentiam auxilij, eſſe neceſſariam ad ſingu-

la opera honeſta, nempe præſinitionem complexam, quam explicui diſput. 11. ſect. 3. & præſertim num. 38: conſiſtentem in decreto collativo auxilij, ex directione ſciẽntiæ mediæ de eius congruitate. Neque aliud ſuadet argumentum P. Quiros; qui diſ. illa 8. ſect. 6. n. 43. affirmat præſinitionem formalem non eſſe neceſſariam ad collationem auxilij efficacis; bene tamen præſinitionem virtuales. Primam partem probat: *Quia præſinitio formalis eſt voluntas efficacis intentiva operis, determinans Deum ad eligenda media; ſeu collationem auxilij; ex ſine ut fiat opus; ut diffinit P. Suarez lib. 2. de concurſu Dei cap. 7. num. 6. & ex illo de Provid. diſp. 9. ſect. 11. num. 6. At talis voluntas; non datur (inquit) neceſſario in Deo; non enim tenetur Deus moveri determinate ex hoc motivo potiusquam illos; unde dare poteſt auxilium; quod videt efficacis; quin moveatur quia efficacis; ſed ex ſine univẽſaliori; ob quem daret, licet non eſſet efficacis.* Quemadmodum iuxta Scotum licet Incarnatio prævideatur efficacis in Redemptionem; decreta tamen eſt ex alio motivo; ita ut Deus veniret; licet homo redimendus non eſſet, quod de poſſibili nemo negabit. Ergo ſimiliter poteſt conferri auxilium efficacis, & non ex motivo efficacis; ſeu ex præſinitione formali. Additque, hanc eſſe mentem P. Suarez.

42 Secundam vero partem, videlicet præſinitionem virtuales eſſe prærequiſitam, probat: quia nequit conferri à Deo auxilium efficacis, niſi ex voluntate efficaciter amante circumſtantiam efficacis, licet ex ea Deus non moveatur: quæ duo bene (inquit) componuntur, quia ſcilicet Deus vult auxilium habere eam efficaciam, quam prævidet; licet det tale auxilium ex intentione alterius finis ab efficaciam diſtincti; daret enim etiam; licet foret ineffacis, eo quod adhuc ſerviret in oſtentionem ſuæ gloriæ, & libertatis creatæ, quam intendit. Tunc ſic: ſed talis voluntas ſic efficaciter amans circumſtantiam efficacis eſt virtualis præſinitio. Ergo hæc eſt neceſſario requiſita. Conſequentia eſt clara, item maior, quia Deus neceſſario amat omnem bonitatem, quam ponit; item neceſſario amat poſſibilitatem efficacis; qui autem amat effectum, ponit medium; ex quo prævidet effectum ſecuturum, iam tenetur amare efficaciter effectum. Minorem probat; nam talis voluntas eſt antecedens, utpote cauſa auxilij; iteſſentialiter connexa cum opere: hoc autem ad præſens æquivaleret præſinitioni. Hucusque P. Quiros.

43 Hic autem eius diſcurſus recte quidem probat, non eſſe neceſſarium, ut ante de-

decretum conferendi auxilium efficax præcedat intentio efficax nostri consensus salutatis, à qua intentione Deus necessitetur conferre auxilium efficax ex motivo efficaciam, nõ collaturus, si videret inefficax: recte etiam probat, non posse Deum conferre auxilium quod prævidet fore efficax; quoniam vellet auxilium habere eam efficaciam; neuiquam tamen probat, eam volitionem esse essentialiter connexam cum opere; quod erat necessarium ad obtinendum inentium, quia stat Deum habere voluntatem efficaciam dandi auxilium, quod prævidet fore efficax; quoniam efficaciam illius voluntatis portigatur ultra entitatem auxilij; etsi enim quantum est ex se intendat ut detur efficaciam in actu secundo; nempe operatio libera honesta; si tamen motivum amandi ipsam non est ipsa, sed quidam aliud, nullum est caput, unde illud decretum debeat amare efficaciter efficaciam illam; quia illa efficaciam est distincta ab existentia auxilij, quam efficaciter amat, & ad quam determinat; & non est ponenda ex determinatione Dei, sed ex determinatione voluntatis creatæ. Et quamvis Deus dans auxilium, quod prævidet fore efficax ex sincera intentione, ut sequatur recta operatio, moraliter censetur dare rectam operationem; & vere & proprie dicatur velle efficaciter, sicut vere & proprie dicitur movere efficaciter; tamen in ratione volentis efficaciter constituitur formaliter per scientiam mediam, sicut in ratione moventis efficaciter, ut probavi & explicui disp. 11. num. 35. ipse tamen affectus dans auxilium secundum se sumptus nõ est essentialiter connexus cum operatione; quia ille affectus affectus est à scientia media ex parte hypothesis; à qua tamen nihil attingitur ex parte hypothesis connexam essentialiter cum opere. Nec adversarius unquam probabit, voluntatem conferentem auxilium amare efficaciter operationem, & cum illa connexi, nisi probaverit Deum conferre auxilium ex motivo intrinseco efficaciam.

44 Hinc facile diluitur argumentum, quo aliqui contendunt decretum collativum auxilij efficaciam necessario debere esse præfinitivum operis, quia est electio auxilij efficaciam præ inefficaci. Diluitur, inquam, quia esto illud decretum, hic & nunc ratione scientiam mediæ præcedentis per accidens, sit electio auxilij efficaciam præ inefficaci, non tamen hoc habet essentialiter; siquidem potuit existere idem decretum pro casu scientiam mediæ de inefficaci.

45 Dices, Deus in ratione proximè potentis conferre auxilium efficax constituitur per scientiam mediam de efficaciam illius. Decretum autem collativum auxiliorum

supponit essentialiter scientiam illam, per quam Deus constituitur proximè potentis illa conferre: ergo decretum collativum auxilij efficaciam supponit essentialiter scientiam mediam de eius efficaciam. Respondeo, sicut auxilium suapte natura est indifferens, ut sit efficax, vel inefficax; ita decretum collativum illius auxilij est indifferens ut sit collativum auxilij efficaciam, vel inefficaciam. Unde ex essentia sua solum habet quod sit collativum auxilij sufficientis; ac proinde ex essentia sua solum supponit per se determinate scientiam simplicis intelligentiam de sufficientiam auxilij, & possibilitate recte operationis, quia tamen est decretum agentis infinite sapientis & perfectissime providentis, postulat, ut ante ipsum præcedat, vel scientiam media de efficaciam illius auxilij, vel scientiam media de ipsius inefficaciam: quia Deus non constituitur proximè potentis decernere existentiam auxilij indifferens, quousque scias, quid determinate eveniet si conferat illud auxilium. Unde comparando Deum cum entitate auxiliium, non postulat constitui proximè potes conferre illud, determinate per scientiam de efficaciam; neque determinare perscientiam de inefficaciam, sed vagè per unam, vel per alteram.

46 His positis in forma ad argumentum, respondeo distinguendo maiorem; Deus in ratione proximè potentis conferre auxilium efficax constituitur per scientiam mediam de efficaciam auxilij; constituitur per se ex exigentiam auxilij, & ex natura decreti conferentis illud; nego maiorem; per accidens, eo quod supponitur auxilium coniungendum cum operatione; concedo maiorem. Et distinguo minorem, decretum collativum auxiliorum supponit essentialiter scientiam illam, per quam constituitur proximè potentis illa conferre, distinguo; per quam constituitur per se, concedo minorem; per quam constituitur per accidens, nego minorem, & consequentiam. Unde quamvis ex suppositione, quod auxiliium sit coniungendum cum operatione, & consequenter ex suppositione, quod detur scientiam mediæ futuræ operationis, postulet decretum collativum huius auxilij procedere ab hac scientiam; non tamen postulat absolute & secundum se sumptum; quia sicut hoc numero auxiliium potest à Deo conferri præcedente scientiam de efficaciam, vel præcedente scientiam de inefficaciam; ita hoc numero decretum executivum huius numero auxilij potuit à Deo concipi præcedente scientiam de efficaciam, & movente simul eum scientiam simplicis intelligentiam ad concipiendum tale decretum, vel præcedente sola scientiam simplicis intelligentiam directe, & simul præcedente in directe scientiam de inefficaciam. Quod manifeste dicitur in decreto obia-

oblativo cōfiterius, quod idem omnino est, quando præcedit scientia media boni vsus futuri, ac quando præcedit scientia media abusus futuri.

SECTIO SEXTA.

An præfinitio efficax possit esse principium immediatum operis liberæ

47 **N**ON posse esse principium immediatum prærequisitum, patet à fortiori ex dictis sect. præced. an vero possit esse principium immediatum, non requisitum, modo examinandum est. Negat satis clare P. Suarez lib. 5. de Gratia cap. ultimo n. 11. & cap. 24. num. 10. quem communiter sequuntur Recentiores eumque late probat P. Aldrete disp. 5. de Prædest. quibus ergo liberè subscribo.

48 Vt vero hanc sententiam probem, suppono, non posse præfinitionem esse principium immediatum operis, quin huius productio illam essentialiter supponat: nam omnis actio essentialiter supponit principium immediatum sui termini; cum sit dependens huius ab illo. Ex quo sequitur, non posse præfinitionem esse principium immediatum operis, quin sit essentialiter prærequisita ad actionem, media qua influit in ipsum. Quo supposito probatur; voluntatem non elicere libere illam actionem, cuius sit principium immediatum præfinitio; ac proinde hanc tollere libertatem, si immediate influat: & argumentor sic. Ad libertatem requiritur, ut possit omnibus prærequisitis ad agendum; voluntas possit agere, & non agere; id est, ut possit cum omnibus illis coniungere non solùm actionem, sed eius carentiam; ut ostendit Suarez prol. 1. de Grat. c. 3. Sed voluntas, positis omnibus prærequisitis ad agendum; non posset agere, & non agere; si inter illa numeraretur præfinitio; siquidem hæc supposita, solùm posset agere; quia cum illa solùm posset coniungere actionem: ergo, &c.

49 Dices, ad libertatem non requiritur, quod voluntas possit coniungere omissionem actionis cum omni principio immediato actionis; sed satis esse, quod possit coniungere omissionem actionis cum ipsamet voluntate hoc autem posse præstare, quamvis præfinitio sit principium immediatum actus, quia potest omitteudo actum impedire actionem essentialiter supponentem præfinitionem; & consequenter impedire ipsam præfinitionem. Sed contra, quia ad libertatem requiritur, ut

postquam voluntas intelligitur proxime expedita ad ponendam actionem, possit eam suspendere, quia alioqui illa actio non oriretur libere à voluntate; ab hac enim non oritur actio nisi quatenus proxime expedita ad illam ponendam; ergo si postquam voluntas intelligitur proxime expedita ad ponendam actionem, nequit eam suspendere, hæc dicitur necessario: at postquam voluntas intelligitur proxime expedita ad ponendam actionem, nequit esse potens eam suspendere; nisi sit potens coniungere suspensionem cum omni principio immediato, ut cuius constituitur proxime potens; quia postquam intelligitur sic potens, nequit iam impedire aliquod principium immediatum; quia per illa omnia constituitur proxime potens: ergo si ex illa suspensione potest suspendere actionem, potest eius suspensionem coniungere cum omni principio immediato actus; cum ergo hoc repugnet, implicat, præfinitionem esse principium immediatum.

50 Deinde nostra conclusio efficaciter probatur: quia si præfinitio efficax est principium immediatum nostri actus liberæ; sine constituit actum primum proximum ad illam; omnem enim principium actionis, est actus primus respectu illius. At præfinitio efficax nequit constituere actum primum respectu actionis liberæ; ergo præfinitio efficax nequit esse principium proximum respectu actionis liberæ. Probatur minor: quia actus primus ad actionem liberam nequit esse essentialiter connexus cum tali actione; siquidem ad libertatem requiritur, quod voluntas liberè coniungat actum primum actionis cum actione; nam operari, ex terminis, est coniungere actum primum cum actu secundo: ergo liberè operari, est liberè coniungere; non liberè autem coniungit voluntas actum primum cum actu secundo; quando actus primus est essentialiter connexus cum actu secundo; quandoquidem ab illo actu primo nequit seiungere actum secundum; ac proinde non liberè, sed necessario coniungit actum secundum cum illo: ergo præfinitio efficax nequit constituere actum primum proximum respectu actionis liberæ.

51 Confirmatur: quia si præfinitio est principium immediatum actionis nostræ liberæ; ergo voluntatem creatam ponere actionem, est coniungere actionem cum præfinitione tanquam cum principio immediato: ergo voluntatem creatam ponere liberè actionem, est liberè coniungere actionem cum præfinitione tanquam cum principio immediato: ergo est coniungere cum potentia seiungendi: ergo voluntas creata potest seiungere actionem à præ-

finitione tanquam à principio immediato: ergo potest facere, ut præfinitio maneat seiuncta & separata ab actione præfinita: & consequenter potest frustrari, quod est impossibile.

52 Respondebis, ad hoc ut voluntas libere coniungat actionem cum præfinitione, non requiri, quod possit coniungere omissionem actionis cum præfinitione; quia hoc esset frustrari præfinitionem; sed satis esse, quod possit dividere à se præfinitionem, impediendo eius existentiam, per omissionem actionis. Sic in sententia communi admittente præfinitionem tanquam principium remotum non requisitum; voluntatem operari est coniungere operationem cum præfinitione; & tamen operari libere, non est posse coniungere omissionem operationis cum præfinitione; sed est posse impedire præfinitionem per omissionem operationis. Sed contra; quia cum libertas attendatur penes principia proxima, ut docent Theologicum Sancti Thom. q. 6. de verit. art. 3. & 1. p. q. 19. art. 8. dicitur: *Quia Deus voluit effectus contingenter evenire, contingentes causas ad eos preparavit.* Hinc elicitur, ut libere operari sit libere coniungere operationem cum principijs proximis ad operandum; ac proinde posse coniungere omissionem operationis. At cum libertas non attendatur penes principia remota, præsertim non requisita; operari libere non est coniungere libere operationem cum principio remoto: sed est coniungere libere cum principio proximo; ac proinde coniungere, cum potentia seiugendi operationem ab actu primo proximo, seu cum potentia coniugendi omnimodam operationis cum principio proximo operationis, seperando actum primum proximum ab omni principio remoto essentialiter conexo cum operatione. Quare impossibile quod est, voluntas nostra possit per omissionem operationis impedire principium proximum operationis. Unde omnia principia proxima operationis libera debent esse indifferentia, & vertibilia ad utrumque: ergo implicat, ut præfinitio sit principium immediatum operationis liberae.

53 Respondebis secundo ad libertatem requiri, quod voluntas libere coniungat actionem cum principio proximo requisito ad operandum; ac proinde quod cum eodem possit coniungere omissionem actionis: non requiri autem quod libere coniungat cum omni principio proximo; nam ut aliquod sit superabundans, & minime requisitum, satis est, quod istud possit impedire, coniungendo omissionem cum principio proximo requisito ad agendum. Sed contra primo, quia impos-

sibile est, ut per omissionem actionis possit voluntas impedire principium proximum actionis. Nam ad libertatem requiritur, quod in signo potestatis proximæ ad agendum, vel non agendum, præscindatur ab omni suppositione connexa cum operatione, sicut præscinditur ab ipsa operatione: in signo autem potestatis proximæ non præscinditur à principio proximo: ergo nullum principium proximum actionis liberae potest esse suppositio essentialiter connexa cum operatione.

54 Contra secundo, quia ut principia proxima requisita ad agendum constituent voluntatem proximè potentem agere, & non agere debent esse coniuncta cum carentia principij proximi determinantis ad existentiam actionis: ergo implicat ut voluntas per principia proxima requisita sit proximè potens agere, & non agere, & quod simul adsit aliquod principium proximum essentialiter connexum cum existentia efficaci actionis; hoc enim determinat ad existentiam actionis, quia facit ut actio ponatur, & facit cum infallibilitate. Antecedens patet; alioqui posset physica prædeterminatio non requisita coniungi cum proxima potentia ad agendum, & non agendum; vade physica prædeterminatio, si non foret requisita, non tollere libertatem, possetque ex directione scientiæ mediæ Deus prædeterminare physice ad actum prædeterminatione non requisita sicut iuxta adversarios potest præfinire ex directione scientiæ mediæ præfinitione non requisita, quæ sit principium immediatum, quod est contra principia nostræ scholæ.

55 Denique à priori probo præfinitionem efficacem non posse esse principium immediatum actionis liberae, quia præfinitio catenus potest esse principium immediatum actionis liberae, quatenus immediate applicat omnipotentiam ad influendam in actionem liberam. Implicat autem omnipotentiam applicari ad concurrendum in actionem liberam creaturæ per præfinitionem efficacem talis actionis. Nam ad libertatem requiritur, quod existentia actionis liberae præ opposita determinetur à voluntate creata, & non determinetur ab alio agente; ut constat ex disputatione 3. numero 18. & à numero 143. omnipotentia autem concurrrens in aliquam actionem ex vi decreti efficaci essentialiter connexi cum illa, non concurret ex determinatione voluntatis creatæ, sed concurret ut determinans voluntatem creatam: ergo non componitur cum libertate creaturæ, quod præ-

Præfinitione efficax actionis sit principium immediatum illius.

56 Confirmatur primo, omnipotentiam concurrere ad actionem liberam creaturæ; est concurrere ex determinatione, & electione creaturæ. At implicat, ut concurrat ex determinatione & electione creaturæ, dum concurrat per decretum efficax immediate ipsam applicans & necessitans ad concurrendum ad illum actum præ opposito: ergo implicat ut concurrat ad actionem liberam creaturæ, dum præfinitio efficax est principium immediatum actionis.

Confirmatur secundo, quia actio libera oritur ab omnipotentia ut attemperata, & applicata voluntati creaturæ per decretum indifferens: ergo nequit oriri ab omnipotentia ut determinata per decretum efficax ad ipsam ponendam: nam dum oritur ab omnipotentia ut sic determinata, oritur ab omnipotentia ut determinante reliqua comprincipia, & rapiente illa ad agendum. At si præfinitio esset principium immediatum, oriretur actio ab omnipotentia ut determinata per decretum efficax, & ut determinante reliqua comprincipia: ergo, &c.

Confirmatur tertio, quia cum iuxta principia Societatis omnipotentia debeat applicari decreto indifferenti ad congruendum cum causis liberis; implicat, ut in actu primo proximo intelligatur præfinitio ræquam principium immediatum operis liberi: quia nequit pro eodem signo intelligi omnipotentia applicata decreto indifferenti, & decreto determinante: sic autem intelligeretur, si præfinitio esset principium immediatum operis liberi.

SECTIO SEPTIMA:

An præfinitio efficax, quæ nec sit prærequisita, nec principium immediatum cohæreat cum libertate, prout adstruitur à Patre Suarez?

57 **P**ATER SVAREZ locis citatis sectione 1. & 5. asserit, præfinitionem efficacem nostri operis liberi esse in Deo solum per modum intentionis; non autem per modum voluntatis exequentis: ac proinde censet, esse dumtaxat principium mediatum non requisitum, non explicat autem, an non solum sit pure intentiva respectu operis, sed etiam respectu auxiliij. Ex dictis tamen sectione 4. & late disputat. XII. constat, hoc secundum esse dicendum; quia ad libertatem

requiritur, ut voluntas executiva auxiliij sit coniungibilis cum utroque extremo contradictionis. Id quod ipse Suarez satis insinuat prologo. 1. de Gratiâ capit. 5. num. 13. ubi docet, præfinitionem nihil per se ipsam & immediate ad extra operari.

58 Explicat autem Eximius Doctor lib. 1. de concursu Dei capit. 16. numero 11. cum hæc præfinitio libertatem non tollat, nimirum quia per illam non immutat Deus modum operandi voluntaris, nec eam determinat, sed ei applicat media, quæ per scientiam conditionatam prævisa sunt fore efficacia; ut se libere determinat. Hic asserit, non esse suppositionem simpliciter antecedentem, quia supponit usum libertatis prævisum per scientiam mediam, cui se attemperat. Unde numero 13. inquit, supposita præfinitione voluntatem simpliciter posse omittere actum præfinitum, quia per eam præfinitionem Deus vult, ut faciat actum cum proxima potentia ad illum omittendum: *Ac proinde hæc potentia non est* (inquit) *ad repugnandum diuinæ voluntati, sed ad impediendum effectum, quem præfinit ut fiat, quia simul præfinitur, ut impedibiliter fiat.*

59. Contra hunc discurrendi modum actiter invehitur Pat. Vazquez disputat. 89. & numer. 14. & 23. quia licet præfinitio illa supponat consensum in statu conditionato; cum præcedit in absoluto: ergo necessitas inde orta est antecedens. Et confirmatur, quia ex illa præfinitione oritur necessitas quedam, cum implicet dari præfinitionem, & non dari actum, aliunde vero illa præfinitio non est in nostra potestate, sicut est scientia Dei, nec enim possumus facere, quod Deus præfinitur nostram operationem, sicut quod cognoverit: ergo illa tollit libertatem. Hinc ea disputat. 89. numer. 97. & disputat. 99. numer. 14. clamat, à Suarez inverti in statu absoluto, ordinem; qui fuerat prævisus in statu conditionato; nam per scientiam mediam non videt Deus voluntatem convertendam libere, nisi sub conditione, quod ei detur auxiliium indifferens sine aliqua suppositione antecedenti connexa cum opere. Vnde si in statu absoluto ponitur talis suppositio invertitur ordo prævisus per scientiam mediam, perinde ac si poneretur prædeterminatio.

60 Nihilominus huic difficultati communiter occurritur, præfinitionem, hoc ipso quod essentialiter supponat scientiam mediam, non antecedere simpliciter, sed solum secundum quid operationem in statu absoluto, quia hoc ipso potest impediri à nobis, non minus quam ipsa scientia; supposito autem, quod potest impediri, non officit libertati;

quia hoc ipso est simpliciter consequens. Ita responderi P. Ripalda contra Baium disputat. 16. num. 134. Pat. Aldrete, & communiter Patres. Vnde illa præfinitio erit in nostra potestate negative, quatenus possumus facere, ne extiterit non autem positive, quia non possumus facere, ut extiterit.


61 Hinc ad obiectionem respondetur, per præfinitionem non inverti ordinem prævisum à scientia mediâ, quia per hanc Deus solum affirmat, voluntatem liberè convertendam sub conditione, quod ei conferat auxilium indifferens, seu potentiam proximam ad utrumque: qui ordo non invertitur, sed conservatur per præfinitionem: Deus enim hoc videns intendit efficaciter ut voluntas convertatur liberè, & in eum finem ipsi concedit mediâ illa, quibus prævidit liberè convertendam. Vnde scientia mediâ omnino præscindit à præfinitione, & eius carentia: quia nec affirmat voluntatem operaturam liberè sub conditione, quod ei detur auxilium cum præfinitione operis, nec sub conditione, quod detur sine tali præfinitione; sed solum affirmat id sub conditione quod detur ei auxilium indifferens per decretum executivum indifferens; sive insuper præfinitur, sive non præfinitur operatio: vnde quod præfinitur solum facit, ut per præfinitionem Deus imponat sibi necessitatem habendi volitionem indifferenter executivam auxilij, & offerentem concursum ad utrumque. Alia est ratio de prædeterminatione; nam cum huius carentia constituat proximam indifferenciam, nequit Deus per scientiam mediâ affirmare Petrum liberè operaturum nisi sub conditione, quod careat prædeterminatione. Vnde si ista ponatur in statu absoluto, invertitur ordo prævisus.

62 A priori roboratur. Hæc Suar. sententia quia ubi omnia principia immediata, cum quibus voluntas operatur sunt indifferencia, liberè operatur, ut constat tum ex doctrina Sancti Thomæ 1. par. quæst. 19. art. 8. & quæst. 23. artic. 6. tum ex ratione: quia hoc ipso non coniungit necessariò actionem cum aliquo illorum principiorum: ergo cum illis potest coniungere carentiam actionis, hoc autem est formalissime operari liberè. At

illa præfinitio relinquunt omnia principia immediata indifferencia, quia per eam vult Deus ut voluntas operetur præcisè cum illis principijs immediatis, cum quibus per scientiam mediâ prævisa est liberè operatura: ergo, &c. Confirmatur, quia quod principium remorum fit connexum cum opere; nequit determinare voluntatem, si omnia immediata sunt indifferencia, quia illud non operatur effectum, nisi quatenus operatur principia immediata, vnde si hæc ex se non determinant ad hunc actum potius quam oppositum, nec illud determinare valent.

63 Est hæc sententia Eximij Doctoris probabilissima, & stando authoritatè probabilior opposita, & conformior menti Augustini, Thomæ, & Anselmij, ut probant ea, quæ pro illa adducit Eximius Doctor, & latius Pat. Didacus Ruiz disput. 6. de Providentia. Stando tamen soli rationi ingentes paritur difficultates; & opposita planior, & facilior est: & in eam solo discursu naturali ductus, magis propendo. Specialem autem agnoscio difficultatem in præfinitione formali, quæ est intentio efficax nostræ operationis liberæ, ex qua oritur electio auxilij congruæ quam in præfinitione virtuali consistente in decreto amante auxilium, quia efficax per tendentiam causalem supponentem essentialiter scientiam mediâ, quia ut dixi disput. X. sect. 5. probabilissimum est, illam volitionem immediate solum amare efficaciter existentiam auxilij; vnde nullum est fundamentum ad asserendum per illam applicari omnipotentis ad concurrendum in nostrum actum liberum. At præfinitio formalis cum amet immediate formaliter tum efficacia nostrum actum liberum, videtur applicare immediate omnipotentiam ad concurrendum; quod non componitur cum libertate; ut expendemus disput. 15. sect. 3. in qua, inquiremus an speciali titulo repugnet illa præfinitio formalis, sect. autem 1. illius disputationis expendimus rationes, quæ videntur impugnare præfinitionem simplicem tam virtuales, quam formales; ut ultimum postea iudicium feramus. Antequam autem illas rationes dubitandi in medium proferamus, necessario præmittenda est disp. sequens.

**



DISPUTATIO XIV.

PRAEAMBULA AD STATVENDAM REPUGNANTIAM PRAEFINITIONIS. AN HAEC DVO inter se coherere possint, Deum praefinire efficaciter nostros actus li- beros, & libertatem esse essentialem actibus liberis Dei.

ID est, an cum eo, quod actus se-
mel imperatus sit essentialiter im-
peratus, & impotens existere im-
mediate libere, & sine omni imperio, co-
herere possit, Deum praefinire efficaciter
nostros actus liberos. Retentiores nostrae
Societatis utrumque simul asserunt, cum
enim omnes, vel fere omnes asserant liber-
tatem esse essentialem actioni liberae, ita
ut quae semel libera est, non potuerit es-
se necessaria, & quae semel est imperata
non potuerit esse sine imperio: nihilomi-
nus communiter docent cum Patre Suarez,
Deum praefinire actus nostros honestos, praef-
ertim supernaturales, & meritorios, quibus
Praedestinati obrinent gloriam.

SECTIO PRIMA.

*Ostenditur illa duo inter se non
coherere.*

EGO arbitror, haec duo nullatenus
componi posse; sed ad
defendendas praefinitiones ne-
cessarium esse asserere, volitionem aliquam
divinam, quae existit ex vi imperij antecedentis,
ex se esse indifferentem, ut maneat sine
omni imperio.

3 Conclusionem ut probem, sup-
pono, voluntatem executivam auxilij con-
grui debere esse indifferentem, & conjun-
gibilem cum alterutra contradictionis ex-
tremo: nec cum libertate operis componi
posse, quod auxilium indifferens, vnicè pen-
deat à praefinitione operis. Hoc supposi-
tum late ostensum est disputatione praece-
dent. sectione 4. & tota disputatione 12.
& modo breviter suadetur; quia si posse-
mus impedire praefinitionem vnicè causan-
tem auxilium, possemus facere, ut istud ma-
neret in rerum natura sine omni volitione
libera Dei; quod repugnat. Probatum se-

quela; quia voluntas nostra non habet vim
inducendi decretum liberum in divinam vo-
luntatem, nam ad volitionem liberam ne-
quit arbitrium aliunde, quam à se ipso de-
terminari: ergo si auxilium vnicè pendet
à praefinitione, & hanc potest tollere no-
stra voluntas, poterit facere, ut maneat si-
ne omni volitione. Qui enim potest face-
re, ut maneat sine hac, à qua vnicè mo-
do dependet, & aliunde nequit facere, ut
loto istius succedat alia supplens eius vices,
potest certe facere, ut maneat sine omni.
Supponimus enim, voluntatem nostram non
posse impedire existentiam auxilij; siqui-
dem per exercitium potentiae impossibile
est, ut potentia impediatur: auxilium au-
tem constituit potentiam proximam ad vtrū-
que extremum: ergo nequit per aliquod ex il-
lis impedire.

4 Ut ergo voluntas nostra liberè
operetur, opus est, ut auxilium mandetur
executioni per decretum indifferens, quod
sane decretum debet esse imperatum à praef-
initione efficaci operis, si haec detur; siqui-
dem praefinitio operis est intentio efficax eius-
dem; intentio autem efficax finis determinat
Deum ad ponenda media necessaria ad finis
consecutionem: unde cum voluntas exequens
auxilium sit medium ad eius positionem,
debet inducti ex vi praefinitionis, ut impe-
riè efficaciter determinantis ad eius existen-
tiam, debet enim esse vera haec causalis: ideo
Deus exequitur auxilium congruum, quia
praefinivit operationem, id quod clarius cer-
nitur, si praefinitio talis sit, qualis adstru-
itur à Patre Suarez, & sequacibus, nimi-
rum, quae intendat efficaciter finem rectae
operationis, & non determinet media: ex
hac enim intentione opus est ut oriatur vo-
luntas eligens medium determinatum con-
gruum ad finis consecutionem.

5 Tum sic: atqui si libertas sit
essentialis actibus liberis, praefinitio haec an-

recedens voluntatem executivam auxilij, eamque induces instar imperij efficaci, tollit libertatem: ergo si libertas sit essentialis actibus, præfinitio non coheret cum nostra libertate. Probo minorem subsumptam: nam ut voluntas nostra maneat libera circa opus præfinitum. Opus est ut possit impedire omnem suppositionem essentialiter connexam cum opere; quia si eiusmodi suppositionem impedire nequit, nec impedire poterit ipsum opus: prout ad libertatem requiritur: atqui si libertas sit essentialis actibus, non poterit nostra voluntas impedire præfinitionem illam. Quod probo: nam si libertas sit essentialis actibus, volitio exequens auxilium, quæ defactio existat ex vi præfinitionis, aut imperij efficaci, incapax erit ex se existendi sine omni imperio, siquidem incapax est ex se existendi immediate liberè. At hoc ipso non poterit nostra voluntas impedire præfinitionem illam; quia alioqui poterit facere, ut volitio divina essentialiter imperata maneat sine omni imperio, siquidem poterit facere, ut maneat sine hoc imperio consistens in præfinitione; & aliunde nequit facere, ut existat aliud imperium supplens vires præfinitionis in ordine ad inducendam eam voluntatem executivam auxilij: ergo, &c.

SECTIO SECUNDA.

Solvuntur obiectiones.

6. **O**BJECTIONES primo: Implicat, voluntatem operari necessario, cum omnia principia proxima sunt indifferentia; nam cum ipsa non operetur nisi per principia immediata, certe si hæc omnia sunt indifferentia, & coniungibilia cum alterutro contradictionis extremo, voluntas ita operatur, ut potens sit non operari, in quo consistit conceptus operantis liberè. Atqui stat, omnia principia immediata esse indifferentia, quamvis detur præfinitio; quia præfinitio non est principium immediatum, sed remotum: ergo ex eius positione solum sequitur dari aliquod principium remotum connexum cum opere; non autem dari principium proximum. Responderi potest, cum illa præfinitione non componi potentiam proximam ad utrumque extremum; ubi autem non adest potentia proxima ad utrumque extremum, non intelliguntur omnia principia proxima esse indifferentia. Probo assumptum primo à posteriori; quia si illa præfinitio relinqueret potentiam proximam

ad utrumque extremum, relinqueret potentiam ad chymeram, quia relinqueret potentiam proximam ad ponendam à parte rei omissionem operis, quæ nec esset potentia ad componendam illam omissionem cum præfinitione operis, nec cum eius carentia, cum tamen implicet in terminis omissionem operis poni, quin componeretur cum præfinitione, vel cum ipsius carentia. Sequela probatur: quia in primis non relinqueret potentiam proximam ad componendam omissionem operis cum præfinitione, nam hoc esset relinquere potentiam proximam ad frustrandam præfinitionem, quæ ex se est essentialiter infrustrabilis. Deinde nec relinqueret potentiam proximam ad componendam omissionem operis cum carentia præfinitionis, quia hoc esset relinquere potentiam proximam ad impediendam præfinitionem, & consequenter ad faciendum ut voluntas executiva auxilij, quæ essentialiter supponit imperium aliquod efficace, maneret sine omni imperio.

7. Deinde à priori potest idem assumptum probari: quia cum illa præfinitione non componitur potentia proxima ad omissionem operis: nam voluntas subiacens præfinitioni efficaci operis, non haberet, nec pro libito suo posset habere aliquid essentialiter requisitum ad ponendam à parte rei omissionem amoris: qui autem non habet, nec pro libito suo potest habere aliquid essentialiter requisitum ad aliquod suum exercitium, non habet potentiam expeditam ad illud, ut per se apparet conspicuum, & patet ex principijs Societatis contra Prædeterminatores, contra quos arguimus, voluntatem carentem auxilio Prædeterminante, non habituram auxilium sufficiens, si semel auxilium prædeterminans est necessarium ad operandum. Quod autem voluntas subiacens præfinitioni ita se haberet, probatur, quia nec haberet, nec pro libito suo posset habere carentiam talis præfinitionis, cum tamen illa carentia sit essentialiter requisita ad omissionem operis, cum implicet voluntatem omittere opus in sensu composito præfinitionis. Quod non posset habere illam carentiam suaderetur, quia alioqui posset impedire præfinitionem: quod probavimus repugnare, si semel libertas sit essentialis actibus. Quare illa præfinitio, quamvis non sit principium immediatum operis, est tamen impedimentum tollens aliquid constituens proximam indifferentiam ad utrumque extremum; quia tollit sui carentiam; & hæc constituit proximam potentiam ad omittendum: nam pro-

kimā potentia ad omittendum actum consti-
tui debet per carentiam impedimenti in ause-
ribilis ab ipsa voluntate; qui enim ha-
bet impedimentum ad omissionem sine pro-
xima potentia ad illud tollendum non ha-
bet proximam indifferentiam ad omisio-
nem.

8 Obijcies secundo, rationem à
nobis factam non evincere intentum; quia
potest Deus præfinire efficaciter nostra ope-
ra per præfinitionem concomitantem se ha-
bentem cum voluntate executiva auxiliij; ita
vt auxiliium immediate executioni mande-
tur per duplicem voluntatem; alteram in-
differentem; alteram præfinitivam operis;
quorum neutra sit ordine causalitatis prior
altera; sed utraque existat immediate libe-
re; in hoc enim casu cessat absurdum à no-
bis illatum, quamvis enim possimus impe-
dire præfinitionem; non possumus facere
vt auxiliium maneat sine omni volitione di-
vina, nec vt volitio aliqua essentialiter sup-
ponens imperium aliquod maneat sine om-
ni imperio: sed solum possumus facere, vt
auxiliium dependens à Deo per duplicem
voluntatem maneat dependens per unā
tam.

9 Sed contra primò: quia si illæ
volitiones merè concomitantem se habent;
neutra habeat dependentiam ab altera, sed
quælibet seorsim ab alia existere poterit. Vnde
& volitio indifferens seorsim à præfinitione
& præfinitio seorsim à volitione indifferenti
existere poterit. Ex quo deducitur, posse con-
tingere vt auxiliium indifferens, quo homo
operatur libere, vnice pendeat à præfinitio-
ne: quod supra probavimus esse impossibile.
Assumptum probo, quia si præfinitio con-
comitantem se habet cum volitione indif-
ferenti, certe non amat existentiam illius;
si autem eius existentiam non amat, quo-
modo potest cum illa connecti? Quod non
amat eius existentiam probatur, quia si ama-
ret, sane illud decretum indifferens existe-
ret pro posteriori ad præfinitionem, ideo
enim existeret; quia Deus vult efficaciter
ipsum existere. Dices, præfinitionem con-
necti essentialiter cum illo decreto indif-
ferenti, quia amat efficaciter existentiam actus
liberi, qui quatenus liber dependet essen-
tialiter ab auxiliio vt collato per decretum
indifferens. Sed contra, quia hoc ipso præ-
finitio inducit pro posteriori illud decre-
tum indifferens. Intentio enim efficax fi-
nis debet inducere pro posteriori ad se om-
nia media necessaria ad consecutionem fi-
nis; nisi hæc præsupponantur posita. At-
qui antecedenter ad perfectionem operis

non supponitur posita volitio indifferens exe-
cutiva auxiliij, quæ est medium necessarium
ad existentiam actus præfinitum: ergo debet in-
duci ex vi præfinitionis.

10 Contra secundo; quia esto
gratis admitteremus, posse præfinitionem
operis, & voluntatem indifferentem execu-
tivam auxiliij existere concomitantem; adhuc
subsisteret robur nostri argumenti; quia sal-
tem voluntas offerens concursum ad utrum-
que extremum contradictionis debet existe-
re ex vi præfinitionis; ea enim quæ con-
stituunt voluntatem nostram in ratione pro-
xime potentis elicere actum præfinitum, de-
bent esse effectus, vel quasi effectus volun-
tatis intendentis efficaciter finem; atqui vo-
litio divina offerens concursum, & auxi-
lium, constituunt voluntatem nostram in
ratione proxime potentis: ergo deberent
existere ex vi præfinitionis: ideo enim Deus
dat auxiliium, & offert concursum ad actum
honestum, quia illum præfinit. Vnde in
voluntate illa offerente concursum urget
nostra ratio: nam illa existit ex vi præ-
finitionis tanquam imperij efficacis: vnde vo-
luntas nostra potens impedire præfinitio-
nem, & impotens inducere aliud imperium
succedens loco præfinitionis, poterit face-
re, vt voluntas oblativa concursus de se sup-
ponens aliquod imperium maneat sine omni
imperio.

11 Respondebis, intentionem ef-
ficacem finis solum debere inducere exi-
stentiam illius mediij, quod non præsuppo-
nit iam positum, vt patet; nam esto exi-
stentia nostræ voluntatis sit medium neces-
sarium ad finem operationis liberæ, Deus
tamen præfiniens operationem liberam, non
debet mediante præfinitione causare existen-
tiam nostræ voluntatis. Atqui volitio obla-
tiva concursus potest supponi existens in
Deo antedenter ad præfinitionem: ergo
non est necesse vt inducatur per præfini-
tionem. Respondeo, verum esse; per præ-
finitionem non debere induci nisi ea me-
dia, quæ non supponuntur existentia pro-
priori ad præfinitionem; nego tamen voli-
tionem oblativam concursus præsupponi an-
tedenter ad præfinitionem: nam præfinitio
supponit essentialiter scientiam medianam
affirmantem voluntatem nostram operatu-
ram sub conditione, quod ei detur tale
auxiliium, & ipsi offeratur concursus ad
utrumque extremum: ergo præfinitio ex
conceptu suo supponit scientiam præscin-
dentem ab existentia volitionis offerentis
concursum indifferentem, nam scientia con-
ditionata ex suo conceptu præscindit ab
ext-

existentia conditionis, sub qua affirmat conditionatum: at volitio supponens essentialiter scientiam præscindentem ab existentia alicuius medij, non supponit illud medium: ergo præfinitio non supponit essentialiter volitionem oblativam concursus. Tum sic. Sed intentio efficax finis debet inducere existentiam medij, quod non supponit iam positum: ergo præfinitio operis liberi, quæ est intentio efficax eiusdem, debet inducere volitionem oblativam concursus indifferentis.

12 Et confirmatur; quia præfinitio operis liberi nequit supponere existentiam auxilij indifferentis, ut patet, quia in omnium sententiâ non ideo existit præfinitio, quia existit auxilium congruum ad opus, sed potius è converso, ideo existit auxilium congruum, quia existit præfinitio; ideo enim Deus dat auxilium congruum ad rectam operationem, quia ipsam præfinitivit. Quod vel inde suadetur; quia præfinitio debet habere aliquem influxum in operationem præfinitam; non immediatum; quia alioqui determinaret ad existentiam illius, & adimeret libertatem: ergo mediatum; quatenus scilicet determinat ad existentiam auxilij. Tum sic: ergo nec præfinitio operis liberi potest supponere volitionem oblativam concursus: nam hæc supponit iam auxilium collatum, & existentia omnia illa, quæ ex parte voluntatis requiruntur ad electionem actus liberi; prius enim est Deum conferre causæ secundæ omnia, quæ ex parte illius sunt necessaria ad productionem actus; quam ei offerre concursus, nam per oblationem concursus ultimo complet causam secundam ad operandum. Quod confirmo, nam Deus parat concursus indifferentem ut author naturæ ad existentiam causarum secundarum: ergo prius est causas secundas habere reliqua comprincipia, ratione quorum exigunt sibi parari concursus, quam habere paratum concursus.

13 Respondebis, præfinitionem operis liberi non supponere scientiam mediam, quæ pro hypotheseumat auxilium simul cum voluntate oblativa concursus; sed scientiam, quæ pro hypothese præcisèumat auxilium, & supponat voluntatem oblativam concursus, habeatque hunc modum tendendi: *Si ego conferam auxilium A voluntati, cui iam obtuli concursus indifferentem, voluntas operabitur; quo posito, præfinitio solum debet determinare ad existentiam auxilij, quia solum debet determinare ad existentiam conditionis sub qua scientia media affirmat suum obiectum.*

14 Sed contra primo, quia præ posterus modus procedendi est, parare con-

cursum causæ secundæ, antequam causa secunda existat: ergo cum auxilium sit causa secunda nostri operis indigens influxu Dei ad hoc, ut voluntati nostræ cooperetur, prius debet existere auxilium, quam Deus offerat concursus voluntati ad operandum cum illo. Contra secundo, quia scientia media antevertit omne liberum decretum: ergo scientia media affirmans nostram operationem liberam nequit supponere decretum offerens concursus ad utrumque extremum: Dices scientiam mediâ affirmantem Petrum conversum iri, si pulsatur hoc auxilio, supponere decretum producendi Petrum: ergo absurdum non esse id quod inuper inferebamus. Respondeo illam scientiam hoc non supponere, sed potius ab hoc præscindere; imò ante decretum producendi Petrum, Deum cognovisse, ipsum conversum iri, si tractur, & ponatur in tali occasione, &c. Fateor præfinitionem, qua Deus decerneret conversionem Petri, supposituram eius creationem, quia Deus non præfinit operationes Petri usque dum eius existentiam præfinit.

15 Obijcis tertio: potest voluntas nostra facta suppositione auxilij inducere in Deum volitionem impossibilem cum præfinitione inferentem pro posteriori ad se volitionem executivam auxilij: ergo ex hoc capite non repugnat præfinitio. Antecedens probatur; quia licet absurdum sit nos posse cogere Deum ad habendum aliquod decretum independentè ab omni suppositione libera Deo; at quod facta eiusmodi suppositione id possimus præstare, nihil absurdum continet, quia nimirum totum hoc dimanaret à divina voluntate nobis conferente libertatem; nam hoc ipso quod voluit conferre nobis libertatem ad omittendum actum præfinitum, voluit efficaciter habere volitionem imperativam volitionis exequentis auxilium impossibilem cum præfinitione; sub conditione, quod voluntas nostra videatur omiffura actum præfinitum. Unde cum voluntas nostra possit apponere conditionem sub qua Deus sibi necessitatem imposuit habendæ volitionem impossibilem cum præfinitione, nihil mirum quod facta suppositione auxilij possit Deum determinare ad habendam illam volitionem. Sic hoc ipso, quod Deus prohibens peccatum sub pena æterna, voluerit efficaciter punire hominem pena æterna sub conditione quod impœnitens moriatur; peccator ipse sua impœnitentia finali determinat Deum ad habendum decretum executivum æterni supplicij.

16 Sed contra: quia ex terminis implicatorium est, aliquod decretum esse Deo im-

immediatè liberum, & Deum cogi à creatura ad illud habendum: nam si cogitur à creatura, ideo est, quia Deus ipse hanc sibi necessitatem imposuit medio decreto efficaci conditionato, & creatura solum apponit conditionem, qua posita resultat necessitas absoluta: hoc autem solum habet locum in decreto, quod solum est mediatè liberum, & existit ex vi prioris decreti ipsum inducentis; non autem in decreto, à quo quod non antecedit natura aliud decretum, ad istud enim nullo modo potest determinare creatura. Ita autem contingit in præfinito, namque sicut ipsa præfinitio est decretum immediatè liberum, minimè habitum ex vi prioris decreti, nec inducitur aliquo pacto à creatura; ita deberet esse volitio illa incompossibilis cum præfinitione, & antecedens voluntatem executivam auxilij. Deinde inquit, quænam sit volitio efficax conditionata, vi cuius simul cum scientia media de omissione operis inducitur volitio incompossibilis cum præfinitione? Imprimis hæc volitio non est ipsa præfinitio, nam hæc non manet, quando existit volitio incompossibilis; volitio autem inducens aliam debet cum illa coexistere: nec est ipsa volitio executiva auxilij: alioqui volitio incompossibilis cum præfinitione potius esset imperata à voluntate executiva auxilij, quam imperans illam, contra id quod supponitur: supponimus enim voluntatem executivam auxilij essentialiter supponere ut imperium sui, vel præfinitionem operis, vel aliam volitionem incompossibilem cum præfinitione, & ab aliqua ex illis debere induci, neutram autem posse inducere: nulla verò hic intervenit voluntas alia divina necessaria, ut voluntas nostra eliciat opus præfinitum: ergo implicatorium est asserere, voluntatem nostram facta suppositione auxilij posse inducere in Deum voluntatem imperativam volitionis executive auxilij incompossibilem cum præfinitione.

17 Dices forsam, Deum simul cum præfinitione seu concomitanter cum illa habere decretum conditionatum, quo vult habere volitionem imperativam voluntatis exequentis auxilij incompossibilem cum præfinitione, casu quo impediatur præfinitio, vi cuius volitionis, posita scientiâ mediâ de futura omissione operis, Deus inducet volitionem imperativam voluntatis exequentis auxilij: quæ voluntas conferens simul cum præfinitione auxilium, dat nobis potestatem ad impediendam præfinitionem & inducendam volitionem incompossibilem cum præfinitione. Sed contra primò, quia illa voluntas conditionata repugnans est: nam eo signo, in quo Deus præfinit operationem, videt voluntatem operaturam sub auxilio *A*; in eo autem signo,

in quo videt voluntatem operaturam sub auxilio *A*, non potest sic discernere, volo habere volitionem incompossibilem cum præfinitione sub conditione, quod videam voluntatem non operaturam sub auxilio *A*; quia hæc volitio conditionata de se præfinit ab illa scientiâ, & consequenter nequit in eodem signo simul cum illa coexistere. Contra secundò, nam vel illa volitio est necessaria ut existat opus nostrum liberum, vel non: si non est necessaria: ergo illa seclusâ manent omnia quæ requiruntur ad salvandam in nobis potestatem impediendi præfinitionem; quod ex numero præcedenti constat esse falsum. Si est necessaria, ut nostra voluntas operetur liberè: ergo non existit concomitanter cum præfinitione, sed pro posteriori ad illam: nam omnis volitio libera necessaria ad hoc ut existat opus præfinitum, debet induci à præfinitione, nisi ab illa præsupponatur posita, ut supra in simili arguebamus. Nec intelligi potest, quo pacto præfinitio efficax afferat secum essentialiter illam volitionem, si nec ab illa dependet, nec ipsam inducit; nunquam enim duæ volitiones liberæ possunt concomitanter se habere essentialiter, si utraque est immediatè libera, quomodo enim vna necessariò afferret secum existentiam alterius, si illam non inducit?

SECTIO TERTIA

Præcluduntur aliæ evasiones

18 **O**BIECIOS quartò, optimè coheretè quòd libertas sit essentialis decretis divinis, & tamen quòd possit Deus præfinitre nostros actus liberos: nam licet volitio executiva auxilij existat ex vi præfinitionis, non propterea desinit existere immediatè liberè, quia nimirum actus imperans efficax non tollit immediatam libertatè actui imperato, siquidem actus imperans est determinatio per modum exercitij ad imperatum, & se habet instar actionis respectu illius, actio autem non tollit immediatam libertatem termino: ergo actus existens ex vi imperij existit immediatè liberè: ergo quamvis voluntas nostra potens impedire præfinitionem possit facere ut voluntas executiva auxilij existat immediatè liberè, non propterea potest facere ut existat sine aliquo predicato sibi essentiali, nam esse immediatè liberam illi essentialè est.


19 Imprimis hæc obiectio nititur falso fundamento; nam communis & vera sententia (ut videre est apud Ripaldam disp. 68. de ente supernaturali) docet, imperium efficax & determinatum adimere libertatem im-

mediatam actui imperato, quia actus imperans non se habet per modum actionis respectu imperati, sed potius se tenet ex parte actus principivoluntas enim intendens efficaciter actum misericordiae, intelligitur quidem determinata ad producendum actum misericordiae, non tamen intelligitur adhuc, ut producat illum: siquidem productio activa, & passiva in creatis non distinguuntur; & certum est, imperium efficax non esse productionem passivam actus misericordiae: nam actum misericordiae fieri à voluntate, aliquid intrinsecum est illi, actus autem charitatis non est aliquid intrinsecum actui misericordiae.

20 Admissio tamen gratis eo falso fundamento, nostra subsistit ratio: etenim actus imperatus essentialiter est imperatus, ut suppono ad presentem quaestionem, ad quatuor parum refert, quod imperium efficax sit principium, vel sit actio respectu imperati: tam enim repugnat terminum manere sine actione quam produci, quam manere sine principio, à quo produci. Vnde voluntas nostra potest facere, ut volitio executiva auxilij, quae est actio essentialiter imperata, maneret sine omni imperio, posset facere ut maneret quidem immediate libera, ceterum cum libertate immediata essentialiter diversa ab illa, quam illa ex se habet: nam illa habet libertatem immediatam supponentem essentialiter imperium, & voluntas nostra posset facere ut maneret sine hac libertate.

21 Dices, volitionem executivam auxilij, quando existit vi imperij, produci virtualiter duplici actione, altera consistente in imperio, altera consistente in ipsomet actu imperato. Ceterum ex se capacem esse, ut existat vi unius duntaxat, nimirum vi illius, quae cum ipsa virtualiter identificatur. Sed contra primo, quia hoc pacto actionis dabitur actio: & naturaliter idem terminus produceret duplici actione adaequata. Contra secundo, quia similiter quamvis imperium foret principium antecedens actum imperatum, posset dici, actum imperatum oriri quidem ab illo tanquam à principio per accidens necessitante: ceterum ex se habere indifferentiam, ut oriatur à sola divina voluntate, nullo imperio praedeterminata ad ipsum ponendum. Cum ergo in presenti supponatur volitionem divinam ortam ab imperio tanquam à principio, non posse manere sine omni imperio, pariter hoc ipsum supponi debet, quamvis imperium detur, minet per modum actionis ad actum imperatum.

(0)



SECTIO QUARTA

Solvuntur aliqua aliae obiectiones contra nostram sententiam.

22 **O**BIECTIES primo posse praefinitionem efficacem habere rationem imperatorij efficacis respectu voluntatis exequentis auxiliium, quia ipsam inducat, non enim est de conceptu imperij efficacis: inducere actualiter pro posteriori ad se actum imperatum, ut probant nonnulli apud Ripaldam disp. 67. num. 6. quoniam potest (inquiunt) existere affectus efficax, & determinatus actus imperati, quin actus imperatus fiat ex vi actus imperantis, sed concomitanter se habeat cum illo; nam actus imperatus potest fieri seorsum & independentem ab imperante, quando realiter non sit actus imperans: ergo potest fieri seorsum, & independentem ab illo, quando existit actus imperans: nam potest Deus concomitanter cum actu imperante tribuere voluntati auxilia efficaciam, quibus fieret actus in eo instanti seorsum ab imperio. Tunc autem voluntas eliceret actum imperatum independentem ab imperante, sicut eum eliceret in eo instanti si non existeret actus imperans; quod si praefinitio potest habere rationem imperij efficacis respectu voluntatis exequentis auxiliium, quin eam inducat, sanè poterit dari praefinitio illa nostra libertate, siquidem in illo eventu voluntas executiva auxilij existeret immediate libera, & praefinitio non antecederet illam ordine naturae & causalitatis: ergo posset optime nostra voluntas impedire praefinitionem, manente voluntate executiva auxilij cum eadem libertate, quam habebat in consortio praefinitionis.

23 Respondet primo, non posse voluntatem executivam auxilij concomitanter existere cum praefinitione efficaci: nam praefinitio efficax est intentio efficax operationis nostrae liberae: volitio autem executiva auxilij est electio medij necessarii ad consecutionem finis. At ubi medium est in potestate intendentis finem, & non supponitur positum antecedenter ad eius intentionem, debet ex vi intentionis poni. Vnde quamvis seorsum ab illa intentione posset Deus immediate liberè exequi auxiliium, repugnat, ut hoc praestet stante intentione efficaci finis. Sed age demus arguenti remissè se habere posse. Ceterum negare non poterit adversarius, ex vi praefinitionis posse induci auxiliium: etenim praefinitio ex conceptu suo debet habere efficaciam, in actu primo saltem, ad inducenda media necessaria ad finem rectae operationis, cuius ipsa est intentio efficax: si autem ex vi praefinitionis potest in-

inducti auxilium, & existere volitio executiva ipsius; deducitur chymericam esse illam præfinitionem: nam in eventu illo, in quo induceret voluntarem executivam auxilij, ipsa vellet efficaciter, vt opus nostrum poneretur liberè, & consequenter induceret omnia media necessaria ad exercitiũ nostræ libertatis; ex alio autem capite necessitaret ad ponendum opus, vt probat nostra ratio.

24 Obijcies secundo, posse Deum concomitanter cum præfinitione habere aliam volitionem imperantem efficaciter decretum executivum auxilij, quæ tamen volitio sit indifferens, & coniungibilis cum opere; vel cū carentia operis, quatenus tota eius efficacia, & connexio est respectu auxilij, & nullo pacto respectu operis. Quænam enim ostendi potest repugnantia in hac concomitantia imperiorum? Quo supposito, licet volitio executiva auxilij sit essentialiter imperata, optimè poterimus impedire præfinitionem, quin sequatur, volitionem executivam auxilij, quæ essentialiter est imperata, manere sine omni imperio; siquidem esto maneret sine præfinitione, non tamen sine alio imperio, quod concomitanter existit cum præfinitione.

25 Sed contra, quia inquiri, an illud imperium sit medium omnino necessarium ad hoc vt præfinitio, quæ est intentio efficax nostræ operationis liberæ, eam obtineat? Vel non? Si secundum, ergo independenter ab illo imperio explicanda est nostra libertas; quod tamen esse impossibile, nostra evincit ratio, & obiectio facta fatetur. Si primum, ergo præfinitio illa debet inducere illud imperium, vel saltem ex se habere vim inducendi ipsum. Qui enim intendit efficaciter finem & habet media in sua potestate, debet ex vi illius intentionis adhibere media omnia, quæ non præsupponuntur antecedenter ad intentionem posita. Vnde illud imperium foret pro posteriori ad præfinitionem, essetque actus imperatus ab illa: ac proinde eadem redderet de illo difficultas, quæ examinata est de voluntate executiva auxilij orta à præfinitione.

26 Adde, illud imperium merè per accidens concomitari præfinitionem: siquidem duæ volitiones immediatæ liberæ, & quarum neutra est ratio cur existat altera, nequeunt esse essentialiter inter se connexæ. Si autem merè per accidens comitatur: ergo potuit præfinitio existere absque illo imperio; ergo independenter ab illo explicanda est nostra libertas: ergo si hoc non potest fieri, repugnans est illa præfinitio.

27 Hinc solvenda erit tertia obiectio, posset enim quis contendere simul cum voluntate exequente auxilium inducta per præfinitio-

tionem, & essentialiter imperatâ, existere alia immediatè liberam, & independentem à præfinitione. Vnde licet impeditâ præfinitione, maneret impeditâ voluntas executiva, quæ essentialiter imperata est, adhuc maneret auxilium dependens ab illa volitione immediatè libera. Solvenda, inquam, est ex dictis hæc obiectio: nam iuxta hanc solutionem, ad hoc vt maneat integrâ nostra libertas, requiritur auxilium existere per volitionem immediatè liberam & incapacem offendi à præfinitione; hoc autem ipso actus noster liber incapax est præfiniti, quia cum præfinitio sit intentio efficax nostri operis liberij, & voluntas executiva auxilij congrui sit medium; certè debet esse capax illa volitio existendi ex vi præfinitionis: quod tamen ei repugnat, si sit immediatè libera. Confirmatur, vel vtraque illa volitio executiva auxilij est necessaria, vt voluntas nostra liberè ponat actum præfinitum; vel non. Si secundum; frustra ad illam recurratur; si primum, ergo vtraque debet esse capax existere ex vi præfinitionis; quod tamen repugnat, si altera sit immediatè libera essentialiter.

28 Obijcies quarto, nõ implicat imperiũ efficacem, quãvis antecedit per modũ principij efficaciter determinatis ad existentiã actus imperati, nihilominus componi cum immediatè & propria libertate actus imperati; quia cum ex vna parte actus imperans non sit necessarius ad actum imperatum, v.g. actus charitatis ad actum misericordie; & aliunde cum sit radicale, & virtuale quoddam exercitium libertatis continentis actum subsequenter imperatum, potest componi cum proxima indifferentia ad ipsum; ac per consequens cum propria & immediatè ipsius libertate. Ita discurrunt Recentiores aliqui apud Ripaldam disp. 68. n. 1. ex quo sit potest concludi contra nostram sententiam: ergo stat volitionem executivam auxilij esse immediatè liberam, & tamen per accidens esse imperatam à præfinitione: ergo stat libertatem esse essentialem divinis decretis, & tamen Deum posse præfinire nostram operationem liberam; nam in hoc casu, quãvis nostra voluntas impediret præfinitionem, & non induceret aliam volitionem imperantem decretum executivum auxilij, nihil absurdi sequeretur: quia solum deduceretur, volitionem executivam auxilij, quæ ex se est immediatè libera, & per accidens imperatur, manere sine omni imperio; quod nullum est absurdum; quia maneret cum omni prædicato sibi essentiali, & solum maneret sine aliquo prædicato accidentali.

29 Sed contra, quia si imperium absolutum & efficax se habeat per modum principij

pij antecedentis: pro priori natura actum imperatum, certe nequit componi cum proxima & immediata eius libertate: alioqui etiā physica prædeterminatio non tolleret libertatem, si non foret prærequisita ad actum prædeterminatum, siquidem illud imperium non minus inducit, nec minus antecedit actum imperatum, quam prædeterminatio actum prædeterminatum. Quod autem imperium sit liberum voluntati, non autem prædeterminatio, probat quidem diversitatem in principijs inducentibus, non autem in terminis inductis. Probatur à priori ex definitione necessitatis antecedentis traditæ ab Anselmo lib. 2. *Cur Deus homo*, cap. 18. ut enim inquit ibi: *Est necessitas præcedens, quæ causa est, ut sit res, & est necessitas sequens quam res facit. Præcedens & efficiens necessitas est eolum volui: sequens vero, & quæ nihil efficit, est te ex necessitate loqui quia loqueris.* Ergo iuxta Anselmum suppositio consequens, cuius connexio indemnem relinquit libertatem, est effectus, seu quasi effectus ipsius rei, hoc est ipsius actus liberi, quia ab eius existentia antecedenti dependet. At actus imperans non est effectus vel quasi effectus actus imperati, sed potius eius principium. Ergo actus imperans non est suppositio consequens, sed potius antecedens. Itaque suppositio consequens non dicitur, quia sequatur libertatem in actu primo, sed in actu secundo; quoniam ipsa libertas in actu primo necessaria est & extra potestatem voluntatis constituta, & sola libertas in actu secundo contingens est, & in arbitrio voluntatis posita. At actus imperans charitatis non sequitur libertatem voluntatis in actu primo misericordiæ, quia nec est actus ab ea libertate elicitus, nec ab eius actu dependens: ergo actus imperans charitatis non rectè dicitur suppositio consequens libertatis misericordiæ. Ita expendit hanc autoritatem Ripalda disp. 68. num. 9.

30 Renique confirmo, nam si imperium efficax antecedens coheret cum proxima indifferentia ad eliciendum, vel non eliciendum actum imperatum, v.g. imperium efficax charitatis cum proxima indifferentia ad eliciendum, vel non eliciendum actum misericordiæ: ergo potest voluntas coniungere tam actum misericordiæ, quam eius omissionem illo imperio efficaci. Probo consequentiam: nam omnis forma compossibilis cum proxima indifferentia voluntatis ad alterum è duobus extremis, est compossibilis cum quolibet ex illis, nisi sit exercitium illius indifferentiæ, & sit unum ex extremis, quæ respicit illa indifferentia. At imperium efficax charitatis non est exercitium proxime indifferentiæ ad eli-

ciendum, vel non eliciendum actum misericordiæ; cum nec sit actus misericordiæ, nec carentia actus misericordiæ, vel aliquid incompossibile cum actu misericordiæ: ergo si atitudo est compossibile cum ea proxima indifferentia, erit incompossibile cum alterutro contradictionis extremo.

Hint. P. Ripalda ubi supra respondet, voluntatem pro priori ad imperandum vel non imperandum actum charitatis non esse proxime indifferentem ad eliciendum vel non eliciendum actum misericordiæ; sed proximam indifferentiam ad actum misericordiæ, vel eius carentiam constitui per carentiam imperij, sicut constituitur per carentiam prædeterminationis.

31 Quod si illi obijcias; hinc sequi proximam indifferentiam ad omittendum amorem completum iri per exclusionem odij, & proximam indifferentiam ad odium per exclusionem amoris: nam sicut determinatur voluntas per imperium efficax antecedens ad actum imperatum; sic determinatur per amorem obiecti ad omissionem odij, & per odium ad omissionem amoris. Sequela autem est absurda, quia alioqui quando voluntas esset libera libertate contrarietatis ad omittendum amorem, & odium, mutuo se supponerent exclusio amoris, & exclusio odij: quod sanè est parum philosophicum. Si hæc inquam, obijcias, respondet ea disp. 68. num. 121. negando sequelam, & reddit discrimen: *Nam exclusio* (inquit) *impedimenti* auferibilis per causalitatem principij non debet præcedere natura causalitatem principij: quare corruptio formæ antiquæ non præcedit natura generationem novæ, etiam si forma antiqua sit incompossibilis in eadem materia cum forma nova, quia antiqua depellitur à subiecto per generationem formæ novæ. At odium est auferibile per causalitatem voluntatis ad amandum & non amandum: actus vero imperans non est impedimentum auferibile per causalitatem indifferentiæ proximæ ad actum misericordiæ, & eius omissionem; cum nec actus misericordiæ imperatus, nec eius omisio causa sint determinans exclusionem actus charitatis imperantis: ergo quamvis exclusio odij non præcedat amorem; exclusio tamen actus imperantis debet præcedere imperatum. Quæ responsio rectè procedit si libertas sit extrinseca: nam si res ita se habet, impossibile est ut pro priori ad imperium charitatis deur proxima indifferentia ad actum misericordiæ qui imperatur. Cæterum si sit libertas intrinseca, optime potest dari illa indifferentia; quia esset proxima indifferentia ad producendum actum misericordiæ per actionem incompossibilem cum imperio:

In ordine autem ad actum ut ponendum per actionem ponentem imperium non esset in-differentia proxima, sed remota.

32 Confirmo solutionem Ripaldæ: nam ut argumentum valeat, opus est ut odium inducat post se carentiam amoris, & amor carentiam odij, sicut actus imperas infert imperatum. Ad hoc autem necesse est asserere, voluntatem præcisè esse indifferentem ad amandum, & odio habendum, quin respiciat alia extrema libertatis: nam si esset v.g. indifferens ad amandum, & nolendum amare, seu ad purè omittendum amorem. Et simul esset indifferens ad odio habendum, & nolendum odio habere seu ad purè omittendum odium; non esset necesse ut amor elicited à voluntate induceret post se carentiam odij, sicut necesse est ut actus imperas inducat imperatum; siquidem posset voluntas prius se determinare ad purè omittendum odium; & ex hac suppositione, seu concomitanter cum illa se determinare ad amandum: quo in eventu illa omisio, seu carentia actus non induceretur pro posteriori ad odium, siquidem iam intelligeretur posita independenter ab amore. Quod si ad paritatem requiritur, voluntatem esse præcisè indifferentem ad amandum & odio habendū, ita ut odium præcisè valeat excludi per amorem & contra: nihil concludit argumentum: quia tunc amor & odium erunt extrema eiusdem indifferentiæ, & vnum erit impedimentum purè consequens alterius. Quando autem res illa ita se habeat, non debet exclusio vnius presupponi ante existentiam alterius, quandoquidem vnus non excluditur, nisi quia alius existit. At in nostro casu imperium efficax actus misericordiæ, & omisio actus misericordiæ non sunt extrema eiusdem indifferentiæ, siquidem daretur duplex indifferentia proxima, altera ad actum misericordiæ & eius carentiam, altera ad imperium & eius carentiam.

33 Obijcies quinto, potest dari in Deo scientia media reflexa, qua Deus cognoscit, auxilium conferendum per praefinitionem, si existat scientia media de ipsius efficacia: vel per decretum impossibile cum praefinitione, si hæc impediatur per existentiam scientiæ mediæ oppositæ. At posita hac scientia media reflexa, non sequetur inconueniens à nobis illatum siquidem nõ sequetur mansurum decretum executivum auxilij absque omni imperio, siquidem impedita praefinitione subrogabitur loco illius aliud imperium cum ea impossibile, à quo induceretur illa voluntas executiva, quæ supponitur esse essentialiter imperata.

34 Respondeo, distingo maiorem, eamque admitto, si intelligatur de scientia

mediæ reflexa non fundata in praefinitione: eam autem nego si intelligatur de scientia reflexa fundata in praefinitione. Et distingo similiter minorem: nam si sermo sit de scientia media reflexa non fundata in praefinitione, quam scientiam ut possibilem admittimus, falsum est, posita hac scientia reflexa non sequi inconueniens à nobis illatum: si autem sermo sit de scientia media reflexa fundata in praefinitione, idem iudicium ferendum est de hac scientia reflexa, ac de praefinitione, in qua fundatur; ac proinde impossibilis est non minus vna, quam alia. Vnde negandum est suppositum minoris, quatenus supponit, posse dari talem scientiam reflexam, vel si non supponat, sed solum habeat vim conditionalis, neganda similiter est minor, quia si daretur talis scientia, sequeretur tale absurdum, sicut sequitur si daretur praefinitio. Admissi scientiam illam mediatam reflexam non fundatam in praefinitione nostri operis liberi. Et negavi ex illius positione sequi nostræ sententiæ falsitatem; & merito: quia potius ex eius positione evidenter infertur, posse manere voluntatem executivam auxilij sine omni imperio, quod erat absurdum à nobis illatum (non enim contendimus infalibiliter mansuram, sed posse manere) etenim si scientia reflexa, per quam Deus affirmat impedita praefinitione exituram voluntatem impossibilem cum praefinitione, à qua imperetur voluntas executiva auxilij; si, inquam, hæc scientia reflexa est media: ergo impeditio praefinitionis, quam assumit pro conditione, nõ habet essentialè connexionem cum existentia illius alterius voluntatis: ergo posita illa conditione, posset Deus pro libito non habere decretum impossibile cum praefinitione siquidem ipsa scientia affirmat illud decretum liberè habendum posita ea conditione, ac proinde posse non haberi supposita illa conditione: ergo ex illa scientia media reflexa evidenter infertur, posse contingere eventum, in quo decretum executivum auxilij essentialiter ex se supponens imperium maneat sine imperio consistente in praefinitione, & sine imperio opposito praefinitioni.

35 Admissi, inquam, illam scientiam mediam reflexam, & tamen non contelsi, tum quia scientia media reflexa assumens pro conditione scientiam mediam directam à multis negatur, & à me negata est tom. 1. disp. 20. num. 17. & hoc tom. & tractati disp. 7. sec. 10. tum quia hoc ipso quod Deus conferat auxilium ex vi praefinitionis efficacis nostri operis, confert quia efficax, non collaturus, si videret inefficax. Vnde posset quis contendere, in illo eventu potius debere dari scientiam mediam reflexam sic affirmantem: Si prævi-
dero

dero auxilium fore efficax, dabo; si prævidero fore inefficax, negabo. Absolutè verò potest concedi illa scientia reflexa: quia licet supposità præfinitione, & eà manente nõ esset Deus collaturus auxilium, si videret inefficax; absolutè potuit Deus affirmare sit: si prævidero auxilium fore efficax, dabo illud per præfinitionem operis; si non prævidero fore efficax, dabo illud per voluntatem indifferentem impossibilem cum præfinitione.

36. Obijcies sexto: Deus potest per scientiam mediam reflexam cognoscere se habiturum imperium impossibile cum præfinitione, casu quo impediatur præfinitio: hac autem scientia media posita, cur non poterit præfinire nostrum opus: per præfinitionem essentialiter supponentem eiusmodi scientiam reflexam? Talis autem præfinitio haberet connexionem cum eo, quod in defectum sui succederet aliud imperium inferens voluntatem executivam auxilij: ergo, &c.


37. Respondeo, implicatorium esse, quod præfinitio nostri operis supponat essentialiter illam scientiam reflexam, siquidem præfinitio efficax solùm debet supponere scientiam versantem circa opus ab ipsa præfinitum: ergo præfinitio nostri operis solùm debet supponere scientiam mediam directam de nostro opere ut futuro sub conditione huius vel illi* auxilij. Deinde, quia nequit suponi per se ad aliquam volitionem scientia illa, sine qua potest eiusmodi volitio existere: at sine illa scientia media reflexa potest existere præfinitio nostri operis, quia quamvis Deus cognoscat oppositum eventum, nimirum, quod impedita præfinitione non esset habiturus aliud imperium, non propterea desineret esse proximè expeditus ad præfiniendum nostrum opus, siquidem adhuc haberet media efficacia ad eius positionem.

38. Obijcies septimò, rationem à nobis factam non magis procedere quando libertas supponitur intrinseca decretis divinis, quàm si supponeretur eisdem extrinseca. Etenim absurdum, quod deducimus contra præfinitiones coniunctas cum libertate intrinseca divinorù decretorù, est, quod ex illis sequeretur, nos posse determinare ad existentiam decreti liberi Dei: par autem absurdum sequitur, si libertas stabiliat extrinseca: nam si libertas extrinseca ponatur; profecto voluntas nostra potens impedire præfinitionem efficacem nostrorum actuum, inducentem per modum imperij efficacis volitionem executivam auxilij; ac proinde ei adimentetur libertatem immediatam, & impotens inducere imperium, poterit facere, ut volitio executiva auxilij existat cum immediata libertate: ergo iam volitio

executiva auxilij in ratione immediatè libera pendet à nostra voluntate. Quod ergo absurdum erit in eo quod nos possimus determinare ad existentiam divini decreti liberi?

39. Respondeo, voluntatem nostram, si libertas sit extrinseca decretis divinis, sine absurdo posse facere ut voluntas executiva auxilij, quæ de facto est mediatè tantum libera, fuerit immediatè libera, non quidem determinando ad existentiam ipsius volitionis, quæ denominatur immediatè libera, hoc enim ad solam voluntatem divinam spectat; sed determinando ad existentiam alicuius conditionis puræ, necessariæ ad hoc ut illa denominetur immediatè libera, nimirum ad carentiam imperij, per quam constituitur proxima indifferentia divinæ voluntatis, quæ voluntatem executivam auxilij denominat immediatè liberam: in quo nullum absurdum reperitur; siquidem non oportet, ut forma, à qua volitio denominatur immediatè libera, sit ipsi eligenti libera, sed potius poni potest ex determinatione alterius agentis. Sic proxima in differentia creatæ libertatis, à qua nostra actio denominatur libera, est à Deo determinante; quamvis ipsa actio, quæ denominatur immediatè libera, cum ita denominatur, nequeat esse à Deo determinare. At si libertas sit essentialis divinis decretis, opus erit, ut nostra voluntas possit determinare ad existentiam ipsius decreti, quod ex se est immediatè liberum: quod omninò repugnat, multo magis quàm repugnat, Deum determinare voluntatem creatam ad actionem ipsi liberam: ergo quamvis ratio à nobis facta vim non habeat pro casu, in quo libertas sit extrinseca, evincet intentum pro casu, in quo sit intrinseca & essentialis. Quod si difficile quoque apprehenditur, quod voluntas nostra possit facere, ut decretum divinum existens cum mediata libertate, fuerit immediatè liberum: sanè hoc probabit libertatem non posse esse extrinsecam divinis decretis: ac proinde absolutè repugnare præfinitiones; nihil tamen contra nos concludet, qui solum hic asserimus eas saltem repugnare, si libertas sit essentialis divinis decretis.

(o)





DISPUTATIO XV. AN SUPPOSITA SCIENTIA MEDIA POSSIBILIS SIT PRAEFINITIO SIMPLEX EX SE, ET AB IN- trinseco efficax, circa actus nostros liberos honestos?

AD Finem disputationis 13. dixi; probabilissimam esse sententiam Eximij Doctoris, qui illas praefinitiones saepe docet; & cum eo communior sententia nostrorum: & cenfeo, stando authoritati probabiliozem esse opposita; ut ostendunt, quae in favorem illarum adducit ipse Eximius Doctor lib. 2. de concursu Dei cap. 7. & lib. 3. de auxilijs cap. 17. & lib. 5. de gratia, cap. ult. & alibi saepe & quae adducit P. Ruiz tom. de providentia tract. 2. stando tamen intra limites rationis naturalis, magnas invenio difficultates in illis praefinitionibus; praesertim in praefinitionibus formalibus, quae sint intentiones efficaces nostrorum actuum liberorum, & inducant electionem auxiliij congrui, eas autem difficultates in hac disputatione proponam, non tam definiendo, quam dubitando, & sapientiorum iudicio exponendo. Prius autem proponam difficultates, quae in genere impugnant omnem praefinitionem simplicem antecedentem consensum in statu absoluto, & cum illo ex se ab intrinseco, & essentialiter connexa. Deinde, quae impugnant praefinitiones formales per modum intentionis efficacis immediate intendentes nostras operationes honestas.

SECTIO PRIMA:

Propouitur multiplex ratio dubitandi contra eiusmodi praefinitiones.

LOQVOR in genere de omni praefinitione simplici, ex te ab intrinseco connexa cum nostro consensu, quatenus praecise est actus voluntatis divinae, & ut distincta virtualiter a scientia media; sive sit praefinitio formalis amans consensum nostrum immediate in se ipso; sive sit tantum virtualis, quatenus essentialiter supponit scientiam mediam, & immediate amat auxiliium congruum. Claritatis autem gratia sectionem hanc, quia longa est, in varios parraphos distinguam.

(o)

s. I.

Prima ratio dubitandi contra praefinitiones iuxta vera principia complementia decreta libera per connotata ad extra.

DENOMINATIO Dei efficaciter & absolute praefinientis operationem liberam creaturae cum sit contingens, importare debet aliquam mutationem ad extra, per quam Deus compleatur in ratione liberè praefinientis: nam tom. 1. disp. 27. late probavi omnino repugnare intra Deum formalitatem contingentem, & defectibilem. At nequit assignari mutatio ad extra, per qua Deus compleatur in ratione liberè praefinientis actionem liberam creaturae: ergo repugnat eiusmodi praefinitio. Probatur minor: nam haec mutatio imprimis nequit esse ipsa actio libera creaturae; tum quia cum praefinitio libera, quatenus praefinitio libera antecedit collationem auxiliij, & sit causa mediata operationis liberae, nequit per ipsam construi, & compleri in ratione praefinitionis: tum quia cum praefinitio sit actus liber Dei, nequit voluntas creata ad existentiam talis praefinitionis determinare: si enim pugnat cum libertate creaturae quod creator determinet ad existentiam nostrae actionis liberae iuxta verissima Societatis principia; a fortiori pugnabit cum libertate creatoris, quod creatura determinet ad existentiam decreti liberi; determinaret autem ad existentiam decreti liberi, si determinaret ad actionem illam, per quam volitio necessaria Dei completur in ratione decreti liberi.

Deinde nequit esse ipsa productio auxiliij congrui, & praeter illam nequit aliud assignari pro complemento illius praefinitionis: ut infra probabimus. Quod autem nequeat esse productio auxiliij congrui, nunc suadetur: nam cum praefinitio efficax essentialiter connectatur cum operatione libera praefinita, debet actio, per quam Deus completur in ratione liberè praefinientis operationem liberam creaturae essentialiter connecti cum tali operatione.

ne. At productio auxiliij congrui nequit esse essentialiter connexa cū operatione: ergo per illam nequit Deus compleri in ratione liberę pręsentis efficaciter operationem liberam creaturę. Probatur hæc minor multipliciter: primo, quia omnia quę constituunt actum primum proximum creatę libertatis debent esse indifferentia ad vtrumque; nihilque essentialiter connexum cum altero extremo contradictionis determinatę, potest constituere actum primum proximum; at actio productiva auxiliij congrui constituit illum actum primum quatenus actualiter pendet à Deo; pendet autem à Deo per sui productionem: ergo talis auxiliij productio nequit esse essentialiter connexa tum operatione libera creaturę, sed debet esse indifferens, sicut indifferens est ipsa entitas auxiliij: cum ad libertatem requiratur, quod voluntas possit coniungere omissionem operis cum auxilio, cum quo operatur, ac proinde cum actione, per quam pendet à Deo illud auxilium, dum voluntas cum illo operatur.

4. Probatur secundo, nam productio actus primi proximi est essentialiter pręrequisita ad existentiam actus primi proximi; cum implicet dari actum primum proximum creaturę, quia sit productus: omnia autę, quę sunt essentialiter pręrequisita ad actum primum proximum, sunt suppositio simpliciter antecedens respectu actionis liberę: ergo productio auxiliij congrui est suppositio simpliciter antecedens respectu actionis liberę: ergo talis productio nequit esse essentialiter connexa cū actione libera: nam pugnat cum libertate suppositio simpliciter antecedens nostram actionem liberam, essentialiterque connexa cum illa.

5. Probatur tertio, nam ad libertatem requiritur, quod voluntas nostra possit impedire omnem suppositionem essentialiter connexam tum operatione. At voluntas operans cum auxilio, nequit impedire actionem productivam talis auxiliij, nec ad id habet potestatem ullam: ergo productio auxiliij, cum quo voluntas liberę operatur, nequit esse essentialiter connexa cum operatione libera. Probatur minor: quia cum omnino impossibile sit, ut voluntas nostra per omissionem libertati ortam ab aliquo actu primo, impediat existentiam talis actus primi; etiam debet esse impossibile, ut impediat actionem productivam talis actus primi. Quę impossibilitas magis probatur: nam cum voluntas nostra nequeat impedire existentiam auxiliij, quo operatur sanę si posset impedire actionem, per quam tale auxilium dependet à Deo, posset facere ut auxi-

lium maneret in rerum natura sine omni actione, & cum hoc sit chymæra, posset proinde facere chymæram.

6. Quod autem id posset, suadetur; quia voluntas nostra nequit facere, ut loco actionis producentis auxilium, quando coniungendum est cum operatione, ponatur in sensu diviso alia actio productiva talis auxiliij, quando coniungendum est cum carentia operationis: cum enim existentia talis actionis producentis auxilium soli Deo sit immediatę libera, ipsique soli, ut principio liberę determinanti ad ipsius existentiam correspondeat; impossibile est, ut voluntas creata per aliquod exercitium liberum ortum ab auxilio, possit Deum determinare ad productionem talis auxiliij. At voluntas potens impedire actionem, per quam auxilium de facto dependet à Deo, & impotens determinare ad existentiam alterius actionis productivę talis auxiliij, profecto potest facere, ut maneat in rerum natura sine omni actione productiva.

7. Dices, actionem productivam auxiliij congrui, seu auxiliij, quando coniungendum est cum operatione, essentialiter supponere scientiam mediam futurę operationis sub conditione, quod tale auxilium detur: & similiter actionem productivam eiusdem auxiliij, quando coniungendum est cum carentia talis operationis, essentialiter supponere scientiam mediam non-fururę operationis, quamvis tale auxilium detur. Hinc autem fieri, ut voluntas nostra possit impedire actionem illam, quę essentialiter supponit scientiam mediam futurę operationis, nimis impediendo scientiam mediam talis operationis: & inducere aliam actionem essentialiter supponentem scientiam mediam oppositam: cum enim Deus ut perfectissimus provisor sit essentialiter determinatus ad non producendum auxilium, & ad non conferendum voluntati actum primum proximum, quia sciat, an voluntas sit operatura cum illo actu primo, necne: consequens est ut constituat in actu primo proximo ad producendum auxilium, quando coniungendum est cum operatione per scientiam mediam congruitatis talis auxiliij, seu futurę operationis, si tale auxilium detur: & ut constituat in actu primo proximo ad producendum idem auxilium, quando coniungendum est cum omissione libera operis, per scientiam mediam incongruitatis auxiliij, seu futurę omissionis sub tali auxilio. Et cū Deus sit necessitatus ad habendam vnam ex illis duabus scientijs oppositis, erit etiam necessitatus, ut producat auxilium vel per actionem essentialiter supponentem scientiam congruitatis auxiliij, vel per actionem supponentem scientiam incongruitatis. Ergo voluntas humana

Enam potens facere, ut non producat per actionem essentialiter supponentem scientiam congruitatis, potest facere; ut producat per actionem supponentem scientiam incongruitatis: ac proinde non sequitur illud absurdum, nimirum quod possit facere; ut maneat auxilium in rerum natura sine omni actione.

8 Verum hæc solutio non satisfacit. Ut autem appareat insufficientia illius, observa bifariam posse impediri actionem liberam agentis; vel mediata tantum, impediendo nimirum aliquid essentialiter prærequiritum ad ipsius existentiam; quo pacto qui potest impedire cognitionem, qua voluntas constituitur proxime potens elicere actionem liberam, potest impedire talem actionem liberam: & sic potest Deus impedire omnem actionem liberam creaturæ. Vel immediate & formaliter, inducendo, scilicet; exercitium oppositum: & hoc pacto duntaxat potest impedire actionem liberam ipsum agens, quod immediate exercetur liberè per illam; & determinat ad ipsius existentiam. Vnde Deus non potest impedire hoc modo existentiam actionis liberæ creaturæ: quia supposita proxima indifferentia voluntatis nostræ ad agendum, & non agendum, sola ipsa se potest determinare ad non agendum, ac proinde sola ipsa potest immediate impedire suam actionem liberam.

9 His prænotatis, facile intelligitur, quod voluntas creata possit mediata impedire actionem liberam Deo videlicet impediendo scientiam mediam per quam Deus constituitur proxime potens ponere talem actionem. Vnde si detur præfinitio operis liberi essentialiter supponens scientiam mediam, optime poterit voluntas nostra impedire illam præfinitionem; impediendo scientiam mediam, qua ad ipsam necessario præsupponitur. Proinde si actio productiva auxilij congrui essentialiter supponeret scientiam mediam congruitatis auxilij, posset voluntas nostra mediata impedire illam actionem. At voluntas humana nequit immediate & formaliter impedire actionem liberam Deo, nimirum inducendo actionem liberam oppositam: hoc enim modo solus Deus potest impedire suam actionem liberam.

10. Hinc fit omnino impossibile esse, quod voluntas humana possit inducere actionem productivam auxilij. Quod rursus patet: nam voluntas humana solum potest facere ut Deus habeat scientiam mediam incongruitatis auxilij: hoc autem non sufficit; ut possit determinare Deum ad actionem liberam supponentem eiusmodi scientiam: siquidem supposita tali scientia est Deus indifferens ad producendum vel non producendum auxilium. Quod autem Deus sit ex se necessarius ad non producendum auxilium, nisi vel cum scientia congruitatis, vel

cum scientia incongruitatis: probat ad summum productionem auxilij essentialiter postulare vage vel scientiam congruitatis, vel scientiam incongruitatis, ac proinde de se esse indifferentem ut coexistat cum vna, vel cum alia, sicut ipsum auxilium: non probat autem esse necessitatum ad producendum auxilium; vel per actionem essentialiter supponentem scientiam incongruitatis, vel per actionem essentialiter supponentem scientiam incongruitatis. Quod si esset hæc necessitas, hæc necessitas esset determinanda ab ipso; quia esset necessitas vaga ad actiones oppositas ipsi immediate liberæ; sicut necessitas nostræ voluntatis ad amorem vel odium, ab ipsa sola potest determinari ad amorem potius quam ad odium.

11. Dices, voluntatem nostram antecedenter ad collationem auxilij non posse facere ut existat productio auxilij essentialiter supponens scientiam mediam incongruitatis: quia antecedenter ad collationem auxilij, supposita tali scientia incongruitatis, adhuc Deus est indifferens ut ponat, vel non ponat talem actionem: ceterum id posse facere supposita existentia auxilij: quia supposito, quod auxilium existat, est necessarium, quod dependeat à Deo per actionem essentialiter supponentem scientiam incongruitatis, si scilicet non dependet per actionem essentialiter supponentem scientiam congruitatis; vnde voluntas nostra, que supposito auxilij potest facere, ut non dependeat per actionem supponentem scientiam incongruitatis, hoc ipso potest facere, quod dependeat per actionem essentialiter supponentem scientiam incongruitatis. Quod autem voluntas nostra possit id facere supposita existentia auxilij, quamvis non possit antecedenter ad existentiam auxilij; explicare possunt ex exemplo scientiæ mediæ, quam voluntas nostra potest impedire inducendo oppositam supposita existentia auxilij; non potest autem antecedenter ad existentiam auxilij.

12. Sed contra primo: nam hoc ipso, quod voluntas nostra possit supposita existentia auxilij, facere ut in Deo præceserit scientia mediæ representans incongruitatem illius, talis scientia non est libera Deo, sed est libera nobis: ergo si supposita entitate auxilij potest voluntas facere, ut dependeat à Deo per auxilium per actionem, v.g. talis actio non erit libera Deo; sed erit libera nobis; ac proinde erit iuxta præfinitionem, quæ quoad existentiam soli Deo libera est.

13. Contra secundo; quia Deus conferens auxilium congruum per actionem essentialiter supponentem scientiam mediam congruitatis non amat existentiam actionis oppositæ essentialiter supponentis scientiam mediam incongruitatis: ergo collatio auxilij congrui ad con-

fert mihi potestatem ad faciendum ut existat actio productiva auxilij supponens scientiam incongruitatis. Quid enim prodest ad salvandam libertatem divinam in producenda actione aliqua suppositio illa, quam dum Deus amat nullo modo amat actionem illam? Deus autem amans existentiam auxilij congrui ut congrui, id est, existentiam auxilij supposita scientia media congruitatis, nullo modo amat existentiam actionis essentialiter incompossibilis cum congruitate auxilij, seu existentiam actionis essentialiter connexæ cum incongruitate.

14 Quare est omnino implicatorium, quod supposita existentia auxilij possit voluntas nostra facere ut existat actio productiva auxilij. Et ratio à priori est, quia hoc ipso, quod supponatur auxilium existens, in ipsa suppositione involvitur existentia actionis producentis auxilium; ac proinde talis suppositio nequit tribuere nobis facultatem ad faciendum ut existat actio productiva auxilij; nam ubi per auxilium conceditur nobis facultas ad faciendum ut existat aliquid; in signo auxilij & potestatis proximæ ad operandum vel non operandum præcindi debet ab existentia illius, quod media actione libera à nobis induti valet. Hinc quia per auxilium sufficiens conceditur mihi potestas ad faciendum ut existat in Deo ab æterno scientia visionis representans existentiam mei actus; in signo indifferentiæ ad operandum vel non operandum, sicut præcinditur ab existentia mei actus liberi, ita præcinditur à scientia visionis terminata ad ipsum.

15 Hinc concluditur, actionem productivam auxilij congrui debere imitari naturam ipsius auxilij, ut sit indifferentis ad utrumque extremum nostræ libertatis, sicut ipsum auxilium, ut possit coniungi tam cum scientia media congruitatis, quam cum scientia media incongruitatis auxilij.

16 Et quamvis Deus quatenus perfectissimus provisor postulet non producere auxilium, quando voluntas cum ipso operatur est, quin pro priori ad talem productionem præcedat scientia media representans voluntatem operaturam cum illo auxilio, si detur; ipsum tamen auxilium non postulat tunc producti per actionem essentialiter supponentem illam scientiam; quia illam scientiam non postulat auxilium ex se, utpote, quod equè bene existeret; quamvis per impossibile Deus non cognosceret futura contingentia conditionata: sicut actio ad extra non postulat existentiam Dei, ut est trinus, sed contenta est cum existentia Dei, ut est vnus; quia equè bene existeret, quamvis per impossibile Deus non foret trinus.

17 Imò quamvis Deus ex se sit essentialiter necessitatus ad non producendum auxi-

lium, quin pro priori noverit quod futurum sit si detur; idque essentialiter postulet quatenus perfectissimus provisor: tamen actio productiva auxilij ex parte sua non postulat adhuc vagè procedere vel à scientia media congruitatis, vel à scientia incongruitatis; quia equè bene se haberet, quamvis per impossibile Deus careret scientia media; contenta cum scientia simplicis intelligentiæ, quam solam per se supponit. Quod etiam inde suaderetur; nam quando effectus postulat vagè hanc vel illam causam; vna supplet defectum alterius; at scientia media incongruitatis non potest supplere scientiam congruitatis, cum sint oppositæ, & vnum contradictorium non suppleat defectum alterius.

18 Ex quibus omnibus constat, Deum non posse compleri in ratione efficaciter præfinitis actionem liberam creaturæ per productionem auxilij congrui ad talem actionem; ergo per nihil potest compleri: nã præter actionem liberam creaturæ, & præter actionem productivam auxilij nihil potest assignari pro complemento illius præfinitionis. Nec enim potest assignari extra operantem; quia ut Deus præfinit meam operationem liberam; non est necesse ut immutet aliquod aliud subiectum, vel aliquid extra me faciat: nec item potest assignari intra operantem; nam quod non deservit ut voluntas nostra operetur, nec ad id movet ipsam; nequit complere præfinitionem efficacem nostri operis liberi: non movent autem ad operandum nisi ea, quæ se tenent ex parte actus primij nempe auxilium, cognitio, inspiratio, & alia huiusmodi.

19 Quod si contendas, Deum imprimere in voluntate modum aliquem ut cuius compleatur in ratione præfinitis efficaciter actus liberum ipsius, quia talis modus essentialiter supponit scientiam mediã: facile impugnaberis; quia si talis modus est intrinsecus voluntati, erit quædam prædeterminatio physica movens infallibiliter ad operandum: unde iam admittes prædeterminationem essentialiter supponentem scientiam mediã; quod est chymæricum. Quod si dixeris, Deum per illum modum non movere voluntatem creatam ad operandum; sed necesse sitare se ipsum ad conferendum voluntati auxilium congruum: dicet rem incredibilem, & repugnantem; quia hoc ipso sentis, Deum non posse se immediatè procedere ad conferendum auxilium congruum, quin prius immutet voluntatem per illum modum. Propterea facile impugnaberis quia sicut actio, per quam Deus producit auxilium congruum; nequit essentialiter supponere scientiam mediã congruitatis; ita nec ille modus per hoc præcisè quod determinat ad talem productionem poterit esse essentialiter supponere eiusmodi scientiam.

S. II.
*Secunda ratio dubitandi iuxta sententiam
 constituentem actus liberos Dei per forma-
 litatem contingentem Deo in-
 trisecam.*

20 **S**ED ne repugnantiam præfinitionis
 alligemus nostris principijs de con-
 stitutione actuum liberorum; & quia
 Authores illorum præfinitionum communiter
 distinguunt in Deo ordinem intentivum ab exe-
 cutivo, & plerique intentivum non solum res-
 pectu nostræ operationis, sed respectu auxilij
 congrui; quæ distinctio stare nequit, quin ad-
 mittantur in Deo formalitates intrinsecæ cõ-
 ringentes, quarum vna sit pura intentio finis,
 & alia sit executiva mediõrũ. Ideo impugnan-
 dæ nobis sunt præfinitiones illæ, etiam in sen-
 tentia admittente illas formalitates intra Deũ.

21 Contra illas ergo formo secundam ra-
 tionem in hunc modum: si Deus habere posset
 præfinitionem, seu intentionem absolutam ex-
 se efficacem circa nostram operationem libe-
 ram, vel per illã intentionem exequeretur im-
 mediatè auxilium congruum, seu medium effi-
 cax ad consequendum finem illum nostræ ope-
 rationis; vel exequeretur per aliã volitionem
 imperatam ab eiusmodi intentione, seu præfi-
 nitione. At neque potest Deus exequi imme-
 diatè auxilium congruum per præfinitionem
 illam, nec per voluntatè imperatã ab ipsa: ergo
 Deus habere non potest illam præfinitionem.

22 Reliqua patent, præter minorem: hæc
 autem probatur imprimis quoad primam par-
 tem: nam si Deus exequeretur immediatè au-
 xilium congruum per præfinitionem ipsam, tunc
 existentia auxilij vnicè penderet à præfinitio-
 ne; quandoquidè nulla alia tunc interveniret:
 volitio in exequendo auxilium, cum ipsa præ-
 finitio esset sufficientissimã ad munus illud: at
 repugnat auxilium congruum vnicè penderè à
 præfinitione: quod probatur eisdem argumen-
 tis, quibus disp. 42. impugnavi præfinitiones
 necessãrias; & quibus sec. præced. ostendi non
 posse auxilium cõgrum produci per actionem
 essentialiter connexam cum operatione nostra
 libera: nam eadem est ratio de volitione exe-
 quente auxilium immediatè, ac de actione pro-
 ductiva: vtraque enim est suppositio simpli-
 zer antecedens: siquidem auxilium secundũ se
 sicut essentialiter supponit actionem producti-
 vam sui, itã essentialiter supponit volitionem
 divinam executivã sui: vtraque etiam est in-
 impedibilis à voluntate nostra, propter eãdem
 rationem. Argumentor igitur ex dictis: nam ad
 libertatem requiritur, vt voluntas nostra pos-
 sit impedire omnem suppositionem essentialiter
 connexam cum operatione libera: at si auxilium
 vnicè penderet à præfinitione operis, nõ posset

voluntas nostra eiusmodi suppositionem, seu præ-
 finitionem impedire: nam cum non possit indu-
 cere in Deum aliam volitionem executivã
 auxilij incompossibilem cum præfinitione; sa-
 nè si posset impedire præfinitionem à qua vnicè
 pederet auxilium, posset facere vt auxilium maneret
 in rerũ natura sine omni volitione exequenti:

23 Dices non sequi absurdum: quia Deus
 est metaphysicè necessitatus vt casu quo colla-
 turus sit auxilium *A* v.g. illud conferat vel per
 volitionem præfinitivã operis, nimirum pro
 casu, in quo videat per scientiam mediã, vo-
 luntatem nostrã operaturã cum illo: si detur;
 vel per volitionem essentialiter incõpossibilem
 cum præfinitione, nimirum pro casu, in quo vi-
 deat oppositum. Vnde ex eo quod voluntas no-
 stra possit supposita existentia auxilij impedi-
 re existentia præfinitionis, non sequitur posse
 facere vt maneat auxilium sine omni volitione
 exequenti; quia nimirum pro casu, in quo præ-
 finitio impediretur, Deus conferret auxilium
 per volitionem incõpossibilem cum præfinitione.

24 Sed contra; quia si Deus habet illam ne-
 cessitatem: ergo voluntas nostra potens impe-
 dire præfinitionem, est potens determinare
 Deum ad volitionem executivã auxilij incõ-
 possibilem cum præfinitione: Si enim est me-
 taphysicè infallibile extitura volitionem col-
 lativã auxilij *A* incõpossibilem cum præfi-
 nitione operis, ad quod moveret auxilium *A* casu
 quo nõ existat præfinitio talis operis: ergo vo-
 luntas nostra, quæ suppositò auxilio *A* potest
 facere ne existat talis præfinitio; potest suo
 exercitio libero facere vt existat volitio incõ-
 possibilis cum præfinitione, ac proinde Deum
 determinare ad habendã eãdem volitionem. Hoc
 autem est incõpossibile: quia nulla facta suppo-
 sitione, potest creatura determinare creatorem
 ad habendum decretũ immediatè liberum: est
 enim de essentia agentis liberi, vt à nullo alio,
 quã à se ipso possit determinari ad exercitiũ
 sibi immediatè liberũ. Quod si iuxta verissimã
 principia Societatis nulla facta suppositione,
 potest creator determinare nostrã voluntatem
 ad actionem ipsi immediatè liberã; à fortiori
 nulla facta suppositione poterit nostrã vo-
 luntas determinare creatorem ad decretum
 ipsi immediatè liberum. Formalitas namque
 divina, ad cuius existentiam determinat volun-
 tas creata, nequit esse in se libera Deo, vt patet
 in scientia mediã, & in scientia visionis no-
 strorum actuum liberorum: ergo nequit Deus
 esse metaphysicè necessitatus, vt casu quo dan-
 dum sit auxilium *A*, detur per præfinitionem
 operis, vel per volitionem incompossibilem
 cum præfinitione: Quo posito, evidenter in-
 fertur, posse contingere vt auxilium maneat
 in rerum natura sine omni volitione ex-
 quen-

quenti. Si enim voluntas nostra potest impedire præfinitionem, à qua vnicè pendet auxilium; & aliunde non potest suo exercitio libero determinare Deum ad habendam volitionem executivam auxilij incòpòsibilem cum præfinitione (in eo sensu in quo potest determinare Deum ad scientiam mediam de inefficacia auxilij) ergo poterit còtingere, vt maneat auxilium sine omni volitione exequenti. Quare ex eo quòd auxilium vnicè pendeat à præfinitione operis, vniù èduobus necessario sequitur, nimirum vel volùtatem nostram posse determinare Deum ad decretum ipsi Deo immediatè liberù, vel posse facere, vt maneat auxilium in rerum natura sine omni volitione exequenti; & vtrumque est chymæra: de secundo ex se, patet: de primo etiã constat ex dictis, & vltèrius explicatur. Nam voluntas nostra nihil potest immediatè circa decreta libera Dei, sed solum mediatè quatenus potest inducere scientiã contingentem præsuppositam ad eiusmodi decreta, & hoc pacto potest impedire omnem voluntatem divinã essentialiter supponentem scientiã mediã de congruitate & efficacia auxilij indifferentis quod infert & causat, nimirum impediendo scientiã illã, quæ constituebat actum primum proximù ad eiusmodi volitionem; at non potest inducere volitionem oppositã inducendo scientiã de inefficacia auxilij; nam Deus adhuc supposita illa scientia manet indifferens ad conferendù auxilium: nam qui impedit actum primum proximù ad actionem liberam, hoc ipso impedit actionem liberã: ac qui ponit actum primum proximum ad actum liberum, non propterea ponit actum liberum. Vnde impeditio actus liberi dupliciter potest fieri; primò mediatè, videlicet impediendo aliquid essentialiter prærequisitum; secundo immediatè, nimirum ponendo exercitium oppositum; & hoc modo ipsum agens liberum duntaxat potest impedire suam actionem liberam. At positio & determinatio actus liberi vno duntaxat modo fit, nimirum ab ipso agente libero, quod supposito actu primo proximo ad verumque, se determinat: ad actum: nam ponere actum primum proximum ad actum liberum, non est ponere ipsum actum liberum; sicut tollere actum primum, est tollere & impedire actum secundum liberum: vnde ponere actum liberum, est ptoprium solius agentis liberi.

25. Probatùr deinde minor quoad secundam partem; nimirum quod Deus, qui nequit exequi immediatè auxilium cògruù per præfinitionem, nõ possit etiã exequi per volitionem imperatam à præfinitione. Id autem sic suadetur: quia sicut voluntas nostra non potest impedire præfinitionem, quando immediatè & vnicè auxilium pendet à præfinitione; ita non

potest illam impedire, quãdo auxilium pendet mediante alia volitione exequenti imperatã per præfinitionem. Nam volitio divina semel existens ex vi imperij efficacia antecedentis est essentialiter incapax existendi sine omni imperio, & procedendi à divina voluntate eã immediata libertate; vt latè probavi disp. 31. Vnde si voluntas nostra posset impedire præfinitionem imperantem voluntatem executivã auxilij, posset facere vt volitio executiva auxilij, quæ essentialiter est imperatã, maneret sine omni imperio: siquidem posset impedire imperium constituens in præfinitione, & non posset inducere aliud imperium incompossibile cum præfinitione, à quo talis volitio executiva auxilij procederet; vt constat ex modo dictis, & ex fusè disputatis disputatione præcedenti, vbi latè ostendi, hæc duo inter se coherere non posse, nempe Deum præfinire efficaciter nostros actus liberos, & libertatem esse essentialem actibus liberis Dei, ita nimirum vt volitio divina semel imperata essentialiter sit imperata, & volitio divina orta à divina voluntate cum immediata libertate essentialiter sit inimperabilis.

26. Consulantur quæ dixi disp. 31. ad probandam hanc doctrinam, ex ibi fusè disputatis, hic breviter probò, volitionem executivã auxilij existentem ex vi præfinitionis & imperij efficacia non potuisse in vllò eventu existere cum immediata libertate: nam si posset vnamquam sic existere, sequeretur de facto existere sine immediatã libertate, & cum libertate immediatã, ac proinde esse & nõ esse immediatè liberam. Sequelã vt probem, suppono divinã voluntatem ex se esse proximè expeditam ad habendam volitionem executivã auxilij: quis enim dicat Deum non potuisse incipere procurare nostram operationem liberã per volitionem executivã auxilij? Aut quis asserere audeat, Deum non potuisse habere aliquam volitionem auxilij immediatè liberã? Cui enim evidens sit, Deum posse amare aliquod obiectum per volitionem immediatè liberam; certum debet esse, posse circa existentiam auxilij exercere aliquam volitionem immediatè liberam. Idque à priori probatur: nam divina volùtas à se habet cognitionem còprehendentem bonitatè auxilij indifferentis, quæ illã amabilem reddit; & à se habet virtutem elicitivã vel quasi elicitivã volitionis efficacia circa talem bonitatem: ergo potest immediatè post illam cognitionem necessariam prorumpere in volitionem efficaciter amante existentiam talis auxilij, seu in volitionem executivã talis auxilij.

27. Hoc supposito, probò volitionem executivã auxilij ortã à præfinitione sine libertate

immediatâ, de facto habere etiam libertatem immediatam, si sit capax existendi cum immediatâ libertate. Et arguo sic: volitio illa per se ipsam oritur à divina voluntate quatenus divina voluntas est; & per se ipsam efficaciter vult oriri à divina voluntate. Atqui divina voluntas, quatenus talis, est proximè indifferens de se ad habendam vel non habendam illam volitionem: ergo oritur per se ipsam à divina voluntate ut proximè indifferenti ad ipsam habendam vel non habendam, & per se ipsam efficaciter vult oriri à divina voluntate, ut sic indifferenti: ergo oritur cum immediatâ libertate, & hunc ortum efficaciter amat. Aliud de verò oritur mediante imperio efficaci auferenti ab illa libertatem immediatam. Ergo utrumque sequitur, & habere libertatem immediatam, & simul existere vi imperij efficaci auferentis eam libertatem. Ne ergo hoc absurdum sequatur, dicendum est, volitionem divinam executivam auxiliij, quæ semel oritur mediante imperio à voluntate divinâ, non posse oriri cum immediatâ libertate; ac proinde voluntatem divinam, etiam si possit ponere aliam volitionem executivam auxiliij ob libertate immediatâ, non tamen habere; quia cum hæc de se essentialiter supponat imperium, non est divina voluntas ex se potens ponere illam, nisi mediante imperio.

28. Dices volitionem imperatam à præfinitione, etsi sit capax oriri cum immediatâ libertate, tamen non denominari immediate liberam quando adest imperium efficacem inducens; quia divina voluntas ut eam denominet immediate liberam requirit caritatem imperij. Sed contra: quia si semel divina voluntas essentialiter sumpta, & secundum se est proximè indifferens ad habendam vel non habendam volitionem executivam auxiliij, atque adeo hæc proximâ indifferentiâ intelligitur præscindendo ab imperio & à carentia imperij; sanè divina voluntas secundum se sumpta erit sufficiens ad tribuendam illam denominationem; nam ea quæ suffiunt, ut potentia sit proximè indifferens, sanis sunt ut denominet actionem immediate liberam; cætenus enim sic denominat, quatenus ponit, potens immediate non ponere: si ergo carentia imperij non ingredietur, ad constituendam proximam indifferentiâ divinæ voluntatis, nec ingredi debet ad constituendam denominationem immediate liberam, quæ ab illa indifferentiâ derivatur in decretum *A*. Unde imperium efficax sicut non tollit, quominus pro posteriori ad ipsum oriatur volitio *A* à divina voluntate ut tali, ac proinde ut proximè indifferenti ad illam habendam vel non habendam, ita non tollit quominus oriatur immediate liberè.

29. Confirmatur primò, quia si physica prædeterminatio destrueret, sed supponeret proximam indifferentiâ voluntatis ad amandum & non amandum, non lederet libertatem amoris; pariter si imperium efficax non tollit, sed ponit proximam indifferentiâ voluntatis ad habendam vel non habendam voluntatem *A* executivam auxiliij, non destruit immediatam eius libertatem.

30. affirmatur secundo, quia quod non impeditur formam sufficientem denominationem, nec subiectum capax determinari; nec utriusque unio, impedire nequit denominationem. At proximâ indifferentiâ divinæ voluntatis ponendam vel non ponendam volitionem *A* est formâ adæquatâ, & sufficiens denominare illam immediate liberam; & ipsa si subiectum capax denominari; imperium uten efficax non impedit illam indifferentiâ, nec volitionem *A*, nec utriusque unio, nec utroque indistinctam ab extremis: ergo nec impedit denominationem immediate liberam. Aliunde quia est principium antecedens, illam impedit; sequitur ergo utraque pars contradictionis.

§. III.

Tertia ratio ostendens, non posse Deum esse efficaciter præfinire operationem liberam.

31. **P**RÆFINITIO efficax operis liberi est actus divinæ voluntatis, qui ex se intendit efficaciter nostram operationem liberam: & cum illius existentia essentialiter connexus est. Deum igitur non posse habere hunc actum, hac ratione suaderi potest, si Deus posset habere illam intentionem ex se efficacem nostri operis liberi, vel per illam exqueretur auxiliū efficax ad nostrum opus, vel saltem ab illa intentione posset intrinsicè moveri ad exequendum auxiliū: sed nec per intentionem efficacem nostri operis potest Deus exequi auxiliū efficax, nec ab illa potest intrinsicè moveri ad illud exequendum: ergo nequit Deus habere intentionem efficacem ex se nostri operis liberi: seu præfinitionem. Consequens est legitima: hunc præmissæ singillatim probanda sunt.

32. Et imprimis maiorem suadeo: nam quicumque intendit efficaciter finem, ad cuius consecutionem est necessarium medium in ipsius potestate constitutum, cogitur ex vi talis intentionis exequi medium illud: ergo vel cogitur exequi illud per ipsam intentionem, vel per aliâ voluntatem posteriorem. Hæc autem voluntas posterior eligens mediū ex vi intentionis, potest moveri intrinsicè ab ipsamet intentione: nam qui intendit efficaciter finem, & videt se

hac intentione cogi ad exequendum medium, potest ex hoc motivo eligere medium, ut affectu. *Quia intendi efficaciter hunc finem, volo exequi tale medium, quo video inobtemperabiliter obtinendum finem.* Quodnam enim motivum magis proportionatum respectu finis medijs, quam intentio efficax finis? Aut quomodo fieri potest, ut natura rationalis agens supra suam intentionem, non valeat a se moveri ad exequendum medium, ita ut voluntas moti- vum exequendi medium, sit, intendens finem? Quo in eventu motivum intrinsecum erit ipsa intentio; cum enim electio medijs dicitur fieri in aliquod motivum intrinsecum, scilicet nullum ad sit motivum eligendi medium istud, prater hoc, quod est intendisse finem, sanè hoc est motivum intrinsecum talis electionis. Ergo Deus potest intendere efficaciter nostram operationem liberam, potest exequi auxilium efficax, vel per ipsammet intentionem, vel per electionem ortam ex illa intentione, & respicientem intentionem ut motivum intrinsecum. Itaque hoc sit principium immobile. Quotiescunque natura rationalis cogitur ex vi intentionis ad exequendum medium, vel id præstare debet per ipsammet intentionem, vel si id per ipsam intentionem non præstat, potest saltem moveri ab ipsa ad exequendum medium per volitionem respicientem ut motivum intrinsecum ipsam intentionem, quæ explicetur his verbis: *Quia intendi efficaciter finem, volo ponere hoc medium, quo ille obtinendus est. Dixi, potest moveri, & non dixi, debet moveri;* quævis enim admitterem, posse quem supposita intentione efficaci finis, eligere medium electione materiali, quæ scilicet per se non supponat intentionem, nec ab illa intrinsecè moveatur, nihilominus negari nequit, posse etiam eligere electione formali per se supponente intentionem, & respiciente illam ut motivum intrinsecum; quod mihi sufficit ad intentum.

33 Restat nunc probanda minor, videlicet, Deum nec per intentionem efficacem nostram operis posse exequi auxilium efficax, nec per volitionem ex illa ortam, & ipsam respicientem ut motivum intrinsecum, quam sic probo: nequit Deus exequi auxilium efficax ad operationem liberam per volitionem ex se essentialiter connexam cum tali operatione; at tam intentio efficax nostri operis, quam volitio ex illa orta, illamque supponens, & respiciens ut motivum intrinsecum, est essentialiter connexa cum nostro opere libero: ergo per neutram potest Deus exequi auxilium efficax. Consequentia est legitima. Minor quoad primam partem est per se nota, & quoad secundam est etiam manifesta: nam volitio exequens auxilium, quæ movetur intrinsecè ab intentione efficaci nostri operis liberi: essentialiter supponit cognitionem divinam repræ-

sentantem illam intentionem ut existentem: ergo essentialiter supponit ipsam intentionem: ergo est inseparabilis ab illa: ergo essentialiter conneditur cum existentia operis liberi, sicut ipsa intentio, seu præfinitio. Totam ergo difficultatem revocatur ad maiorem.

34 Probo itaque maiorem, nempe non posse Deum exequi auxilium congruum per volitionem ex se connexam essentialiter cum existentia operis liberi: non stat in voluntate nostra libertas ad impediendum opus præfinitum, nisi posset impedire præfinitionem, omnemque suppositionem essentialiter connexam cum opere, ut modo suppono ergo non stat in voluntate nostra libertas ad impediendum opus præfinitum, quin possit impedire voluntatem executivam auxilij essentialiter connexam cum existentia talis operis. At voluntas nostra nequit impedire voluntatem executivam auxilij congrui, quæ per se est essentialiter connexa cum opere: ergo non potest impedire opus ipsum, & consequenter non manet libera. Minorem hanc suadeo: quia voluntas nostra nequit facere, ut auxilium maneat in rerum natura sine omni volitione exequente; posset tamen hoc facere, si posset impedire voluntatem executivam auxilij; siquidem voluntas nostra non habet potestatem ad inducendam aliam volitionem executivam auxilij loco illius, quam impedit, cum vitio executiva auxilij soli Deo sit libera, ab illique solo possit determinari ad existendum: ergo si potest impedire hanc, per quam de facto auxilium dependet à Deo, potest facere ut maneat sine omni volitione divina in rerum natura. Hanc rationem non fultus hic prosequor, quia aibi latere à me ostensum est, non posse voluntatem nostram impedire voluntatem divinam executivam auxilij, nempe disp. 11.

S. IV.

Quarta ratio contra præfinitionem operis liberi ab intrinsecò efficacem.

35 PAVLO aliter eandem conclusionem poterit quis suadere. Præfinitio efficax nostri operis liberi est intentio efficax nostri operis: ergo ut illius cogitur Deus eligere medium congruum ad finem consecutionem; qui enim intendit efficaciter finem, ab hac intentione necessitatur ad eligendum potius medium, quo videt finem obtentum iri, quam medium aliud, quo videt non obtinendum: ergo ex illa intentione operis liberi oritur in Deo electio auxilij congrui amans ipsum, quia congrua: ergo oritur electio essentialiter connexa cum opere. Postmodum probabitur prima consequentia, modo probemus ultimam: nam volitio amans auxilium quia congruum, ex suo modo tendendi supponit essentialiter scientiam mediæ de congruitate:

Fate; cum ab illa moveatur; & aliunde inferat
auxilium: ergo, ex se habet illa volitio eam
connexionem cum nostro opere, quam habet
complexum ex scientia media & auxilio. Prima
vero consequentia suadetur: nam electio auxili-
lij congrui orta ex intentione efficaci nostri
operis liberi dirigitur proprie, & per se à scien-
tia media representante efficaciam illius auxili-
lij: ideo enim intentio finis cogit ad electionem
huius auxiliij potius, quàm alterius, quia hoc po-
tius, quam alterum repræsentatur per scientiam
mediam ut congruum ad finis consecutionem.
Volitio autè directa proprie & per se per cog-
nitionem, debet amare obiectum suum maté-
riale ob illam rationem formalem, quæ præ-
ponitur per cognitionem dirigentem: ergo elec-
tio auxiliij congrui orta ex intentione effica-
ci operis liberi amat auxilium ob congruitatē
seu quia congruum: ergo electio est essentialiter
ter connexa cum nostro opere: ergo hoc ipso
quod Deus præfinit efficaciter nostram ope-
rationem liberam, cogitur exequi auxiliū con-
gruum per volitionem essentialiter connexam
cum opere: siquidem exequitur auxilium per
electionem formalem ipsius, ortam ex tali præ-
finitione seu intentione efficaci, qui enim ex
intentione finis eligit medium constitutum in
sua potestate, cuius positio pendet vnicè ab ip-
sius voluntate, per ipsammet electionem ipsum
exequitur; frustra enim post electionem super-
veniret alius actus, At non coheret cum liber-
tate operis, quod volitio exequens auxilium sit
essentialiter connexa cū ipso, ut fuse probavi
disp. 12. ergo nõ coheret cum libertate nostri
operis intentio efficax, seu præfinitio illius.

26 Confirmatur: nam inde communiter
impugnari solet intentio efficax penitentiæ an-
te prævisum absolute peccatum, quia cū vi illi
cogatur Deus conferre potius auxilium ineffi-
cax, quam efficax ad rectè operandum & obser-
vandam præceptum, vi illius cogitur amare
auxilium, quia inefficax, & consequenter co-
gitur amare peccatum: ergo pariter in nostro
casu cum ex intentione efficaci nostri operis
liberi cogatur Deus exequi potius auxilium
congruum, quàm incongruum, cogitur exequi
illud auxilium quia congruum; ergo cogitur
exequi per volitionem essentialiter connexam
cum congruitate illius auxiliij, & consequen-
ter cum nostra operatione.

5. V.

*Energetur quadam evasio, & ostenditur,
non posse oriri ex intentione finis so-
lam electionem materialem
medij.*

37 **R**ESPONDEBIT aliquis cum Patre
Ripalda, & alijs possibilem esse

electionem materialem, id est amantem mediū
propter se, quia amat ut vile, & quæ possit
existere absque intentione: ac proinde posse
ex intentione efficaci nostri operis liberi oriri
voluntatem executivam auxiliij, quæ solum
per accidens, & materialiter sit electio, quate-
nus hic & nunc oritur ex intentione nostri
operis liberi, de se vero sit indifferens, ut exi-
stat absque illa intentione; & coexistat cum
carentia operis, ad modum quo ex actu chari-
tatis imperante potest per accidens oriri actus
miseri cordis, qui de se est indifferens ut exi-
stat seorsim ab imperio illius.

38. Sed contra hanc solutionem poterit
quis sic valide insurgere; quia repugnat ex in-
tentione finis oriri electionem mediij, quæ non
amat medium, quatenus vile ad finem præin-
tentum: ergo repugnat in Deo oriri virtuali-
ter ex intentione efficaci nostri operis liberi
electionem auxiliij congrui, quin illa electio
amet illud auxilium quia congruum. Probatur
anteceðens: nam qui intendit efficaciter finem,
nequit eligere potius hoc medium, quàm illud
ex vi intentionis, nisi quia videt hoc potius,
quàm illud esse vile ad finem præintentum;
ergo ex vi intentionis cogitur amare potius
hoc, quàm illud, ob utilitatem in illo repertā
potius quàm in alio: implicare enim videtur,
ut ex vi intentionis cogatur amare unum po-
tius, quàm aliud, nisi ob aliquam rationem bo-
ni repertam in vno potius, quàm in alio: ergo
qui supposita intentione efficaci finis elegit
medium congruum ad finis consecutionem, id
præstat per electionem amantem illud ob illā
specialem bonitatem congruitatis.

39. Confirmatur & explicatur: qui inten-
dit efficaciter finem, nequit eligere medium,
nisi directus à cognitione representante eius
utilitatem: cognitio ergo utilitatis dirigit vo-
luntatem ad amandum medium: ergo ad amā-
dum ob aliquam rationem boni in ipso reper-
tam: sed non ob aliam, quam ob utilitatem;
cognitio quippe representans utilitatem & co-
gruitatem mediij, quatenus talis est, & quate-
nus opponitur cognitioni representanti in-
congruitatem eiusdem mediij, solum repræ-
sentat bonitatem congruitatis: ergo solum
mover ad amandum medium ob illam con-
gruitatem: ergo solum mover ad electionem
formalem amantem medium quia congruum,
& vile ad finem: non autem ad amandum
ipsum propter bonitatem sibi intrinsicam.
Exemplo rem explicemus. Desiderat quis sa-
nitatem efficaciter, cognoscit potionem
esse medium congruū ad eam obtinendam,
& ab hac cognitione movetur ad amandam
potionem: certè ab hac cognitione nec move-
tur, nec moveri potest ad amandam potionem
quia

quia dulcem, sed quia utilem ad sanitatē: cognitio enim representans rationē utilitatis nō dirigit immediatē & directē ad amandā portionē ob rationem illā, quam ipsa non representat. Pariter ergo in nostro casu, quandoquidem præsupposita intentione efficaci operis nostri liberi, sola cognitio representans congruitatem auxiliij potest movere ad eius amorem, certe illa non movet ad amandum auxilium, nisi ob congruitatem, seu quatenus congruum.

40 Confirmatur rursus: qui intendit efficaciter finem, qui potest obtineri hoc vel illo medio, non transit ab intentione finis ad executionem externam mediij, nisi mediante electione interna mediij determinatē: ad hanc autem electionem aliqua cognitio dirigit directē & per se: at non alia, nisi illa quę representat congruitatem mediij ad finis consecutionem: ergo hæc per se & directē dirigit. At cognitio non dirigit per se ad executionem externam mediij, nisi quatenus immediatē dirigit ad effectum internum amantem executionem mediij ob illam rationem boni, quam ipsa in eo medio representat: ergo cognitio congruitatis mediij non dirigit & movet ad amandum medium, nisi ob illam congruitatem: ergo nequit Deus ex intentione efficaci nostri operis liberi eligere auxilium congruum ad operandum, quin eligat per amorem amantem ipsum, quia congruum.

41 Confirmatur tertio, quia si cognitio congruitatis movere posset directē ad executionem mediij congruū, quin moveret ad amorem illius congruitatis; sanē posset voluntas post intentionem finis transire ad executionem mediij, quin amaret illam executionem. Etenim ratio, ob quam nequeat transire ab intentione finis consequibilis per varia media ad executionem alicuius mediij determinati, nisi mediante amore illius mediij determinati, est, quia intentio illa non movet immediatē, & per se ad executionem mediiorum, sed mediante cognitione representante illorum utilitatem, & congruitatem ad finis consecutionem: cognitio autem eatenus dirigit ad executionem externam, quatenus dirigit ad effectum internum. At si semel cognitio representans congruitatem, movet ad executionem mediij, quin moveat ad amorem illius congruitatis, seu ad affectum amantem medium & imperantē eius executionem ob ipsius congruitatem; si semel, inquam, res ita se habeat; cessat omnino hæc ratio: ergo cognitio congruitatis auxiliij nequit directē movere Deum ad eius executionem, nisi mediante amore illius congruitatis: ergo ex intentione efficaci nostri operis, nequit Deus eligere auxilium congruum, nisi per affectum amantem illud quia congruum.

42 Dices, cognitionem representantem congruitatem mediij bifariam posse movere ad electionem ipsius, nimirum, vel directē, scilicet representando rationem boni, ob quam voluntas feratur in executionem mediij: vel indirectē, nimirum, removendo prohibens scilicet, removendo oppositam cognitionem, quę, si adesset, impediret executionem illius mediij: stante enim intentione efficaci boni operis, non posset Deus conferre auxilium. *A* si prævidisset illud fore incongruum ad finis consecutionem. In nostro autem casu, nō movere directē, sed solum movere indirectē, & esse puram conditionem sine qua non exequeretur Deus hoc auxilium, quod de facto distat a iis, qui rectē operantur, & quorum opera sunt efficaciter præfinita. Ad modum, quo timor poenarum inferni movet quandoque indirectē ad amandum super omnia Deum, nimirum, pro casu, in quo homo mortalis culpa conscius constitutus est in ultimo vitę discrimine absque copiā Confessoris, in quo videtur unicum medium ad obtinendam salutem, esse actum contritionis perfectę, & dilectionis Dei super omnia: in hoc quippē eventu timor & cognitio poenarum inferni non movet, nisi indirectē ad actum contritionis (directē solum movet cognitio representans bonitatem divini, nam amabilem super omnia) quatenus scilicet removet cognitionem oppositam, qua homini representaretur, non manere ipsi post hanc vitam tormentum æternum, quamvis in peccato decedat, quę cognitio, si adesset, nō eliceret homo actum contritionis, quantumvis pulsatus cognitione divinę bonitatis ut summē amabilis, quia nimirum, talis cognitio & persuasio falsa minueret vim movendi, quę ex se habet cognitio proponens Deum, ut summē amabilem. Sicut ergo in hoc eventu non eliceretur actus contritionis, nisi præcederet timor & cognitio inferni imminētis, & nihilominus talis cognitio non movet directē ad dilectionem Dei super omnia; ita in nostro casu, quamvis Deus non conferret auxilium, nisi præcederet scientia representans eius congruitatem; non propterea talis cognitio debet movere directē: ergo non est necesse, ut electio auxiliij congrui orta ex intentione efficaci operis liberi amet auxilium, quia congruum: & consequenter poterit, iupposita tali intentione, Deus exequi auxilium congruum per volitionem non connexam cum opere, sed de se indifferentem ut coniungatur cum carentiā operis.

43 Hoc est unicum effugium, quo adversarij recurrere poterant. Præcluditur tamē, quia in nostro casu cognitio dirigens directē Deum ad exequendum auxilium congruum, quod

quod est medium vnicum ad obtinendum finem efficaciter præintantum, nequit esse alia quam cognitio repræsentans illius auxilij congruitatem: at necesse est vt aliqua cognitio per se & directe ad hoc dirigat: ergo illa dirigit. Quod nequeat esse alia, suadetur; quia si aliqua, maxime scientia simplicis intelligentiæ repræsentans bonitatem intrinsecam auxilij cum ipso identificatam, proponensque illam vt amabilem; patet enim nullam aliam hic superesse scientiam, quæ possit directe mouere ad electionem auxilij congrui. At scientia simplicis intelligentiæ repræsentans entitatem auxilij vt possibilem, & proponens illam vt amabilem nequit directe mouere, saltem se sola, Deum ad exequendum medium congruum ad consecutionem finis efficaciter præintanti: ergo debet directe mouere scientia media repræsentans congruitatem auxilij, vel se sola, vel simul cum scientia simplicis intelligentiæ. Minorem probo; quia si scientia simplicis intelligentiæ per se ipsam esset sufficiens mouere Deum ad executionem illius medij, sanè quævis simul cum illa existeret scientia repræsentans incongruitatem illius auxilij, posset Deus, supposita tali intentione efficaci boni operis, ab illa scientia simplicis intelligentiæ moveri ad exequendum eiusmodi auxilium, quemadmodum, quia cognitio repræsentans Deum vt summè amabilem est sufficiens mouere directe ad amorem Dei, potest in consortio cuiuscumque alterius cognitionis retardantis moueri: voluntas enim pro suo nutu potest finire se moveri ab illa cognitione, cõtẽpra cognitione retardante, quia nimirum cognitio, quæ solum movet per modum remouentis prohibens, licet tollat impedimentum quod hic & nunc retardaret, non tamen quod ex se essentialiter impediatur affectum: hic enim non impeditur necessãriõ ex absentia cognitionis, nisi illa directe moveat. Quare cognitio solum indirecte movens nequit esse essentialiter prærequisita ad affectum; ad quem indirecte movet. At scientia media repræsentans congruitatem auxilij est essentialiter prærequisita ad conferendum illud ex intentione efficaci operis, quia implicat, Deum, supposita intentione efficaci operis conferre auxilium, nisi sciat, esse congruum. Confirmatur, quia si supposita intentione efficaci operis, à sola scientia simplicis intelligentiæ directe dirigeretur Deus ad conferendum auxilium, sanè vi illius scientiæ intelligeretur proxime potens decernere auxilium: ergo si per impossibile careret Deus scientia media illa repræsentante incongruitatem auxilij, quin haberet scientiam mediam oppositam repræsentantem congruitatem, esset vi solius scientiæ simpli-

tis intelligentiæ proxime expeditus ad conferendum illud auxilium ex intentione efficaci operis. Quandoquidem tunc haberet scientiam sufficienter mouentem; & careret scientia retardante. At hoc est falsum, implicat enim vt Deus supposita intentione efficaci nostri operis, intelligatur proxime expeditus ad conferendum auxilium, nisi quatenus noscitur futurum esse congruum: siquidem non potest, posita tali intentione conferre auxilium cum periculo vt frustretur intentio.

44. Dices, scientiam mediam de congruitate auxilij esse quidem essentialiter prærequisitam ad conferendum hoc auxilium ex suppositione, quod opus sit efficaciter præfinitum, non tamen ad hoc vt existat decretum collativum illius auxilij secundum se sumptum; quia potuit Deus non præfinire nostrum opus, & tunc non esset scientia de congruitate auxilij essentialiter prærequisita ad illud decretum: vt autem aliqua scientia dirigat per se & directe ad aliquem affectum debere esse per se, & in omni eventu possibili prærequisita ad talem affectum: ergo scientia media de congruitate auxilij non dirigit per se ad decretum conferens auxilium ex suppositione præfinitionis efficaci operis.

45. Sed contra, quia quamvis auxilium illud, seclusa præfinitione operis, posset executioni mandari, vel eligi per decretum non directum à scientia media: nihilominus supposita tali intentione, seu præfinitione, ita nequit eligi, nisi per decretum directum à scientia media cõgruitatis: nam supposita tali præfinitione, ideo Deus exequitur hoc auxilium, quia videt congruum. Quare præfinitio ipsa operis cogit Deum ad non conferendum iam auxilium, nisi per decretum essentialiter supponens scientiam mediam congruitatis.

46. Quod magis confirmabitur sequenti consideratione. Dum Deus præfinit efficaciter nostrum opus, vel præfinit opus, vt eliciendum per auxilium *A* determinate: vel per *A* vel per *B*; aut aliud ex ijs, quæ Deus videt congrua ad eiusmodi operationem. Si primum: ergo per ipsammet præfinitionem operis amat efficaciter existentiam auxilij *A* determinate: ergo per ipsammet præfinitionem exequitur auxilium *A*. decretum enim executivum nihil aliud est, quam decretum efficaciter & determinate amans rem sub libera Dei potestate constitutam: frustra que post hoc decretum superveniret aliud, siquidem nullum munus obire posset, quod non esset iam efficaciter præstitum per illud decretum efficax & determinatum: ergo sicut ipsa præfinitio dirigitur per se à scientia media congruitatis auxilij, vt est manifestum; ita

De voluntate executiva auxilij. Si secundum ergo prænitio efficax operis per se & essentialiter supponit scientiam mediam cuiuscumque auxilij congrui ad hanc operationem, ita ut si hæc operatio videatur re ipsa elicienda, vel cum auxilio *A*, si datur, vel cum *B* vel cum *C*, & supponat per se illa prænitio illas tres scientias medias, quarum una representat congruitatem auxilij *A* ad hanc operationem, & alia congruitatem auxilij *B*, &c. ergo sicut ipsa prænitio dirigitur per se ab omnibus illis scientijs, eo quod efficaciter vage velit existere operationem, vel per auxilium *A* vel per *B* vel per *C* ita decretum quod ex tali intentione oritur & amat auxilium *A* potiusquam *B*, debet dirigi determinate a scientia congruitatis illius auxilij: est enim nova tendentia efficax in illam finem: qui enim ex electione vaga mediorum procedit ad electionem determinatam, ut ita finis re ipsa ponatur per talem electionem habet novum motum, novumque affectum erga finem, siquidem procuratur magis eius existentiam: ergo per eiusmodi decretum amat Deus auxilium quia congruum ad finis consecutionem: ergo de primo ad ultimum sequitur, non posse Deum efficaciter præfinire nostrum opus liberum, quin exquiratur auxilium per volitionem essentialiter connexam cum opere. At supponimus hoc non coherere cum libertate, ut probavi late in disp. 12.

§. VI.

Præcluditur quædam evasio:

47 **E** RIT qui ob rationem à nobis quarto loco factam ingenuè fateatur, non posse Deum præfinire nostrum opus liberum, quin eligat auxilium congruum per volitionem amatam ipsum, quia congruum, eo quod omnis electio medij debet amare ipsum, quatenus vrile ad finis consecutionem, ut videntur soadere rationes à nobis factæ: ceterum dicet, hinc non probari, voluntatem executivam auxilij esse essentialiter connexam cum opere: quia nimirum volitio immediate executiva auxilij erit distincta virtualiter ad illa electione auxilij congrui, & se habebit respectu illius sicuti actus imperatus respectu imperantis. Itaque dicent, triplicem ibi intervenire volitionem. Prima est intentio efficax operis. Secunda electio medij determinati. Tertia volitio exequens auxilium illud.

48 Sed contra primo: quia hæc inuicis volitionum multiplicatio satis ostendit responsionis falsitatem. Contra secundo, quia simpliciter, ut Deus habeat volitionem effica-

tem de existentia auxilij *A*, quin per talem volitionem mandet executioni illud medium: hæc enim volitio habet omnia prædicta; ob quæ aliqua volitio potest esse immediate executiva auxilij: ergo illa electio auxilij *A*, quæ vult efficaciter, ut existat auxilium *A*, est voluntas executiva eiusdem. Contra tertio, quia si interveniret volitio executiva auxilij, quæ non amaret ipsum quia connexam cum opere sane electio formalis orta ex intentione finis, non versaretur immediate circa auxilium, sed circa voluntatem executivam auxilij: hoc autem est absurdum, quia cum auxilium ipsum sit medium immediate conducens ad consecutionem finis, sane ex intentione finis potest ac debet oriri voluntas immediate amans existentiam auxilij, quia congruam ad finis executionem: qui enim intendit efficaciter aliquem finem, & videt per positionem medij *A* esse re ipsa obtinendum, ab ipsa intentione debet moveri ad amandam immediate positionem illius medij, eiusve existentiam. Quod enim ratione sui influit immediate in consecutionem finis, potest ac debet immediate amari ex intentione finis. Sicut enim, quia finis est in executione ultimus, in intentione operantis est primus; ita medium influens immediate in consecutionem finis, quia est in executione post alia media, debet in amore & desiderio operantis esse immediate post intentionem finis: ergo ex intentione efficaci nostri operis, si illa datur in Deo, debet immediate oriri volitio efficax terminata immediate ad existentiam auxilij congrui. At volitio immediate orta ex intentione finis est electio formalis: ergo si intentio efficax nostri operis datur in Deo, ex illa debet oriri electio formalis auxilij congrui, quæ ad eius existentiam immediate terminetur, & consequenter, quæ sit immediate executiva eiusdem: ergo de primo ad ultimum sequitur ex prænitioe efficaci nostri operis liberi, auxilium mandari executioni immediate per volitionem essentialiter connexam cum opere.

49 Dices, naturam finis intenti postulare ut auxilium immediate influens in ipsum executioni mandetur per volitionem indifferenter, quia alioqui non stat libertas illius finis, nempe operationis nostræ. Quare Deus videns nostram operationem non posse libere exercei, quin auxilium existat per voluntatem executivam indifferentem, hoc ipso, quod efficaciter præfiniat operationem liberam, vult auxilium non poni immediate per volitionem, quæ sit electio formalis, amans ipsum, quia congruum, sed per volitionem indifferentem, ab electione formali auxilij imperatam. Sed contra, quia hæc est petitio prin-

principij, & ratio facta probare videtur, sequi ex illa intentione efficaci nostri operis liberi, utramque partem contradictionis, nempe auxiliium congruum mandari executioni immediate per volitionem indifferentem, & non mandari per volitionem indifferentem; mandari quidem, quia id postulat natura ipsius operis præfiniti: non mandari vero per volitionem indifferentem, sed per electionem formalem essentialiter connexam cum opere, quia id postulat natura intentionis efficaci, & immediata conducentia auxiliij congrui in operationem liberam: etenim omnis intentio efficax finis potens movere ad electionem formalem mediorum; potens debet esse movere immediate ad electionem immediate amantem medium proximum. Qui enim intendit efficaciter finem, & videt infallibiliter à se obtinendum finem illum, si ipse ponat, & exequatur medium illud, potest ab intentione finis moveri ad exequendum immediate medium illud, ita ut ipsa volitio exequens medium immediate causans finem, ideo exequatur, quia immediate causaturum est finem; seu quia prævidetur immediate causarum.

§. VII.

Ratio pro repugnantia præfinitionis:

RATIONES factæ probare videntur præfinitionem tollere libertatem, quia non stat Deum præfinire efficaciter nostrum opus liberum; quin exequatur auxiliium congruum per volitionem essentialiter connexam cum opere: & volitio executiva auxiliij debet esse indifferens ad hoc ut opus evadat liberum; siquidem volitio illa non est impedibilis per omissionem operis: ergo debet esse frustrabilis. per talem omissionem, quandoquidem voluntatem omittit amorem v.g. est vel impedire vel frustrare volitionem inclinantem ad amorem. At frustrabilis nequit esse, nisi sit indifferens: ergo debet esse indifferens. Hoc, inquam, probare videntur rationes iam factæ: Ratio vero statim efformanda aliâ viâ ostendere videtur, sequi eversionem libertatis ex præfinitione, ut quamvis volitio executiva auxiliij connexa essentialiter cum opere non tolleretur eius libertatem, quia est principium mediatum operis: nihilominus ex præfinitione sequatur eversio libertatis.

§. I. Antequam autem rationem efformem suppono ad libertatem requiri ut omnia, quibus voluntas constituitur in actu primo proximo ad actum liberum, sint indifferentia, & se se coniungibilia cum carentia operis; ne-

quit enim esse actus primus ad operandum liberè, ille, qui nequit coniungi cum carentia operis: si enim nulla datur potestas antecedens, ut hic actus primus coniungatur cum carentia operis: ergo datur omnimoda necessitas antecedens, ut coniungatur cum operatione: illud enim est omnino necessarium necessitate antecedenti, ad cuius oppositum nulla datur potestas antecedens; atqui nulla datur potestas ad faciendum; ne actus primus essentialiter connexus cum operatione, coniungatur cum illa, seu ad faciendum, ut coniungatur cum carentia ipsius: ergo datur omnimoda necessitas antecedens, ut ille actus primus coniungatur cum operatione: ergo actus secundus prodit necessariò necessitate antecedenti à tali actu primo.

§. 2. Suppono secundo, voluntatem nostram non intelligi proximè expedità ad operandum & non operandum, donec intelligatur habens concursum. Dei sibi oblatum ad utrumque extremum: cum enim compleri debeat in actu primo per omnipotentiam sibi assistentem, & hæc intelligatur assistere vi decreti liberi ipsam applicantis ad concurrendum pro nutu nostræ voluntatis; sanè debet constitui in actu primo proximo per omnipotentiam ut sibi applicatam per decretum liberum. Ex dictis autem numero præcedenti colligitur, hoc decretum debere esse indifferens, & coniungibile cum utroque contradictionis extremo ad hoc ut voluntas maneat libera: nihil enim constituens actum primum ad operandum liberè potest esse essentialiter connexus cum operatione.

§. 3. His suppositis, sic argumentum conficitur: si Deus posset præfinire efficaciter nostram operationem liberam, illamve efficaciter intendere ut finem; posset actus primus ad operandum liberè constitui per aliquid essentialiter connexum cum operatione: sed nequit actus primus ad operandum liberè constitui per aliquid essentialiter connexum cum operatione: ergo nequit Deus efficaciter præfinire nostram operationem liberam. Consequentia est legitima: & minor constat ex præmissis. Sequela vero maioris suadetur: si Deus posset efficaciter præfinire operationem liberam; posset actus primus ad operandum liberè constitui per decretum liberum Dei essentialiter supponens illam præfinitionem, illique innitens ut motivo intrinseco: posset namque Deus offerre concursum indifferentem ad actum; & eius omissionem, per decretum innitens illi præfinitioni ut motivo intrinseco, siquidem Deus reflectens supra illam suam intentionem nostri operis liberi, & videns illam ad sui impletionem postulare, ut Deus ipse offerat con-

tursu, posset sic statuerē: *Quia praefinitio operationem liberam, quae existere nequit, quin ipse offeram concursum ad utrumque extremum, ideo offero illum concursum; & quantum est ex me paratus sum concurrere cum voluntate ad actum A, vel ad eius oppositum.* Quicumque enim intendit, aliquē finem efficaciter; potest ab hac sua intentione moveri intrinsece ad decernendum id, quod est necessarium ad finis consecutionem: ergo Deus intendens finem nostrae operationis, & videns, illam non posse poni à nostra voluntate, nisi haec priori habeat omnipotentiam sibi applicatam, & videns omnipotentiam applicandam esse per hoc quod ipse, quantum est ex se velit concurrere ad actum bonum, & efficaciter decernat auferre omne impedimentum ad actum oppositum: hoc, inquam, videns potest sic statuere: *Quia praefinitio efficaciter operationem liberam, quantum est ex me volo concurrere ad illam operationem, & volo, ut voluntas careat omni impedimento ad oppositam operationem.* At huiusmodi decretum innititur; ut motivo intrinseco ipsi intentioni efficaci operis, illamque essentialiter supponit: ergo aliquid essentialiter supponens praefinitionem efficacem operis potest constituere actum primum ad operandum liberè. At quod essentialiter supponit praefinitionem operis, essentialiter connectitur cum opere, ut patet: ergo aliquid essentialiter connexum cum opere constituet actum primum ad operandum liberè; si semel Deus potest efficaciter intendere nostram operationem liberam: ergo repugnans videtur eiusmodi intentio, seu praefinitio.

154 Respondebunt Adversarij, Deū ab intentione efficaci nostri operis liberi, posse intrinsece moveri ad imperandam volitionem indifferentem offerentem concursum ad utrumque extremum, non posse tamen intrinsece moveri ad ipsam volitionem indifferentem, id est posse concipere imperium innitens praefinitioni, ut motivo intrinseco, & inferens volitionem oblativam concursus, nō tamen posse concipere immediate ipsam volitionem oblativam concursus respicientem praefinitionem, ut motivum intrinsecum. Rationem vero esse, quia ipsa intentio efficax operis, ut liberè ponendi, essentialiter postulat, ut volitio offerens concursum ad utrumque extremum sit inconnexa cum opere, ac proinde prohibet ne moveatur ab intentione.

155 Sed contra, quia haec est petitio principij, & ex sententia adversariorum utraque pars contradictionis videtur sequi: nempe posse, & non posse moveri volitionē pra-

parativam concursus ab intentione efficaci finis: non posse, quia hoc est contra libertatem operis praefinito: posse vero; quia qui intendit efficaciter finem, & videt ad consecutionem illius finis esse necessarium amare aliquod obiectum, potest ob motivum implendi illam intentionem amare obiectum: ergo Deus videns necessarium esse ad implendam praefinitionem efficacem operis amare ineffaciter, & quantum est ex se concursum ad illud opus, poterit ex motivo illius praefinitionis amare illud opus ineffaciter. Contra secundo, quia cum volitio oblativa concursus perfectissime reflectat supra seipsam, & amet sui existentiam, repugnare videtur in Deo alia volitio, cuius munus unicum sit imperare existentiam ipsius; sed hanc rationem insinuasse sufficiat, quia tomo 1. disp. 33. late probō, repugnare in Deo actum, cuius unicum munus sit imperare alium actum, sicut repugnat actus, cuius unicum munus sit gaudere de existentia alterius;

§. VIII.

Sexta ratio repugnantiae praefinitionis efficaci specialiter militans contra praefinitionem formalem, quae sit intentio efficax nostrae operationis liberae in se ipsa.

156 **A** Nequam illam proponam; suppono, volitionem, qua Deus praeparat concursum ad actum bonum, esse volitionem, qua quantum est ex se vult, ut existat actus bonus A, v. g. & efficaciter vult, ut voluntas careat omni impedimento antecedenti ad omittendum illum actum bonum, vel ad eliciendum actum malum contrarium A v. g. Illa namque volitio praeparans concursum ad actum bonum aliquid amat praeter se ipsam; nullum autem obiectum assignari potest praeter ipsam operationem reflatam, & carentiam impedimentorum ad praevidem; id modo supponendum potius quam disputandum; nec enim in hoc admittendo difficultatem ullam habebunt adversarij; cum ipsi id passim doceant: constatque hoc ex 1. tomo disp. 11. sect. 5.

157 Nunc argumentor: Deus praefinens efficaciter nostram operationem vult efficaciter, ut existat nostra operatio: ergo nequit pro posteriori naturae velle solum ineffaciter, & quantum est ex se, ut existat eademmet operatio: quamvis enim post volitionem ineffacem possit supervenire volitio efficax; at post volitionem efficacem, nequit pro posteriori naturae supervenire volitio ineffacis eiusdemmet operationis: ergo praefinitio effi-

efficax divīna nostri operis liberi nequit esse principium virtuale volitionis solum inefficaciter amantis eandem operationem; at si cuiusmodi præfinitio daretur, vel dari posset, esset principium volitionis inefficacis: ergo nequit dari. Probat minor: siquidem esset principium virtuale volitionis præparantis concursus; ideo enim Deus haberet voluntatem executivam auxilij, & volitionem offerentem concursus; quia præfinitivè efficaciter operationem. Etenim præfinitio, quæ per se dirigitur per scientiam mediam affirmantem voluntatem operaturam sub conditione, quod ei conferatur tale auxilium, & offeratur concursus ad utrumque extremum; habet vim determinandi ad purificationem conditionis: ergo habet vim determinandi ad purificationem conditionis: ergo habet vim determinandi ad volitionem oblativam concursus; ac proinde est principium virtuale ipsius: hæc autem est volitio inefficax operis: ergo iam volitio efficax operis est principium volitionis inefficacis eiusdem.

58. Nec satisfacit solutio vulgaris dicens, non pugnare voluntatem efficacem consequentem, & volitionem inefficacem antecedentem: illam vero præfinitionem esse consequentem nostram operationem; volitionem vero præparativam concursus esse antecedentem. Non, inquam, satisfacit: quia licet præfinitio dicatur esse consequens respectu nostræ operationis, non tamen est consequens respectu voluntatis offerentis concursus, cum sit principium virtuale illius: ergo intra Deū habet volitio efficax prioritatem naturæ respectu volitionis inefficacis.

59. Dices, posse decretum oblativum concursus antecedere præfinitionem efficacem operis quia potest Deus prius decernere concurrere cum voluntate Petri indifferenter, & prout ipse voluerit, idque sub quocumque auxilio ipsi conferendo. Deinde prævidens, Petri voluntatem; cui simili indifferenter proponatur concursus omnipotentis, determinaturam omnipotentiam ad consensum, potest sic statuere: *Siquidem prævideo, voluntatem Petri, cui indifferenter meam omnipotentiam præparavi, determinaturam omnipotentiam sic præpararam, ad consensum; si vocetur auxilio A, volo illam sic vocare, ut re ipsa & cum effectu consentiat.* Hoc ordine posito inter decretum indifferens, & præfinitionem, cessat incommodum adductum; nam optime potest Deus prius velle inefficaciter consensum Petri, deinde eundem consensum efficaciter præfinire. Sed contra primo, quia hæc solutio falso supponit, Deum ante scientiam mediam representantem consensum su-

orum sub auxilio A posse habere decretum liberum, vi cuius sit paratus indifferenter concurrere cum Petro suo, quocumque auxilio, si ve A, si ve B. Hæc autem suppositio est falsissima; quia scientia media antevertit omne liberum decretum, ab illoque est independens. Contra secundo, quia cum Deus offerat concursus ad exigentiam causæ secundæ habentis ex parte sua omnia comprincipia necessaria ad operandum: prius est, Deum conferre illa comprincipia, v. g. auxilium A, quam præparare omnipotentiam ad concurrendum. Contra tertio, quia si Deus potest consensum efficaciter intendere, id præstare potest antequam applicet media ad consensum, & consequenter antequam omnipotentiam præparet indifferenter: ergo si semel potest Deus intendere efficaciter consensum nostrum liberum, potest ex illa intentione oriri decretum afferens indifferenter concursus ad utrumque extremum.

§. IX.

*Confirmatur sexta ratio repugnantia, specialiter impugnans præfinitiones for-
maliter amantes operationem nostram in se ipsa.*

60. Confirmatur ratio petita ab incompatibilitate illarum volitionum: nam Deus præfiniens efficaciter nostrum opus liberum, vult efficaciter existere nostram operationem: sed nostram operationem existere idem est, ac existere concursus omnipotentis in illam: ergo Deus præfiniens nostrum opus liberum efficaciter vult omnipotentiam suam concurrere ad illud: ergo per illam præfinitionem applicat omnipotentiam suam ad concurrendum; siquidem vi illius manet omnipotentia determinata ad influendum: ergo omnipotentia, ut applicata ad concurrendum ad opus liberum essentialiter connectitur cum ipso opere: sed omnipotentia ut applicata ad concurrendum constituit actum primum proximum nostræ voluntatis: ergo actus primus proximus nostræ voluntatis ad eliciendum libere opus, constituitur per aliquid essentialiter connexum cum opere: quod est plane absurdum. Ne ergo in illud dicamus, videtur, quod debemus negari huiusmodi præfinitionem.

61. Dices, Deum per præfinitionem operis non applicare suam omnipotentiam ad concurrendum, sed solum se ipsum determinare ad applicandam omnipotentiam per volitionem indifferenter: unde ex vi præfinitionis non manet omnipotentia determinata ad

concurrendum, sed solum manet Deus determinatus ad applicandam omnipotentiam per decretum indifferens. Sed contra primo: ideo manet Deus ex vi præfinitionis determinatus ad habendum decretum indifferens in tua sententia, quia implicat, ut in sensu composito præfinitionis ponatur carentia decreti indifferens; sed etiam repugnat ut in sensu composito præfinitionis ponatur carentia concursus omnipotentie in actum liberum: ergo ex vi illius præfinitionis manet omnipotentia determinata ad exhibendum concursum in actum amoris v.g.

62. Contra secundo, nam si ex vi præfinitionis solum maneret Deus determinatus ad habendum decretum indifferens: sanè præfinitio solum amaret efficaciter illud decretum indifferens, non autem ipsum concursum externum; nam eatenus manet Deus determinatus ex vi præfinitionis ad aliquid faciendum, quatenus efficaciter vult illud facere: ergo si solum manet determinatus ad ponendum decretum indifferens, non autem concursum externum, solum per præfinitionem amaret efficaciter decretum indifferens, non autem concursum externum, omnipotentie. At falsum est Deum per præfinitionem non amare efficaciter concursum externum omnipotentie: ergo falsum est Deum ex vi præfinitionis solum manere determinatum ad ponendum decretum indifferens, non autem concursum externum.

63. Contra tertio, quia si ex vi præfinitionis solum manet determinatus Deus ad habendum decretum indifferens, sanè illa solum est præfinitio efficax decreti indifferens, & auxilijs, non autem nostri operis: siquidem tota eius efficacia sistit in positione decreti indifferens & auxilijs: ergo per illam præfinitionem Deus non amat efficaciter actum secundum creaturæ voluntatis, sed præcise actum primum. Ratioque à priori, cur amor Dei non sit efficax circa concursum externum, si id ipsum non determinat, desumitur ex ipsa natura amoris. Ut enim docet Aristoteles lib. 2. Rethoricæ ad Theopetrem cap. 2. definiens amorem amicitie: *Amare est velle alicui, quæ bona putat, illius, non sui gratia, eorumque actuum esse quantum potest.* Itaque amor iuxta Aristotelem debet esse non tantum affectivus, sed effectivus quantum est in potestate operantis. Unde amor absolute efficax debet esse absolute effectivus: ergo amor Dei efficax circa aliquem terminum habere debet vim non solum affectivæ, sed effectivæ determinandi ad illius termini existentiam: alioqui non esset amor absolute, & simpliciter efficax, id est ex sua energia: & mo-

do tendendi connexus cum existentia termini, sed solum esset efficax quantum est ex se, quasi pure speculative, & affectivæ, nimirum per modum cuiusdam desiderij, quo quis quantum est ex se desiderat, ut alius aliquid faciat, quin habeat vim determinandi, ut ira faciat: ergo si præfinitio efficax solum habet vim determinandi ad actum primum voluntatis nostræ, non autem ad actum secundum, non est absolute amor efficax circa actum secundum, sed solum secundum quid: quatenus scilicet illius Deus quantum est ex se vult, ut voluntas nostra determinet omnipotentiam ad concurrendum; solumque est efficax circa actum primum, ad cuius existentiam determinat.

64. Confirmatur: amor efficax debet esse effectivus, quantum potest ipse amans: ergo cum Deus possit determinare voluntatem nostram ad existentiam amoris, nequit Deus velle efficaciter ut voluntas nostra amet, nisi per hunc amorem determinet ipsam ad existentiam amoris: ergo amor liberi qui ut liber debet poni ex determinatione voluntatis creatæ, non est capax terminandi amoris Dei efficacem.

65. Dices, præfinitionem licet solum habeat vim determinandi ad existentiam actus primi proximi, nihilominus non solum esse amorem efficacem circa actum istum primum, sed etiam circa actum secundum, v. g. circa amorem; quia nimirum affectivæ saltem determinat ad existentiam amoris, amando, ut voluntas nostra determinet; & aliunde habet essentialiter connexionem cum eo, quod voluntas nostra sit determinatura ad existentiam amoris, quandoquidem supponit essentialiter scientiam mediam de futura determinatione nostræ voluntatis sub conditione actus primi proximi, & insuper causat actum illum primum proximum. Iam vero nomine amoris efficacis nostri operis liberi nihil aliud intelligitur, quam amor connexus essentialiter cum existentia illius: ergo illa præfinitio erit amor efficax nostri operis liberi.

66. Responderi tamen potest, amorem efficacem alicuius termini esse illum, qui ex energia propria, & modo inclinationis in illum terminum habet connexionem cum illius existentia, illamque causat. Quare connexionem istam debet habere ex obiecto suo materiali, & ex modo recipiendi illud, non præcise ex obiecto formali: unde si Deus habeat præcise hunc actum, volo conferre Petro auxilium A, quia video illum recte cum eo operaturum; non propterea habebit amorem efficacem operationis Petri quia scilicet ille actus non habet connexionem cum operatione Petri ex modo prosecutiva illam respicien-

di, & ex obiecto volito, & materiali, sed præcise, quia supponit scientiam mediam, & quia illam respicit vt motivum: vnde non ex modo respiciendi obiectum materiale, sed ex modo præsupponendi obiectum formale erit essentialiter connexus cum operatione Petri: ac proinde non erit verè, & propriè amor efficax operationis Petri. Vt enim expendi disp. 10. sect. 5. num. motivum volendi non debet esse volitum, præsertim affectu pratico, & operativo. Adversarij autem admittentes præfinitiones, ponunt decretum divinum, quod ex sua energia, & modo quo versatur circa operationem liberam, illamque amat vt obiectum materiale, habet essentialem connexionem cum ipsa. Hoc autem videtur non posse stare, quin amor ille vim habeat determinandi ad existentiam operationis; quia si hanc vim non habeat, tota eius efficacia versatur præcise circa actum primū nimirū circa existentiam auxilij & reliquorū prærequisitorū, & non transit ad ipsū amorē. Vnde solum est amor efficax respectu actus primi, nō vero respectu actus secūdi.

67 Quod autem non sufficiat, decretum divinum esse conexum ex modo præsupponendi scientiam mediam cum opere nostro ad hoc, vt dicatur amor efficax illius, suaderi potest hac via. Pone Deum adversari Petrum, vt inimicum, qui meretur puniri subtractione auxilij congrui, & non obstante hoc demerito, sic statuere: *Quamvis videam Petrum bene operaturum cum auxilio hoc, & ipse mereatur destitui auxilio, quo prævideatur recte operaturus, nihilominus volo illi conferre hoc auxilium, ob meam bonitatem*: sane hoc decretum ex peculiari modo tendendi, quo præsupponit scientiam mediam operationis futuræ; habet essentialem connexionem cum operatione futura: & tamen quia hanc connexionem non habet ex videntia affectiva erga Petrum, cuiusque operationem, nemo dixerit illud decretum esse amorem efficacem operationis Petri: ergo nō sufficit quavis connexio decreti amanti cum obiecto amato ad hoc, vt illud decretum sit amor efficax illius obiecti: ergo præter hoc requiritur vt habeat vim determinandi ad existentiam illius obiecti.

68 Quod iterum suaderi valet: potest aliquod Dei decretum habere essentialem connexionem cum aliqua operatione, quin sit amor illius: ergo potest etiam decretum amans aliquod obiectum habere essentialem connexionem cum existentia illius, quin sit amor efficax eius. Antecedens patet in hoc decreto, quo Deus sic statuatur: *Quamvis video Petrum prave operaturum, si ei conferatur auxilium A, nihilominus volo ei conferre au-*

xilium A. quod quidem decretum ex modo præsupponendi scientiam incongruitatis auxilij habet essentialem connexionem cum peccato Petri, cum tamen non sit amor peccati: Consequentia vero probatur; quia ideo casus antecedentis est verus, quia decretum non habet essentialem connexionem cum operatione ex modo affectivo respiciendi illam, sed quia præsupponit scientiam mediā illius operationis. At similiter in casu consequentis licet decretum amet obiectum, connexio tamen cum existentia illius non ei convenit ex modo tendendi affective in obiectum, sed ex modo præsupponendi scientiam de efficacia auxilij: ergo, &c.

69 Deinde responderi valet, non posse dari actum divina voluntatis amantem auxilium, quia prævisum est efficax, quin antecederet ad ipsum præcedat decretum absolute & efficax, quo Deus efficaciter decernat existentiam operationis: ideo enim dari auxilium, quia est efficax ad operationem obtinendam, quia illam operationem antecederet intendit efficaciter. Vnde decretum illud, quod ex modo supponendi scientiam mediam est conexum essentialiter cum operatione, necessario videtur præsupponere decretum, quod ex modo tendendi in operationem, sit essentialiter conexum cum ipsius existentia: ergo si hoc secundum decretum pugnat cum libertate, quia omnino determinat omnipotentiam ad concurrendum ad extra, illud primum etiam pugnat cum libertate saltem argutive, quia scilicet supponit decretum quod ex modo amandi operationem habet essentialem connexionem cum ipsius existentia.

70 Dices, Deum dare posse auxilium, quia est efficax, quin antecederet ad istud præcedat aliud absolute decernens existentiam operationis. Deus enim prævidens per scientiam mediam voluntatem operaturæ, si præveniatur auxilio A, v. g. ab ipsa operatione futura conditionate moveri potest ad decernendam existentiam auxilij, quin præcesserit vlla intentio efficax illius operis. Sed contra, quia iuxta communiorē, & veriorē sententiam, quam defendemus tom. 1. disp. 34. Deus nequit moveri à bonitate creatæ; sed præcise à sua bonitate ad aliquid decernendum: ergo nequit moveri à futuritione conditionata operis ad decernendum auxilium: ergo dum decernit auxilium, quia est efficax, ly quia nō videtur denotare, illud decretum supponere essentialiter scientiam mediam, eo quod respicit vt motivum futuritionem conditionatam operis: sed præcise, quia supponit essentialiter intentionem efficacem ipsius operis, & scientia media est conditio, supposita tali inten-

ventionem ad existentiam auxilij; quatenus sup-
 posita intentione efficaci operis, nequit Deus
 dare auxilium, nisi videat esse congruum. Por-
 ro differentia, inter unum & aliud decretum
 est manifesta. nam unum immediate versatur
 circa opus, illudque efficaciter amat; aliud ve-
 ro immediate solum versatur circa auxilium:
 illud habet connexionem essentialiorem cum ope-
 re ex propria efficacia, & energia prosecu-
 tiva: istud ex propria efficacia solum ha-
 bet connexionem cum existentia auxilij; cum
 opere vero non ex propria efficacia, sed qua-
 tenus presupponit scientiam mediam. Illud
 ex propria efficacia determinat omnipoten-
 tiam ad producendum ipsum actum, proinde-
 que non relinquit determinationem volunta-
 ti: istud ex propria energia solum determinat
 ad existentiam auxilij, non vero ad actum.

71 Sed age demus, posse Deum mo-
 veri à bonitate creata ad aliquid decernendū,
 & consequenter posse moveri à futuritione
 conditionata operis ad decernendam existen-
 tiam auxilij, erit ne huiusmodi decretum in-
 composibile cum decreto offerente concur-
 sum ad utrumque extremum? Respondeo non
 esse, quod enim Deus videat hominem recte
 operaturum, si ei conferat auxilium, & offerat
 concursum ad utrumque extremum, & hac ra-
 tione motus sic apud se statuat: *Quia video*
hominem recte operaturum si ei offeram con-
cursum ad utrumque extremum, volo offerre.
 Quod, inquam, Deus sic statuat, nihil affert
 impossibile cum voluntate offerente con-
 cursum ad utrumque extremum, nam tale de-
 cretum non versatur immediate circa opera-
 tionem nostram; sed præcise circa voluntatem
 offerentem concursus; hæc vero versatur cir-
 ca operationem. Unde illud decretum se ha-
 bet, ut actus imperans respectu volitionis of-
 ferentis concursus, & nihil amplius amat. At
 vero voluntas absoluta & efficax, qua Deus
 apud se sic statuat: *Volo ut existat recta ope-*
ratio, impossibile videtur esse cum vo-
 luntate offerente concursus, tum quia post-
 quam voluntas efficaciter aliquid decrevit,
 nequit hoc ipsum inefficaciter iterum propo-
 sitioni amare, tum quia prior voluntas omni-
 no rapit omnipotentiam ad concurrendum, &
 consequenter ipsam determinat: secunda vero
 supponit determinationem omnipotentia ma-
 nere penes arbitrium voluntatis create,
 qui modi tendendi sunt essentiali-
 ter oppositi.

Septima ratio ostendens præfinitionem ef-
ficacem formalem pugnare cum
libertate.

72 **A**RGUMENTOR sic: omnipoten-
 tia, ut applicata ad concurren-
 dum cum voluntate nostra de-
 bet non esse connexa essentialiter cum opere.
 At si detur præfinitio absoluta & efficax ope-
 ris omnipotentia, ut applicata nostræ volun-
 tati, erit connexa cum opere: ergo non datur
 nec dari potest eiusmodi præfinitio. Probatum
 minor: nam omnipotentia ut applicata invol-
 vit decretum liberum illam applicans: at si de-
 tur illa præfinitio involvit ipsam: ergo invol-
 vit aliquid essentialiter connexum cum opere.
 Probatum minor: quia implicat Deum habere
 decretum absolutum, & efficax circa nostrum
 opus non supponens omnipotentiam iam ap-
 plicatam ad concurrendum ad illud opus: quin
 illam applicet: etenim vi talis decreti adigi-
 tur omnipotentia ad concurrendum, & sibi
 necessitatem imponit influendi in actum. At
 præfinitio absoluta, & efficax nostri operis
 non supponit iam omnipotentiam applicatam
 per aliud decretum, quod de se sit indifferens,
 & conjungibile cum utroque contradictionis
 extremo, cum potius sit prima radix, & origo
 aliorum decretorum, quæ necessaria sunt ad
 existentiam operationis: ergo præfinitio abso-
 luta, & efficax applicat omnipotentiam ad
 concurrendum: ergo si detur præfinitio abso-
 luta, & efficax omnipotentia ut applicata in-
 volvit aliquid essentialiter connexum cum
 opere.

73 **C**onfirmatur: in signo indiffe-
 rentiæ, in quo voluntas nostra intelligitur
 proxime indifferens ad operandum, vel non
 operandum, debet intelligi positive existens
 decretum ipsam applicans, nimirum decretum
 indifferens: ergo vel intelligitur existens cum
 libertate immediata, vel cum libertate tantum
 mediata. Si primum: ergo illud decretum non
 existit ex vi præfinitionis efficaci: hæc enim
 se habet, ut actus efficaciter imperans decre-
 tum oblativum concursus, & auferens ab illo
 libertatem immediatam: unde repugnat intel-
 ligi cum immediata libertate, & aliunde exi-
 stere ex vi præfinitionis, quia alioqui simul
 haberet libertatem immediatam, & libera-
 tem dumtaxat mediatam, quod repugnat. Si
 secundum: ergo in illo signo intelligitur præ-
 finitio efficax auferens immediatam libertatem
 decreto offerenti concursus: ergo in signo
 indifferentiæ intelligitur aliquid essentialiter
 connexum cum opere: hoc autem est impossi-
 bile.

bile: quia signum indifferentiæ debet duntaxat complecti ea, quæ sunt coniungibilia cum alteratro contradictionis extremo; alioqui non foret signum indifferentiæ. Confirmatur, quia in illo signo præfinitur ab eo quod voluntas operetur; vel non operetur pro illo instanti: ergo in illo signo nihil intelligitur connexum cum eo, quod voluntas operetur: ergo non intelligitur præfinitio efficax.

74. Urgetur ulterius: nequit actus hoster fieri liberè nisi oriatur ab omnipotentia, ut indifferenti ad ipsum ponendum: (non quidem indifferentia electionis, quam ipsa met omnipotentia debeat determinare; sed indifferentia attemperationis, quam voluntas creata determinare debet, admodum quo actus liber oritur ab habitu, ut indifferenti indifferentia determinanda à voluntate, & non ab ipso) sed actus efficaciter præfinitus non oritur ab omnipotentia, ut indifferenti ad ipsum non ponendum: ergo non oritur liberè. Probat minor: actus præfinitus oritur ab omnipotentia habente determinationem antecedentem ad ipsum ponendum; nam prius natura, quam induat in actum est per præfinitionem efficaciter determinata ad influendum: At non oritur ab omnipotentia, ut indifferenti actus ille, qui oritur ab omnipotentia habente determinationem antecedentem ad ipsum ponendum. Etenim repugnat omnipotentiam esse determinatam per præfinitionem ad ponendum actum; & simul habere indifferentiam proximam ad illum non ponendum ex suppositione talis præfinitionis; seu consequentem talem præfinitionem; si autem simul cum præfinitione haberet hanc indifferentiam, certe illa indifferentia esset consequens præfinitionem; quia esset constituta per decretum indifferens ortum ex præfinitione: ergo actus præfinitus non oritur ab omnipotentia, ut indifferenti.

75. Confirmatur: quotiescumque datur potentia liberè expedita consequens aliquam suppositionem; illa potentia potens est coniungere quodcumque extremum contradictionis cum suppositione illa; ideoque voluntas amans non habet potestatem odio habendi consequentem amorem; quia hoc ipso posset coniungere odium cum amore: ergo si datur in omnipotentia proxima indifferentia ad concurrendum, vel non concurrendum pro arbitrio nostræ voluntatis consequens præfinitionem efficacem; poterit coniungi cum præfinitione tam actus, quam carentia actus, quod repugnat. Ergo vi præfinitionis ita manet omnipotentia determinata ad concurrendum; ut pro posteriori ad præfi-

nitionem non intelligatur indifferens ad concurrendum; vel non concurrendum. Quod in ipsa proxima indifferentia voluntatis clarius proponitur. Si daretur præfinitio efficax, hæc esset principium potentie proxime existentis in voluntate nostra; ideo enim Deus conferret voluntati potentiam proximam ad operandum, quia præfinitur eius operationem; ergo voluntas nostra haberet potentiam proximam consequentem ipsam præfinitionem; ergo posset coniungere tam operationem, quam carentiam operationis cum illa præfinitione.

76. Respondebunt adversarij, tunc potentiam proximam posse coniungere quodcumque extremum contradictionis cum suppositione, à qua oritur, cum ab illa oritur per se, eamve præsupponit, ut principium necessarium ad sui existentiam: secus quando solum per accidens oritur ab illa, tanquam à principio minimè requisito ad sui existentiam; hoc autem modo comparari potentiam proximam nostræ voluntatis ad præfinitionem, à qua oritur, quia non oritur per se ab illa, nec illam prærequirit ad sui existentiam, siquidem absque præfinitione potest ille actus primus consistere. Et ratio est: quia ubi principium potentie proxime est prærequiritum ad eius existentiam, nequit esse suppositio dependens ab exercitio illius potentie proxime, & per omissionem talis exercitij potens impedire; secus quando est principium potentie proxime minimè requisitum ad illam, quia tunc potest esse suppositio dependens ab usu libero illius potentie proxime, & per carentiam talis usus potens impediri.

77. Sed contra, quia sufficit aliquam suppositionem esse principium potentie proxime liberè, ut non possit impediri per exercitium talis potentie: nam si est principium intelligitur existens propriè ad existentiam potentie; ergo illa potentia proxima, non habet potestatem ad faciendum, ne extiterit: postquam enim aliquid intelligitur existere in instanti, nequit supervenire potentia in illo instanti ad faciendum, ne extiterit in illo instanti. Dices: in signo potentie proxime præfinitæ ab eo, quod præ extiterit præfinitio. Sed contra primo; nam signo antecedenti ad potentiam proximam intelligitur positivè existens præfinitio: ubi autem aliquid intelligitur positivè existens pro signo alicuius instantis, nequit pro signo posteriori ab eius existentia præfinitio. Contra secundo, quia licet potentia proxima secundum se præfinita à præfinitione quatenus ex se non postulat præfinitionem, nihilominus hic

& nunc, & ut existens ex vi presentis providentia, non præscindit; quandoquidem hic, & nunc oritur à præfinitione. Effectus autem ortus à causa, in instanti in quo oritur non præscindit ab eius existentia, quamvis ex se illam non postulet. Sic actus noster si sit qualitas absoluta non exigit oriri ab hoc auxilio determinate, & tamen dum hic & nunc oritur non præscindit ab illius existentia insigno, in quo existit: nam in illo signo dependet ab illo principio. Pariter ergo in nostro casu: nam in signo indifferentiæ intelligitur dependens auxilium à voluntate exequente auxilium, hæc vero intelligitur dependens à præfinitione: ergo in illo signo intelligitur auxilium dependens mediate à præfinitione.

§. XII.

Octava ratio

78 **P**raterea sic argumentor: quia præfinitio efficax operis nostri liberi non amat tantum efficaciter existentiam auxilij, sed etiam existentiam nostri actus liberi: imo hanc magis & immediatius amat, quia intendit illam ut finem, auxilium vero amat tantum, ut medium: ergo non solum vult ut existat auxilium, sed etiam vult ut post auxilium existat nostra operatio libera: ergo eius activitas non sistit in auxilio, sed transit ad operationem nostram; probo hanc consequentiam, quia activitas fundatur inefficacia affectus: ideo enim efficit auxilium, quia efficaciter vult ut existat auxilium: ergo cum efficaciter velit, ut post auxilium existat operatio libera, habet vim efficiendi, ut existat operatio libera post auxilium; sicut enim vis affectiva non sistit in auxilio, sed transit ad operationem, ita vis effectiva non debet sistere in auxilio, sed debet transire ad operationem, siquidem in Deo idem est efficaciter affectivè velle, ac efficere: affectus enim efficax omnipotens per seipsum est formaliter efficiens: *Omnia enim quaecumque voluit (voluntate vtiq; efficaci) fecit: in caelo, & in terra: Et voluntati eius qui resistit?*

§. XIII.

Instaurantur rationes præcedentes?

79 **I**MPLICAT operationem aliquam liberè poni à nostra voluntate, quin oriatur ab omnipotentia, ut indifferenti ad producendam, vel non producendam illam actionem; sed implicat actio-

nem oriri ab omnipotentia, ut sit indifferenti; & tamen esse efficaciter præfinitam à Deo: ergo implicat aliquam actionem liberè poni à nostra voluntate, & tamen esse efficaciter præfinitam à Deo. Probatior maior: implicat actionem aliquam liberè poni à nostra voluntate, & tamen oriri ab omnipotentia, ut antecedenter determinata ad illam ponendam: ergo implicat actionem aliquam liberè poni à nostra voluntate, quin oriatur ab omnipotentia, ut indifferenti ad illam ponendam, vel non ponendam. Antecedens constat: quia implicat actionem aliquam liberè poni à nostra voluntate, quin omnipotentia determinetur à nobis ad concurrendum: implicat autem omnipotentiam à nobis determinari ad concurrendum, & tamen actionem oriri ab illa ut antecedenter determinata ad ponendam illam actionem.

80 **P**robatior minor, omnis actio efficaciter præfinita oritur ab omnipotentia, ut antecedenter determinata: ergo implicat actionem oriri ab omnipotentia, ut indifferenti, & tamen esse efficaciter præfinitam. Probatior antecedens: omnis actio præfinita efficaciter oritur ab omnipotentia, ut applicata per decretum efficax; nempe per ipsammet præfinitionem efficacem: ergo omnis eiusmodi actio oritur ab omnipotentia, ut antecedenter determinata. Probatior antecedens: præfinitio efficax applicat omnipotentiam ad producendam actionem præfinitam: ergo omnis actio efficaciter præfinita oritur ab omnipotentia, ut antecedenter determinata ad illam producendam. Probatior antecedens: decretum, quod per seipsum formaliter excludit carentiam applicationis, per seipsum applicat omnipotentiam: sed præfinitio efficax operationis per se ipsam excludit carentiam applicationis: quia repugnat Deum præfinire efficaciter operationem liberam, & tamen non applicare omnipotentiam ad concurrendum.

81 **D**einde suadetur; omnis operatio nostra oritur ab omnipotentia, ut applicata liberè: ergo vel oritur ab illa, ut applicata per decretum immediate liberum: vel ab illa, ut applicata per decretum liberum dumtaxat mediate; operatio autem præfinita nequit oriri ab omnipotentia, ut immediate applicata per decretum immediate liberum; quia ubi ad est præfinitio, illa necessitat ad decretum applicativum omnipotentia: ergo oritur ab illa, ut applicata per decretum mediate liberum; ergo oritur ab illa, ut antecedenter necessitata; nam decretum illud, ut liberum denominativè à præfinitione includit præfinitionem: præfinit-

nitio autem non relinquit indifferentiam ad non concurrentem.

81 Sic rursus instituto argumentum: voluntas nostra constituitur proxime indifferens ad utrumque per omnipotentiam ut sibi liberè applicatam: ergo repugnat præfinitio efficax operis liberi posita à te. Probatur consequentia: nam constitui per omnipotentiam, ut sibi liberè applicatam est constitui per omnipotentiam, & per libertatē ipsam in actu secundo, quam Deus exercet in applicanda omnipotentia: At hoc ipso repugnat illa præfinitio, nam implicat voluntatem nostram constitui proxime indifferentem per exercitium divinæ libertatis, & tamen Deum præfinire efficaciter nostram operationem liberam: nam si Deus præfiniret efficaciter nostram operationem liberam, voluntas nostra constitueretur proxime indifferens per ipsam præfinitionem: quod implicat. Sequelam probō: quia voluntas nostra constituitur proxime potens operari per exercitium divinæ libertatis: atqui si adest præfinitio, nullum aliud exercitium divinæ libertatis, datur præter illam præfinitionem, quo constituatur voluntas nostra proxime indifferens: ergo. Probatur minor: nam si datur præfinitio, pro posteriori ad illam non exercet Deus novam libertatem, siquidem omnis alia volitio necessaria ad operationem, & subsecuta ad præfinitionem est omnino necessaria ex suppositione præfinitionis: ergo eatenus est libera, quatenus præfinitio est libera: ergo omnis alia volitio subsecuta ad præfinitionem constituitur in ratione liberæ per ipsam præfinitionem; siquidem esse liberam est esse evitabilem; eatenus autem est evitabilis volitio necessaria subsecuta ad præfinitionem, quatenus ipsa præfinitio est evitabilis; sed per te voluntas nostra constituitur proxime potens operari per volitionem aliquam subsecutam ad præfinitionem, quatenus talis volitio est libera Deo: ergo constituitur per præfinitionem potens operari: ergo non operatur liberè.

83 Brevius sic insurgo; voluntas nostra constituitur proxime potens operari per omnipotentiam, ut sibi liberè applicatam à Deo: ergo repugnat præfinitio à te posita. Antecedens concedetur, & sic subsumo: voluntatem nostram constitui proxime potentem operari per omnipotentiam, ut liberè applicatam; est constitui per applicationem omnipotentia, ut liberam. At hoc probat repugnare præfinitionem: ergo repugnat præfinitio. Probatur minor: nam si voluntas nostra constituitur proxime potens operari per applicationem omnipotentia, ut liberam, & datur præfinitio; constitueretur proxime potens

operari liberè per præfinitionem. At hoc repugnat: ergo si voluntas nostra constituitur proxime potens operari per applicationem omnipotentia, ut liberam, repugnat præfinitio. Probatur minor: quia si datur præfinitio, volitio applicans omnipotentiam in ratione liberæ constituitur per illam præfinitionem: quia per illam constituitur in ratione inevitabilis.

§. XIV.
Nona ratio repugnantia, ubi ostenditur repugnare cum libertate, quod auxiliium vnice pendeat à præfinitione.

84 DENIQUE sic argumentor. Ad libertatem requiritur, quod auxiliium manderetur executioni per decretum indifferens, coniungibile cum utroque contradictionis extremo. Atqui si esset possibilis præfinitio ex se & ab intrinseco efficax consensus liberi id non requiretur; sed posset auxiliium immediatè poni per volitionem essentialiter connexam cum opere, ab illaque vnice pendere: ergo, &c. Minor sufficienter probata manet ex dictis in hac disputatione, & disp. 12. Nunc probanda est maior. Quia si hoc ad libertatem non requiritur, poterit salvari libertas, quamvis auxiliium vnice pendeat à volitione executiva essentialiter connexa cum consensu, quæ proinde sit præfinitiva illius, saltem virtualiter. At hoc esse falsum, sic ostendō: quia si supposita scientia mediæ de congruitate auxiliij, potest Deus immediatè exequi auxiliium per decretum amans ipsum, quia efficax, & habens hunc modum tendendi formaliter: *Quia video Petrum bene operaturum; si conferam ei auxiliium A, volo ei conferre auxiliium A;* certe poterit Deus eodem decreto virtualiter indivisibili exequi creationem Angeli & conferre illi auxiliium congruum ad recte operandum in primo instanti: Deus enim videt sic per scientiam mediā: *Si ego creem Michaelem, & conferam ei auxiliium A, rectè operabitur;* ergo poterit concipere hoc decretum, *quia hoc video volo creare Angelum, ei que conferre auxiliium A;* in hoc enim nulla potest esse specialis repugnancia, si semel non datur in eo, quod Deus exequatur auxiliium quia efficax, seu per volitionem essentialiter supponentem scientiam mediā: siquidem non repugnat quod Deus eodem decreto virtualiter indivisibili præfiniat objecta distincta, v.g. substantiam & eius proprietates: subiectum, & eius accidens.

85. At repugnat Deum creare Angelum per eiusmodi decretum; quod probatur: quia Angelus tunc maneret, & non maneret liber: maneret ut supponitur, non maneret vero; quia non posset impedire illam præfinitionem, nequit enim Angelus impedire decretum illud, quo creatur à Deo, ac proinde repugnat decretum illud esse præfinitivum operationis liberæ Angeli. Quod autem nequeat impedire decretum, quo creatur à Deo, suadeo, tum quia illud decretum constituitur de obliquo per actionem creativam Angeli; Angelus vero nequit impedire actionem creativam sui: tum quia quamvis illud decretum esset adæquate intrinsecum Deo & inferens pro posteriori natura ad suam efficaciam, actionem creativam Angeli, nequit iste facere, ne existat decretum à quo creatur, & à quo eius esse unice dependet, quia alioquin posset Angelus facere, ut ipse existeret in rerum natura sine omni decreto creativo, quia qui potest impedire decretum creans Angelum, à quo eius existentia hic & nunc unice penderet, & non potest facere, ut detur aliud decretum creativum Angeli loco illius, & supplens eius vices, potest facere, ut Angelus maneat sine omni decreto creativo, quod est posse facere chymarum. Sed per se Angelus potest impedire decretum creativum sui, & simul præfinitivum operationis, à quo unice hic & nunc dependet, aliunde vero non potest affigere aliud decretum creativum Angeli impossibile cum isto: ergo, &c. Probo iam partem minoris; quia Angelus nequit determinare Deum, ut ipsum creet; determinaret autem, ut creet si determinaret ad habendum decretum creativum, à quo unice Angelus penderet.

86. Dices, Angelum non posse absolute determinare Deum, ut ipsum creet, quia antequam Angelus existat non habet potestatem ad faciendum, ut Deus concipiat decretum ipsum creandi: ex suppositione tamen quod creatus sit posse facere, ut creatus sit per decretum B potiusquam per A, id est per decretum creativum impossibile cum præfinitione operis, potiusquam per decretum creativum, quod simul sit præfinitivum operis. Sed contra, quia Angelus ex suppositione quod creatus sit, iam supponitur quod creatus est per aliquod determinatum decretum, v.g. per decretum præfinitivum operis. Etsi enim Angelus, ut existat non postulet magis produci per decretum A, quam per B; tamen dum supponitur creatus, supponitur creatus per decretum determinatum; cum nihil vagum, & subiective indeterminatum detur à parte rei. Unde idem est facere suppositionem, quod creatus est, ac facere suppositionem quod Deus habuit determinate aliquod decretum ipsum creandi:

ubi autem supponitur Angelus creatus per aliquod decretum Dei, v. g. per decretum A præfinitivum operis, nequit ad esse potentia in Angelo ad faciendum; ut creatus sit per decretum B oppositum, & impossibile cum præfinitione operis; quia Angelus ex se non habet potestatem ad faciendum, ut Deus absolute ipsum creet per decretum B; solum ergo habet potestatem hanc in vi alicuius decreti divini, quo Deus sibi ipsi necessitatem imponere voluit creandi per decretum B sub conditione, quod Petrus non sit eliciturus consensus salutarem. Atqui decretum A creativum Angeli & simul præfinitivum consensus, per quod supponimus creatum fuisse Angelum, non est tale, ut per illud sibi Deus imposuerit necessitatem creandi per decretum B sub conditione quod Petrus non sit eliciturus consensus: quia decretum A est essentialiter impossibile cum B, & sicut efficaciter absolute amat sui existentiam, ita efficaciter absolute amat non existentiam decreti B; decretum autem divinum efficaciter absolute amans non existentiam decreti B, non habet vim determinandi & necessitandi Deum ad ipsum ponendum, quia decretum necessitans sub conditione ad positionem alicuius termini, debet posita conditione coexistere cum termino illo: decretum autem A præfinitivum consensus, posito dissensu non coexistit cum decreto B, sed potius si poneretur dissensus, non existeret ipsum decretum A: ergo Angelus creatus per decretum A præfinitivum consensus, non habet in vi talis decreti potestatem necessitandi Deum, ut ipsum creet, vel creaverit per decretum B: ergo Angelus creatus hic & nunc per decretum A præfinitivum operis, neque ex vi decreti A habet potestatem ad faciendum ut Deus ipsum creaverit per decretum B: ergo si habet potestatem impediendi decretum A creativum ipsum, & simul præfinitivum consensus, habet potestatem ad faciendum, ut ipse Angelus existat in rerum natura sine omni voluntate exequenti. Multa possent hic dici in confirmationem huius argumenti, quæ omitto, quia ex dictis disp. 12. facile intelligitur.

SECTIO SECUNDA.

An sufficienter solvi valeant obiectiones contendentes, Deum posse efficaciter præfinire nostra opera libera præfinitione simplici?

§. I.

87. **O**biectis primo: potest Deus intrinsece moveri à scientia media de cognitate auxilij, ad ipsum conferendum, concipiendo decretum ex modo suo tendendi essentialiter sup-

supponens illam scientiam, & amans auxiliū quia efficax: at huiusmodi decretum est virtualis quedam praescriptio operis liberi, ergo, &c. Maior quae sola indiget probatione, si frustretur: nam sicut si ego sciens Petrum mihi collaturum esse librum, sub conditione, quod petam ab ipso, possim ab illo petere, donec illa scientia, ut motivus, & per affectionem petendi ex se supponat illam notitiam, quae propterea auferat ab ipso libertatem dandi, vel negandi. Ita Deus sciens me bene operaturum cum auxiliō. A poterit mihi illud conferre per affectionem essentialiter supponens eiusmodi scientiam, &c.

88. Responderi potest, negando paritatem: nam scientia illa, qua ego mihi persuadeo, Petrum collaturum esse mihi librum, sub conditione, quod ego ab illo postulem, est talis ut possit falsificari à Petro: nam in eo instanti, quo ego peto ductus illa persuasione, & ex suppositione eiusmodi petitionis, potest Petrus nolle dare librum, ac proinde cum illa notitia componere eiusmodi molitionem. At scientia media futuri operis liberi est infallibilis.

89. Sed, ut regibus, possum ego per revelationem infallibilem cognoscere, Petrum mihi collaturum librum, sub conditione, quod postulem ab ipso, & ductus hac notitia postulare quin propterea auferat à Petro libertatem negandi librum illum: ergo pariter Deus infallibiliter cognoscens Petrum operaturum, si conferatur auxiliū. A poterit hac notitia ductus ei conferre eiusmodi auxiliū, quia propterea auferat ab illo libertatem non operandi. Respondebitur, bifariam posse intelligi, quod ego ducar illa revelatione ad postulandum; primo indirecte, quatenus nimirum illa revelatio removel prohibens petitionem, videlicet quatenus removel dubietatem de concessione futura, qua stante ego non postulare. Secundo directe, & formaliter, ita ut revelatio illa influat in voluntatem petendi librum, ad illamque essentialiter praesupponatur. Si primo modo moveat me revelatio illa, casus nullam continet implicationem: nam Petrus supposita petitione illa, poterit cum illa coniungere negationem libri, & impedire revelationem, cum qua oratio illa, & voluntas orandi per accidens coniungebatur. Si secundo modo dicatur movere, casus est implicatior: nam supposita oratione, ut mihi liberat, seu ut à me prolata ex vi voluntatis interioris liberum est Petro concedere, vel negare librum, ac proinde coniungere negationem libri cum mea voluntate petendi: quapropter si mea voluntas petendi essentialiter supponeret revelationem de concessione libri, libe-

rum foret Petro coniungere negationem libri cum ea voluntate, ac proinde falsificaret revelationem, quod repugnat. Ad hanc sententiam modum dico bifariam scientiam, in eodem modo posse movere ad conferendum auxiliū primo indirecte, & quasi per modum removel ventis prohibens, quatenus removel scientiam oppositam de incongruitate illius auxiliij, quae si ad effectum, Deus non haberet decretum conferendi auxiliū, quod perinde est ac movere, ut conditionem sine qua hic, &c. non non existeret eiusmodi decretum, esse potest. Secundo directe, & per modum conditionis essentialiter praesuppositae ad decretum conferendi auxiliū. Primo modo concedimus movere: nam supposito decreto collativo auxiliij potest voluntas nostra cum illo decreto coniungere omissionem operis non minus, quam cum ipso auxiliō, ac proinde potest impedire scientiam mediam, congruitatis auxiliij, quandoquidem decretum illud eam esse non postulat magis quam oppositam. At si decretum illud ex se supponeret essentialiter scientiam mediam, non posset voluntas nostra cum illo coniungere omissionem operis: ac proinde non posset ponere omissionem operis: quia propter rationem nostram conditionis non potest impedire decretum illud, implicat autem posse ponere omissionem operis, quin possit decretum operis impedire, vel frustrare.

90. Obijeset secundo: potest homo sciens per revelationem Deum concessurum sibi auxiliū, si ab ipso petat, postulare auxiliū per orationem, essentialiter supponentem huiusmodi revelationem, quin propterea eiusmodi oratio auferat à Deo libertatem dandi, vel negandi auxiliū: ergo pariter poterit Deus sciens hominem recte operaturum, ei conferre auxiliū per voluntatem essentialiter supponentem illam scientiam. Respondeo, negando antecedens, & ratio videtur manifesta: nam si revelatio representat Deum liberum concessurum homini id, quod ipse exposcit, necesse est ut supposita oratione possit Deus conferre, vel non conferre auxiliū postulantem: at hoc ipso eiusmodi oratio nequit supponere essentialiter revelationem illam: nam Deus in ratione proximè potentis exaudire orationem constituitur per scientiam intuitivam orationis supponentem ipsam essentialiter. Vnde si oratio essentialiter supponeret revelationem, supponeret essentialiter aliquid connexum essentialiter tum collatione auxiliij, ac proinde ipsa scientia visionis, qua Deus cōpletur in ratione proximè potentis exaudire orationem esset essentialiter connexa cum collatione auxiliij: ergo actus primus proximus ad

exaudiendā, vel non exaudiendam orationem postulante auxiliū constitueretur per aliquid essentialiter connexum cum collatione auxiliij. Quod tamen apud omnes est implicatorij, nā actus primus liber debet esse indifferens, & coniungibilis cum alterutro contradictionis extremo.

Hinc observā, vt hoc argumentum sit contra nos debet esse de revelatione affirmante Deum mihi concessurum libere auxiliū si ab ipso postulem, ita vt in sensu composito notitiā orationis à me fuisse. Deus maneat liber ad dandum, vel negandum, quod postuletur; sicut voluntas nostra posito auxilio congruo manet libera ad operandum, vel non operandum. Si enim revelatio affirmaret Deum mihi concessurum auxiliū, si ab ipso postulem, omnino necessario, & absque libertate negandi in sensu composito orationis, paritas nihil valeret; nam scientia mediā affirmat voluntatem nostram sub conditione, quod praeveniat auxiliū indifferenti operaturam libere, ita vt in sensu composito illius possit omittere operationem; at revelatio illa non repraesentaret Deum sub conditione orationis meae mihi concessurum libere auxiliū ita vt in sensu composito orationis posset negare. Vnde non fieret paritas ab vno ad aliud.

Hinc si revelatio supponat decretum efficax conditionatum, quo Deus apud se statuit mihi dare auxiliū, si postulem, in hoc eventu concedam me posse postulare per orationem essentialiter supponentem revelationem; cæterum tunc supposita oratione nullam Deus habebit libertatem ad negandum, sed omnimodam necessitatem, solumque dicitur dare libere denominativè à libertate decreti conditionati. Hinc vero nullum argumentum sit contra nos; quia supposito auxilio congruo voluntas nostra manet indifferens ad non operandum in sensu composito illius; vnde cum non possit impedire præintentionem, posset sane frustrare, si illa daretur: quemadmodum si supposita oratione essentialiter supponente decretum conditionatum dandi auxiliū, posset Deus auxiliū negare, posset frustrare decretum suum efficax.

Sed vrgebis: hoc ipso quod quis per revelationem infallibiliter sciat Deum sibi collaturum auxiliū sub conditione, quod illud exposcat, istud non possit postulare per orationem essentialiter supponentem revelationem; nihilominus potest imperare orationem per actum essentialiter supponentem revelationem, & habentem hunc modum tendendi: *Quia certo scio Deum mihi collatu-*

rum auxiliū sub conditione quod illud postulem, volo illud postulare. Ergo pariter Deus sciens hominem recte operatum sub conditione quod ei conferat auxiliū congruum, potest imperare illius auxiliij collationem per voluntatem essentialiter supponentem scientiam de efficacia. Respondeo non solum orationem ipsam externam, sed nec animū internum orandi posse essentialiter supponere illam revelationem. Ita ratio est, quia Deus non movetur ab oratione nisi vt bona moraliter, & vt libere elicitā, vt sic autem includeret imperiū illud essentialiter supponens revelationem; ac proinde eadem in hoc datur implicatio, actū eo quod ipsa oratio essentialiter supponeret revelationem. Ratio autem à priori cur eiusmodi revelatio nequeat esse motivum intrinsecum propositi interni orandi, seu imperij inducentis orationem, est, quia illa revelatio repraesentat Deum concessurum libere auxiliū sub conditione, quod apud eum fundatur oratio, quæ vel libera, & meritoria non sit, connexa essentialiter cum existentia rei postulate.

94 Obijcies tertio ex nobili Revertiore: potest Deus decreto efficaci velle gratiam efficacem, vt efficacem; at eiusmodi decretum foret præintitio efficax; ergo &c. Probatior maior, quia Deus potest velle decreto efficaci, quæ nos oramus, & petimus ab ipso; sed nos petimus ab ipso gratiam congruam, & efficacem reduplicativè, vt talem; ergo. Secundo probatur eadem maior, quia in Deo datur specialis affectus misericordiae, & liberalitatis circa bene operantem, quem non habet circa male operantem, cum Deus non solum in effectu, sed etiam in affectu discernat bene operantem à male operante. Sed circa male operantem habet Deus voluntatem efficacem conferendi auxiliū sufficiens propter bonitatem propriam auxiliij sufficientis, vt sufficiens est: similiter etiam habet in efficacem intentionem tribuendū auxiliū congruum, vt congruum, quia tribuit auxiliū sufficiens male operanti ex intentione, vt recte operetur: ergo circa bene operantem Deus habet intentionem efficacem auxiliij efficaciis, vt efficax est.

99 Responderi potest, distinguendo illam propositionem: Deus potest velle decreto efficaci, quæ nos petimus ab ipso; efficacia decreti terminata ad id, ad quod Deus immediate determinat, concedo: efficacia decreti terminata directe, atque efficaciter ad id quod Deus non determinat, nempe ad operationem nostram liberam, nego. Vnde concessa minori, neganda est consequentia. Quamquam ergo homo possit efficaciter quantum est

ex se nunc desiderari ut ipse in posterum recte operetur, & Deum orare ut ipsum efficaciter moveat ad recte operandum: nequit tamen nisi ex errore, & falsa existimatione postulare, ut Deus efficaciter debear eius operationem liberam per decretum ex se essentialiter connexum cum existentia operis liberi: quia hoc esset postulare chymaram.

96 Ad id autem quod dicitur de speciali affectu respondeo; ex terminis non esse necessarium, ut Deus in affectu antecedenti secundum se, & physice inspecto discernat operantem à non operante; sed satis esse quod in effectu discernat physice, & in affectu moraliter; siquidem contingere potest, ut cum eodem actu primo, eademque inclinatione, unus operetur, & alius non operetur; in quo eventu affectus antecedens erga utrumque est physice equalis; quia stante eodem decreto erga utrumque, contingere potest ut unus operetur, & alius non operetur. Et quidem argumentum probaret, præfinitiones illas esse simpliciter necessarias, quod est contra communem sententiam præfinitionum. Sequela probatur; quia per te implicat ut Deus discernat operantem à non operante, quin habeat specialem affectum erga operantem, quæ specialitas per te, consistit in decreto ex se connexo essentialiter cum existentia operis liberi, dixi: *Moraliter in affectu*, quia dum Deus confert homini auxilium, cum quo prævidet ipsum operaturum, perinde est ac si haberet decretum ab intrinseco efficax; quia per illum affectum non solum dat entitatem auxilij, sed etiam dat actualem operationem.

97 Respondeo secundo: quotiescumque aliquis recte operatur non solum in effectu, sed in affectu physice discerni à non operante, & oppositum implicare contradictionem. Ratio est, quia implicat hominem recte operari, quin Deus per scientiam mediam cognoscat recte operaturum, si ei conferatur auxilium; quæ scientia affert secum specialem complacentiã per modum gaudij in eo quod homo sit operaturus, si vocetur: eo quod Deus ob suam infinitam bonitatem est essentialiter determinatus ut per hoc præcise, quod videat hominem recte operaturum; si ei conferatur auxilium, de hoc gaudeat. Vnde erga operantem non solum habet affectum consistentem in decreto efficaci dandi auxilium, qui affectus communis est non operanti, sed insuper habet affectum complacentiæ specialis identificatum virtualiter cum scientia media, vel illam supponentem.


98 Obijciunt quarto iidem recentiores: Deus potest habere hoc decretum efficax conditionatum: volo ut voluntas operetur;

sub conditione quod ei concedatur proxima potestas ad operandum. Cum enim habeat scientiam affirmantem operationem sub conditione auxilij, cur similiter habere non poterit eiusmodi decretum? hoc autem decretum posita conditione redditur absolutum, & efficax circa operationem: ergo, &c. Verum hæc obiectio levis est, negamus enim, & existimamus negandum ab omnibus Doctoribus tuentibus scientiam mediam; eiusmodi decretum efficax: nam si efficax est debet habere efficaciam circa aliquid, seu vim, & energiam determinandi ad alicuius obiecti existentiam. Non habet autem vim determinandi ad existentiam conditionis: nam hoc ipso non foret conditionatum, sed purificativum conditionis: ergo debet habere vim determinandi ad conditionatum, nempe ad actum: hoc autem pugnat cum libertate: nam iuxta verissima Societatis principia, postquam voluntas nostra intelligitur proxime indifferens ad utrumque extremum, ad ipsam spectat vnicè determinare ad existentiam auxilij: nec simile est de scientia media, quæ non determinat, sed potius determinatur à nostra operatione.

99 Obijciens quinto ex Patre Antonio de Quiros tom. 2. disput. 7. num. 19. si per impossibile in Deo non daretur scientiæ simplicis intelligentiæ, sed præcise scientiæ media, adhuc Deus directus à scientia media posset conferre auxilium congruum, illesam servando libertatem: & tamen in illo eventu decretum collativum auxilij congrui supponeret essentialiter scientiam mediam, cum debeat ex se essentialiter supponere aliquam, & tunc non esset alia: ergo quod decretum collativum auxilij supponat essentialiter scientiam mediam, sitque proinde essentialiter connexum cum existentia operis non officit libertati. Primo responderetur negando maiorem; quia ut illæsa servaretur libertas, deberet voluntas posse impedire scientiam mediã: at in illo eventu non posset; quia si impediret scientiam mediam, impediret decretum executivum auxilij illam essentialiter supponens, & cum non posset inducere aliud decretum loco illius, posset facere, ut decretum maneret in rerum natura sine omni voluntate exequenti, quod repugnat. Deinde secundo respondeo admissa maiori, distinguendo minorem: in illo eventu decretum collativum auxilij supponeret essentialiter scientiam mediam, distinguo, congruitatis determinate nego; congruitatis, vel incongruitatis vage, concedo minorem; & nego consequentiam. Itaque in illo eventu decretum collativum auxilij congrui illæsam servans libertatem, supponeret scientiam mediam

congruitatis auxiliij secundum prædicata communia sibi cum scientia media incongruitatis eiusdem auxiliij: vtraque enim scientia in illa hypothesi esset representatio contingens comprehensivè penetrans quidditatem auxiliij, & in hoc convenirent, licet differrent in eo, quod altera affirmaret illam quidditatem re ipsa coniungendam cum operatione; altera id negaret. Supponeret ergo tunc decretum executive auxiliij scientiam congruitatis quatenus est comprehensio auxiliij, non verò quatenus ultra hoc habet affirmare operationem vè futuram sub conditione ipsius. Quo posito, nõ sequeretur inconveniens à nobis nuper adductum: nam voluntas nostra impediens scientiã congruitatis, hoc ipso induceret toto illius scientiam incongruitatis de se sufficientem ad existentiam illius numero decreti: ac proinde non impediret decretum: nec faceret auxiliium manere in rerum natura absque omni voluntate exequente.

100 Obijcies sexto, quamvis ego non haberem ullam aliam cognitionem præter illam, qua cognoscerem per revelationem; Deum mihi concessurum gratiam, si ab ipso postularem: possem à Deo petere, & consequenter habere affectum vnicè pendentem ab illa revelatione vt à regulante; & nihilominus Deus mihi liberè concederet rem postulatam; quamvis ad id moveretur à meo desiderio regulato per illam revelationem: ergo stat aliquid movere antecedenter ad decretum liberè concipiendum, & tamen habere ex se infallibilem connexionem cum existentia decreti liberi: ergo pariter stabit Deum conferre auxiliium per voluntatem essentialiter connexam cum opere, & nihilominus opus manere liberum. Respondeo, ipsam revelationem, vel quãcumque aliam cognitionem essentialiter veram, quæ representat Deum mihi liberè concessurum aliquid sub conditione, quod ab ipso illud petam, supponere meam orationem regulatam iri per cognitionem distinctam ab ipsamet revelatione, & de se coniungibilem cum carentia rei peritæ, quia illamet revelatio supponit in sensu cõposito orationis meæ Deum posse concedere, vel negare rem postulatam, quod esset falsum, si meã oratio regularetur per scientiam, quæ simul cum oratione haberet infallibilem connexionem cum existentia rei postulatæ. Quare neganda est maior: quia si nulla aliã datur cognitio præter revelationem, non ponitur cognitio, sub qua revelatio affirmat opus futurum.



101 **O**BIJCIENS septimo, scientia media inclinatur ad voluntatem collativam auxiliij, ad illamve dirigitur: Deusque verè confert auxiliium quia videt efficax: ergo decretum collativum auxiliij oritur à scientia media, ad illamque inclinatur. At hoc explicari nequit sine aliqua formalitate libera in Deo supponente essentialiter scientiã, quæ sit dependentia passiva decreti à scientia media. Respondeo, hoc quod est decretum collativum auxiliij oriri à scientia congruitatis consistere in coexistentia illius decreti, & scientiæ; nam decretum per se ipsum est essentialiter determinatũ vt oriatur ab hac scientia congruitatis per hoc præcisè, quod cum illa coexistat, quamvis possit cum illa non coexistere. Ad modum quo vt intelligamus, hunc numero amorem oriri ab hac numero cognitione non est necesse vt actio productiva amoris supponat determinatè hanc numero cognitionem, sed vagè hæc vel aliam omnino similem; cognitio enim non movet ad amandum quatenus est hæc numero potius, quam illa, sed quatenus proponit talem bonitatem cum tali vel tali claritate, in qua ratione convenit cum alia cognitione: unde oriri ab hac potius, quã ab illa consistit in hoc, quod potius coexistat cum hac, quam cum illa.

102 Dices primo, actum voluntatis essentialiter supponere scientiam dirigentem: ergo si decretum collativum auxiliij dirigitur à scientia congruitatis, illam per se supponit essentialiter. Respondeo duplicem esse directionem: aliam per se, quam scilicet exigit essentialiter ipse affectus, ne feratur in incognitum: & hoc pacto non dirigere scientiam congruitatis ad decretum collativum auxiliij, quia esto non daretur illa scientia, non ferretur in incognitum; siquidem totum illud, quod amatur per decretum illud, supponitur cognitum per simplicem intelligentiam: aliam per accidens, quam nimirum affectus essentialiter non postulat, eo quod supponat per se aliam scientiam representantem obiectum, in quod fertur. Et hoc pacto dicimus scientiam mediam dirigere ad decretum collativum auxiliij; quia ita movet & inclinatur ad positionem illius decreti, vt tamen non exigatur determinatè ab illo. Itaque scientia media duntaxat movet per modum causæ impulsivæ minimè requisitæ ad existentiam decreti.

103 Dices secundo: posse coexistere voluntatem collativam auxilij cum scientia congruitatis, quin ab illa moveatur: quia stat scientiam illam de se inclinare in existentiam decreti, & decretum poni, quin oriatur ab illa scientia. Quemadmodum in creatis stat aliquam cognitionem vel complacentiam inclinare in existentiam alicuius voluntatis efficaciæ, & existere voluntatem illam, quin oriatur ab eiusmodi cognitione. Ut dum quis complacet in objecto turpi, & scit egressum è domo esse medium ad obtinendum illum finem, eiusmodi complacetiæ & cognitio de se inclinavit ad voluntatem egrediendi domo; & tamen non est necesse, ut si quis in sensu composito illius complacetiæ & cognitionis habeat voluntatem egrediendi domo, egrediatur ob finem pravum ab illoque moveatur in actu secundo.

104 Respondeo; ex terminis rectè componi aliquam cognitionem inclinare ex se ad aliquem affectum, & affectum poni, quin oriatur ab illa cognitione; ut in exemplo adducto: cæterum in nostro casu non potest componi: ratio est, quia cum decretum collativum auxilij ex se inclinaret ad rectam operationem, & sit conformis inclinationi & complacetiæ necessariæ, quam Deus habet erga ipsam; ab illaque oriatur; itiplicat ut non oriatur pariter à scientia mediâ aigente inclinationem erga illudmet objectum: quemadmodum si volitio oriatur à cognitione intensa ut duo, & crescat intensio cognitionis, implicat coexistere cum tota illa intensione, & non oriri à tota illa; ubi enim cognitio proponit idemmet objectum, quod proponitur à cognitione regulante affectum, augerque inclinationem in affectum, nequit cum illo coexistere, quin in illum influat. Vnde si quis in creatis haberet affectum regulatum essentialiter per cognitionem proponentem bonitatem aliquam ut possibilem, & simul cum illa cognitione haberet aliam representantem illam ut futuram sub conditione quod ponatur affectus erga illam, ille affectus necessariò oriretur ab utraque, ab altera essentialiter & per se, ab altera per accidens. Et quamvis id in creatis non posset contingere, deberet admitti in Deo, qui ob suam infinitam bonitatem & inclinationem ad benefaciendum, est essentialiter determinatus ut moveatur ad habendum aliquem affectum, ab omni cognitione representante commoda secutura ex positione talis affectus.

105 Dices, Deus cognoscens hominem rectè operaturum cum auxilio A, si datur, potest conferre illud auxilium per decretum amans illud præcisè, quia sufficiens, & non quia efficax; in hoc autem eventu decre-

tum collativum non oriretur à scientia efficaciæ, sed præcisè à scientia sufficienti: ergo stat decretum collativum auxilij coexistere cum scientia efficaciæ, quin ab illa oriatur. Respond. primò Deum nec à sufficientia auxilij, nec ab efficaciâ prævisâ, nec ab vlla re creata posse moveri ad decretum collativum, sed vnicè à sua bonitate; hæc enim vnicè per modum rationis formalis motivæ inclinavit ad dandum auxilium, quod cognoscitur esse sufficiens ad rectam operationem: & inclinavit magis ut conferatur, quando adest scientia futuræ operationis: vnde hæc posita, magis inclinavit divinam bonitatem ad ipsius collationem, quam si adestet scientia inefficaciæ. Quapropter impossibile est ut conferatur auxilium in sensu composito scientiæ mediæ de efficaciâ ipsius, quin decretum collativum oriatur ab illa scientia. Respondeo secundo: quamvis Deus posset moveri intrinsecè à sufficientia auxilij cognita per simplicem intelligentiam ad habendum decretum collativum auxilij, nihilominus adhuc in illo eventu oriretur decretum illud à scientiâ congruitatis; quia licet non daret quia congruum, ly quia denotante motivum intrinsecum, daret tamen quia congruum, ly quia denotante causam impulsivam & motivum extrinsecum concurrentem ex parte operantis.

106 Ex his deducet, decretum collativum auxilij congrui ex se essentialiter daturat postulare scientiam simplicis intelligentiæ representantem divinam bonitatem, vè motivum intrinsecum, cui innititur, & auxiliis & rectam operationem ut objecta materialia in quæ fertur: ab illaque scientia sola oriri posse, quando adest scientia representans incongruitatem auxilij: hæc enim, cum quantum est ex se retrahat à collatione auxilij, non est capax ut ab illa oriatur decretum collativum illius. At quando adest simul cum scientia simplicis intelligentiæ scientia mediâ congruitatis, oriri ab utraque, ab illa per se & essentialiter, ab ista vero per accidens.

§. III.

Solvitur alia obiectio, & explicatur, quod pacto sine præfinitione ab intrinseco efficaci operis liberi, Deus conferat auxilium efficax, non collativum, si videret inefficax

107 **O**BIICIENS octavo, Deus sæpè dat auxilium efficax non collativum si videret inefficax: at in hoc eventu dat per decretum essentialiter supponens scientiam mediâ: ergo illa libertate po-

potest Deus conferre auxilium efficax per voluntatem essentialiter connexam cum opere. Hanc difficultatem late explicuimus disp. 11. sec. 5. ubi ostendimus multipliciter posse salvari absque præfinitione formali nostrorum actuum liberorum, Deum ita conferre. Prædestinatis sæpe auxilia, ut non esset collaturus, si videret fore incongrua. Nunc respondeo, concessa maiori, negando minorem: nam ut verificetur Deus ita conferre auxilium, ut non esset collaturus, si videret inefficax, non est necesse ut decretum collativum essentialiter supponat scientiam mediam. Quomodo enim sæpe potest contingere, ut homo ita elideat actum contritionis, ut non esset elicitor, si non prævideretur timor poenarum inferni excitans per modum causæ impulsivæ; quin inde liceat inferre actum contritionis per se & essentialiter supponere cognitionem & timorem poenarum inferni. Rursus sæpe contingat ut quis non eliceret actum circa obiectum honestum, & arduum, nisi videret illum actum esse præceptum & non posse omitti sine peccato; quin inde liceat inferri illum actum essentialiter supponere cognitionem præcepti; hoc enim non habet nisi actus specialis obedientiæ, qui fertur in rem quia præceptam; non vero actus obedientiæ materialis, qui fertur in rem ob honestatem illi intrinsicam. Et ratio à priori est, quia potest aliquid esse conditio, sine qua actus hic & nunc non existeret, quamvis non sit conditio essentialiter prærequisita ad existentiam actus. Quare in nostro casu ideo illa condicionalis est vera, quia si existeret scientia media opposita representans incongruitatem auxilij, illa retraheret à collatione auxilij; unde scientia media representans efficaciam, conturrit per modum removens prohibens, sicut timor poenarum conturrit ad actum contritionis. Unde affectus ille quo de facto Deus confert auxilium ex se non supponit essentialiter scientiam incongruitatis, licet eius occasione existat.

108 Deinde quin Deus habeat decretum efficax, quo intendat efficaciter operationem liberam honestam creaturæ, potest facile explicari, quo pacto sæpe det auxilium, non collaturus, si videret inefficax: nimirum si asseramus, Deum specialiter complacere in operatione libera Petri; & ex hac complacentia inclinari ad dandum auxilium congruum, quod minimè hic & nunc daret, nisi videret congruum. Quamvis enim illa complacentia non sit essentialiter connexa cum operatione libera; est tamen talis naturæ, ut hic & nunc non daret auxilium Deus, nisi videret congruum, collato tamen auxilio sicut voluntas creata potest impedire scientiam de efficaciam

auxilij, ita potest facere, ut auxilium conferretur, quamvis videretur inefficax, ut explicuimus supra disp. 21. sec. 3. num. 15. *Exponitur, quo pacto possimus impedire scientiam mediam reflexam, per quam Deus affirmat se collaturum auxilium sufficiens super scientiam mediam directam prævidens fore efficax. Et negaturum, si præviderit fore inefficax.*

109 **D**ICES: ergo Deus habet scientiam mediam reflexam, per quam cognoscit se collaturum auxilium, si præviderit fore efficax, & negaturum, si videat incongruum. At hoc ipso ad libertatem non requiritur, ut possimus impedire suppositionem essentialiter connexam cum opere libero, quo fundamento ablato, nulla est ratio, cur præfinitio tollat libertatem, quantumvis sit inimpedibilis ut ratio nostræ conclusionis probat fore, si daretur. Sequela probatur: nam cum scientia media reflexa per quam Deus cognoscit se non collaturum auxilium, si homo cum illo sit peccaturus, nequit componi peccatum, quia vel auxilium non dabitur, vel si detur cum illo infallibiliter operabitur; & nihilominus illa scientia non aufert libertatem peccandi, quamvis sit inimpedibilis. Quod non auferat libertatem, patet: quod autem nequeat à nobis impediri, suadetur: nam ille solus potest impedire scientiam mediam, qui potest impedire consequens ab illa affirmatum: iam verò Deus solus est, qui potest impedire consequens affirmatum per illam scientiam mediam reflexam: nam quod illa scientia affirmat, est tum existentia decreti negandi auxilium, utrumque autem decretum soli Deo liberum est: ergo solus Deus potest impedire illam scientiam mediam reflexam, supposita scientia media directa de efficaciam auxilij.

110 Sed permittendo pro nunc, quod detur illa scientia, quod facile posset negari, loquendo de scientia reflexa antecedente scientiam mediam directam: (nam ex nostra assertione solum sequitur, Deum cognoscere se dare auxilium ex motione scientiæ mediæ de congruitate auxilij, & quod non conferret si daretur scientia opposita) permittendo, inquam, hoc: respondeo non solum Deum, sed etiam voluntatem creatam posse impedire illam scientiam mediam reflexam: licet diversimodè; nam Deus potest impedire illam scientiam, quatenus supposita scientia media directa potest impedire decretum colli-

latiſſimum auxilij: voluntas vero creata non potest impedire ſcientiam illam reflexam, vſque dum intelligatur exiſtens auxilium: poſito autem auxilio, poteſt impedire illam ſcientiam; illa ſupponit non extitutum auxilium; niſi conjunctionum cum efficaciâ: voluntas autem noſtra ſuppoſito auxilio, poteſt facere vt illud exiſtat conjunctionum cum inefficiâ: poteſt ergo auferre illud, quod ſupponit ſcientia illa reflexa; ac proinde illam impedire. Quapropter licet illa ex ſe non pendeat abſolutè à noſtra voluntate, pendet tamen conditionatè; id eſt, pendebit poſito auxilio: conſulatur quæ ſcripta ſunt. 1. diſp. 21. ſec. 3. p. 368.

Soluuntur reliquæ obiectiones.

III. **O**BIECIENS nondè: Deus poteſt abſolutè promittere finem conſequendum actione libera: ergo poteſt illum abſolutè decernere: tum, quia promiſſio diuina habet tantam connexionem cum effectu, quantum habet decretum; tum, quia promiſſio abſoluta continet eſſentialiter decretum abſolutum de re promiſſa. Antecedens probatur ex illo Ezechiel 23. *Spiritum meum ponam in mediâ veſtri; & faciam vt in præceptis meis ambulatis; & iudicia mea cuſtodiatis.* Item probatur ex fide gentium promiſſa Abrahamo. Reſpondeo; ex promiſſione non probari decretum ab intrinſeco efficaci, & de ſe connexum cum actu libero; ſed decretum efficaci dandi auxilium, quod per ſcientiam mediam novit efficaci ad obtinendum illud, quod externè promittit. Quod patet: nam communiter Præfinitores cum Patre Suarez dicunt, cuiusmodi præfinitiones non eſſe neceſſarias ad perfectam Dei providentiam; potuit ergo Deus nolle præfinire efficaciſſime noſtros actus liberos; & tamen adhuc in illo eventu poſſet promittere conversionem liberam peccatorum: quia adhuc in illo eventu poſſet facere vt homines liberè converterentur, nimirum, dando eis auxilia congrua ad conversionem. Deus autem poteſt promittere illud, quod poteſt facere. Vnde Auguſt. de prædeſtinatione Sanctorum cap. 11. expendes locum Ezechielis nuper citatum: *Attendite (inquit) fratres & Videbitis Deum illa promittere facturum ſe vt faciant, quæ iubet vt fiant.* Quare promiſſio externa abſoluta de opere libero futuro duo ſupponit erga opus illud, tum ſcientiam mediam repræſentantem illud vt infallibiliter futurum ſub conditione talis auxilij; tum decretum efficaci conferendi illud auxilium. Vnde voluntas creata

conſtituta in actu primo indifferenti poteſt impedire promiſſionem illam externam per hoc præciſè, quod impediât ſcientiam mediam; licet non impediât decretum terminatum ad opus liberum & collatum auxilij.

II 2. Obieciens decimò: Deus poteſt efficaciſſime decernere actionem agentis naturalis relinquendo media omnino immutata: ergo etiam finem conſequendum actione agentis liberi; nã ideo Deus poteſt efficaciſſime decernere finem conſequendum opera agentis naturalis relinquendo medium omnino immutatum; quia prævidet medio naturali omnino immutato conſequendum finem; ſed ſimiliter prævidet media indifferentia efficaciſſime ad conſequendum finem actione agentis liberi, etiamſi non immutentur: ergo ſimiliter Reſpondeo, negando paritatem; nam decretum abſolutum & efficaciſſimum non opponitur cum actione agentis naturalis, imò requiritur. Ac opponi videtur cum actione agentis liberi: Vnde neceſſario immutantur media; quia ſcientia media non repræſentat opus futurum liberè, niſi ſub conditione quod auxilium conferatur per voluntatem indifferentem vt noſtra ratio videtur oſtendere.

II 3. Cui rationi novum robur à priori adiungo: nam voluntas noſtra in ratione proximè potentis operari conſtituitur per omnipotentiam vt liberè ſibi applicatam; ergo actus primus proximus conſtituitur per libertatem applicationis omnipotentia: hæc autem libertas, ſi præfinitio detur, conſiſtit in ipſa præfinitione; nã ea ſuppoſita nullus actus ſubſecutus divinus habet propriam & formalem libertatem: ergo ſi præfinitio detur, actus primus proximus voluntatis noſtræ ad operandum vel non operandum conſtituitur per aliud quid eſſentialiter connexum cum opere: quod eſt planè abſurdum: nam ad libertatem requiritur, vt actus primus ſit indifferens, & coniungibilis cum alterutro contradictionis extremo. Quapropter ſcientia media non poteſt deſervire ad præfinitivum efficaciſſime opus; quia repræſentat opus non extitutum liberè, niſi ſub conditione quod auxilium conferatur per voluntatem indifferentem minimè connexam cum opere.

II 4. Obieciens undecimò & inſtabilis argumentum novum. Poteſt Deus mihi promittere conversionem liberam peccatoris ſub conditione, quod pro illo orem: & ſuppoſita oratione poteſt intrinſecè moveri à mea oratione, & ſua promiſſione ad conferendum peccatori auxilium congruum, quo infallibiliter convertatur: hoc autem decretum habet eſſentialiter connexionem cum conversione libera, vt potèſt ſupponens eſſentialiter pro-

misionem conditionatam & inferens conditionem, per cuius positionem transit illa promissio in absolutam; ergo potest Deus conferre auxilium congruum per voluntatem essentialiter connexam cum opere libero, & consequenter istud efficaciter præfinitre. Respondetur, hic distinguendum esse inter promissionem externam, & promissionem internam: promissio externa conditionata de conversione peccatoris sub conditione orationis, læponit essentialiter scientiam mediam de congruitate alicuius auxilij ad conversionem habentis peccatoris, & insuper decretum efficaciter conditionatum dandi illud auxilium peccatori sub conditione quod pro illo fundatur oratio; Promissio interna importat in recto decretum illud conditionatum, & de obliquo scientiam mediam, per quam illud decretum constituitur in ratione promissionis conditionate de conversione, seu in ratione decreti efficacis circa conversionem sub conditione orationis; quia illud decretum ex se non supponit illam scientiam mediam nec efficaciter terminatur ad conversionem, sed solum ad extrinsecam auxilij; unde solum quasi extrinsecè constituitur efficax circa conversionem per ipsam scientiam mediam. Hoc supposito dico, Deum non posse intrinsecè moveri ad conferendum auxilium ab illa promissione externa; quia illa promissio est suppositio consequens à nobis impeditibilis; decretum vero collativum auxilij est suppositio simpliciter antecedens, & à nobis impeditibilis; ut probat nostræ conclusionis ratio: suppositio autem impeditibilis nequit essentialiter inniri in suppositione impeditibilis; intrinsecè autem si illam respiceret ut motivum intrinsecè, nequit ergo ita respicere. Quare solum poterit intrinsecè moveri à promissione interna secundum illud, quod importat in recto, nempe à decreto illo conditionato; hinc autem nihil contra nos infertur; quia illud decretum non supponit essentialiter scientiam mediam, nec habet connexionem essentialiter eum opere sub conditione orationis, sed præcisè habet connexionem essentialiter eum entitate auxilij congrui: à promissione autem externa conditionata potest Deus moveri extrinsecè sicut moveretur à scientia media.

115. Dixi posse extrinsecè Deum moveri ad conferendum auxilium à promissione externa conditionata, non tamen poterit moveri à promissione externa omnino absoluta: nam promissio externa omnino absoluta non videtur esse practica, sed pure speculativa; quia solum videtur esse externa quadam restitucio decreti efficacis absoluti, quod Deus habet dandi auxilium aliquod peccatori

enqjs, quæ movit fore congrua ad eum convertere: hæc autem restitucio nullatenus influere potest in essentiam externam auxilij, cum non antecedat, sed subsequatur ad decretum immediate executivum illius auxilij. Quæ admodum scientia visionis, quam Deus habet de existentia Angeli in decreto immediate executivo illius, nequit influere in productionem Angelicam quia scientia earum potest influere in actionem Dei ad extra, quatenus influit in decretum executivum rei scientia autem illud decretum supponens, in illud influere nequit, nisi per rationem collatam.

116. Obijcies dubitatio: Deus potest negare auxilium, quia inefficax per decretum essentialiter supponens scientiam mediam de ipsius inefficacia: ergo poterit conferre auxilium, quia efficax per decretum essentialiter supponens scientiam mediam de ipsius efficacia. Consequens est legitima à paritate rationis. Antecedens vero fundatur: quia quodam motivum magis aptum & proportionatum ad negandum alicui beneficium, quæ videre illius abusum futurum? Poterit ergo Deus contempere decretum habens hunc tendendi modum: *Quia video Petrum peccaturum cum hoc auxilio, nullo illud ipsi concedere.* Quod sanè decretum ex suo modo tendendi supponit essentialiter scientiam incongruitatis auxilij ad rectè operandum. Responderi potest imprimis, negando antecedens, quia rationes nostræ conclusionis efficaciter probant, Deum non posse exequi auxilium congruum per voluntatem essentialiter supponentem scientiam mediam: posset autem, si valeret hoc argumentum: nam decretum illud negans auxilium ex motivo intrinsecè inefficacitæ per se ipsum immediate determinat ad carentiam auxilij, & excludit decretum executivum; quia supposita scientia media de inefficacia auxilij, nequit Deus præfinitre opus, ac proinde nec potest habere volitionem præfinitendi: unde si habet volitionem, illa directè & immediate opponitur decreto immediate executivo auxilij: ac proinde si paritas valet, conficitur, posse Deum exequi immediate auxilium congruum per voluntatem præfinitivam operis ex se, & ab intrinsecè talem: unde potius contra nobis argumentari licebit in hunc modum: Deus nequit exequi auxilium per voluntatem essentialiter supponentem scientiam mediam de ipsius efficacia: ergo nec poterit negare per voluntatem essentialiter supponentem scientiam de ipsius inefficacia. Meliusque arguitur à decreto ad negationem decreti, quæ contra, quia negatio cognoscenda est per affirmationem, & non contra, affirmatio per negationem. Unde sicut nos probavimus, restitucio

tiam mediâ de efficacia: solum extrinsecè movere ad decretum conferendi, istudque posse componi cum scientia de inefficacia: ita à paritate rationis probari valet, decretum negandi solum extrinsecè moveri à scientia de inefficacia, & posse componi cum scientia de efficacia. Iuxta quam solutionem, dicendum erit: nõ esse possibile decretum, quod in se intrinsecè & formaliter habeat modum illum tendendi, de quo in argumento: licet æquivalenter, & virtualiter habeat illum, quatenus extrinsecè moveretur à scientia de inefficacia.

117 Responderi potest secundo, admissio antecedenti, negando consequentiam: nam in eo, quod ad negandum auxilium moveatur intrinsecè Deus ab inefficacia prævisa, nulla apparet specialis repugnantia, supposito quod possit moveri ab aliquo creato. At in eo, quod moveatur intrinsecè ab efficacia prævisa ad exequendum auxilium, datur specialis repugnantia: quod nimirum illud decretum esset simpliciter antecedens, & non esset simpliciter antecedens, esset inimpedibile, & non esset inimpedibile.

118 Obijcies decimo tertio ex Patre Quiros tom. 2. disp. 8. n. 11. *Potest Deus habere huiusmodi decretum: volo efficaciter quod existat opus nihil aliud ponendū in principijs immediatis indifferentibus, nisi ea quæ prævideo per scientiam mediam.* Tale autem decretum est præfinitio, vt patet, ergo, &c. Probatur maior: nam tale decretum imprimis non vult aliquid impossibile, siquidem de facto in nobis ita contingit, quod scientia operemur, & tamen principia immediata sint omnino indifferentia, & immutata. Aliunde verò tale decretum non procedit temerè: nam vt quis prudentissimè velit finem, necesse non est, vt media, quæ abhibet, maiorem connexionem habeant cum fine, quàm eâ, quæ re ipsa consequitur finem. Respondeo illud decretum esse impossibile: quia supponeret, & non supponeret essentialiter scientiam mediam: supponeret vt docet adversarius: non supponeret; quia everteret eius hypothèsim, siquidem scientia media non repræsentat opus futurum liberè, nisi sub conditione quod auxilium conferatur per voluntatem indifferentem, coniungibilem cum carentia operis; vt evincit nostra ratio.

119 Obijcies decimo quarto ex eodem ibidem num. 12. *Patentissimam confirmationem,* vt ipse loquitur, præcedentis argumenti, in hoc decreto, quo ita efficaciter statuat Deus: *Volo quod si existat auxilium omnino immutatum, quin aliquid ei superaddatur, existat opus: & volo etiam Quid existat tale auxilium.* Quod decretum nullo, in-

quit, titulo negari potest possibile, cum nihil contradictorium, nihil inconsequibile decernat. Tale autem decretum essentialiter est conexum cum opere: ergo. Verum multum ego fallor; si hæc confirmatio, quæ patentissima videtur suo Authori, nõ est patenter falsa: nõ decretum efficaciter quod Deus practicè decernat, volo vt voluntas operetur sub conditione, quod detur ei hoc auxilium, seu sub conditione, quod constituatur in actu primo proximo, quatenus tale, aliquam efficaciam habet conditionatam circa operationem; alioquin non erit nisi pura quædam complacentia per modum gaudij regulara essentialiter per scientiam mediam, de eo quod voluntas sit operatura sub tali conditione. Si autem aliquam efficaciam habet circa opus: ergo posita potentia proxima. Vim habet influendi in opus immediate; alioquin nec mediatè, nec immediate erit efficax circa opus; quia quatenus conditionata non influit in conditionem, & posita conditione per se non influit in opus. Si autem vim habet influendi: ergo posita conditione determinat voluntatem, quod pugnat cum libertate & cū principijs nostræ scholæ, iuxta quam ad solam voluntatem creatam spectat determinare ad existentiam actionis supposita proxima indifferentia ad utrumque.

120 Quod si adversarius vellet illam volitionem esse puram complacentiam speculativam de eo, quod voluntas sit operativa sub conditione quod præveniatur auxilio indifferenti tali; & aliunde velit vt cum hæc complacentia identificetur virtualiter decretum executivum auxilij; etiam pugnantia dicit: nam decretum executivum auxilij est suppositio simpliciter antecedens opus: illa verò complacentia est simpliciter consequens; rursus illa complacentia est separabilis ab auxilio non minus quàm scientia ipsa media; decretum verò executivum auxilij ab illo separabile non est: ergo non possunt identificari virtualiter.

121 Obijcies decimo quinto ex eodem ibidem num. 20. nam Deus dirigit à scientia media ad conferendum auxilium; & decretum collativum auxilij oritur ab illa: idque est planè liberum & voluntarium Deo: ergo Deus efficaciter vult vt decretum executivum auxilij oriatur à scientia media: ergo vel id vult per ipsummet decretum executivum, & sic iam hoc erit essentialiter conexum cum opere, vt potè efficaciter ansans ortum sui à scientia congruitatis, & cum hoc ortu essentialiter conexum, vel per aliud decretum reflexum se habens per modum imperij efficacis respectu decreti exequentis; & sic iam hoc decretum erit efficax præfinitio operis.

122 Respondeo, Deum efficaciter vel-

le vi decretum executivum auxilij oriatur à scientia mediâ, efficacia terminata ad id, quod importat in recto, non verò efficacia terminata ad id, quod importat tam in recto, quàm in obliquo: nam decretum illud oriri à scientia mediâ importat coexistentiam utriusque; & Deus supposita scientia determinat ad illam coexistentiam, illamque amat efficaciter, determinando & amando existentiam decreti per ipsummet decretum: non verò determinando vel efficaciter amando existentiam scientiæ mediæ: hoc enim non spectat ad Deum, sed ad voluntatem creatam, cui soli libera est existentia scientiæ mediæ.

Deinde insto argumentum: nam sicut Deus dirigitur à scientia mediâ ad conferendum auxilium, ita ad præparandum concursum: sicut enim quod Deus videat Petrum benè usurum auxilio indifferenti, si ei conferatur, inclinât Deum ad conferendum; ita, quod Deus sciat, Petrum benè usurum suo concursu, si ei indifferentè præparetur, inclinât ad præparandum: ergo si decretum collativum auxilij supponit essentialiter scientiam mediâ; etiam illam supponeret decretum oblativum concursus, quod tamen est aperte falsum: quia illud decretum constituit actum primum; nihil autem constituens actum primum liberum, potest esse connexum cum actu secundo.


123 Obijes decimo sexto ex eodem num. 24. nam coexistentia decreti executivis auxilium cum scientia congruitatis perfecte voluntaria est Deo, ab ipsoque efficaciter amata & determinata: ergo Deus habet decretum efficaciter amans illam coexistentiam, & consequenter essentialiter connexam cum illa & per consequens cum opere. Respondeo; sicut ad præcedens, & distingo consequentis: efficaciter amans illam coexistentiam quoad utrumque eius extremum, nego; quoad alterum, nempe, quoad decretum, concedo. Nec vero ut illa coexistentia perfecte voluntaria sit Deo, quidquam aliud requiritur, quàm quod Deus, supposita scientia mediâ, quæ ex se antevertit omnè liberum decretum, velit habere decretum per ipsummet decretum.

124 Et insto argumentum: nam iuxta sententiam communem adversariorum potest Deus non præfinire efficaciter opus liberum, & consequenter habere decretum non conferendi auxilium congruum per voluntatem essentialiter connexam cum opere. Et nihilominus conferret auxilium, & faceret ut coexistat cum scientia, ita ut hæc coexistentia sit illi perfecte voluntaria: ergo &c. Deinde instatur argumentum in decreto oblativo concursus. Addo benè posse Deum per complacentiam consequentem, quæ iam supponat exi-

stentiam decreti, complacere in coexistentia illius cum scientia. Verum hæc complacentia erit suppositio omnino consequens; & à nobis impeditibilis.

Obijes decimo septimo: si ego reliquar eum sola cognitione fidei in articulo mortis, per quam cognoscam Deum mihi concessurum auxilium ad eliciendam contritionem, si ab ipso postulem, poterò data illius notitiâ postulare; ergo pariter Deus vis solius scientiæ mediæ ut dirigentis poterit conferre auxilium congruum. At decretum conceptum vi solius scientiæ mediæ de congruitate auxilij illam scientiam essentialiter supponit: ergo potest Deus conferre mihi auxilium congruum per voluntatem essentialiter connexam cum opere. Respondeo; distingo antecedens: si cognitio fidei representet Deum supposita mea oratione mihi concessurum liberè auxilium, nempe cum potestate ad negandum in sensu composito orationis, nego antecedens: (quia si ego non habeam nisi illam notitiam fidei, mea oratio illam ut dirigentem per se supponet, ac proinde Deus constituet in ratione proximè potentis exaudire orationem meam per notitiam orationis meæ ut elicite vi fidei infallibilis, ac proinde constituetur per notitiam essentialiter connexam cum exauditione; quod repugnat cum eo, quod exauditio sit libera supposita oratione) si cognitio fidei representet Deum mihi concessurum auxilium sub conditione, quod postulem illud, Deum, inquam, concessurum absque libertate negandi supposita oratione, concedo antecedens, & nego consequentiam: quia in casu antecedentis cognitio fidei non representaret Deum collaturum liberè sub conditione orationis, sed potius repræsentat, vel saltem supponit Deum concessurum necessario, supposita oratione: at in casu consequentis scientia mediâ repræsentat operationem nostram futuram liberè sub conditione quod conferatur auxilium.

126 Imò hinc retorqueo argumentum implicat me fundere orationem essentialiter supponentem scientiam infallibilem de concessione auxilij; quin posita oratione maneat Deus necessitatus ad concedendum id quod postulatur: ergo pariter implicabit Deum mihi conferre auxilium per voluntatem essentialiter supponentem scientiam infallibilem de futura operatione, & quod, posito illo decreto, ergo maneam liber.



SECTIO TERTIA.

An speciali titulo repugnare videatur præfinitio formalis, quæ sit intentio efficax nostri consensus liberi necessitans Deum ad eligendum auxilium congruum, quo obtineat illum finem?

§. I.

Quæstionis sensus & Authorum placita.

127 **P**RÆFINITIO virtualis simplex est decretum amans auxilium quia efficax, idest decretum, tendens immediate in existentiam auxilij congrui, illamque efficaciter amans ex motivo intrinseco efficacis; ac proinde est decretum essentialiter supponens scientiam mediam de congruitate auxilij, & inferens existentiam auxilij; ac proinde solum mediata & virtualiter fertur in operationem honestam, quæ est effectus auxilij congrui. Præfinitio virtualis complexa, est decretum supponens per accidens scientiam mediam de efficacia auxilij, & hic & nunc ortum trahens ex illa scientia, & inferens auxilij existentiam. Quamvis enim tale decretum possit existere quin existat scientia media de efficacia auxilij; ex suppositione tamen quod existat eiusmodi scientia, impossibile est, ut existat eiusmodi decretum, quin oriatur à tali scientia, & quin verè conferat auxilium quia est efficax, ly *quia* denotante motivum extrinseci decreti: unde eiusmodi decretum constituitur in ratione efficacis per talem scientiam, ut explicui disp. 11. sec. 3. Hæc posterior præfinitio virtualis tantum abest, ut sit contraria libertati, ut potius sit necessaria ad omnè actum liberum honestum, præsertim supernaturalem, ut dixi disp. 13. sec. 4. circa finem: quia impossibile est ut homo rectè & salutariter operetur, quin Deus ex directione scientiæ mediæ illi contulerit auxilium congruum; decretum autem conferens auxilium indifferens ex directione scientiæ congruitatis, est virtualis præfinitio operis, quæ Deus verè & propriè vult efficaciter ut homo rectè operetur; sicut per auxilium indifferens ortum ex scientia mediæ congruitatis verè nos movet Deus efficaciter ad actum salutarem, & facit ut faciamus. De priore præfinitione virtuali, an tollat libertatem vel formaliter vel arguitivè, rationes dubitandi multas proposui sec. 1. Nunc specialis difficultas est, de præfinitione formali immediate amante nostrum consensum liberum efficaciter per modum cuiusdam intentionis efficacis, vi cuius necessitetur Deus ad conferendum auxilium.

128 Has præfinitiones formales esse posibles supposita scientia mediæ ardentè propugnat P. Suárez locis citatis disp. 13. sec. 1. & cum eo communior sententia Doctorum Societatis apud P. Ribadeneira, disp. 12. de Prædest. cap. 1. & apud P. Hetrera q. 10. sec. 2. eas verò impossibiles esse, pugnacissime defendit P. Vazquez, & cum eo ultra quindecim Authores graves à Societate, quos recenset P. Andreas Junius sec. 6. de Prædest. cap. 1. à num. 7. cum alijs multis extra Societatem. Et hanc sententiam validè propugnat hic Author ibidem cap. 11. ut vidimus disp. 13. sec. 1. in fine: ego quousque hanc sententiam late firmavi in tract. de Prædest. anno 1656. Nunc verò in hac sectione tantum proponam rationes speciales dubitandi, quæ mihi contra illas præfinitiones occurrunt.

§. II.

Prima ratio dubitandi contra præfinitionem illam, ex eo quod videatur incompatibilis cum decreto indifferenti oblativo concursus.

129 **A**NTEQUAM proponam rationem istam dubitandi, suppono nostros Doctores cum communi Theologorum communiter asserere, Deum parare concursum suum simultaneum causis liberis per decretum emittivè indifferens, quod nimirum ita applicat omnipotentiam ad concurrendum in consensum, ut de se sit coniungibile cum omissione consensus; ut constabit legenti Eximium Doctorem lib. 1. de concursu Dei cap. 14. num. 5. Prologom. 2. de grat. cap. 8. num. 16. & lib. 5. de grat. ca. 23. num. 3. & postea latius à cap. 42. vsque ad 51. & lib. 5. à cap. 47. vsque ad 51. & constabit legenti Molinam in concordia disp. 26. pag. mihi 173. & disp. 31. versu *Ad primū argo argumentum*: item in concordia q. 14. art. 15. disp. 19. §. *Neuter est*: item disp. 32. §. *Quintum*: & 1. p. q. 19. art. 6. disp. 3. & legenti P. Lessium in opusculo de auxilijs, ca. 4. num. 8. & num. 16. Quorum verba habes supra disp. 3. sec. 11. à num. 151. idque efficacissime probant ex Scripturis, Patribus, & antiquis Theologis, ut constat ex dictis ibidè à num. 146. constabit etiam legenti Cardinalem Bellarminum tom. 3. lib. 4. de statu peccati, cap. 8. cuius egregia verba transcripsi to. 1. disp. 11. num. 72. & 73. item legenti P. Fasolum 1. p. q. 14. art. 13. num. 202. 417. 420. 497. & 498. & Patrem Didacum Ruiz, disp. 45. de volunt.

130 Secundo suppono hoc decretum con-


communiter adstrui à nostris distinctum virtualiter à decreto dandi voluntati principia; quæ ex parte eius sunt necessaria ad operandum; ut supponit P. Aldrete disp. 2. de Prædest. sec. 8. num. 9. his verbis: *In alio signo postquam Deus prævidit emittentem auxilij, nempe ipsius cogitationis, & piæ affectionis, præbet concursum indifferenter voluntati creatæ per voluntatem preparativam concursus.* Idem affirmat & probat P. Junius de Prædest. sec. 7. cap. 3. à num. 13. Constatque ex ratione, quæ nostri Recentiores post Patrem Suarez disp. 22. metaph. sec. 11. num. 12. probant, concursum immediatum Dei cum causis creatis; quæmpecunt à perfectione divini dominij; ad quam spectat, ut possitis omnibus prærequisitis ex parte causæ secundæ ad operandum; posse Deus se solo per nudum beneplacitum suæ voluntatis impedire eius actionem, ut olim impedivit ignem Babylonicum, ne tres pueros inter suas flammæ collocatos, combureret; quod facere non posset, nisi concurreret immediatè cum causa secundâ, & positis omnibus requisitis ex parte eius, posset per suspensionem concursus impedire actionem causæ secundæ.

His positis, conficitur prima ratio dubitandi contra illam præfinitionem: quia cum voluntate illa antecedenti, quâ Deus absolute statuit, ut existat concursus liber, non videtur componi posse volitionem illam preparativam concursus, quæ est voluntas quasi conditionata, ut explicant PP. Suarez, Molina, Lessius, & Falolus, hic enim affectus videtur Deo indignus: *Ego efficaciter volo, ut Petrus ponat consensum salutarem, si ipse voluerit.* Quem tamen habere posset Deus, si posset præfinire illo modo actum salutarem: nam ex intentione efficaci finis potest agens moveri ad exhibenda media necessaria ad consecutionem finis. Cum ergo voluntas illa quasi conditionata, preparativa concursus, sit iuxta nostros Doctores necessaria ad hoc ut voluntas nostra liberè operetur; sanè si Deus potest efficaciter intendere nostrum consensum, liberum salutarem, poterit ex intentione absoluta & efficaci operationis moveri ad amandam illam quasi conditionatè. Confirmatur, quia hic actus videtur Deo indignus, & repugnans: ego efficaciter volo quantum est ex me, ut eliceat talem amorem: nam ex voluntate absoluta & efficaci nequit oriri voluntas inefficax eiusdem obiecti. Consulantur quæ

dixi sec. 1. §. 8. à n. 57. & §. 10.

num. 71.

(o).



Secunda ratio dubitandi contra præfinitionem formalem; quia videtur, quod per illam applicabitur omnipotentia ad concurrendum, quod componitur cum libertate.

332 **H**ANC rationem proposui sec. 1. §. 10. à num. 60. & nunc instauranda & confirmanda multipliciter est. Sic igitur arguuntor: præfinitio efficax nequit esse principium immediatum nostri actus liberi; ut ostendi disp. 13. sec. 5. seu nequit applicare immediatè omnipotentiam ad concurrendum in actum liberum. At si daretur præfinitio formalis efficaciter intendens nostrum actum liberum, illamque immediatè amans, illa esset principium immediatum nostri actus liberi, applicaretque immediatè omnipotentiam ad concurrendum in illum: ergo nequit dari eiusmodi formalis præfinitio. Probatur minor, ex dictis disp. 7. sec. 2. & sequentibus, ubi ostendi omnem intentionem efficacem finis à Deo ponendi, debere esse immediatè executivam eiusdem; proindeque non posse Deum intendere efficaciter gloriam ante merita absolute prævisa; quin hæc intentio sit immediatè executiva gloriæ: & probatur etiam ex dictis tom. 1. disp. 31. ubi ostendi ordinem intentivum in Deo non distingui ab ordine executivo: & præsertim num. 16. rationem à priori assignavi, cur repugnet intentio divina formalis & immediata circa nostram operationem liberam, quæ intentio sit effectus ab intrinseco efficax. Nam si Deus intendit efficaciter nostrum consensum liberum, sanè illa intentio quatenus efficax, ad illum terminatur immediatè & directè: ergo habet vim determinandi ad eius existentiam. Probatur consequentiam: quia si tota efficacia illius intentionis sit in auxilio, & potestate proxima, certè illa nihil aliud erit, quam voluntas efficax purificandi conditionem sub quâ per scientiam mediam prævisus est noster consensus, quæ voluntas ex se non est intentio efficax operis; cum certum sit posse purificari illam conditionem per decretum non condezum cum opere: si autem præter hoc habet ex se efficaciam circa ipsum consensum: ergo postquam determinavit ad existentiam actus primi, & exercuit munus, post quod convenit cum decreto non præfinitivo consensus, ulterius determinat ad consensum. Quod amplius explicatur: nam illa intentio immediatè & formaliter respicit consensum amatum per modum finis, quàm auxilium amatum per modum medij; ideo enim habet vim determinandi ad

auxiliū, quia est amor efficax consensus, & non de converso: ergo præter efficaciam erga auxilium debet exercere efficaciam circa consensum: ergo debet determinare ad existentiam consensus: nam sicut efficacia affectiva circa auxilium fundat efficaciam effectivam circa ipsum: ita efficacia affectiva circa consensum debet fundare efficaciam effectivam circa ipsum. Hanc rationem attigi sectione prima huius disputationis §: 12. num. 78.

133 Deinde sic argumentor: implicat Deum velle efficaciter ut existat noster consensus, quin efficaciter velit, ut omnipotentia concurrat immediatè in ipsum: sed implicat Deum efficaciter velle, ut omnipotentia concurrat in consensum nostrum, quin per hoc decretum omnipotentia formaliter applicetur ad concurrēdū: ergo implicat efficaciter velle ut existat noster consensus, quin per hoc decretū applicetur omnipotentia ad concurrēdū. Tū sic: sed implicat omnipotentia applicari ad concurrēdum in nostrum actum liberū per decretū efficax essentialiter connexū cum eius existentia: ergo repugnat Deū intendere efficaciter nostrum consensum liberum per præfinitionem formalem, quæ sit formalis amor efficax nostri consensus. Minor subsumpta constat ex dictis; quia decretum applicans omnipotentiam ad concurrēdum, constituit actum primum proximum, nihil autem connexum cum actu secundo potest constituere actū primum liberum, quia actus primus liber debet esse indifferens & vertibilis ad utrumque, ac proinde inconnexus cum actu secundo.

134 Maior præcipui syllogismi patet: quia cum idem sit existere nostrum consensum, & dependere actu à Deo ut influente, & concurrente in ipsum; idem omnino est, Deum velle efficaciter ut existat noster consensus, seu nostra actio honesta, ac Deum velle, ut omnipotentia concurrat: & de contra, idem est velle, ut omnipotentia actu concurrat, ac velle ut existat noster consensus: Minor verò eiusdem syllogismi suadetur: nam omnipotentia applicatur ad concurrēdum in nostrum consensum, per decretum liberum amans aliquod obiectum; nullum autem amare potest præter ipsum concursus externum, quem exhibitura est omnipotentia in nostrum consensum, seu in nostram actionem honestam, ut ostendi tom. 1. disputat. 11. sectione tertia. Et cum hic concursus identificetur virtualiter intrinsicè cum actione nostra, quia hæc per se ipsum essentialiter dependet à creatura, & à creatore; & est intelligibilis formalitas aliqua positiva proveniens immediatè à nostra voluntate, quæ non proveniat etiam immediatè à Deo; alioqui facile

quis posset defendere sententiam: Durandus negantis Deum concurrere immediatè ad actionem creaturæ: consequens est, ut videamus, Deum efficaciter velle, ut existat actio nostræ voluntatis, ac velle ut existat concursus suæ omnipotentia in illam actionem: ergo implicat Deum velle efficaciter, ut existat noster consensus, quin efficaciter velit, ut omnipotentia concurrat immediatè in ipsum; quæ erit maior primi syllogismi. Iam probatur minor eiusdem primi syllogismi, nimirum, quod implicet Deum efficaciter velle, ut omnipotentia concurrat in consensum nostrum, quin per hoc decretum omnipotentia applicetur ad concurrēdum: cum enim omnipotentia subiaceat divinæ voluntati, voluntas efficax, ut omnipotentia concurrat, illam per modum imperij determinat ad concurrēdum; debet enim omnipotentia exequi id, quod divina voluntas efficaciter vult, ut exequatur. Quod videtur à fortiori; nam si omnipotentia applicetur ad concurrēdum per decretum indifferens, quo Deus paratus est concurrere cum voluntate nostra ad amorem, & quo quantum est ex se vult ut existat amor: ergo multo magis applicabitur per decretū efficax, quo efficaciter vult ut existat amor, & consequenter, quo vult ut existat concursus omnipotentia in amorem.

135 Deinde probatur, præfinitionem illam formalem nostri consensus applicare formaliter omnipotentiam ad concurrēdum: nam præfinitio illa convenit cum decreto oblativo concursus, & applicativo omnipotentia in prædicato illo, ob quod est formalis applicatio omnipotentia: nam propterea decretum oblativum concursus applicat formaliter omnipotentiam, quia Deus serio, & ex animo quantum est ex se vult ut existat consensus, & consequenter vult ut existat concursus omnipotentia in consensum; & supposito hoc decreto, iam non potest stare per Deum quod consensus non fiat, sed vnicè hoc debet provenire à voluntate creata: applicat ergo omnipotentiam, quia supposito eo decreto oblativo concursus, nequit Deus habere decretū efficax non concurrēdi: quia non stat Deum esse paratum ad concurrēdum in consensum; & tamen à se, & ex se efficaciter decernere non concurrere. At supposita præfinitione formalis, quæ Deus efficaciter vult ut existat consensus, nequit habere decretum non concurrēdi, siquidem per illam præfinitionem efficaciter vult concurrere in consensum: ergo per illam præfinitionem applicatur formaliter omnipotentia ad concurrēdum. Huc applicari possunt argumenta illa, quibus disp. 7. à sect. 2. ostendi repugnare Deo decretum efficax purè intentivum finis à solo Deo ponendi, v. g. gloriæ.

ria, quia illa intentio efficax cuiusmodi finis convenit cum decreto executivo illius finis in eo prædicato, ob quod est executivum; ac proinde ipsa debet quoque esse immediatè executiva finis. Possunt, inquam, huc applicari, quia pariter probant repugnare Deo decreto efficax purè intentivum finis ponendi à Deo simul cum voluntate creatæ: quia etiam hoc decretum convenit cum decreto executivo, seu immediatè applicativo omnipotentia in prædicato illo, ob quod est executivum, & immediatè applicativum omnipotentia, nempe in prædicato amandi immediatè, & formalitè concursum omnipotentia in illum finem. Et quidem cum intentio illa efficax sit decretum intentivum efficaciter operationis potentia immediatè, & perfectè subditæ voluntati divinæ (omnipotentia enim perfectè subest voluntati divinæ; quia Deus omnia operatur secundum consilium voluntatis suæ) debet eiusmodi intentio esse decretum executivum: nam decretum divinum non aliter est executivum, nisi quatenus immediatè applicat potentiam divinam ad agendum; decretum autem efficax, quo Deus immediatè, & formalitè amat efficaciter actionem immediatam omnipotentia, nequit non applicare omnipotentiam ad agendum illam actionem.

136 Respondebis ex Patre Herrera question. 10. de prædestinatione num. 37. non omnem voluntatem divinam alicuius actionis se ipsam esse immediatè executivam illius actionis. Ait ergo tunc voluntatem efficacem divinam concursus esse applicationem omnipotentia ad eum concursum, quando est voluntas efficax concursus, ut ponendi ex determinatione divina, secus si sit voluntas efficax concursus habita ex directione utilitatis mediocriorum indifferentium; & non positivè concursus ponendi ex determinatione divina. Quam solutionem prius tradiderat Pater Gaspar de Moncada controver. 5. de prædestinatione num. 31. ubi reddit hanc rationem, cur præfinitio non applicet omnipotentiam: *Quid præfinitio (inquit) non imperat omnipotentia ut ex se prorumpat in actionem, imò potius vult efficaciter, ne sic profiliat; sed ut solum influat tracta ex aliena determinatione, ac proinde caret omnino vi determinandi omnipotentiam ad consensum.*

137 Sed contra: primo, quia ut aliquod decretum sit applicativum omnipotentia ad concurrendum cum voluntate creatæ, non debet esse voluntas amans concursum omnipotentia ut ponendum ex determinatione divina: nam decretum divinum offerens con-

cursum ad actum liberum, non amat concurrere omnipotentia ut ponendum ex determinatione divina, sed potius ut ponendum ex determinatione creatæ: cum enim ille concursus sit indivisibiliter etiam concursus creaturæ, & concursus voluntatis creatæ debeat poni ex determinatione ipsius; sit consequens, ut concursus actualis omnipotentia in actionem liberam creaturæ ponatur ex determinatione voluntatis creatæ; imò secundum doctrinam Anselmi lib. de Concordia cap. 1. *Sola voluntas determinat ibi quid teneat.* Et ut ait S. Clemens Romanus epist. 13. *Nihil est, quod audientes fidem ad credendum determinet præter arbitrium eorum.* Quæ est doctrina D. Thomæ, & antiquorum Theologorum, ut ostendi t. 1. disp. 36. sec. 8. ergo dū Deus vult ut existat concursus omnipotentia in actionem liberam nostræ voluntatis, vult ut ille concursus existat ex determinatione ipsius, & non ex determinatione omnipotentia. Contrà secundo, quia videtur implicare Deum efficaciter velle, ut existat concursus omnipotentia in actionem creaturæ, & non velle, ut existat ex determinatione omnipotentia; quia Deum velle efficaciter ut existat concursus omnipotentia in actionem creaturæ, non est præcisè velle ut existat auxilium, siquidem potest Deus efficaciter velle ut existat auxilium sufficiens, quin efficaciter velit ut existat operatio honesta, ut patet, quando dat homini auxilium sufficiens cum quo non operatur: ergo est velle ut existat auxilium, & insuper velle efficaciter, ut existente auxilio existat operatio: ergo illa voluntas efficax non solum habet vim determinandi ad auxilium, sed etiam, ut existente auxilio, existat actio creaturæ.

138 Quare voluntas illa, quatenus vult concurrere ad actionem liberam creaturæ, vult ut voluntas creata determinet existentiam illius concursus; aliunde verò quatenus id vult efficaciter, sibi ipsi contradicit; sicut sibi ipsi contradiceret decretum efficax prædeterminandi ad actionem liberam: siquidem voluntas illa, quatenus vult ut omnipotentia concurrat, applicat omnipotentiam ad concurrendum, & constituit actum primum proximum nostræ voluntatis; quatenus autem amat efficaciter, constituit actum primum connexum cum actu secundo, ac proinde actum primum, qui facti non potest ad exercitium oppositum: ergo constituit actum primum necessariò prorumpentem in actum secundum.

139 Sed addit Pater Herrera, actum affectivè efficacem esse purè intentivum, vel intentivum & executivum simul pro modo scientiæ, quæ dirigitur: nam si intrinsecè supponat scientiam

scientiam mediã efficaciam auxilij, attemperatur huic scientiæ, & solum determinat ad ponendum medium indifferens, quia hoc medium sufficit, ne intentio frustreretur, ideoque consensus secure relinquatur determinationi creatæ; at si volitio efficax consensus non dirigatur à scientia mediã efficaciam auxilij, est executiva per se, vel per prædeterminationem; nam cum ex scientia mediã securitatem non habeat, debet illam aliunde habere, nempe ex energia sua, & vi determinandi ad consensum, sive per se ipsam, vel mediante prædeterminatione.

140 Sed contra est, nam intentio illa formalis efficaciter terminata ad consensum, ut ponendum ex determinatione voluntatis creatæ, sibi ipsi videtur contradicere, & mutare hypothese[m], sub qua per scientiam mediã prævisa est voluntas creatæ operatura sub tali auxilio. Videtur contradicere sibi ipsi, quia dum vult efficaciter ut consensus ponatur ex determinatione voluntatis creatæ, vult ut Deus parat concursum ad consensum per voluntatem indifferentem coniungibilem cum dissensu; ac proinde efficaciter amat carentiam sui; siquidem non stat Deum parat concursum pure per voluntatem indifferentem, & simul parare per volitionem efficacem; quare volitio efficax dum ex vna parte parat concursum ad consensum, determinando ad illum, & ex alia vult efficaciter ut voluntas creatæ vnicè determinet ad consensum; videtur esse sibi ipsi contraria, & subiectivè destruere formaliter id, quod obiectivè amat efficaciter; videtur immutare etiã hypothese[m] scientiæ mediæ, & evertere: siquidem scientia mediã non aliter affirmat voluntatem operaturam sub auxilio indifferente, nisi sub conditione, quod Deus applicet omnipotentiam ad concurrendum per decretum indifferens, sic enim tendit: si ego dederò Petro auxilium *A* indifferens, & paratus fuero concurrere per decretum indifferens, Petrus liberè consentiet: hæc autem hypothese[s] evertitur, dum Deus in statu absoluto efficaciter amat consensum; nam per hoc decretum parat concursum, seu applicat omnipotentiam ad concurrendum, & cum hoc decretum sit connexum cum consensu, & constituat actum primum proximum ad illum, everit libertatem consensus.

141 Quare scientia mediã non videtur dirigere posse ad volitionem efficacem amantem formaliter nostrum consensum immediatè in se ipso, sed duntaxat ad volitionem amantem nostrum consensum mediatè in vocatione congrua; quia solum potest movere ad purificandã conditionem, sub qua prævisus est consensus futurus; quia enim Deus cognovit

voluntatem consensuram liberè sub conditione quod ei conferatur auxilium *A*, & omnipotentia paratur decreto indifferenti, potest hæc scientia moveri ad conferendum auxilium, & præparandam omnipotentiam indifferenter: non potest autem hæc scientia moveri ad amandum efficaciter consensum in se ipso, quia hic affectus destruit hypothese[m] scientiæ mediæ, & reddit impossibilem præparationem indifferentem omnipotentiam. Itaque affectus conceptus ex directione scientiæ mediæ nequit esse efficax, & practicus erga id quod supponit, nempe erga consensum, qui prævidetur futurus sub conditione auxilij & præparatione indifferente omnipotentiam; sed duntaxat erga conditionem: quia si esset efficax etiam circa consensum, non solum haberet vim determinandi ad collationem auxilij, sed etiam determinandi ad consensum, supposito auxilio: nam cum volitio divina efficaciter determinat omnipotentiam, efficaciter determinat omnipotentiam ad efficiendum id, quod ipsa efficaciter vult, ut fiat ab omnipotentia; At illa præfinitio formalis non solum efficaciter vult, ut ponatur auxilium, sed etiam ut posito auxilio ponatur consensus: ergo non solum habet vim determinandi ad existentiam auxilij, sed etiam posito auxilio ad existentiam consensus.

142 P. Ribadencira disp. 12. de Prædest. num. 27. respondet, divinum decretum actionis *A* non esse executivum illius, sed pure intentivum absque vilo immediato influxu, quando tale est suapte natura, ut ad sui coniunctionem cum actione petat aliunde dari plenam, & adæquatam sufficientiam immediatam ad illam actionem. Idque probat: quia quod tam invalidum est ad effectum, ac si nullam haberet vim causativam, non influit immediatè in effectum: tale autem est id, quod ex essentia sua, ut coniungatur cum effectu postulat aliunde dari plenam sufficientiam, & adæquatam vim; cuiusmodi est præfinitio nostri consensus essentialiter supponens scientiam mediã; nam ut coniungatur cum effectu petit essentialiter talem sufficientiam, quã datã, & præcisã præfinitione, aliaque quavis re non inclusa in eadem sufficientia, daretur actu consensus noster: ergo quod tale est, videlicet præfinitio, non habet immediatum influxum in consensum. Quod confirmat: nam quod connexum est cum principio proximo adæquato non est principium immediatum adæquatum, de cuius ratione est, se solo sufficere: nec inadæquatum; de cuius ratione est, præcisè indigere alio inadæquato; non autem adæquato, ut resultet plena, & adæquata sufficientia: sicut de ratione partis est, non

indigere toto adæquate à se distincto, sed aliã duntaxat comparte, vt resulet totum.

143 Sed contra primo, quia P. Ribadeneira in hac responsione supponit, cum præfinitione formali amante efficaciter consensum cõponi decretum oblativum concursus de se indifferens, & coniungibile cum dissensu; ac proinde supponit præfinitionem illam esse per se intentivam consensus; quod est supponere conclusionem, & id quod erat probandum. Sequæla probatur: nam ex terminis videtur implicare, præfinitionem consensus esse executivam consensus, applicando immediatè omnipotentiam ad concurrendum, & inducere decretum indifferenter offerens concursum ad consensum, & dissensum: nam hoc ipso, quod decretum efficax consensus sit immediatè executivum illius, determinat ad eius existentiam, ac proinde necessitati. implicat autè vt ex decreto necessitante ad consensum oriatur decretum indifferens constituens proximam libertatem, ad dissensum: ergo dum P. Ribadeneira supponit præfinitionem consensus inducere decretum oblativum consensus ad utrumque, & componi cum proxima indifferentia ad dissensum, supponit illud decretum esse purè intentivum, ac proinde supponit id, quod erat probandum. Fallo ergo supponit præfinitionem consensus componi cum libertate ad utrumque proxima, & immediata: quia de hoc est tota controversia: & nos ostendimus, omne decretum efficax immediatè terminatum ad concursum impediatè influere in ipsum, applicando omnipotentiam ad concurrendum; ac proinde determinare ad existentiam consensus, vt pote qui est virtualiter indistinctus à concursu omnipotentiam in ipsum.

144 Contra secundo, quia non benè probat P. Ribadeneira, divinum decretum actionis non esse executivum, sed purè intentivum illius absque vilo influxu immediato, ex eo quod tale est suaprè natura, vt ad suam coniunctionem cum actione petat aliunde dari plenam sufficientiam immediatam ad illam actionem: nam stat aliquam causam immediatè influere in effectum, & tamen essentialiter supponere aliunde plenam sufficientiam ad illum, siquidè omnis causa secunda habens activitatem immediatam, in effectum essentialiter supponit primam, quæ de se habebat plenam sufficientiam ad illum effectum. Nec dici potest repugnare, quod causæ creatæ sufficienti possit Deus adiungere aliam concausam: si enim sibi potest adiungere causam creatam; cur non & creatæ sufficienti poterit adiungere aliam cõcausam? Rursus in principijs Societatis. stante iudicio indifferente ad assensum, & dissensum, potest Deus prædeterminare ad consensum necessi-

tando ad illum nostram voluntatem; quæ seclusa prædeterminatione haberet sufficientiam plenam ad assensum, & dissensum: ergo ex eo, quod seclusa præfinitione consensus, haberet voluntas nostra plenam sufficientiam ad consensum, non tollit, quod dum adest præfinitio, concurrat immediatè in cõsensum; sic possunt dari in communi sententia duæ causæ in actu primo adæquaræ eiusdem effectus, ita attemperantes suum concursum, vt neutra se sola producat actu effectum, sed producat simul cum alia, quamvis altera seorsum sufficeret ad eius productionem: sic vnus adiuvat alium ad sublevandum pondus, ad quod ille alius se solo absolutè sufficeret. Sic etiam habitus acquisitus influit immediatè in actum, ad quem potentia habet se sola absolutam sufficientiam. Quam ergo voluntas creata seclusa præfinitione posset ponere consensum; tamen cum hoc componitur, quod influat immediatè præfinitio, si semel datur. Ad confirmationem respondèdo, præfinitionem formalem, si daretur simul cum decreto oblativo concursus indifferens, fore principium immediatum, & executivum consensus inadæquatum, quia illa essentialiter postularèt principium proximum adæquatum consensus distinctum adæquate ab ipsa: falsum quæ est, quod sit de conceptu principij inadæquatè indigere alio inadæquato: nam principium inadæquatum ex terminis suis solum dicit principium non valens sine consortio alterius producere effectum; siue illud alterum sit principium de se sufficiens producere se solo effectum, siue sit insufficientis. Sic habitus acquisitus essentialiter est principium inadæquatum actus, & tamen concurrat cum potentia, quæ de se habet sufficientiam ad actum. In illo ergo casu concurreret præfinitio immediatè, & simul conturreret decretum indifferens; & in actu secundo etiam decretum indifferens esset principium inadæquatum, quia produceret actum simul cum præfinitione; licet decretum indifferens haberet ex se sufficientiam, vt absente præfinitione, se solo influeret in actum. Non evaderet autem tunc actus liber, quia si semel decretum indifferenter offerens concursum ad consensum, & dissensum potest componi cum decreto efficaciter amante consensum immediatè & formaliter, non sufficit vt actus evadat liber; quia tunc voluntas creata non determinaret ad actum, sed divina, non quatenus vult per decretum indifferens, sed

quatenus vult per decretum præfinitivum,

vt cuius exhiberet concursum de-

terminando voluntatem

creatam,

(o)

IV: *Tertia ratio dubitandi, quia si semel intentio efficax supponens scientiam mediam, potest esse purè intentiva nostri actus, ac proinde coherens cum libertate; etiam videtur quod præfinitio independens à scientia media in essendo, & dependens ab ea in operando, foret purè intentiva, & coherens cum libertate.*

145 **A**NTEQUAM Rationem hanc dubitandi proponam, suppono actionem nostram dici liberam in ordine ad principia proxima, quia nimirum, ita ponitur, ut voluntas nostra in eo instanti, in quo illam elicit, habeat potentiam proximam antecedentem ad non eliciendum. Id patet ex ijs, quæ diximus ex D. Thoma supra disp. 3. sec. 2. ut enim inquit Sanctus Doctor 1. p. q. 22. ar. 4. *Quia Deus voluit, aliquos effectus evenire necessarios, & alios contingenter, ideo quibusdam effectibus preparavit causas necessarias, ut evenirent necessarios alijs vel ro causas contingentes, ut evenirent contingenter secundum conditionem proximarum causarum.* Et ut ait 1. contra gent. c. 85. n. 3. *A causa variabili effectus contingentes sequuntur; non enim potest esse effectus firmioris esse, quam sua causa. Unde videmus, quamvis causa remota sit necessaria; si tamen causa proxima sit contingens, effectum contingentem esse, &c.*

146 Et ratio à priori est, quia quod Deus habeat apud se intentionem, & quasi desiderium efficax consensus nostri, si vi illius intentionis non immutat modum operandi nostræ voluntatis, sed perinde illam relinquit indifferentem, & expeditam ad utrumque, ac si talis intentio non existeret, illa nequit libertatem consensus impedire. Quare principium purè remotum, & intentivum nostri actus nequit eius libertatem impedire, quantumvis sit connexum cum consensu; si non obstante illo principio purè remoto, & purè intentivo, omnia principia proxima manent immutata, & prorsus indifferentia; tum enim non influat per se, sed præcisè mediante alio, sanè si istud non minus indifferentes est, quando oritur à principio connexo, quam si oriretur à principio remoto inconnexo; non magis potest tollere libertatem quando oritur à principio connexo, quam si oriretur à principio inconnexo. Quapropter ubi omnia principia immediata actus sunt indifferentia; potestas voluntatis relinquitur omnino indifferens ac libera, & eodem modo agit ac si nulla in Deo existeret præfinitio: nam modus agendi nequit immutari propter circumstantiam

omnino extrinsecam; quæ causam non disponit, neque virtutem aut inclinationem eius auget, aut minuit.

147 Hoc supposito, sic argumentor: nam si semel supposita scientia media, & dependenter ab illa potest Deus habere decretum absolutum & efficax immediate amans nostrum consensum, quin illud decretum immediate influat in consensum, aut immediate applicet omnimotentiam ad concurrendum; sed sit principium purè remotum, & purè intentivum nostri consensus inducens pro posteriori ad se decretum indifferens, quo immediate applicetur omnimotentia: nulla est ratio, cur ex vi scientiæ simplicis intelligentiæ, quæ cognoscit in collectione auxiliorum indifferentium, non defectura auxilia congrua ad faciendum ut voluntas liberè convertatur, nequeat intendere efficaciter nostrum consensum, quin illa intentio influat immediate in consensum, sed sit decretum purè intentivum illius, necessitans Deum, ut post scientiam mediam conferat auxilium congruum, & præparet indifferenter concursum, prout requiritur ut consensus liberè ponatur. Si enim semel de conceptu amoris efficaci divini terminati ad aliquem terminum, non sit esse activum illius termini, contra id quod docet Aristoteles 2. Rethoric. cap. 2. & nos expendimus sec. 1. §. 10. num. 63. non poteris probare, amorem efficacem nostri consensus conceptum ex vi simplicis intelligentiæ debere esse immediate activum nostri consensus, seu immediate applicativum omnipotentiam.

148 Respondebis, ideo præfinitionem consensus independentem à scientia media esse executivam consensus, & tollere eius libertatem, quia est suppositio omnino antecedens, & inimpedibilis à nostra voluntate. At præfinitio consensus supponens scientiam mediam est suppositio consequens, & impedibilis à voluntate: ergo non est executiva consensus, sed purè intentiva. Sed contra, quia si semel Deus dum certus est, se habiturum medium indifferens, quo possit infallibiliter facere, ut homo liberè convertatur, nequit intendere pro tunc efficaciter illam controversiam, quia hæc intentio immutare deberet modum agendi voluntatis, & non relinqueret locum oblationi indifferenti concursus. Pariter quamvis sciat se iam habere medium indifferens, quo possit infallibiliter facere, ut voluntas liberè convertatur, non poterit habere intentionem efficacem illius conversionis, quia hæc intentio efficax immutare debet modum agendi voluntatis, & non relinquet locum oblationi concursus: nam scientia media, vi cuius Deus scit se habere medium ad convertendam liberè voluntatem,

est scientia repræsentans, Petrum convertendum sub conditione, quod Deus concedat illi tale auxilium indifferens, & præparet illi indifferenter omnipotentiam per decretum entitativè indifferens, & coniungibile cum dissensu: ordo autem repræsentatus per hanc scientiam omnino videtur immutari, si Deus intendat efficaciter cōsensum illum, quia hæc intentio, cum non minus immediatè, neque minus efficaciter amet consensum, quàm intentio independens à scientiâ mediâ in essendo, & dependens in operando, non minus videtur immediatè activa, & applicativa omnipotentia, ac illa.

149 Præterea, præfinitio supponens scientiam mediâ non minus antecedit voluntatem collativam auxilij, & oblativam cōcursus, quàm præfinitio non supponens scientiam mediâ, illam tamen postulans ad exequenda mediâ: ergo non minus illa, quàm ista impedire videtur volitionem oblativam concursus, quæ virtualiter est conditionata. Ultimo adversarius, dum supponit, præfinitionem efficacem habitam post scientiam mediâ esse impedibilem à nobis, supponit, quod erat probandum: nam hoc ipso quod amet efficaciter nostrum consensum immediatè, & formaliter in se ipso, non videtur quo pacto non applicet immediatè omnipotentiam non minus, quàm illa altera præfinitio: si autem applicet immediatè, non minus debet esse inimpedibilis, quàm illa.

150 Hæc sunt rationes dubitandi, quæ videntur non leviter impugnare possibilitatem omnis præfinitionis formalis immediatè terminatæ ad nostrum consensum liberum: quas non ideo proposui, ut omnino pronuntiarem, illas præfinitiones repugnare: sed ut sapientioribus ansam præberem illustrandi amplius sententiam Eximij Doctoris, in medium producendo congruam ad illas rationes dubitandi solutionem. Iudicium vero meum de tota hac controversia aperiam sectione quinta. Prius tamen proponam fundamenta, quæ Recentiores adducunt ad stabiliendas eiusmodi præfinitiones: & conabor ostendere, illa intentum non concludere, sed posse commodè solvi.

SECTIO QUARTA:

An sufficienter solvi possint fundamenta quæ adduci solent ad probandam possibilitatem præfinitionis formalis supponentis scientiam mediâ.

151 **V**T Nihil intratum relinquamus in hac gravissima questione, & ne

dissimulare videamur gravissima fundamenta, quibus nititur sententiâ P. Suarez, omnia in medium proferre libet, ut videamus, an sufficientis solutio eis adhiberi possit.

§. I.

Proponuntur fundamenta illa:

152 **H**ÆC Fundamenta dilucide, & nervosè proponit Nobilis Recentior Complutensis tract. de Prædest. controvers. §. cap. 2. videlicet P. Doctor Gaspar de Montada, cuius manuscripta videre potui Matriti anno 1681. post finitam Missionem, cui per quadragesimam vacavi. Afferit ille, hanc sententiâ placere debere omnibus scientiæ mediæ patronis. Tum quia potissimus fructus, qui ex eâ potest colligi, est, quod eâ dirigente possit Deus ex affectu efficaci benefaciendi nobis per donationem conversionis, & operum salutarium præparare nobis mediâ opportuna, & congrua: qui modus prævidendi dignissimus Deo est, & non sine duritie potest ei negari possibilis. Tum quia sæpe numero insinuat apertè ab Augustino & Thoma. Tū quia in controversijs Romæ habitis corâ Clemente Octavo, & Paulo Quinto, eâ proposita fuit tanquàm doctrina Societatis, eaque tanquàm talis proposita & comendata postea fuit à R. M. P. Generali Claudio Aquaviva in litteris ad univèrsam Societatem datis Romæ die 14. Decembris ann. 1613. per hæc verba: *Posita scientia conditionalium ex efficaci Dei proposito atque intentione efficiendi certissimè in nobis bonis, ipse ea mediâ eligit, atque eo modo & tempore confert, quo videt effectum infallibiliter habitura, alijs versus, si hæc inefficacia prævidisset.*

153 Præterea explicatur, & probatur possibilitas huius præfinitionis. Modus enim, quo Deus se gereret ad ipsam concipiendam, est hic. Supposita scientia naturali de possibilitate consensus liberi, & auxiliorum, sub quibus fiat, habet scientiam mediâ, qua sic videt: *Si dederò Petro hæc auxilia ex se prorsus indifferentiâ ad utrumvis, & ei præpara vero meam omnipotentiam decreto quodam indifferente ad utrumvis, ipse utetur toto isto actu primo proximo se determinando ad consensum.* Hinc certissimè videt esse in sua potestate ponere mediâ, cum quibus homo se dererminabit ad bonum consensum; & ex hac prævisione efficaciter decernit, ut homo ponat consensum liberū, decreto nimirum purè intentivo. & per quod solum intendit, ut ille cōsensus ponatur eo modo libero, quo præviderat fore ponendum casu quo illi homini

conferatur totus prædictus actus primus proximus indifferens

154 Hinc arguit primo, ut probeat possibilitatem huius præfinitionis antecedentis collationem mediolorum. Nam ut Deus efficaciter intendat aliquem finem, sufficit, quod prævideat esse proxime & complete in sua potestate ponere media, quibus eum finem certissime consequetur. Sed ante positionem mediolorum, visa per scientiam mediam efficaciam auxiliorum, videt esse proxime & complete in sua potestate ponere talia media, & quod sub ipsis certissime ponetur consensus: ergo potest ante positionem mediolorum concipere decretum efficacis, seu præfinitionem de consensu ut liberò.

155 Secundo, nam ea præfinitio solum potest reputari impossibilis, quatenus sub efficaciam antecedente ad media, & ad consensum absolutum destrueret absolutam huius libertatem, quam intendit. At hoc non sequitur: ergo planè possibilis est. Maior est certa, & minor probatur: nam efficaciam huius præfinitionis est pure remota, nullumque omnino exercens influxum erga consensum, præterquam post se adducere actum primum proximum secundum se totum prorsus indifferens: sed efficaciam hæc non potest tollere libertatem: ergo &c. Probatur minor, tum quia dum ea præfinitio nullum exercet munus proximum erga consensum, non potest ad eum simpliciter necessitare: tum quia ubi tota potètia proxima voluntatis est plenè indifferens ad utramvis, consensus egreditur à voluntate ut indifferens; itemque voluntas ipsa determinat omnia cõ-principia, & à nullo determinatur, quod est formalissime se exercere libere: ergo ubi præfinitio hæc se habet pure remote erga influxum in consensum, nequit eius libertatem lædere.

156 Arguit tertio, nam quando voluntas ita se ipsam proxime determinat, ut à nullo cõ-principio proxime determinetur, tunc sine dubio liberrimè operatur (ut est evidentissimè ex se, & ex Anselmo lib. de concord. c. 1. aientæ: *Sola voluntas determinat ibi quid teneat, neque aliquid facit vis necessitatis, ubi apparet electio sola voluntatis.*) sed stante præfinitione efficaci pure intentiva, voluntas se se proxime determinat ad consensum, & à nullo alio principio proxime ad consensum determinatur. Ergo cum ea præfinitione stat optime libertas consensus. Minor patet, quia ibi debet dari aliquod principium proxime determinans consensum, alias consensus non fiet: hoc autem nõ est aliud, nisi sola voluntas, quia principia proxima, quibus voluntas instruitur (nempe auxilia, & decretum præparans immediate omnipotentiam) nequeunt proxime de-

terminare voluntatem, siquidem, ut posuimus, sunt intrinsece indifferentia; deinde præfinitio ipsa nequit proxime determinare voluntatem, hoc enim ipso quod sit pure intentiva, nullum proximum munus obit erga consensum, sed functa est totaliter suo munere, & tota sua vi determinativa, per id, quod induxit auxilia, seu eum actum primum proximum, sub quo prævisum erat per scientiam mediam, consensum libere exercendum: positis vero auxilijs, neque ipsis physice cooperatur erga consensum, neque ea vllatenus impellit ad consensum, sed ea omnino relinquit cum sua indifferentia, & iam nihil magis agit erga consensum, ac si nõ esset: ergo data illa præfinitione, sola voluntas est, quæ proxime determinat consensum, sola seipsam immediate trãfert ab statu indifferentiæ ad utrumvis ad statum determinationis ad consensum, ac per consequens liberrimè cõsentit.

157 Confirmat primo, quia Deus antequam cõcipiat præfinitionem, certissime nocet ex vi scientiæ mediæ, consensum libere ponendum sub tali actu primo proximo indifferenti, licet eum Deus nullatenus immutet, nec eum impellat ad operationem: ergo poterit deternere quod fiat consensus sub illo actu primo immutato, seu quod fiat cum illo relicto cum tota sua proxima indifferentia, si enim videt, quod etiam si eum ita relinquat, adhuc certissime fiet consensus liber, & quod ut hic fiat, non est vllò modo necessarium, quod ipse faciat aliquam immutationem, aut additionem tali actu primo proximo; cur non poterit velle quod fiat consensus sub illo ut sic immutato? sed cõ ipso quod præfinitio afferat eum actum primum proximum cum sua totali indifferentia, & prorsus immutatum, necesse est, ut non auferat, sed potius afferat libertatem: ergo, &c.

158 Confirmat secundo, nam pone, quod Deus poneret eum actum primum proximum absque præfinitione consensus; tunc absdubio consensus libere fieret sub ipso: ergo similiter, quamvis actus ille primus causeretur vi præfinitionis. Patet cons. quia quod eum causet præfinitio, si tamen eum non immutat, sed ipsum relinquit in sua totali indifferentia proxima, perinde est in ordine ut operetur tanquam principium proximum indifferens, ac si nullatenus à præfinitione causeretur.

159 Confirmat tertio, nam hoc ipso, quod præfinitio ita pure pertineat ad ordinem intentionis, ut solum sit influxiva in positionem auxiliorum; his vero ita positis nõ habeat aliud influxum proxime in consensum, erit impedibilis à voluntate ut præveta eis auxilijs; sed hoc ipso quod sit impedibilis absolute pro libito voluntatis, nequit lædere eius libertatem: ergo cum sit, ut supponimus, sic pure intentiva, nequit læde-

re libertatem. Minor patet, quia hoc ipso, quod homo possit pro suo nutu impedire præfinitionem potest se expedire ab eâ quali quali necessitate consentiendi, quam ipsa inducit, proindeque poterit sine impedimento ad libitum dissentire. Maior autem probatur: nam eo ipso quod præfinitio totum suum influxum occupet in sola positione auxiliorum indifferentium, tota potentia proxima ad consensum manet indifferens ad utrumvis, sicut erat prævisa per scientiam mediam, quia præfinitio eam non immutabit, sed purè ipsam transferet ad statum absolutum: ergo pro signo existentie absolutæ talium auxiliorum, seu talis potentie proximæ, voluntas habebit plenam potestatem proximam dissentendi, nempe eam ipsissimam, sub cuius hypothese præviderat scientia media futurum consensum: sed eo ipso quod habeat plenam potestatem dissentendi, habet potestatem impediendi suo dissensu scientiam mediam de consensu, & præfinitionem ipsi subnixam, quia dissensus ipse essentialiter est impedimento scientie mediæ, atque item præfinitionis de consensu: ergo hoc ipso quod præfinitio tota se habeat in causatione auxiliorum absque vilo immediatori influxu in ipsum consensum, est absolutè impedibilis pro nutu voluntatis, proindeque cum libertate coherens.

160 Confirmat quarto: nam Deus non solum potest efficaciter velle, ut fiat consensus, sed etiam ut fiat sine necessitate cogente ad ipsum (quod est consensum prædefinire ut liberum) At dum velit quod consensus fiat sine necessitate cogente, nequit inducere necessitatem cogentem, ut patet, ac proinde neque tollere libertatem: ergo potest Deus præfinire consensum, ut liberum, quin ideo tollat libertatem. Cætera constant, & maior patet: quia volendo ut fiat consensus sine necessitate cogente, volet obiectum possibile in se, ut liquet, atque item possibile Deo, & proximè constitutum in suo dominio ex vi scientie mediæ: ergo securissimè potest id efficaciter velle, seu præfinire, talisque præfinitio tam longè aberit à necessitando, ut potius essentialiter inferat, consensum poni sine necessitate. Addit hanc rationem pulchrè ab Anselmo traditam lib. de concord. cap. 1. colum. 3. *Quoniam quod Deus vult non potest non esse, cum vult hominis voluntatem nulla cogi necessitate ad volendum, & vult effectum sequi voluntate, tunc necesse est voluntate esse liberam, & esse id quod vult.* Et hinc patet (inquit) eum potius sit possibilis hæc nostra præfinitio, quam Thomistica: quia cum nostra velit, consensum fieri sub actu primo proximo completo secundum se totum indifferenti, benè inde

vult, ut fiat sine necessitate cogente, & cum Thomistica velit, consensum fieri sub actu primo proximo, qui saltem prout proximè completus prædeterminet ad consensum, sibi ipsi implicabit præfinitio dum velit consensum fieri sine necessitate cogente.

161 Confirmat quinto: quia ea solum necessitas nocet libertati consensus, quæ est propriè & simpliciter antecedens ipsum; (ut est Theologis receptum cum D. Anselmo) sed necessitas ex præfinitione attemperata scientie mediæ, & influente solum remotè, & per media prorùs indifferentia, non est propriè, & simpliciter antecedens consensum, sed solum secundum quid, & impropriè: ergo non nocet libertati. Cætera constant, & minor probatur apertè ex ipso conceptu necessitatis antecedentis ex Patribus accepto. Primo quidem: nam Augustinus lib. 1. de Civit. cap. 10. sic probat libertatem nostrorum actuum: *Si necessitas nostra illa dicenda est, quæ non est in nostra potestate, sed etiam si nolimus efficit quod potest, manifestum est, voluntates nostras, quibus rectè vel perperam vivitur, sub tali necessitate non esse.* Ergo ea sola est necessitas antecedens, & libertati nocens, quæ non est in nostra potestate: at præfinitio in nostra est potestate, & si nolimus non efficiet adhuc remotè consensum, quia si nolimus consentire, ipsa non erit, ideoque nihil faciet: ergo &c. secundo, & maximè ex Anselmo, nam lib. 2. *Cur Deus homo* cap. 18. definit necessitatem antecedentem, *quæ causa est ut res sit: item, quæ est præcedens, & efficiens rem: item, quæ v. g. te facit loqui, seu agere: & lib. de concord. cap. 1. quando necessitas ita sit præcedens, quæ faciat rem esse, ita ut res ideo sit, quia necesse est ut sit.* Atqui præfinitio non est necessitas, quæ causa sit, ut sit consensus, quæ præcedat efficiendo ipsum, quæ te faciat consentire; quæ ita faciat esse consensum, ut ideo tu consentias, quia necesse est tibi vi præfinitionis consentire. Etenim præfinitio nihil aliud efficit præter ipsa media indifferentia; atque adeo licet sit aliqualis necessitas consensus, sed non necessitas eum faciens, ac proinde consensus non fit ex necessitate, quia non fit ex præfinitione, sed fit ex libertate, quia fit ex medijs indifferentibus, quæ præfinitio præparavit: ergo cū præfinitio non sit necessitas faciens, non est necessitas propriè antecedens, & sic nec libertati nocens.

162 Hanc suam doctrinam elegantè applicuit D. Anselmus ipsi præfinitioni actuum liberorum, quam versamus. Nam eo libro concordie cap. 2. sic ait: *Quamvis necesse sit fieri quæ prædestinantur, quædam*

tamen prædestinata non eveniunt ea necessitate, quæ præcedit rem, & facit; sed ea, quæ rem sequitur. Non enim Deus ea, quæ vis prædestinat, facit voluntatem cogendo, sed in sua illam dimittendo potestate. Ecce prædestinatio consensus; ideo non est necessitas simpliciter antecedens, quia non est necessitas faciens consentum, exindeque voluntatem non cogit, sed eam in sua voluntate relinquit. Per prædestinationem autem consensus intelligit, abs dubio præfinitionem ipsius: tum quia prædestinatio aliæque rei nunquam dicitur nisi de voluntate efficaci præcedente ad ipsam; tum quia immediate ante præmiserat, quod prædestinatio idem est, quod præordinatio, seu præstitutio. Legatur toto eo libro de concordia, & toto cap. 18. ex libro 2. *Cur Deus homo*, ubi tam ex attributis necessitatis antecedentis, quam necessitatis consequentis liquidum fiet, necessitatem ortam ex nostra præfinitione solum secundum quid esse antecedentem, & simpliciter potius consequentem.

163 Denique cohærentia præfinitionis remotæ antecedentis consentum cum libertate consensus efficaciter probatur à nostris ad hominem contra Patrem Vazquez, & affectas. Fatentur enim, & negare nequeunt, sæpe ante consentum liberum præcedere auxilium collatum à Deo quia efficax, ac per consequens decretum auxilij regularum, & motum ex scientiâ efficaciæ: tunc autem necesse est, vel quod decretum auxilij se ipso, & ab intrinseco decernat auxiliû quia efficax, proindeque habeat connexionem cum consensu, nec minus essentialem, neque minus antecedentem, quam præfinitio, vel saltem quod præcedat ante auxilium ordine causalitatis decretum, prout coniunctum cum scientiâ efficaciæ, seu constatam decreti, & talis scientiæ, quod simpliciter habet connexionem cum consensu nec minus essentialem, neque minus antecedentem, quam præfinitio, ut patet. Sicut ergo cum Deus per prædestinationem disponit homini cum speciali benevolentia auxilium efficax, prout tale est, præcedit ad consentum absolutum decretum regularum ex scientiâ efficaciæ, ac proinde cum tali scientiâ coniunctum, exindeque cum consensu connexam; & tamen quia tota hæc connexio remota est, & quæ tandem resolvitur in determinationem voluntatis sub conditione prævisam, rectè libertati cohæret; sic eodem prorsus titulo præfinitio cohærebit. Iam quod præfinitio hæc non solum possibilis sit, sed etiam de facto detur erga actus salutares, hac ipsa præfinitate satis convincitur, & videri potest latè monstratum à P. Suarez, lib. 3. de auxilijs, cap. 17. hucusque laudatus Recentior.

164 HÆC. Tamen fundamenta, quævis speciosa, intentum non concludunt, ut patet ex probationibus sententiæ negantis adductis sectione 3. & in eo deficit arguens, quod supponat, quod ipsi probandum erat, nempe præfinitionem efficacem operis nostri liberi amantem immediate efficaciter ipsum opus in se ipso, esse decretum purè intentivum operis; esse principium purè remotum, solumque habere activitatem immediatam in auxilium, & actum primum proximum; supposito verò auxilio nullatenus influere immediate in opus ipsum: & quod supponit, cum hæc præfinitione componi, quod omnipotentia applicetur per decretum indifferens, ac proinde ipsam præfinitionem non applicare immediate omnipotentiam: quæ tamen nos probavimus esse falsa: & inde facile erit singula fundamenta contraria dissolvere.

165 Et imprimis quod dicitur, illam sententiam debere ab omnibus assertoribus scientiæ mediæ defendi, quasi potissimum fructus, qui ex scientia mediæ potest colligi, sit, quod possit Deus ex affectu efficaci nostrorum operum salutarium dispensare nobis auxilia congrua: id falsum est: nam scientia mediæ præscindendo à titulo præfinitionis affectu simplici ab intrinseco efficaci nostrum opus liberum in se ipso; est essentialiter necessaria ad providentiam, & prædestinationem: nam prædestinatio iuxta Augustinum, *Est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur*. Quæ preparatio salvari nequit sine scientia mediæ: cum enim Deus non possit facere, ut voluntas creata libere operetur per mediæ ab intrinseco efficaciæ, & prædeterminantia; & cum per mediæ indifferentia nequeat hoc infallibiliter facere sine scientia mediæ; & possit infallibiliter facere sine præfinitione formali immediata operum salutarium; consequens est, ut scientia mediæ sit necessaria ad prædestinationem; ad eamque non sit necessaria præfinitio illa nostrorum actuum liberorum. Quamvis enim Deus non intendat antecedenter nostram operationem liberam intentione formali ab intrinseco efficaci; per hoc præcisè quod ex intentione antecedenti gloriæ habeat decretum efficaciæ conferendi ea auxilia, quæ per scientiam mediæ prævisa sunt efficaciæ, verificatur definitio prædestinationis, quia Deus præparat homini beneficia gratiæ, qui-

quibus certissime homo liberatur ab æterna morte, & vitam æternam consequitur. Vnde communis est sententia Doctorum Societatis cum P. Suarez, præfinitionem illam nostrorum actuum liberorum non esse necessariam ad eorum existentiam; proindeque neque ad providentiam infallibilem, quæ Deus facit, ut obtimeamus gloriam, ut coronam.

166 Scientiã itaque mediã potissimum inventa est ad explicandum, quò pacto Deus possit cum infallibilitate facere, ut voluntas creata liberè convertatur, & actus salutaris eliciat. Deus autè sine præfinitione formali ab intrinseco efficaci terminata ad opus nostrum in se ipso, potest infallibiliter facere ut voluntas nostra liberè convertatur: nã per hoc præcisè quòd supposita scientiã mediã futuri consensus sub tali auxilio habeat decretum efficacè dandi illud auxilium, mediante illo facit ut voluntas nostra liberè convertatur. Deservit quoque scientiã mediã ad explicandum, quò pacto Deus conferat speciale beneficium ei, cui tribuit auxilium indifferens, cum quo re ipsa operatur, præ illo, cui confert auxiliũ, cum quo non operatur. Quæ specialitas, ut ostendit P. Aldrete 1p. to. 2. disp. 10. de Præd. salvatur per hoc præcisè quòd Deus conferat auxilium præsciens fore efficacè, seu cum præscientiã efficacitẽ, quãvis non conferat ex præscientiã, seu motus ab efficacitã prævisa. Et quãvis non salvaretur, quin Deus moveatur ab efficacitã prævisa; potest sic moveri, quin detur præfinitio formalis, quæ ex modo tendendi in obiectum materiale sit amor efficacè nostri consensus: tum quia potest moveri extrinsece ab efficacitã visa, quin decretum collativum auxilij essentialiter supponat scientiam mediã; ut explicui disp. 11. agens de directione scientiã mediã: tum quia licet nõ posset moveri ab efficacitã prævisa, quin decretum collativum auxilij supponat essentialiter scientiam mediã; tamen illud decretum nõ amat efficaciter operationem liberã immediatè in se ipsa; sed mediatè in vocatione congrua; nec est præfinitio formalis, sed duntaxat virtualis, quæ habet connexionem essentialẽ cum consensu, non ex modo pratico tendendi in obiectum materiale volitum, sed ex modo speculativo supponendi obiectum formale, ut explicui disp. 11. sec. 5. num. 43. ver. *præterea*.

167 Præterea quod dicitur, præfinitionem hanc formalem propositam, & iunctam fuisse à R. P. N. Claudio; iam ostendimus esse falsum disp. 11. sec. 5. Licet enim probabiliter ex illo decreto Claudij arguatur, non tamen convincenter. Deinde ex illo decreto ad summum convincitur præfinitio virtualis simplex, videlicet decretum immediatè

amans auxilium congruum, quia congruum, ita ut congruitas sit ratio eligendi auxilium; & propterea decretum supponat essentialiter scientiam mediã congruitatis. Non tamen ex illo decreto concluditur existentia præfinitionis simplicis formalis amantis efficaciter immediatè nostram operationem liberã in se ipsa. Ut enim Deus conferat auxilium quia efficacè, non collaturus, si videret inefficacè, & conferat per decretum essentialiter supponens scientiam mediã congruitatis; non requiritur, quod pro priori ad illud decretum præcedat intentio efficacè nostræ operationis liberæ ex se illam immediatè amans; & cum illius existentia essentialiter connexa. Satis enim est, quòd præcedat specialis quædam complacentia simplex erga nostram operationem liberã, & quòd Deus, ut faciat existere operationem, in qua specialiter complacet, eligat auxilium quia congruum, & efficacè ad faciendum ut ponatur illa operatio. Ut enim Deus eligat medium efficacè ad finem quia efficacè, non requiritur, quòd ante electionem mediã intendat efficaciter finem illum; sed sufficit, quòd in illo specialiter complacet.

168 Potestque facillè responderi ex dictis §. antecedenti, operationem nostram immediatè liberã esse incapacem terminandi voluntatem efficacem Dei immediatè versantem circa ipsam; quia talis voluntas applicaret omnipotentiam ad concurrendum; ac proinde tolleretur libertas actionis, & foret ipsi sibi contraria, quia veller, ut fieret liberè actio ad quam ipsamet necessitaret.

169 Hinc ad argumentum primum ex num. 154. responderetur, ut Deus efficaciter intendat aliquem finem ante collationem mediã, tunc sufficere, quòd prævideat esse proximè, & completè in sua potestate ponere mediã, quibus eum finem certissime consequetur; quando finis ille ponendus est ex determinatione ipsius Dei: secus quando ponendus est vnicè determinante arbitrio creato ad eius existentiam, qualis est finis operationis create liberæ, ad cuius existentiam vnicè determinare debet in executione arbitrium creatum; ut ostendi supra num. 137. & sæpè alibi. Deus enim non videt per scientiam mediã operationem liberã ponendam à creaturã, nisi sub conditione quòd illi concedat auxilium indifferens, & præparet illi indifferenter impotentiam; quæ præparatio indifferens omnipotentis videtur incompossibilis cum illa intentione formali talis operationis, ut videntur probare argumenta proposita §. antecedenti.

170 Ad secundum ex n. 155. concessa maiori, nego minorem primi syllogismi, & ad probationem illius, nego, illam intentionem

tionem efficacem si detur, nullum exercere influxum in operationem præfinitam, & efficaciter in se amatam. Nam sect. 3. sufficienter probatum est, non posse Deum efficaciter amare immediate aliquam entitatem, qui si applicet omnipotentiam immediate per eiusmodi amorem; non stat autem Deum applicare omnipotentiam per decretum efficaciter ad concurrentium cum voluntate creata, & hanc libere ponere actionem illam.

171 Ad tertium ex num. 156. concessa maiore, nego minorem; in cuius probatione falso supponitur, illam præfinitionem esse purè intentivā; quæ quæ adduximus sect. 3. oppositum videntur sufficienter probare. Quare adversarius non debebat supponere, sed probare, Deum posse decreto pure intentivo amare immediate efficaciter operationem aliquam nostræ voluntatis.

172 Ad primam confirmationem ex num. 157. concessio antecedenti, negatur consequentia, quia ex eo quod Deus videat consensum libere ponendum sub tali actu primo proximo indifferenti, licet eum Deus nullatenus immutet, neque eum impellat ad operandum; solum sequitur, quod Deus mediatè, & in vocatione congrua possit præfinire consensum, nimirum decernendo conferre illum actum primum proximum, ut ponatur operatio: seu solum sequitur, quod Deus possit facere infallibiliter ut ponatur libere consensus, adhibendo præcisè illum actum primum proximum, sub quo prævidebatur futurus libere consensus: non sequitur autem quod possit præfinire efficaciter consensum immediate in seipso, decernendo efficaciter ut post illum actum primum immutatum sequatur consensus. Quæ enim adducta sunt sect. 3. videntur probare, id repugnare: quia huiusmodi præfinitio immediata videtur evertere hypothese[m] sub qua scientia media affirmat consensum libere; nam scientia media non affirmat consensum ponendum libere sub tali actu primo proximo, nisi quatenus ex parte hypothesis, seu conditionis apponitur decretum indifferenter offerens concursum, quo constituitur actus primus proximus. Iam vero præfinitio formalis immediate amans efficaciter consensum in seipso impossibilis videtur esse cum illo decreto indifferenti oblativo concursus: ut enim dicebam in hac disp. num. 131. hic affectus videtur Deo indignus: *Ego efficaciter & absolute volo, ut Petrus ponat consensum salutarem; & quia id efficaciter & absolute volo; volo ut ponat consensum salutarem sub conditione quod ipse velit ponere.* Nam iuxta sententiam communem nostrorum cum Eximio Doctore decretum indif-

ferentis, quo Deus præparat concursum ad actum libere; est decretum quasi conditionatum, quo Deus quantum est ex se vult, ut existat actus, si voluntas creata velit illum ponere. Præterea scientia media affirmans consensum libere ponendum sub conditione talis actus primi proximi, affirmat libere ponendum sub conditione quod Deus conferat tale auxilium & præparet indifferenter concursum. Hæc autem hypothesis videtur inverri per illam præfinitionem formalem amantem efficaciter consensum immediate in seipso: quia hæc præfinitio applicat immediate omnipotentiam, ut videtur probare, quæ adduximus sectione præcedenti: ac proinde posita illa præfinitione, omnipotentia non est applicata indifferenter, sed determinatè, & cum necessitate ad unum.

173 Ad secundam confirmationem ex num. 158. concessio antec. negatur consequentia; in cuius probatione falso supponitur, præfinitionem efficacem consensus in seipso, non immutare actum primum proximum, quæ scientia media assumit pro conditione. Argumenta enim adducta sect. 3. satis videntur probare præfinitionem illam applicare immediate omnipotentiam, ac proinde non esse decretum pure intentivum consensus, sed potius esse intentivum & simul executivum. Hinc facile respondetur ad tertiam confirmationem ex num. 159. in ea namque falso supponi videtur, illam præfinitionem formalem esse decretum pure intentivum consensus, solumque influere in auxilium. Nam ex dictis sect. 3. cum illa præfinitio formalis, & principalis amet consensum immediate, non solum debet influere immediate in auxilium, sed etiam in ipsum consensum, ac proinde eius activitas non debet sistere in auxilio, sed transire ad ipsum consensum; consulantur, quæ diximus sect. 1. §. XII. num. 78. in octava ratione.

174 Ad quartam confirmationem ex num. 160. respondeo, Deum quidem posse efficaciter velle ut fiat consensus, sine necessitate cogente ad ipsum; cæterum non videtur, quod possit hoc efficaciter velle per volitionem immediate amantem existentiam consensus in seipsa; quia huiusmodi volitio ex dictis applicaret immediate omnipotentiam, ac proinde necessitaret ad consensum; unde sibi ipsi foret contraria, quatenus ex vna parte velleret, ut libere ponatur consensus, & ex alia necessitaret ad eius positionem. Solum ergo poterit efficaciter velle ut consensus fiat sine necessitate cogente ad ipsum; quatenus potest efficaciter velle, ut voluntati conferantur dumtaxat auxilia, sub quibus videtur libere elicitura consensus, & negetur auxilia & comprincipia determinantia ad unum.

175. Nec oppositum evincit authoritas Anselmi ibi citata. Fatemur enim: *Cum Deus vult hominis voluntatem, nulla cogitatione necessitate ad volendum, & vult effectum sequi voluntatem, tunc necesse esse, voluntatem esse liberam, & esse id quod vult, videlicet Deus.* Cæterum respondebitur, Deum non posse efficaciter velle ut effectus sequatur voluntatem cum libertate, seu cum indifferentia proxima ad oppositum, per volitionem immediate terminatam ad consensum nostræ voluntatis in seipso, sed solum id posse efficaciter velle, per volitionem immediate terminatam ad cogitationem congruam. Si enim Deus efficaciter vult ut voluntas creata non necessitetur ad consensum, & aliunde efficaciter vult, ut ipsi conferatur cogitatio sub qua per scientiam mediam prævidetur operatura, vult efficaciter ut operetur libere: & ex hac suppositione necesse est ut operetur, & ut operetur libere: cæterum ista necessitas est consequens, & descendens ex fonte arbitrij creati, quia provenit à scientia media, quæ nobis libera est, & non Deo. Si autem interveniret præfinitio efficax consensus ipsum amans immediate in seipso, illa præfinitio esset necessitas quædam consensus, & non videtur quomodo non sit necessitas antecedens, quando quidem videtur, per illam applicari immediate omnipotentiam, ut suadent, quæ diximus section. 3.

176. Ad quintam confirmationem, ex n. 161. resp. verum quidem esse, solam necessitatem antecedentem tollere libertatem; cæterum non sufficienter probari, necessitatem provenientem à præfinitione formali amante efficaciter consensum nostrum immediate, non esse antecedentem; quia falso dicitur, & sine probatione, illam præfinitionem esse tantum principium mediatum: nam rationes adductæ sect. 3. videntur probare illam applicare immediate omnipotentiam, ac per consequens influere immediate in nostram operationem. Et cum necessitas opposita libertati iuxta Anselmum lib. 2. *Cur Deus homo cap. 18. sit necessitas, quæ est præcedens & efficiens rem;* videtur, illam præfinitionem tollere libertatem; quia est necessitas præcedens, & efficiens rem, siquidem omnipotentia, ut applicata per illam præfinitionem, efficit consensum nostrum. Vnde illa præfinitio erit, & non erit impedibilis: erit quidem impedibilis, quia iuxta adversarios supponit essentialiter scientiam mediam, quæ impedibilis est: non erit impedibilis, quia applicat immediate omnipotentiam ad concurrentium; decretum autem applicativum omnipotentia non est impedibile à voluntate nostra.

177. Neque authoritas Anselmi adducta num. 162. favet illi præfinitioni: sed potius ostendit, præfinitionem iuxta Anselmum non importare præfinitionem simplicem nostri consensus liberi ex se amantem efficaciter nostrum consensum; sed potius consistere in decreto dandi auxilia, quibus homo libere operaturus est, & in scientia media consensus futuri sub illis auxilijs. Sic enim apprimè salvantur verba Anselmi: *Quod quamvis necesse sit fieri, quæ prædestinantur: quædam tamen prædestinata, non eveniunt ea necessitate, quæ præcedit rem & facit, sed ea, quæ rem sequitur.* Necessitas enim proveniens à scientia media, est necessitas consequens, vnde prædestinatio consistens in complexo scientiæ mediæ & decreti conferentis auxilium congruum, est necessitas consequens, quia illa necessitas quatenus est necessitas, & connexio cum nostro consensu, est necessitas, & connexio consequens. At si darentur præfinitiones simplices efficaciter amantes consensum in seipso; necessitas ab illis proveniens videtur quod foret necessitas antecedens, quæ re præcedit, & facit: siquidem ex dictis sect. 3. & sect. 1. §. 12. & 13. videtur quod illa præfinitio debet immediate influere in ipsum consensum. Ergo ex verbis Anselmi non probatur, Deum præfinitæ præfinitione simplici efficaci consensum ante collationem auxilij: Sed potius satis probabiliter colligitur, Anselmum solum admittere præfinitionem complexam consistentem in decreto collativo auxilij de se non amante efficaciter consensum, & in scientia media, per quam constituitur efficax. Nam cum scientia media sit suppositio consequens respectu nostri, sane si decretum collativum auxilij in ratione efficacis constituitur per scientiam mediam: tale decretum quatenus efficax, & quatenus prædestinatio nostri consensus, est suppositio consequens.

178. Denique intentum non evincit paritas adducta num. 163. nimirum paritas petita à complexo scientiæ mediæ & decreti conferentis auxilium, quod complexum præcedit nostrum consensum, quin tollat eius libertatem; ex quo adversarius inferebat, neque præfinitionem simplicem tollere libertatem. Non, inquam, intentum evincit: quia diversa longe est ratio de præfinitione at de illo complexo. Primo, quia complexum illud potest voluntas creata impedire: quia potest impedire scientiam mediam de efficacia auxilij inducendo loco eius scientiam mediam de inefficacia; siquidem cum scientia media non sit libera Deo, bene potest voluntas creata supposito auxilio determinare objective, & secundum quid ad eius existentiam. At difficillimum est

est explicatum, quo pacto possit voluntas creata impedire præfinitionem efficacem consensus, à qua iuxta adversarios vnice pèder auxiliū quia non potest determinare Deum ad decretum aliud executivum auxiliij loco præfinitionis, vt constat ex dictis disp. XII. & in hac disp. sect. 1. §. XIV. à num. 34. Secundo, quia per illud complexum ex scientia media, & decreti cōferentis auxiliū non applicatur omnipotentia ad concurrendum: at sect. 3. huius disputationis satis validis rationibus videtur ostensum, præfinitionem simplicem amantem efficaciter consensum in seipso immediate, applicare immediate omnipotentiam ad concurrendum cum voluntate ad illum consensū.

SECTIO V.

Vltimum iudicium nostrum de præfinitionibus, varijs conclusionibus explicatum.

179 **Q**UÆ in tota hac disputatione diximus, non resolvendo, & vltimum iudicium ferendo; sed dubitando, & sapientiorum iudicio exponendo, protulimus, vt præmonui in præmio huius disputationis pag. 303. ex illis tamen satis constat, nullum hucusque adductum esse argumentum à ratione, quod conuincat possibles esse præfinitiones simplices efficaces nostrorū actuum liberorum, præsertim præfinitiones formales, quæ sint intentio efficax nostri consensus liberi, & immediate ad illum terminetur. Proinde si consulerem solam rationem naturalem, dicerem, eiusmodi præfinitiones simplices repugnare. Quia tamen in re Theologica potissimum momentum habent argumenta petita ab autoritate, & hæc pro illis præfinitionibus gravissima sunt, ideo vltimare pronuntio, simpliciter & absolute probabilius esse, & defacto existere eiusmodi præfinitiones, præsertim virtuales, quæ nimirum immediate solum ament existentiam auxiliij congrui, & actus primi proximi, sub quo per scientiam mediam prævisus est futurus cōsensus noster liber, supponant tamen essentialiter scientiam mediam vt proponentem rationem, aqua potissimum post suam bonitatem Deus per motus est ad conferendam auxiliū congruum, ita vt non esset tollaturus, si videret inefficax. Vt autem rotam mentem meam breuiter aperiant, aliquas conclusiones statuum.

180 Affero igitur primo. Deus vere & proprie præfinit efficaciter omnes actus salutes prædestinatorum, imo & reproborum, præfinitione antecedenti ordine causa-

litatis existentiam auxiliij congrui. Probatur conclusio ex dictis disp. 11. sect. 3. & 4. Nam scientia media vere & proprie dirigit ad collationem auxiliij congrui, ad illamque antecedit prioritare a quo, impellendo & inclinando Deum ad illud conferendum. Vnde decretum collativum auxiliij constituitur in ratione efficacis efficaciam antecedenti collationem auxiliij per scientiam mediam de eius congruitate: quamvis enim illud decretum ex se nō habeat connexionem cum consensu libero, vt subest tamen illi scientiæ, & quatenus hic & nunc ab illa oritur, est vere, & proprie voluntas efficax consensus: & sicut in sententia Societatis Deus non minus vere & proprie movet efficaciter voluntatem nostram ad cōsensum liberum salutarem per auxiliū suapte natura indifferens & cōiungibile cum dissensu, vt collatum vi scientiæ mediæ de ipsius congruitate, quam in sententia Thomistarum moveat per auxiliū prædeterminans ex se connexum cum consensu: Ita in sententia negante præfinitiones simplices ab intrinseco efficaces & ex se connexas cum consensu; Deus non minus vere & proprie vult efficaciter cōsensum nostrum salutarem per decretum collativum auxiliij suapte natura indifferens, vt habitum hic & nunc ex vi scientiæ mediæ representantis congruitatem, & conceptum ex eius directione: quam in sententia Patris Suarez vult efficaciter consensum per præfinitionem simplicem ex se ab intrinseco efficacem, & connexam cum consensu. Vnde sicut auxiliū suapte natura indifferens, constituitur in sententia Societatis vere & proprie efficax quasi in actu primo, & efficaciam distincta ab operatione ipsa & consensu, qui est efficaciam auxiliij in actu secundo, per scientiam mediam de futuro consensu sub illo auxilio: ita in sententia negante præfinitiones simplices ab intrinseco efficaces; decretum collativum auxiliij suapte natura indifferens constituitur vere & proprie efficax per scientiam mediam congruitatis auxiliij. Et paritas est à fortiori: nam cum scientia media realiter identificetur cum decreto collativo auxiliij; realiter vero distinguatur ab ipso auxilio; aptior est, vt per ipsam constituat efficacem decretum, quam vt constituat efficacem auxiliū.

181 Affero secundo: præfinitio hæc efficax complexa consistens in decreto collativo auxiliij & in scientia media dirigente & movente ad tale decretum, necessaria est ad existentiam cuiuslibet actus salutaris: Hæc assertio patet ex dictis in hac disp. n. 127. & disp. 13. sect. 5. n. 41. & disp. 11. num. 35. nam cum impossibile sit, vt homo recte & salutari-ter operetur, quin Deus ipsi contulerit auxiliū

Hum, & hominem salutariter operari cum illo, quin Deus ante decretum dandi auxilium noverit per scientiam mediam, hominem salutariter operaturum, si detur; & impossibile etiam sit Deum conferre auxilium suapte natura ordinatum ad rectam operationem, præsciēdo recte cum illo operaturum, quin impellatur ab illa scientia ad ipsum auxilium conferendum; impossibile est, hominem recte operari, quin Deus præfinierit illam rectam operationem præfinitione illa complexa consistente in decreto collativo auxilij, & in scientia media de congruitate auxilij, impellente & dirigente ad dandum illud auxilium. Etsi enim supposita scientia media de congruitate auxilij Deus sit liber ad dandum, vel non dandum auxilium; tamen impossibile est, ut supposita scientia media de congruitate auxilij, Deus velit illud dare, quin ferio & ex animo intendat totum illud emolumentum, quod à nobis colligendum est ex eiusmodi auxilio, & consequenter quin moveatur saltem per accidens ad conferendum per talem præscientiam conditionatam, ut explicui disp. 11. sect. 4. à numero. 30.

182 Assero tertio: præfinitio simplex & ex se connexa cum nostro consensu libero non est necessaria ad nostrum consensum liberum. Hanc conclusionem late probavi disput. 13. sect. 4. estque communis nostrorum cum Eximio Doctore Suarez opusculo 1. lib. 2. cap. 7. num. 4. ubi de hac præfinitione simplici, & incompleta loquens, inquit: *Quavis præfinitione seclusa, divina providentia perfecta, omnibusque numeris absoluta manet.* Argumenta autem, quæ P. Esparça, P. Quirós, & P. Michael de Avendaño citati disp. 13. n. 18. concipiunt ad probandum, præfinitionem efficacem esse necessariam ad omnia & singula opera honesta & salutaria, solum probant, esse necessariam præfinitionem complexam à nobis positam; minime autem probant, esse necessariam præfinitionem simplicem & incompletam; ut constat ex dictis ea disp. 13. tota sect. 5. Consule quæ diximus disp. 11. sect. 6. n. 77. ubi ostendimus multo minorem difficultatem esse in præfinitione complexa, quam in simplici, & incompleta.

183 Assero quarto: præfinitio simplex & incompleta, etiamsi admittatur, nequit esse principium immediatum nostri consensus, constituens nimirum actum primum proximum ad nostrum consensum, & applicans immediate omnipotentiam ad concurrendum cum voluntate nostra in consensum, sed solum potest esse principium remotum non requisitum, quatenus scilicet est principium immediatum auxilij congrui minime requisitum ad

eius existentiam. Hanc conclusionem late probavi disp. 13. sect. 6. & nunc breviter probatur, quia ad libertatem requiritur, ut omnia principia proxima actus sint vertibilia & indifferentia ad utrumque, si enim aliquid eorum sit connexum cum consensu, voluntas non operatur libere cum illo principio, quia nequit facere, ne oriatur operatio à principio immediato essentialiter connexo cum actione.

184 Assero quinto: præfinitio simplex, si detur, nequit esse unicum principium conferendi auxilium; sed ad libertatem requiritur, quod auxilium congruum conferatur per decretum ex se non minus indifferentem, quam sit ipsum auxilium secundum suam entitatem. Hanc conclusionem late probavi tota disp. XII. & iterum disp. 13. sect. 4. à n. 22. & hac disp. XV. sect. 1. §. XIV. à num. 84. Nunc breviter suaderetur; quia ad libertatem requiritur, quod voluntas possit impedire præfinitionem simplicem essentialiter ex se connexam cum consensu: non posset autem impedire præfinitionem illam, si auxilium congruum vice penderet ab illa, quia cum non possit affigere Deo decretum aliud executivum auxilij indifferentis constituentis actum primum, impossibile cum præfinitione consensus, & compossibile cum dissensu, quia determinare ad existentiam decreti immediate liberi, quale foret decretum exequens auxilium profectu, in quo foret incongruum (quod non minus debet esse immediate liberum, quam sit ipsa præfinitio) attinet ad solam voluntatem divinam: sane si posset impedire præfinitionem, posset facere, ut maneat auxilium in rerum natura sine omni voluntate exequenti. Qui enim nequit impedire existentiam auxilij, sicut non potest voluntas nostra (eiusdem enim est non posse impediri existentiam actus primi per exercitiū talis actus primi) sane si habeat auxilium vice pendens à præfinitione, & potest impedire illam, & nequeat inducere locum præfinitionis aliud decretum executivum auxilij, potest facere, ut maneat auxilium sine omni voluntate exequente, quæ est potestas chymérica.

185 Assero sexto, si detur præfinitio simplex & incompleta consensus liberi, unum è duobus necessario dicendum est; nimirum vel illam non esse immediate executivam auxilij, sed per modum imperij inducere decretum indifferentem immediate executivum auxilij; quod sit per accidens imperatum, vel auxilium mandari executioni duplici decreto, altero indifferenti, altero præfinitivo consensus, & connexo essentialiter cum illo, concomitanter se habentibus; & idcirco posse vo-

libertatem nostram impedire præfinitionem illam simplicem; quia quamvis illam impediatur, & non inducat mediante dissensu aliud decretum executivum auxilij; manebit auxilium dependens à decreto indifferenti. Unde solum sequitur, vel decretum indifferentis, quod hic & nunc oriebatur à præfinitione tanquam ab imperio efficaci, manere sine omni imperio: vel auxilium; quod hic & nunc dependat immediate à duplici decreto, manere cum dependentia ab unico, nempe à decreto indifferenti, quod est per se necessarium ad existentiam auxilij, & attingitur à scientia media ex parte hypothesis, per illam particulam; *si ego dederò*; per scientiam enim mediani sic Deus affirmat: *Si ego dederò tale auxilium, voluntas operabitur, ubi particula si dederò attingit decretum indifferentis dandi auxilium.* Hæc conclusio necessario sequitur ex antecedenti; si enim necesse est, ut interveniat decretum indifferentis, quando Deus confert auxilium congruum: sane si simul cum illo decreto habet aliud præfinitivum operis; omnino est necessarium, ut decretum præfinitivum vel se habet propriori naturæ ad decretum indifferentis; vel pro posteriori naturæ, vel concomitanter: At nequit se habere pro posteriori naturæ; ergo vel debet se habere propriori; vel concomitanter. Quod autem nequeat se habere pro posteriori, est manifestum: quia si præfinitio consensus esset pro posteriori ad decretum auxilij executivum, supponeret iam auxilium, ut mandatum executioni: hoc autem est impossibile; quia cum præfinitio illa sit efficax, si non insinit in medium, debet immediate influere in actum, ad illi que determinare. implicat enim esse decretum efficax, & nullam habere activitatem, & vim determinandi; ergo si non determinat ad existentiam auxilij, seu ad existentiam actus primi proximi, debet determinare ad existentiam actus secundi; seu consensus, quod omnino pugnat cum eis libertate.

186 Affero septimo, non obstantibus rationibus dubitandi propositis tota sectæ huius disputationis, quæ videntur suadere, repugnare omnem præfinitionem simplicem; & incomplexam consensus liberi, seu omne decretum ex se essentialiter connexum cum existentia consensus liberi & anteverrens existentiam auxilij congrui ad consensum: non obstantibus, inquam, his rationibus dubitandi, dicendum est, absolute probabilius esse dari eiusmodi præfinitiones. Primo, quia dari eiusmodi præfinitiones videtur consensus communis Theologorum. Unde Eximius Doctor lib. 1. de Prædest. cap. 8. num. 18. ait: *Sententiam negantem eiusmodi præfinitiones esse contra omnes fere Theologos; præsertim*

antiquos. Secundo, quia id est conformius menti Augustini, & Thomæ. Nam August. in Encherid. cap. 103. inquit: *Nullus fit saluus nisi quem Deus voluerit salvum. Et ideo rogandus est, ut velit, quia necesse est fieri, si voluerit.* Quæ Augustini verba exponens S. Thomas 1. p. q. 19. a. 8. ad primum ait: *quod per illud verbum Augustini intelligenda est necessitas in rebus volitis à Deo, non absoluta, sed conditionalis; necesse est enim hanc conditionalem veram esse, si Deus hoc vult, necesse est hoc esse.* Ergo S. Augustinus, & S. Thomas agnoscunt voluntatem Dei ab intrinseco efficacem circa nostros actus liberos; nimirum decretum infallibiliter connexum cum eorum existentiam. nam de sola voluntate ex se efficaci, & connexa cum re voluta est vera hæc conditionalis: *Si Deus hoc vult, necesse est, hoc esse.*

187 Præterea id colligitur ex eodem August. cap. 14. de bona perseverantia, ubi de Tyrijs & Sydonijs loquens, inquit: *Quoniam ut crederent non erat eis datum, etiam unde crederent est negatum.* Quibus verbis significat Augustinus, ideo Deum non contulisse Tyrijs & Sydonijs auxilium congruum, quod converterentur ad fidem, quia eos non elegerat ad fidem, seu quia eorum fidem non præfinitierat efficaciter: plane inveniens; Deum ab æterno præfinitisse efficaciter fidem eorum, quibus in tempore tribuit auxilium congruum ad suscipiendam fidem. Ut enim optime expendit hunc locum Eximius Doctor in opusculis lib. 3. de auxilijs cap. 17. n. 12. *Non loqui potest Augustinus in hoc loco de donatione fidei in re, seu in executione; quia oportuisset prius datum esse unde crederent, loquitur ergo de donatione in intentione, seu prædestinatione; ut statim idem Augustinus manifeste declarat. Docet igitur Augustinus, auxilium accommodatum inde homo credit inde provenire, quia Deus intentiones & præfinitione sua iam illi homini donavit fidem: cui autem tale auxilium Deus non providet, signum est non illum elegerisse ad fidem.*

188 Colligitur etiam ex eodem Augustin. in lib. de corrept. & grat. cap. 14. ubi inquit: *Non est itaque dubitandum, voluntati Dei, qui in cælo, & in terra omnia quæcumque voluit fecit, humanas voluntates non posse resistere quominus faciat ipse quod vult, quando quidem etiam de ipsis hominum voluntatibus quod vult facit.* Ergo Augustinus agnoscit voluntatem Dei erga nostros actus liberos, cui resistere non possumus; ergo agnoscit voluntatem præfinitivam actum liberorum ex se connexam cum ipso-

eam existentia; huius enim soli resistere non possumus. Quod paulo superius satis expresse- rat initio illius capituli, dicens: *Cui Volenti saluum facere nullum hominum resistit arbitrium: sic enim velle vel nolle involentis, aut nolentis est potestate, ut divinam voluntatem non impediatur, neque superet potestatem.*

SECTIO VI.

Quomodo præfinitio simplex concordanda sit cum libertate nostra.

189. **R**ESTAT explicandum quo pacto præfinitio hæc possit coherere cum libertate, seu quo pacto possimus illam impedire. Nam ad libertatem requiritur quod auxilium indifferens, cum quo homo ponit actum liberum præfinitum, executioni maderetur per decretum indifferens, ut constat ex asser. 5. n. 184. vnde si datur insuper præfinito, vel illa erit etiam immediate executiva auxiliij; & concomitantem existet cum decreto indifferenti executivo: vel existet præpriori ad tale decretum, illudque inducet tanquam actus imperans imperatum; quia ut constat ex num. 185. nequit præfinitio illa se habere propostiori ad decretum indifferens executivum auxiliij. Neutrum autem videtur admitti posse. Imprimis enim præfinitio consensus nequit se habere concomitantem cum decreto indifferenti executivo auxiliij; ut videtur evincere ratio adducta disp. 14. sect. 2. n. 9. Deinde nequit inducere per modum imperij decretum illud indifferens, ad illudque comparari tanquam actus imperans cum imperato. nam ut probavi tom. 1. disp. 32. libertas est essentialis divinis decretis: ita ut in Deo nequeat reperiri decretum per accidens imperatum: Ad hoc autem ut voluntas possit impedire præfinitionem inducentem instar imperij decretum executivum auxiliij, requiritur, ut illud decretum possit existere sine omni imperio, ut late ostendi disput. 14. huius tom. Siquidem ad libertatem requiritur, quod voluntas nostra possit impedire præfinitionem divinam: ergo voluntas poterit facere, ut decretum executivum auxiliij existens vi præfinitionis, existat sine imperio consistente in præfinitione: & cum aliunde nequeat determinare Deum ad habendum loco præfinitionis aliud decretum imperans decretum executivum auxiliij; poterit facere ut actus divinus essentialiter effectus maneat sine omni imperio.

Fateor me non posse defendere præfinitionem simplicem incomplexam retinendo illa principia stabilita tom. 1. disp. 32. vbi ostē-

di, actum divinum semel imperatum, non posse existere sine omni imperio; sed esse essentialiter imperatum. Nunc tamen, ut possim defendere huiusmodi præfinitionem, vixit magis conformem doctrine S. Augustini, & S. Thomæ, & magis communem in Schola Societatis; libenter illa principia temperabo; & quantum fuerit opus, corrigam.

190. Dico ergo, decretum executivum auxiliij essentialiter esse immediate liberum Deo; quia essentialiter ipsi est oriri à divina voluntate quatenus divina voluntas est; divina autem voluntas quatenus talis, est per se ipsam proxime & immediate indifferens ad conferendum, vel non conferendum auxilium indifferens homini à se producto: ergo essentialiter est illi decreto oriri à divina voluntate, ut proxime indifferenti ad ipsum habendum, vel non habendum. Quod est, illud decretum esse essentialiter immediate liberum. Assero tamen nunc, cum hoc componi, quod decretum illud existat vi imperij efficacis antecedentis; quia stat denominari liberum immediate, & mediate; immediate ab indifferentia proxima, quam habet divina voluntas ex se essentialiter ad concipiendum immediate decretum executivum auxiliij: mediate, ab imperio efficaci. Sicut enim Pater Aternus producit Spiritum Sanctum mediante Filio, & simul producit immediate per se ipsum; siquidem Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, tanquam ab vno principio. Ita divina voluntas virtualiter producit decretum executivum auxiliij mediate præfinitione tanquam imperio, & immediate per se ipsam, & sicut causa prima producit effectus mediate causa secunda, & simul immediate per se ipsam: ita in nostro casu, &c.

191. Et quemadmodum licet effectus creatus possit produci à Deo, quin producat mediante causa secunda; non tamen potest produci mediante causa secunda, quin immediate quoque oriatur à Deo: ita decretum executivum auxiliij potest virtualiter produci à Deo, quin producat mediante imperio; nequit tamen produci mediante imperio, quin pariter producat mediante immediate. Vnde libertas immediata est essentialis decreto illi executivo auxiliij; libertas vero mediata est accidentalis; quia non potest existere sine libertate immediata; potest tamen sine mediata. Vnde non est essentialiter ipsi habere utramque simul, ac proinde dum voluntas creata potest impedire præfinitionem, solum potest impedire libertatem mediatam decreti executivi, non tamen immediatam; solum potest impedire libertatem accidentalem, vel quasi accidentalem tali decreto, non tamen essentialem: solum denique potest facere, ne habeat utramque simul;

mul; minime vero, ne habeat alteram; nimirum immediatam ipsi essentialem.

192 Dicimus ergo, imperium effitax in Deo non tollere libertatem immediatam actui imperato; sed supra immediatam addere mediatam illi, ut sic sit duplici titulo liber actus imperatus. Argumenta autem, quæ confecimus tom. 1. disp. XI. ad probandum libertatem esse essentialem divinis decretis, recte quidem probant, decretum illud, ad quod habendum, vel non habendum Deus ex se est proxime potens, nunquam posse existere: siæ immediata libertate; hinc vero neutriquam infertur, quod nequeat existere vi imperij efficacis antecedentis: hoc enim sicut non aufert proximam indifferentiam, quam ex se habet divina voluntas ad ponendum, vel non ponendum illud decretum executivum; ita non tollit, quod ab illa denominetur immediate liberum tale decretum. Unde istud & erit immediate liberum propter indifferentiam proximam, quam habet ex se divina voluntas ad illud ponendum, vel non ponendum; & erit mediatè liberum propter imperium effitax, à quo oritur.

193 Et quidem ut defendamus hæc præfinitiones simplices stabilitas ab Eximio Doctore Suarez cum Augustino, & Thoma; integrum nobis est recurrere ad solutionem datam; quandoquidem ipse Eximius Doctor lib. 12. de grat. cap. 11. num. 8. & 11. expresse docet, actum imperantem non tollere libertatem actui interno voluntatis imperato, si quidem ubi voluntas supponitur proxime indifferens ad amandum & non amandum, actus amoris elicitus ab illa in eo instanti, semper evadit immediate liber, quamvis ponatur mediante imperio efficaci: quia imperium illud sicut non tollit indifferentiam proximam ad amandum & non amandum; ita non tollit quominus ab illa, denominetur amor immediate liber; quamvis aliunde etiam denominetur liber ab imperio; ac proinde habet duplicem libertatem simul, nimirum mediatam, & immediatam: maiusque est meritum in actu imperante & imperato simul, quam in solo imperante; quamvis enim dicamus actionem externam non augere meritum actus interni ipsam inducentis; tamen actus amoris Dei auget meritum imperij efficacis ipsum inducentis, ut docet, ibi Eximius Doctor, numero 7.

194 Ex dictis infero, actum primum proximum voluntatis creatæ constitui per auxilium, ut libere collatum à Deo, & per voluntatem oblativam concursus, ut liberam; quin constituatur per præfinitionem consensus: quia quamvis decretum executivum, &

collativum auxilij, & decretum oblativum concursus, hic & nunc oriatur à præfinitione consensus; & ab illa denominentur libera; habent tamen aliam libertatem, quæ præfinitur à præfinitione, nempe libertatem immediatam sibi essentialem; & hæc libertas intelligitur in signo indifferentiæ voluntatis creatæ, in quo per gratiam sibi collatam libere à Deo, constituitur proxime potens operari, & non operari. Ex eo autem quod exercitium libertatis divini intelligitur in signo proxime indifferentiæ voluntatis creatæ; & illud exercitium libertatis divini oriatur hic & nunc à præfinitione, non sequitur præfinitionem intelligi in signo indifferentiæ voluntatis creatæ; & ratio est, quia præter libertatem præfinitionis, quæ est accidentaliter illi exercitio, habet illud aliam libertatem; nempe libertatem immediatam sibi essentialem.

195 Ut autem defendamus præfinitionem simplicem ex se connexam cum consensu, non est necesse admittere intentionem efficacem immediate terminatam ad consensum in se ipso: (nam in hac specialissimè sunt difficultates expensæ section. 3.) sed sufficit admittere præfinitionem virtualem immediate amantem auxilium congruum ex motivo efficaci; quod motivum supponatur amatum per complacentiam speculativam: neque enim est necesse, ut motivum amandi amore pratico efficaci terminet amorem illum efficacem, ut ostendi disputation. XI. section. V. numero 43. & 44. Unde volitio illa, quæ Deus efficaciter vult existentiam auxilij, eo quod per scientiam mediam videt esse congruum ad existentiam consensus liberi, in qua specialiter complacet, est essentialiter connexam cum existentia consensus, non propter id, quod infert, sed propter id, quod supponit, & quamvis Deus per illud decretum ita conferat auxilium, ut non esset collaturus, si videret inefficax; inde non probatur, hoc decretum supponere essentialiter intentionem efficacem amantem immediate consensum in seipso; quamvis enim dicamus, illam intentionem formalem repugnare, ut videntur probare argumenta facta sect. 3. adhuc possumus dicere, Deum specialiter complacentem in eo quod Petrus libere sit operaturus, si conferatur ei auxilium, ab hac complacentia impelli, ut amet auxilium congruum eo affectu, ut non esset collaturus si videret incongruum; tunc enim non moveretur ad conferendum ex complacentia speciali erga consensum, sed ex complacentia erga sufficientiam auxilij, daret enim auxilium, non quia congruum; siquidem ea tunc congruitas non apparet; neque quia incongruum, quia hoc repugnat divini bonitatis sed

quia sufficiens ad rectam operationem.

196 Et quamvis admitteremus, possibilem esse intentionem efficacem, consensus liberi immediate terminatam ad ipsum, non est necesse, ut hæc intentio præcedat ante decretum amans auxilium, quia efficax. Satis enim est, quod præcedat complacentia specialis erga operationem liberam, quæ repræsentatur futura sub auxilio *A*, ut Deus ab hac complacentia speciali moveatur ad conferendum auxilium per affectum essentialiter supponentem eiusmodi scientiam, ut enim Deus ordinet auxilium ad consecutionem rectæ operationis per affectum supponentem, finem esse obtinendum per illud medium; non requiritur, quod affectus ipse faciat ut finis existat, sed sufficit, quod faciat ut existat medium, illudque ordinet ad finem, quem videt obtinendum. Sic enim affectus ille applicat duntaxat omnipotentiam ad ponendum medium; non autem ad ponendum finem. Et ratio est, quia finem supponit ponendum ex vi decreti indifferenter preparantis concursum; medium autem non supponit. Unde connexio cum medio est practica propter id, quod infert: cum fine vero est speculativa, propter id quod supponit.

197 Pro maiori intelligentia nota, Deum complacere quidem necessario in recta operatione repræsentata ut possibili sub auxilio *A* per scientiam simplicis intelligentiæ, hæc tamen complacentia antecedit scientiam mediam, & deservit ut Deus in omni evento possit ordinare auxilium ad rectam operationem tanquam ad finem ipsius auxilij, etiam quando per scientiam mediam videt fore inefficax; & ad amandum auxilium, quia sufficiens: non tamen sufficit, ut possit amare auxilium, quia efficax. Ad hoc ergo requiritur specialis alia complacentia, supponens scientiam mediam de futura recta operatione sub auxilio *A*. Deus namque videns Petrum recte operaturum sub auxilio *A*, complacet specialiter in recta operatione futura. Et hæc complacentia ipsum impellit ut propter rectam operationem imperet decretum indifferens executivum auxilij & offerat concursum indifferenter, quia utrumque decretum est medium necessarium ut existat libera operatio, & utrumque attingebatur à scientia media ex parte hypothetis, & utrumque supponitur per se ex parte actus primi proprii ad operationem liberam.

SECTIO VII.

Quomodo possint tolli difficultates contra præfinitionem simplicem formalem, profita sect. 3.

198 **V**idimus sect. 3. huius disputationis numer. 130. in sententiâ communi Doctorum Societatis Dei parare concursum suum causis liberis per decretum entitative indifferens, quod supponat collata omnia principia, quæ ex parte voluntatis sunt necessaria ad hoc ut sit potens proxime producere actum. Quare iuxta illa principia prius est Deum conferre voluntati auxilium sufficiens ad eliciendum amorem supernaturalem, & negare illi auxilium prædeterminans & necessitans ad amandum, quam Deum offerre concursum per decretum indifferens. Deinde decretum illud indifferens superveniens ad omnia principia intrinsicè homini & prærequisita ex parte illius ad eliciendum amorem, iuxta sententiam communem debet amare ipsum concursum externum omnipotentis in actum bonum; & nequit esse proprie conditionatum, nimirum voluntas concurrendi sub conditione quod voluntas creata concurrat ad illum actum; tum quia, cum sit necessarium quod Deus concurrat sub conditione quod voluntas concurrat; nequit hoc amari per decretum liberum, sicut per decretum liberum nequit Deus velle, ut existat terminus sub conditione quod existat actio, & quod Petrus moveatur sub conditione quod currat. Tum quia cum illa volitione conditionata potest componi efficax volitio concurrendi, quæ impossibilis est cum eo quod omnipotentia sit præparata. Tum quia quoties Deus vult aliquod sub aliqua conditione, conditio distinguitur à conditionato: actio autem creature non distinguitur realiter ab actione creatoris: alioqui daretur aliqua realitas creata, ad quam Deus immediatè non concurreret, videlicet actio causæ secundæ. Ergo decretum illud nequit esse proprie conditionatum, sed proprie debet esse absolutum, ut ostendi tomò 1. disputation. XI. section. 3. nimirum decretum, quo Deus quantum est ex se vult ut existat actio honesta creature; & per quod idcirco manet paratus concurrere pro nutu voluntatis ad illam actionem; quod decretum appellatur à Patre Suarez quasi conditionatum, quia in ordine ad non determinandam voluntatem perinde se habet, ac si foret formaliter, & proprie conditionatum.

192 Vidimus in super ea sect. 3. cum hoc decreto non recte componi aliud decretum omnino absolutum & efficax, quo Deus efficaciter velit ut existat actio creaturæ; tū enim idē realiter sit, existere actionē creaturæ, & illā dependere immediate à Deo ut concurrente in ipsam, idem est Deum efficaciter velle, ut existat actio creaturæ, & velle ut existat concursus divinus in illam actionem; & consequenter idem est, ac velle concurrere. Ergo per illud decretum omnino absolutum manet omnipotentia applicata, & determinata ad concurrēdū in illam actionem: ergo nequit pro posteriori supervenire aliud decretū, quo Deus solū quasi conditionate velit concurrere, sub conditione quod voluntas concurret.

193 Hæc & aliæ difficultates ponderatæ sect. 3. cessabunt, si dicamus obiectum immediate amatum à decreto præparante concursum indifferentem, non esse ipsam actionem creaturæ, seu concursum externum omnipotentię identificatum cum illa actione; sed esse productionem auxilij indifferentis, & negationem auxilij prædeterminantis: ita ut Deum præparare suam omnipotentiam ad concurrēdum cum voluntate in actionem honestam liberam amandi, idem sit, ac habere decretum conferendū voluntati auxilium sufficiens ad eliciendam illam actionem, & negandi auxilium prædeterminans ad illam actionem: Et Deum parare suum concursum ad actum malum idem sit, ac Deum concedere voluntati cognitionem sufficientem ad eliciendum talem actum; & velle efficaciter, ut careat omni impedimento antecedenti illius, actus ponibili à Deo. Unde cum prædeterminatio actus boni sit impedimentum antecedens ad actum malum; Deum parare concursum ad actum malum involvit decretum non prædeterminandi ad actum honestum oppositum, vel etiam ad actum indifferentem incompatibilem cum illo actu turpi. Ratio à priori videtur esse, quia cum omnipotentia sit per se ipsam intime præsens, & applicata omni causæ creatæ, summeque proportionata ad concurrēdum cum ipsa; & sit ex se summa necessitas ut nihil possit operari vlla causa creata sine eius concursu; non videtur fieri posse, ut Deus velit voluntatem nostram habere omnia conprincipia intrinseca, quæ ex parte sua sunt necessaria ad eliciendam actionem honestam cum pleno dominio illius, seu cum potestate ad exercitium oppositum; quin hoc ipso sit paratus concurrere cum voluntate ad utrumque extremum libertatis pro arbitrio ipsius voluntatis, nam velle ut voluntas habeat cognitionem indifferentem ad amorem, & odium, & omnia conprincipia necessaria

ad utrumque; & nolle efficaciter illam determinare ad vllum ex extremis contradictionis, quando utrumque est prædeterminabile à Deo, vel ad alterum duntaxat, v. g. amorem, quando alterum, v. g. odium non est prædeterminabile à Deo; est velle, ut voluntas habeat plenam potestatem, se terminandi ad amorem, vel odium: ergo hoc est applicate formaliter omnipotentiam ad concurrēdum pro utroque voluntatis in amorem vel odium.

194 Confirmari possunt hæc ex ijs, quæ dixi de visione a. n. 1680. d. 6. sect. 7. ubi probavi repugnare substantiam, cui connaturalē sit videre Deum; quia huiusmodi substantia necessario videret Deum, quia foret de se non minus proportionata ad videndum Deum, quā ignis ad comburendum stuppam sibi applicatam: nam cum Deus sit per se ipsum summe intelligibilis, & sit intime præses omni intellectui, sane hoc ipso quod aliquis intellectus creatus esset per sua naturalia proportionatus ad videndum Deum, ipsum necessario videret; quia à potentia proportionata & ab obiecto debite applicato necessario paritur notitia: Imò tanquam probabile intuli, Deum nō posse negare concursum illi substantię ad videndum Deum, sic enim aiebam: *Nam cum substantia illa sit per se ipsam ordinata ad videndum Deum, & ad id proportionata; & Deus sit per se ipsum actu intelligibilis, ipsum decretum producendi illam substantiam, foret decretum concurrēdi cum ipsa ad visionem; quia videtur implicare, quod Deus velit existere causam necessariam de se determinatam ad aliquem effectum; & taceret omni impedimento intrinseco ad agendum, atque esse debite approximata; & quod nihilominus nolit cum ipsa cooperari; nam Deum velle, ut existat, & sit approximata, & careat omni impedimento ad agendum, est Deum velle, ut operetur: ergo est Deum velle concurrere cum illa ad operandū; cum enim implicet contradictionem, causam secundam agere; quin Deus immediate concurrat cum illa, & idem sit impræscindibiliter causam secundam agere, ac Deum cum illa concurrere; implicat Deum velle, ut causa secunda agat, quin velit cum illa coagere. Neque enim aliam libertatem exerceret Deus in amando suum concursum externum ad actionem creaturæ præter illam, quam exercet in volendo ut existat actio creaturæ. Deus enim non parat concursum ad concurrēdum cum igne, v. g. per decretum liberum formaliter conditionatum, qui sic tendat: *Volo concurrere cum igne sub conditione quod ignis agat*: nam si ita statueret, posset habere decretum oppositum, nempe istud: *Quævis ignis agat, nolo concurrere cum ipso*; quod tamen est*

impossibile. Et sanè eùm necessarium sit Deum concurrere cum igne, si ignis agat; nequit id esse materia decreti liberi: siquidem Deus nequit velle libere id, ad quod ex se est necessitatus: ex se autem est necessitatus ad agendum cum igne, si ignis agat. Ergo Deus solum parat concursum ad concurrendum cum igne per decretum, quo sic statuat: *Volo vt ignis calefaciat*. Probo consequentiam, quia si non parat concursum suum ad concurrendum cum igne ad calefactionem per decretum formaliter conditionatum: ergo parat per decretum formaliter absolutum: ergo absolute vult, vt existat concursus omnipotentiae in actionem calefaciendi. At existere illam actionem, est formaliter ignem calefacere: ergo parat concursum per decretum, quo vult, vt ignis calefaciat. At implicat Deum velle, ignem esse applicatum materiae combustibili, & hanc tunc impedimento intrinseco, vt ab igne comburatur, quin velit vt ignis comburatur.

195 Quare non videtur aliter Deum posse impedire actionem ignis, quam vel auerendo ignem, vel illum privando calore, vel avertendo materiam combustibilem, vel huic imprimendo aliquam qualitatem impedièntem introductionem caloris. Nec est argumentum convincens non ita contingisse in igne Babylonico. Quamvis enim Sap. 16. v. 23. dicatur: *Quod ignis virtutis suae oblivis est*, hoc non significat, tunc à comburendo abstinuisse per meram suspensionem concursus, vt vult communis sententia, sine aliquo impedimento immisso à Deo. Imò textus ipse Danielis 3. v. 49. videtur insinuare, ibi appositum esse impedimentum, dum ait: *Angelus Domini descendit cum Azaria, & socijs eius in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum rovis stantem, & non tegerit eos omnino ignis*. Ergo vel Deus impressit pueris qualitatem impedièntem introductionem caloris, vel interposuit auram aliquam frigidam inter ipsos, & ignem; vel privavit calore eam partem caloris, quae pueros circumdabat.

196 Præterea confirmatur hic discordandi modus; quia cum auxilium sufficiens ordinatur ad rectam operationem, tanquam ad finem; Deum velle, vt homo habeat auxilium sufficiens ad recte operandum, est Deum velle quantum est ex se, vt homo recte operetur; alioqui quando transgreditur præceptum, non ageret contra Dei voluntatem, neque resisteret Spiritui Sancto, quod tamen esse falsum, constat disputat. 8. section. 3. à numero 14. vsque ad 24. At Deum velle vt homo recte operetur, est Deum velle concurrere cum ipso ad rectam operationem; ergo implicat Deum

velle vt homo habeat auxilium sufficiens ad recte operandum, & careat omni impedimento intrinseco ad bene operandum, quin velit concurrere cum ipso ad rectam operationem. Confirmatur: nam iuxta sententiam communem ideo Deus nequit infundere homini habitum vitiosum; quia cum hic inclinatur ad pravam operationem, Deus illum infundens, necessario deberet intendere ipsam pravam operationem. Nec potest solum intendere inclinationem in actu primo ad prave operandum; sic enim posset infundere habitum vitiosum, intendendo, vt homo illi resisteret. Ergo nequit Deus infundere homini auxilium suapte natura inclinans ad recte operandum, quin quantum est ex se intendat vt homo recte operetur: At hominem recte operari, est Deum actu concurrere cum homine ad recte operandum; ergo nequit Deus infundere homini auxilium inclinans ad recte operandum, quin quantum est ex se velit concurrere cum homine ad rectam operationem. Ergo Deus parat concursum causis liberis ad operandum libere honeste per decretum conferendi illis communi principia intrinseca necessaria ad operandum honeste, quae in operando sunt subordinata arbitrio ipsarum; ergo Deum velle vt voluntas habeat cognitionem sufficientem ad amandum, & nolendum amare, vel ad amandum, & odio habendum, & carere impedimento intrinseco ad utrumque exercitium, est Deum esse paratum concurrere cum voluntate ad amandum, & nolendum amare, vel odio habendum divisivè.

197 Neque obijcias, per eiusmodi decretum Deum non parare concursum ad aliquod individuum amoris determinate, v.g. *A*, neque ad aliquod individuum odij determinate: sed tantum ad aliquod vage; quia auxilium *A* potest deservire ad quodlibet individuum amoris: ac proinde vt Deus determinet quoad individuum, necessarium esse decretum superadditum, quo velit concurrere ad individuum amoris *A* v.g. determinate. Non, inquam, obijcias; quia potest resp. primo, sub omnibus his circumstantijs loci & temporis, ac reliquis alijs, intra speciem amoris solum esse possibilem hanc individuum actionem amandi illud obiectum, & illi correspondente aliam individuum actionem odij, vel nolitiois amoris. Potest resp. secundo, Deum conferre auxilium per actionem habentem respectum ad amorem *A* potiusquam ad *B*: vnde voluntas conferendi auxilium per illam actionem, erit voluntas parandi concursum ad actionem *A* potiusquam *B*, vel aliqua alia possibile intra speciem amoris circa illud obiectum. Potest resp. tertio, Deum per decretum conferendi auxilium ad amandum, paratum esse concurrere ad ali-

aliquid individuum amoris vage, illud nimirum quod ipse non excluderit. Vnde per hoc præcise quod per aliud decretum excludat efficaciter ab existendo omnia individua amoris, hic & nunc possibilis, præter individuum *Amoris*, intelligitur paratus concursus ad individuum *Amoris*, & negatus ad reliqua omnia individua.

198 Et hucusque dicta vrgent in concursu, quem Deus præbet ad actum peccati: hunc enim concursum Deus non amat, nec efficaciter, neque ineffaciter, neque vage, neque determinatè, vt late ostendi t. i. disp. XI. sect. 2. à n. 11. cum enim concursus Dei in actione peccaminosam non distinguatur ab ipsa actione peccaminosa, Deum velle, vt existat concursus omnipotentis in illam actionem, idem foret, ac Deum velle, vt existat actio peccaminosa. Deus autem neque efficaciter, neque ineffaciter, neque determinate, neque vage potest velle actione peccaminosam. Quare concursum externum omnipotentis in actione peccaminosam potius quam in actionem honestam, non amat Deus, sed permittit voluntati, quatenus vult vt voluntas habeat cognitionem sufficientem ad peccandum, & careat omni impedimento ad actionem peccaminosam, illam autem cognitionem & carentiam impedimenti non vult Deus, ad hoc vt existat actio peccaminosa, sed vt maiori cum laude ponatur actio honesta, opposita; & de homine verificetur illud scripturæ: *Quia potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala, & non fecit*, vt enim inquit Bernardus tr. de grat. & lib. arb. propè medium: *Soli inter animantia datum est homini posse peccare ob prerogatiuam liberi arbitrii: datum est autem, non vt proinde peccaret, sed vt gloriosior appareret, si non peccaret, cum peccare posset. Vnde quod actu peccet, non fuit culpa dantis, sed abutentis, qui ipsam videlicet facultatem conuertit in usum peccandi, quam acceperat ad gloriam non peccandi.*

199 Præterea, quamvis decretum collativum auxilij sufficientis ad amandum, & ablativum omnis impedimenti antecedentis amoris, non amaret mediate existentiam amoris, sed sisteret in ipso actu primo; adhuc maneret omnipotentia indifferenter applicata, vt voluntas creata pro libero suo posset ponere vel suspendere amorem. Cum enim omnipotentia sit intime præsens voluntati, & sit summa necessitas, vt nihil agat voluntas, sine concursu immediato ipsius; sane Deum velle, vt voluntas habeat auxilium, seu principium intrinsecum sufficientis ad amorem; & nolle ipsam prædeterminare ad amorem; neque ad aliud exercitium impossibile cum amore;

foret idem ac velle, vt voluntas sit proxime expedita ad eliciendum, vel non eliciendum amorem. nam hoc ipso daret voluntati potestatem dominativam supra amorem, & illi per se ipsam assisteret, vt illa potestate vti posset.

200 Admissa autem hæc doctrinæ minor datur difficultas in præfinitione formalis amante efficaciter, seu efficaciter intendente, & desiderante vt voluntas creata liberè se determinet ad eliciendum amorem, & liberè determinet omnipotentiam, vt concurrat in illam actionem. Hæc enim præfinitio non indubiter post se aliud decretum, quo Deus vellet quasi conditionate concurrere cum voluntate, si voluntas concurrat, ad amorem; sed solum induceret decretum purificativum conditionis, nimirum decretum solum immediate amans existentiam auxilij sufficientis ad eliciendum amorem, & carentiam auxilij prædeterminantis ad amorem, vel ad exercitium impossibile cum amore; neque ipsa esset applicatio omnipotentis formalis, sed esset principium remotum illius; quia esset principium decreti indifferentis conferentis auxilium sufficientis ad amorem, & negantis auxilium prædeterminans ad amorem; & ad aliud exercitium impossibile cum amore: applicatio autem formalis omnipotentis constituens tunc actum primum proximum, consisteret in collatione passiva auxilij sufficientis, & negatione auxilij prædeterminantis; per se supponentibus decretum indifferens, vt principium immediatum sui: applicatio autem activa consisteret in decreto illo indifferenti. Illa autem intentio esset principium pure remotum; ex quo oriretur potentia proxima ad vtrumque, vt enim docet Div. Thomas 1. par. question. 22. articul. 4. *Quia Deus voluit, vt aliqui effectus evenirent contingenter, quibusdam effectibus aptavit causas contingentes, vt evenirent contingenter secundum conditionem causarum proximarum.* Quare illa intentio solum haberet efficaciam determinandi ad existentiam potentis proxime, per cuius collationem passivam voluntas constitueretur proxime indifferens ad vtrumque, & consequenter omnipotentia intelligeretur formaliter applicata; posita vero illa potentia proxima, non haberet ulteriorem activitatem; eiusque efficacitas in intendendo, & desiderando determinationem liberam voluntatis create, non est explicanda per vim determinandi ad operationem creaturæ, quia vult vt voluntas creata se determinet, & agat, quin determinetur ab alio; sed efficacitas consistit in hoc, quod eo affectu desiderat vt voluntas se determinet libere, vt si per auxilium *Amoris* non esset deter-

minada, cogeret Deum ad dandum aliud auxilium; quo libere praevideretur determinada: ut enim inquit Augustinus: *Cuius Deus miseretur, sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respuat.* Id est ille, cuius conversionem, fidem, vel perseverantiam Deus efficaciter intendit, sic eum vocat, quomodo, &c.

201 Dices, omnipotentiam applicari immediate ad producendum Angelum per decretum efficax creandi Angelum: ergo etiam applicabitur immediate ad concurrendum in amorem liberum creaturae per decretum efficaciter amans illum amorem. Resp. omnipotentiam per se ipsam esse proxime applicatam ad agendum ea, quae a solo Deo fiunt: omnipotentia enim ex se est potentia libera proxime expedita ad creandum, vel non creandum Angelum, idque habet necessarium ex se. Unde decretum efficax creandi non pertinet ad actum primum, neque constituit Deum proxime potentem creare; sed pertinet ad actum secundum creandi, denominatque Deum creatorem activum. Omnipotentia autem ex se non est proxime expedita ad concurrendum in actum liberum creaturae; sed in ratione proxime potentis influere in determinationem creaturae constituitur per id, per quod voluntas creata constituitur proxime potens se determinare. Unde prius natura est, Deum velle libere conferre voluntati creaturae auxilium sufficiens ad amorem, & negare auxilium praedeterminans ad eundem amorem, & ad omne exercitium impossibile cum amore, quam omnipotentiam esse formaliter applicatam ad concurrendum in amorem pro nutu voluntatis creaturae. Consule quae dixi tom. 1. disp. 27. sect. 4.

202 Dices secundo, ex hac doctrina sequi, voluntatem nostram operari libere, quin omnipotentia applicetur per decretum entitative indifferens, & inconnexum cum operatione; si enim voluntas creata constituitur proxime potens elicere libere amorem per collationem passivam auxilij indifferentis, & per negationem auxilij praedeterminantis ad amorem, & omnis medij necessitatis ad exercitium impossibile cum amore; sane quavis Deus per ipsam praefinitionem consensus immediate exequeretur auxilium sufficiens, & negaret praedeterminans, & removeret omnem formam impossibilem antecedenter cum amore; maneret voluntas creata proxime indifferens; nam applicatio passiva omnipotentiae, quae sola iuxta hanc doctrinam constituit actum primum, eadem est, sive causetur per decretum indifferens, sive per decretum connexum cum consensu. Respondeo negando sequelam. nam applicatio passiva omnipotentiae indifferens ad utrumque, postulat provenire imme-

diare ab applicatione activa indifferenti, id est a decreto non connexo cum consensu; quia ut late ostendimus disputat. 12. ad libertatem requiritur, quod auxilium congruum immediate mandetur executioni per decretum indifferens: unde si decretum executivum auxilij est applicatio activa omnipotentiae; debet talis applicatio non minus esse indifferens; quam applicatio passiva & formalis, a qua voluntas creata denominatur absolute potes elicere consensum liberum. Foretque contra communem sensum scriptorum Societatis dicere, quod omnipotentia applicetur ad concurrendum cum voluntate creata ad consensum liberum, per decretum impossibile cum consensu.

203 Sed replicabis: nam probabilis est sententia, quae docet auxilium congruum immediate mandari executioni per praefinitionem simplicem consensus, quin ibi interveniat decretum indifferens executivum auxilij: Ergo pariter erit probabile, quod quavis negetur voluntas entitative indifferens oblativa concursus supponens collatum auxilium: tamen applicetur omnipotentia ad consensum liberum per praefinitionem efficacem consensus absque ullo decreto indifferenti; quatenus praefinitio illa causat auxilium indifferens ad consensum; & negationem praedeterminationis consensus, & carentiam omnis principij necessitatis ad exercitium oppositum consensui. Si enim effectus iste praefinitionis, est formalis applicatio omnipotentiae ad concurrendum in consensum, vel dissensum; nulla est ratio, cur per praefinitionem efficacem unius extremi, non possit omnipotentia applicari ad utrumque, sicut nulla est repugnantia in eo, quod ex intentione efficaci consensus liberi oriatur potentia proxima ad dissensum.

204 Respondeo, modum illum loquendi, quod scilicet praefinitio efficax consensus, quae est nolitio efficax dissensus, sit applicatio omnipotentiae non solum ad consensum, sed etiam ad dissensum; esse contra communem apprehensionem, & contra communem modum loquendi Doctorum Societatis: nomine enim decreti applicantis omnipotentiam ad aliquem effectum, omnes concipimus decretum possibile cum illo effectum, & omnino necessarium ad eius existentiam: & concipimus, voluntatem creatam constitui proxime potentem elicere effectum per eiusmodi decretum; quia constituitur proxime, & absolute potens per omnipotentiam; ut sibi applicatam, & concipimus denominari applicatam a suo decreto libero. In re tamen ipsa, si senel

dicitur; præfinitionem illam solum applicare effective omnipotentiam, applicationem vero formalem fieri per effectum illius decreti, nepe per collationem auxilij sufficientis, & negationem auxilij prædeterminantis, ad consensum; ad quem datur auxilium illud indifferens; & per carentiam omnis principij necessitanteis ad exercitium oppositum consensus. Si semel, inquam, hoc admittatur, in re non est difficultas, quod per decretum connexum cum consensu; applicetur effective omnipotentia ad concurrendum in dissensum; quia non est absurdum, sed necessarium, quod ex præfinitione intendente efficaciter consensum, ut libere ponendum, oriatur potentia proxima ad dissentum, ut iuxta illam sententiam, proxima potentia ad dissensum est passiva & formalis applicatio omnipotentie ad concurrendum in dissensum: ergo iuxta illam sententiam per præfinitionem consensus essentialiter incompatibilem cum dissensu, applicatur effective omnipotentia ad concurrendum in dissensum.

Quod confirmatur: quia sicut in sententia Doctorum asserentium Deum conferre auxilium congruum vnice per præfinitionem consensus, & admittente decretum oblativum concursus entitative indifferens; illa præfinitio inducit pro posteriori decretum indifferens offerens concursum non solum ad consensum efficaciter volitum, sed etiam ad dissensum efficaciter nolitum. Ita in sententia affirmante auxilium congruum vnice mandari executioni per præfinitionem consensus, & insuper negante decretum oblativum concursus entitative indifferens; dici potest ac debet, illam præfinitionem effective applicare omnipotentiam non solum ad causandum consensum, sed etiam ut possit ex electione nostræ voluntatis concurrere ad dissensum; quia ex illa præfinitione oritur potentia proxima ad dissensum, in qua consistit passiva & formalis applicatio omnipotentie ad dissensum, iuxta illam sententiam. Absolute tamen, & sine addito diminvente, non potest admitti hæc propositio: *Præfinitio efficaciter volens consensum, & efficaciter nolens dissensum est sufficiens applicatio ad dissensum.* Quia applicatio absolute prolata significat applicationem formalem omnipotentie, quæ constituit actum primæ proximum ad dissensum, quæ applicatio debet esse coniungibilis cum dissensu, ad quem applicat omnipotentiam. Solum ergo potest admitti cum addito illo *purè effective.* Sic enim non est absurdum, quod per præfinitionem consensus, pure effective applicetur omnipotentia ad dissensum; quia non est absurdum, quod ex præfinitione

consensus oriatur principia creata, quæ constituent voluntatem creatam proxime potentem elicere dissentum. *206.* Absolute vero, utraque sententia est falsa; quatenus utraque negat auxilium congruum immediate mandari executioni per decretum indifferens, asserens vnice conferri per præfinitionem. Si tamen utraque dicat præfinitionem illam esse principium pure remouendi consensus, & non esse simpliciter necessariam ad illius existentiam, & esse impedibilem à nostra voluntate per positionem dissensus; utraque erit probabilis in re: illa vero, quæ affirmat omnipotentiam non applicari ad actum liberum per decretum indifferens, contraria est modo loquendi nostrorum Doctorum; quamvis bene explicata non minus in re opponitur prædeterminatoribus, quam sententia Recentiorum asserentium auxilium congruum vnice conferri per præfinitionem; quæ sententia nunquam à me asserunt extorqueri potuit. Si autem ulterius addatur, illam præfinitionem simplicem non solum vnice causare auxilium; sed insuper necessariam esse ad consensum; erit mihi non solum falsa, sed parum probabilis, nec dicam, improbabilis, ut constat ex dictis disp. XIII. sect. 4.

207. In veris autem principijs constanter tenendum est, omnipotentiam semper applicari per decretum entitative indifferens, ad concurrendum cum causis liberis, siue illud decretum subsequatur ad decretum conferendi, voluntati comprincipia intrinseca, & conditiones, quæ ex parte eius sunt necessariæ, ut illa operetur siue identificetur cum decreto conferendi illa comprincipia, & auferendi omnia impedimenta antecedentia ad quodlibet extremum libertatis. Si subsequatur, res est clara; quia tunc formaliter constituit actum primæ proximum; siquidem voluntas non est proxime expedita ad agendum id, quod sine Dei concursu agere non potest, quouique Deus sit paratus cum illa concurrere. Si autem identificetur cum decreto dandi comprincipia, & auferendi impedimenta ad omnia libertatis extrema; probatur, quia implicat voluntatem nostram esse proxime potentem elicere dissentum; quin Deus sit paratus concurrere cum illa ad dissensum; Deum autem esse paratum concurrere ad dissensum, involuit exercitium liberum diuinæ voluntatis; est enim paratus sic concurrere, qui vult. Hoc autem exercitium liberum diuinæ voluntatis, nequit esse præfinitio efficax consensus; quia hæc est nolitio efficax dissensus, implicat autem, Deum esse paratum ad concurrendum in dissensum per nolitionem efficacem dissensus. Ergo volitio illa; qua paratus est concurrere ad dissensum, debet esse indifferens, & coniungibilis cum dissensu.

208. *Parat* ergo Deus concursum voluntati nostrae ad consensum, & dissensum, quia hoc ipso quod voluit producere voluntatem ex se radicaliter liberam, & electivam; & ex se impotentem aliquid eligere; quin Deus simultaneè concurrat ad hanc electionem: & hoc ipso quod insuper velit, ut voluntas habeat cognitionem de se sufficientem ad amandum, vel nolendum amare; & efficaciter velit ut careat impedimento antecedenti tum ad amorem, tum ad nolitionem amoris, vult esse paratus concurrere tum ad amorem tum ad nolitionem amoris: quia cum ex se sit intime praesens & applicatus ex parte sua ad operandum; hoc ipso quod velit, ut voluntas creata habeat omnia principia intrinseca tum positiva, tum negativa, quae necessaria sunt ad eliciendam tum volitionem, tum nolitionem, hoc ipso est paratus concurrere cum illa, ad quodcumque libertatis extremum, ex vi voluntatis liberae, qua produxit voluntatem, & dedit illi omnia principia intrinseca necessaria tum ad volendum tum ad nolendum, non solum positiva, sed etiam negativa, & ideo insigno ipso indifferentiae, in quo voluntas intelligitur habere potestatem, acceptam à Deo, & sibi gratiose concessam tum ad amandum, tum ad nolendum amare, intelligitur voluntas divina executiva illorum principiorum; & ideo illa debet esse indifferens. Et cum in nostris principijs Deus compleatur libere volens per actionem ad extra; sane decretum oblativum concursus compleatur per actionem productivam cognitionis indifferentis, seu auxilij indifferentis, & per carentiam actionis producentis impedimentum cuiusvis ex extremis libertatis in actu secundo. Et sicut insigno indifferentiae non praescinditur ab eo quod auxilium sufficiens, & totus actus primus sit productus à Deo, non praescinditur à decreto executivo auxilij & preparativo concursus: & propterea illud decretum debet esse indifferens & coniungibile cum utroque conditionis extremo.

209. Iuxta haec principia facilius defendi potest praescriptio formalis nostri consensu liberi, quae sit decretum pure intentivum; eo quod essentialiter supponit, auxilium sufficiens; & caetera comprincipia constituentia actum primum esse ponenda per decretum indifferens, quod à scientia media attingitur ex parte hypothesis, & est praerequisita ad operandum; & consequenter supponit omnipotentiam applicandam per eiusmodi decretum indifferens: quia applicatio omnipotentiae in ijs principijs nequit fieri per decretum immediate terminatum ad ipsum actum liberum in seipso; sed per decretum immediate terminatum ad comprincipia. Unde quod illa praescriptio

immediate amet actionem; ut ponendam ea determinatione creaturae; non probat; quod per illam debet applicari omnipotentia ad actum liberum, sed potius probat oppositum; quia decretum applicativum omnipotentiae immediate & formaliter debet terminari ad comprincipia.

210. Dices, falsum omnino esse, quod omnipotentia applicetur ad concurrendum tum voluntate nostra ad amorem liberum per decretum dandi illi omnia principia intrinseca necessaria ad amandum, & nolendum amare, & per decretum non determinandi ad amorem, neque ad nolitionem amoris, & auferendi impedimenta omnia ad illa extrema; quia haec duo decreta in Deo recte cohaerent: volo ut voluntas creata habeat cognitionem sufficientem ad amandum, & nolendum amare; & insuper careat principio necessitante ad amorem, vel ad carentiam amoris, & careat omni impedimento ad illa extrema: & nihilominus efficaciter nolo, ut amet. Tunc autem non esset expedita ad amandum; quia implicat ut voluntas sit proxime expedita ad faciendum id, quod Deus per suam nolitionem efficacem excludit. Nam hoc ipso, quod Deus efficaciter nolit existere amorem, efficaciter vult ut omnipotentia non concurrat ad amorem: nequit autem voluntas creata esse expedita ad faciendum actum, ad quem Deus efficaciter vult non concurrere: ergo ut voluntas creata intelligatur expedita ad eliciendum amorem, debet excludi illa nolitio efficax: At haec non excluditur nisi per amorem: ergo volitio haec est necessaria ad hoc ut omnipotentia sit preparata ad amorem producendum. Responderetur, hoc argumento ad summum probari, omnipotentiam non applicari sufficienter ad concurrendum in amorem liberum per decretum dandi cognitionem indifferentem, & negandi principium determinans ad amorem, & etiam negandi principium determinans ad nolitionem amoris, sed insuper in hac applicatione involvitur exclusionem illius nolitionis efficacis, quia debet includi in actu primo proximo exclusio omnis impedimenti ad amandum: nolitio autem efficax divina amoris creati est impedimentum ad hoc ut voluntas creata amet. Hinc autem perperam inferitur, quod requiratur volitio divina amans immediate existentiam amoris ad hoc ut omnipotentia sit parata concurrere ad amorem. Nam nolitio efficax amoris potest excludi, vel per puram omissionem, vel per hoc quod Deus nolit habere illam nolitionem. Unde omnipotentia sufficienter manebit applicata ad concurrendum in amorem liberum nostrae voluntatis per collationem cognitionis indifferentis, & exclusionem princi-

cipij necessitantis, & omnis impedimenti antecedentis, quin interveniat affectus positivus immediatè terminatus ad existentiam amoris. Quod maximè vrget, quando amor est prohibitus, quia tunc repugnat omnis affectus divinus terminatus ad eius existentiam. Quare ad argumentum concessis reliquis, nego minorem subsumptam.

211. Respondeo secundo, hoc ipso quod Deus velit, voluntatem habere cognitionem & omnia principia intrinseca necessaria ad amandum, & nolendum amare, & nolit necessitare ipsam ad vllum ex his extremis; velle vt voluntas relinquatur in manu consilij sui, & quod electio huius extremi praeter illo maneat in sola ipsius potestate: ac proinde ex hac suppositione non posse efficaciter nolle vt voluntas amet, seu efficaciter velle, vt detur earentia amoris.

212. Ex dictis satis constat, quàm probabiliter dicatur, omnipotentiam praeparari ad concurrendum in nostros actus liberos, absque voluntate amante immediatè concursum externum in illos actus; & consequenter absque voluntate amante existentiam illorum actuum. Imò quando actus sunt mali, praeparari sine voluntate, vilo pacto amante neque mediatè, neque immediatè illos actus; nimirum per volitionem conferendi omnia principia ne-

cessaria ad eliciendum eos actus, & per exclusionem omnis impedimenti. Admissa autem hac doctrina, non est difficile defendere, Deum posse post scientiam mediam amare efficaciter nostram actum liberum per decretum pure intentivum, quod nimirum non applicat immediatè omnipotentiam, sed necessitatè Deum ad illam applicandam per decretum conferendi omnia principia intrinseca necessaria ad amandum, & nolendum amare, & non praedeterminandi ad extremum ex se praedeterminabile, & auferendi omne impedimentum antecedens ad extremum turpe.

213. Si Deus praeparare deberet omnipotentiam suam ad concurrendum in amorem liberum honestum per actum amantem concursum externum in illum amorem; non video, quo pacto possit componi cum libertate praefinitio efficax formalis amans immediatè illum amorem in se ipso: non enim mihi occurrit sufficiens solutio ad argumenta, quae contra illam praefinitionem confeci in hac disputatione, sect. 3. neque video, quomodo ex illa praefinitione amante efficaciter concursum externum omnipotentiae in amorem, oriri possit volitio amans quasi conditionatè concursum illum, nimirum sub conditione, quod voluntas creata concurrat.

DISPUTATIO XVI.

AN DEVS POSSIT PRAEFINIRE POENITENTIAM ANTE PRAEIVM AB- solutè peccatum.

OMNES Societatis Doctores supponunt non posse Deum efficaciter praefinire poenitentiam ante praevium conditionatè peccatum, seu ante scientiam mediam representantem peccatum futurum sub tali conditione: quia nequit intendere efficaciter finem quousque habeat medium infallibile ad eius consecutionem. Disputatio est, an ante scientiam visionis representantem existentiam peccati possit talem praefinitionem habere.

SECTIO PRIMA.

Eligitur sententia negans, & probatur multiplici ratione: & enervatur fundamentum sententiae contrariae.

2. **R**ESPONDEO Negativè cum P. Suarez, P. Vazquez, P. Arrubal, Lugo,

Alderete, & alijs, contra communem recentiorum Thomistarum, quam e nostris tuentur Granadus, Arriaga, Ripalda, & alij. Et conclusionem probò primò: qui ex intentione efficaci finis cogitur amare vnum medium potius, quàm aliud, cerè cogitur illud amare ob aliquam rationem in ipso repertam, & non in alio. Atqui Deus ex intentione efficaci poenitentiae cogitur amare auxilium inefficax ad observationem praeccepti potius quàm efficax. Ergo cogitur amare auxilium inefficax propter aliquam rationem in ipso repertam, quae non reperitur in vilo auxilio efficaci: hæc autem nequit esse alia, quàm ipsa inefficacia; nã in omnibus alijs auxilijs inefficax convenit cum efficaci: ergo cogitur amare auxilium inefficax propter ipsius inefficaciam: sed hæc consistit in eo, quod auxilium coniungendum sit cum peccato, & per ipsummet peccatum constituit.

Relinquitur ergo cogitur amare peccatum, seu amare auxilium propter coniunctionem cum peccato.

Secundo, qui eo affectu amat auxilium inefficax, ut non esset amaturus, si videret efficax, convincitur illud amare, quia inefficax, & ex se desiderare potius, ut sit inefficax, quam efficax: sicut à contrario, qui eo affectu amat auxilium efficax, ut non esset amaturus, si videret inefficax, convincitur illud amare, quia efficax, & ex se desiderare. Sed Atqui Deus, supposita intentione efficaci pœnitentiæ ante prævisum absolute peccatum, cogitur ita amare auxilium inefficax, ut non esset illud amaturus, si videret efficax, siquidem eligere est amare, & cogitur ita eligere, ut non esset electurus, si videret fore efficax, ut per se patet: ergo cogitur amare auxilium inefficax, quia inefficax, seu velle ex se, ut sit potius inefficax, quam efficax, quod proculdubio est amare peccatum: ergo, &c.

Tertio, implicat, ut Deus conferat homini auxilium suapte natura inclinans ad observandum præceptum, quin intendat, ut homo cum illo observet præceptum: quomodo enim potest sincerè, & serio laudare homini, ut observet præceptum, quin hoc ipsum amet? Aut quomodo potest applicare medium, ut vitetur peccatum, quin hoc ipsum exoptat? At si intenderet efficaciter pœnitentiæ ante prævisum absolute peccatum, hoc coningeret, quia ex illa intentione cogeretur conferre homini auxilium sufficiens ad observandum præceptum, & ad id inclinans: & tamen per voluntatē collativam auxilij ortam ex illa intentione non posset intendere, ut homo observet præceptum: quia ex intentione efficaci pœnitentiæ nequit oriri voluntas applicans medium, ut existat finis impossibilis cum possibilitate: qualis est voluntas applicans medium, ut existat observatio præcepti: hoc enim est contrariationem electionis, quæ ex conceptu suo debet tendere, ut existat finis intentus potius, quam alius oppositus: ergo, &c.

Quarto, implicat, ut ex intentione divina efficaci, alicuius finis oriatur electio medij ex se tendens ad frustrandam, vel impediendam intentionem: Primum patet: secundum suadetur, quia electio orta ab intentione eam supponit pro priori existentem: ut sui principium; implicat autem effectum ex se tendere ad impediendam existentiam sui principij. Tum sic: Sed electio auxilij sufficientis ex se tendens, ut homo cum illa observet præceptum, ex se tenderet ad frustrandam, vel impediendam intentionem efficacem pœnitentiæ: nam hominem observare præceptum, ex terminis ipsius est frustrare, vel impedire eam

intentionem; quia est illam observationem præcepti coniungere cum ea intentione, quod est formalissimè illam frustrare, vel cum ipsius carentia, quod est formalissimè illam impedire: ergo nequit ex intentione efficaci pœnitentiæ oriri electio auxilij sufficientis ex se tendens, ut homo observet præceptum. Ergo non stat Deum sic intendere pœnitentiæ, & tamen conferre homini auxilium, ut cum eo rectè operetur: ergo illicita, ad repugnans est Deo illa intentio; siquidem nequit esse licitus Deo actus ille, qui ex suo fine habet impedire, ne Deus conferendo auxilium sufficiens synccerè velit, ut homo tum illo rectè operetur.

Ultimo, qui intendit efficaciter aliquem finem, ut huius intentionis cogitur eligere medium efficax ad ipsum consequendum, eiusque efficaciam, & utilitatem amare; quia supposita intentione efficaci, nequit applicare vnum medium potius quam aliud, quin ad illud applicandum dirigatur per cognitionem representantem utilitatem in illo potius quam in alio; cognitio autem non dirigit potentiam ad applicandum vnum potius, quam aliud, propter utilitatem in ipso repertam, nisi quatenus dirigit voluntatem ad amandum vnum potius quam alterum ob illam speciale utilitatem; utilitas enim cognita non movet ad executionem medij, nisi quatenus movet ad eius amorem; quia cognitio non movet immediate ad exequendum, sed solum mediate, quatenus scilicet movet ad amandam executionem: ut patet à simili in bonitate finis, quæ cognita tenus movet ad eligenda media, quatenus movet ad sui amorem; bonum enim cognitum, ut tale, est obiectum voluntatis. Tum sic: ergo Deus intendens efficaciter pœnitentiæ ante prævisum absolute peccatum, ex hac intentione cogitur eligere medium efficax ad hunc finem, illiusque efficaciam, & utilitatem amare. Atqui medium efficax ad pœnitentiæ antecedenter præintentiæ est auxilium incongruum ad evitandum peccatum; siquidem auxilium congruum, & efficax ad hunc finem est prorsus inutile, & inefficax ad consecutionem pœnitentiæ, eiusque utilitas, & efficacia ad obrinendum finem pœnitentiæ, consistit in ipsa incongruitate, & in inefficacia ad vitandum peccatum, utpote cum illo impossibilis: ergo ex intentione pœnitentiæ cogitur Deus eligere auxilium incongruum ad vitandum peccatum, eiusque incongruitatem amare: at illa incongruitas constituitur per peccatum: ergo cogitur amare peccatum.

Dites ex eo quod Deus vi intentionis pœnitentiæ cogatur eligere auxilium incongruum, non sequi, quod cogatur amare illud quia incongruum: nam Deus potest vi ali-

alicuius decreti sibi necessitatē imponere permittendi peccatum: supposito hoc decreto, iam est necesse, vt amet auxilium incongruum, & tamen illud non amat quia incongruum: ergo, &c. Respondeo ex vi intentionis pœnitentiæ ita cogitur eligere auxilium incongruum, vt non esset electurus, si videret congruum: at ex vi illius decreti terminati ad decretū permissivum, non ita. Decretum permissivum est decretum, quo Deus statuit conferre auxilium. *A* v.g. quod prævidet inefficax, cæterum hoc decretum ex suo fine non petit, vt auxilium *A* sit inefficax, sed potius est talis naturæ, habetque talem tendendi modum circa rectam operationem, vt esset eodem modo collaturus auxilium *A*, si videret efficax, vnde decretum reflexum, quo Deus sibi necessitatē imponit habendi hoc decretum permissivum, talis etiā est naturæ; vt supponat Deum eodem modo collaturum auxilium illud, imò libentius, si videret fore congruum; cum enim Deus in collatione auxiliij sincere intendat rectā operationem, non desineret dare auxilium illud, ex eo quod videret esse congruum ad illum finem: nemo enim serio intendens finem potest desistere ab applicando medio, ex eo quod videat per illud finem infallibiliter obrinendum.

8 Confirmatur: quia ex intentione efficaci pœnitentię cogeretur Deus amare permissionem falsivam peccati, seu negationem auxiliij efficacijs, quatenus vtilem ad consecutionem finis pœnitentię præintendat: at talis permissio non esset utilis ad finem pœnitentię, nisi quatenus est utilis ad existentiam peccati, de quo agenda est pœnitentiā: ergo cogeretur amare permissionem vt vtilem ad existentiam peccati: ergo cogeretur amare peccatum: nam, vt inquit Divus Thomas 12. quæst. 8. art. 3. & quæst. 12. art. 4. & 1. contra gentes cap. 76. *Amor medijs, in quantum huiusmodi, seu quatenus conducentis ad aliquem finem, est amor talis finis.* Patet ergo manifestum esse discrimen ab vno casu ad alium: nam qui se ipsum necessitat ad conferendum auxilium incongruum per decretum postulans, vt auxilium nullo modo daretur, si videretur congruum, convincitur velle potius incongruitatem, quàm cōgruitatem. At qui se ipsum necessitat ad conferendum auxilium incongruum per decretum postulans, vel supponens, eodem modo, vel libentius fuisse conferendum, si videretur congruum, potius convincitur amare congruitatem.

9 Vnicum est fundamentum à ratione pro sententia contraria, cui P. Arriaga, & Ripalda maxime insistant. Qui intendit efficaciter aliquem finem, ex vi illius intentionis solum cogitur habere eas volitiones, quæ

necessariæ sunt, vt existat finis. Atqui vt existat finis pœnitentię, non est necessaria volitio amans existentiam peccati, sed sufficit volitio eam existentiam permittens: ergo ex intentione efficaci pœnitentię non cogitur Deus amare peccatum, sed duntaxat permittere. Respondeo tamen facile ex dictis. Quavis, vt existat pœnitentiā secundum se, vel per modum finis. intenti voluntate consequenti, scilicet, postquam prævisum est absolutè peccatum, sufficiat volitio divina permittens peccatum, vt tamen existat ex vi intentionis antecedentis eam prævisionem, hoc non sufficeret, iam vero intendens finem efficaciter, vi illius intentionis cogitur habere eas omnes volitiones, quæ necessariæ sunt, vt ex vi intentionis antecedentis ponatur finis.

SECTIO SECUNDA.

Ostenditur singulari ratione, Deum nõ posse se præfinire pœnitentiā ante prævisum absolutè peccatum.

10 **R**ATIONEM Aliam magni apud me ponderis sic instituo: si Deus posset efficaciter præfinire pœnitentiā ante prævisum absolutè peccatum; posset exequi auxilium sufficiens suapte natura destinatum ad rectam operationem, per volitionem essentialiter supponentem intentionem illam efficacem pœnitentię: at repugnat Deum exequi auxilium sufficiens per volitionem essentialiter supponentem intentionem illam efficacem pœnitentię: ergo Deus non potest efficaciter præfinire pœnitentiā ante prævisum absolutè peccatum. Consequentia est legitima. Præmissę seorsim nobis probandę sunt.

11 Et imprimis minor, quod scilicet Deus nequeat exequi auxilium sufficiens per volitionem essentialiter supponentem intentionem pœnitentię, sic suadeo: nam intentio efficax pœnitentię essentialiter connexa est cum peccato, & consequenter cum carentia operis præcepti, ad quod eliciendum datur auxilium sufficiens: implicat enim Deum efficaciter intendere pœnitentiā pro instanti *A*, & quod in illo instanti non detur peccatum, pro quo agitur pœnitentiā: supponimus enim, Deum præfinire efficaciter pœnitentiā eliciendam ob peccatum revera commissum. Quod si intentio efficax pœnitentię essentialiter connexa est cum peccato, eandem connexionem habere debet cum peccato volitio exequens auxilium sufficiens, si supponat essentialiter illam intentionem: nam si essentialiter supponit illam intentionem: ergo est inseparabi-

habilis ab illa intentione: ergo infallibiliter habet coexistere cum omni eo, cum quo talis intentio coexistat: ergo si illa intentio ex se habet infallibiliter coexistere cum peccato, etiam talis volitio hoc habebit, & consequenter essentialiter connexa erit cum existentia peccati. At repugnat Deum exequi auxilium sufficiens suapte natura destinatum ad rectam operationem, & observationem præcepti, per volitionem essentialiter connexam cum omissione talis operationis, seu cum transgressione præcepti, seu cum peccato: ergo repugnat Deum exequi auxilium sufficiens suapte natura destinatum ad observationem præcepti, rectamve operationem, per volitionem essentialiter supponentem intentionem efficacem pœnitentiæ.

12 Minor subsumpta, ad quam tota revocatur difficultas, suaderetur: nam volitio exequens auxilium sufficiens suapte natura destinatum ad rectam operationem (sicut reverè destinatur omne auxilium nobis à Deo collatum) & observationem præcepti, quantum est ex se intendit ut existat observatio præcepti, & oriatur ab illo auxilio à se causato: ergo intendit quantum est ex se ut recta operatio observans præceptum coexistat cum illo auxilio, & cum ipsamet volitione: omnis enim volitio de se tendens ut existat aliquis effectus, vult adimpleri, & consequenter vult ut cum ipsa coexistat effectus volitus. At implicat, ut volitio divina intendens coexistentiam sui cum observatione præcepti, habeat essentialem connexionem cum transgressione præcepti: nam si volitio illa haberet essentialem connexionem cum transgressione præcepti, & aliunde intenderet coexistentiam sui cum eius observatione, profecto intenderet quantum est ex se, ut daretur à parte rei chymæra: nam intenderet, ut coexistere cum vna parte contradictionis forma essentialiter connexa cum altera, seu intenderet, ut coexistere cum observatione præcepti forma ab intrinseco, & ratione sui incapax coexistere cum tali observatione: coexistere autem cum vna parte contradictionis formam essentialiter connexam cum existentia alterius, est dari à parte rei chymæram: ergo intenderet quantum est ex se, ut daretur à parte rei chymæra: ergo repugnat, Deum exequi auxilium sufficiens suapte natura destinatum ad observationem præcepti, per volitionem essentialiter connexam cum transgressione præcepti, quæ erat subsumpta, quam probandam assumpsimus. Habemus ergo iam, veram esse minorem nostri primi discursus, nempe Deum non posse exequi auxilium sufficiens per volitionem essentialiter supponentem intentionem efficacem pœnitentiæ.

13 Nunc probanda est maior, nempe quod si Deus posset efficaciter præfinire pœnitentiam ante prævisum absolute peccatum, posset exequi auxilium sufficiens per volitionem essentialiter supponentem eiusmodi intentionem. Eam sic suadeo: nam quicumque intendit efficaciter finem, ad cuius executionem debet adhibere medium, potest ab illa intentione intrinsece moveri ad exequendum medium: nam potest reflectere supra suam intentionem efficacem, & videns, eam non posse adimpleri, nisi ipse adhibeat medium necessarium, ex vi illius intentionis sic reflexè cognitæ cogitur ad exhibendum illud medium: ab illaque intentione potest intrinsece moveri ad volitionem executivam talis mediij, habendo hunc affectum: *Quia intendi efficaciter hunc finem, & video illum non posse à me obtineri, nisi adhibeam hoc medium, volo hoc medium adhibere.* Quid enim rationabilius quàm voluntatem sumere ab intentione sua efficaci motivum ad exequendum medium? Ergo Deus intendens efficaciter pœnitentiam Divi Petri, v.g. ante eius peccatum absolute prævisum, & videns illam pœnitentiam obtineri à se non posse, nisi prius conferat Divo Petro auxilium sufficiens ad rectè operandum (non stat enim Divum Petrum peccare, nisi habeat auxilium sufficiens ad vitandum peccatum) potest ab illa intentione moveri ad exequendum auxilium sufficiens; ita scilicet, ut volitio exequens eiusmodi auxilium moveatur intrinsece ab intentione pœnitentiæ, habeatque hunc tendendi modum: *Quia intendi efficaciter pœnitentiam Petri, volo ei conferre auxilium sufficiens, sine cuius collatione impossibile est à me obtineri finem intantum.* Etenim intentionem Dei non posse adimpleri, quia Deus adhibeat illud medium, est motivum honestissimum, ut propter ipsum exequatur tale medium. Tum sic: ut volitio divina exequens auxilium sufficiens, & respiciens ut motivum intrinsecum intentionem efficacem pœnitentiæ, supponit essentialiter intentionem pœnitentiæ, siquidem supponit essentialiter suum motivum, cum enim moveatur ab illa intentione, dirigitur à cognitione sua representante illam intentionem ut existentem: volitio autem directa à cognitione essentialiter vera, representante intentionem ut existentem, essentialiter supponit intentionem illam ut existentem: ergo si Deus posset intendere efficaciter pœnitentiam ante prævisum absolute peccatum, posset exequi auxilium sufficiens per volitionem essentialiter supponentem talem intentionem.

SECTIO TERTIA

Præcluduntur effugia aduersariorum.

13 **V**T Nostræ rationis efficacia magis elucescat, operæ pretium erit præcludere effugia, quibus vim eius aduersarij eludere conabūtur. Primo ergo respondere poterunt, Deum intendentem efficaciter poenitentiam ante prævisum absolute peccatum, posse quidem moveri ab illa intentione ad exequendum auxilium, non tamen debere moveri intrinsecè, ita nimirum vt volitio exequens auxilium sufficiens respiciat tantquam motivum intrinsecum illam intentionem, sed satis esse quod respiciat vt motivum extrinsecum, ad modum, quo quando ex intentione charitatis elicit quis actum misericordie, iste nõ movetur nisi extrinsecè à motivo charitatis, per accidentemque duntaxat supponit intentionem charitatis. Sed contra obijciunt: quia ego non contendo, Deum intendentem efficaciter poenitentiam ante prævisum absolute peccatum hoc ipso necessitatim manere vt conferat auxilium sufficiens per volitionem essentialiter supponentem illam intentionem, & respicientem ipsam tanquam motivum intrinsecum; sed solum contendo, Deum sic intendentem posse ab illa intentione intrinsecè moveri, & consequenter posse conferre auxilium sufficiens per volitionem essentialiter supponentem eiusmodi intentionem. Aliud autem est, Deum supposita illa intentione, posse ab illa intrinsecè moveri, aliud quod debeat nos primum duntaxat intendimus, quia id sufficit nobis: siquidem ex eo deducimus, admitti ab aduersarijs possibilem in Deo voluntatem serio amantem existentiam chymæra, quod est planè absurdum: illud autem ratio nostra evincit: nam qui intendit efficaciter finem, potest illam suam intentionem respicere vt motivum intrinsecum exequendi medium necessarium: potest enim habere affectum cum hoc modo tendendi: *Quia intendo efficaciter finem, volo exequi medium necessarium ad illius executionem.* Quod ex ipsius terminis videtur perspicuum: porro affectus eiusmodi intentionem respicit vt motivum intrinsecum, illamque per se, & non per accidens respicit.

15

Secundo respondebunt aduersarij, intentionem efficacem finis posse quidem in omni eventū intrinsecè movere ad volitionem exequentem media immediate influentia in finem: ac proinde intentionem efficacem poenitentiae posse movere Deum ad exequenda auxilia efficacia, quibus homini lapsò persuaderetur conversio: non tamen semper posse movere ad exequenda media, quæ solum remote

conducunt in consecutionem finis, & non influunt in finis consecutionem: adhuc mediate, sed præcisè se habent, vt conditio sine qua nõ: quo pacto cõparatur auxilium sufficiens collatum ad observandū præceptum respectu poenitentiae præintere (siquidè illud auxilium sufficiens eatenus est necessarium ad obtinendum finem poenitentiae, quatenus hic nequit existeret nisi præexistat peccatū: peccatū vero nequit poni, quin præcedat potètia peccandi, quæ involuit auxiliū sufficiens ad rectè operandum, quod auxiliū est conditio sine qua homo non peccaret: non tamen causat peccatum) Rationem reddent, quia vbi medium non influit in finis consecutionem, sed præcisè est conditio, sine qua non obtinetur finis, finis ipse vt efficaciter intentus postulat, ne volitio exequens illud mediū, moveatur ab intentione finis: quia si non influit in finis consecutionem, ideo est quia ex se tendit vt existat aliquid incompensibile cũ consecutione finis, sicut auxiliū sufficiens collatum ad observandū præceptum tendit ad hoc vt existat observatio præcepti, quæ de se est incompensibilis cum consecutione poenitentiae. Hoc autem ipso quod medium illud ex se tendat vt existat aliquid incompensibile cũ consecutione finis, ipse finis vt intentus, seu ipsa intentio efficax finis postulat, ne ab ipsa moveatur intrinsecè volitio exequens eiusmodi medium, quia alioqui talis volitio tendet quantum est ex se ad chymæram: quod repugnat:

16 Verum hæc responsio voluntarie est ex cogitata, non ad solvendam, sed ad dissimulandam, vel obnubilandam nostri argumèti vim: Etenim nulla est disparitas quoad præfens inter medium proximum, & influens, ac medium remotum non influens. Satis enim est aliquid esse conditionem sine qua non, ad consecutionem finis, vt intendens efficaciter illum finem, possit ab illa intentione moveri ad ponendam eiusmodi conditionem. Qui enim intendit efficaciter finem, & cognoscit aliquid constitutum in sua potestate esse conditionem omnino necessariam ad eius consecutionem, dum reflectit supra suam intentionem, non minus potest ab illa moveri ad exequendam illam conditionem, quam ad exequendum medium immediate influendum in consecutionem finis: ad hoc enim exequendum non movetur, quia influit, sed quia est necessarium ad consecutionem finis. Quæ ratio communis est conditioni sine qua non. Quare cum impossibile sit, Deum ab intentione poenitentiae moveri ad exequendum auxiliū sufficiens, patet illam intentionem esse impossibilem quia si ea esset possibilis, ab illa posset Deus moveri. Itaque utraque pars contradictionis sequitur,

nam

ham sequitur, Deum posse moveri, & non posse moveri ab illa intentione, si illa admittatur: posse quidem, quia connaturale est cuilibet agenti rationali posse moveri ab intentione efficaci finis ad exequendum medium necessarium, quod non præsупponitur positum, & aliunde est in ipsius potestate constitutum: non posse vero, quia inde sequeretur, volitione exequentem auxilium ex motivo illius intentionis tendere, quantum est ex se, ad dandam existentiam thymææ. Ut ergo hæc contradictio vitetur, neganda necessario est illa intentio efficax penitentiae anteverrens prævisionem absolutam peccati, quandoquidem ex eius essentione manifesta sequitur contradictio.

17 Respondebunt tertio: auxilium sufficiens ad recte operandum non debere oriri ex illa prævisione antecedenti penitentiae, sed ex voluntate generali salvandi omnes, quæ fit ut omnibus Deus provideat auxilia sufficientia ad vitanda peccata, & fugiendum æternæ damnationis malum. Vnde voluntas exequens auxilium sufficiens non respiciet ut motivum intrinsicum intentionem efficacem penitentiae, sed voluntatem generalem salvandi omnes, ab illa quippe movetur Deus ad dispensandum singulis auxilia sufficientia ad salutem, quare non sequetur absurdum à nobis illatum. Sed contra, quia intentio efficax penitentiae, cum antevertat prævisionem absolutam peccati, sanè antevertere debet, vel saltem non potest subsequi voluntatem exequentem auxilium sufficiens, nam concomitantur cum hac voluntate existit in Deo scientia visionis representans peccatum ut absolute futurum: (videt quippe Deus per scientiam mediam) peccatum futurum sub conditione quod ipse præveniat hoc auxilio nostram voluntatem: vnde posita conditione iam videt peccatum, ut absolute futurum) ergo si intentio efficax penitentiae est post voluntatem exequentem auxilium sufficientis, est post peccatum absolute prævisum: quod est contra hypothese[m] quaestionis: ergo intentio efficax penitentiae, de qua loquimur, non supponit collatum auxilium sufficiens. Tum sic, sed intentio efficax finis non supponens existentiam medij omnino necessarii ad consecutionem ipsius, potest movere ad executionem illius medij: ergo intentio efficax antecedens penitentiae potest movere Deum ad exequendum auxilium sufficiens: ergo si Deus potest ante prævisum absolute peccatum intendere efficaciter penitentiam, poterit exequi auxilium sufficiens per volitionem innitentem illi intentioni ut motivo intrinseco.

18 Sed dices ad confirmandam resolutionem modo datam: Deum concomitantur cum voluntate generali salvandi omnes, ha-

bere intentionem efficacem penitentiae Petri: non tamen debere ab hac intentione moveri ad exequendum auxilium sufficiens: quandoquidem videt auxilium illud necessario mandandum esse executioni ex vi illius voluntatis generalis, per quam sibi Deus necessitate imposuit dispensandi singulis media sufficientia ad salvationem, quamvis in eius auxilij executionem nullum influxum exhibeat: intentio penitentiae: non ergo reflectens supra hanc intentionem debet ab illa moveri: tunc enim ab intentione cognita moveri debet intendens finem ad exequendum medium, quando non videt aliunde ponendum medium, quamvis ipse ab ea intentione non moveatur: si enim hoc videt, non debet moveri ab illa intentione, quæ admodum non moveretur ab illa, si independentem ab illa medium supponeretur iam executioni mandatum. Sed contra primo, quia hæc responsio, licet probaret Deum non debere necessario moveri ab intentione penitentiae ad exequendum auxilium sufficiens, non tamen probat, quod non possit moveri: etenim executio huius medij est necessaria ad obrinendum finem penitentiae, & aliunde non supponitur posita antecedenter ad intentionem: ubi autem intentio finis non supponit executionem medij necessarij, potest movere ad ipsam: esto admittamus non debere, nimirum quando aliunde videt agens, medium illud ponendum, quacumque intentio illa non influat in eius positionem. Quod ad hominem patet, nam eodem argumento, quo adversarius contendit, executionem illius medij non debere oriri ab intentione penitentiae, quia adest voluntas generalis salvandi omnes, à qua efficaciter potest oriri, eodem, inquam, argumento ego contendam non debere tunc oriri à voluntate illa generali, quia adest intentio efficax penitentiae, à qua sufficienter dimanet. At iam probatum relinquimus, ab intentione efficaci penitentiae, nec debere oriri, nec posse oriri voluntatem exequendi auxilium sufficiens.

19 Contra secundo, quia in ijs circumstantijs, in quibus adest intentio efficax penitentiae antecedens, nequit ex vi voluntatis generalis conferri auxilium sufficiens, quod prævisum sit futurum efficax ad observandum præceptum, quamvis tale auxilium efficax posset dari ex vi illius voluntatis generalis, si non adesset ea intentio efficax penitentiae, sed necessario debet conferri auxilium illud, quod prævisum fuit fore inefficax: ergo voluntas illa exequens auxilium inefficax ortum ducit ex intentione efficaci penitentiae: ergo non stat, Deum intendere efficaciter penitentiam ante prævisum absolute peccatum, quin ex illa ortum ducat collatio auxilij sufficientis. At quoties

res executionis medijs potest oriri ex intentione efficaci finis, potest oriri per volitionem respicientem vt motivum intrinsecum intentionem illam finis: ergo, &c.

20. Respondebunt quarto, rationem à nobis factam concludere, Deum intendente efficaciter poenitentiam ante prævisum absolute peccatum, posse moveri intrinsecè ab illa intentione ad exequendum auxilium sufficiens; ceterum hanc motionem intrinsecam non debere reperiri in ipsa volitione immediate exequente auxilium sufficiens, sed in alia inter media inter ipsam, & intentionem poenitentiam, quæ scilicet sit electio formalis illius medijs ex intentione talis finis, & se habeat vt actus imperans respectu voluntatis exequentis. Dummodo autem voluntas immediate exquens auxilium sufficiens non sit connexa essentialiter cum intentione poenitentiam, & consequenter cum transgressione præcepti, parum referre, quod alia voluntas prior sit sic connexa: nam sola voluntas exquens immediate auxilium sufficiens est, quæ intendere debet observationem præcepti, & quæ proinde nequit esse essentialiter connexa cum ipsius transgressione: quod autem alia voluntas hanc connexionem habeat, parum interesse.

21. Sed contra primo, quia qui intendit efficaciter finem, potest ab illa intentione immediate progredi ad voluntatem executivam medijs, quin sit necesse aliam volitionem interponere, cum vnica volitio sit sufficiens ad executionem medijs: ergo si ab intentione efficaci poenitentiam potest Deus moveri intrinsecè ad exequendum auxilium sufficiens, poterit immediate illud exequi per volitionem essentialiter supponentem illam intentionem, & respicientem ipsam vt intrinsecum motivum. Contra secundo, quia Deus reflectens supra illam volitionem intermediam, quæ per se essentialiter connexa est cum transgressione præcepti non minus, quam ipsa intentio poenitentiam, poterit ab illa moveri ad exequendum immediate auxilium, ne procedamus in infinitum: ergo iam voluntas exquens immediate auxilium sufficiens, poterit respicere vt motivum intrinsecum aliquid essentialiter connexum cum transgressione præcepti, & habere connexionem essentialem cum tali transgressione: quod tamen ostendimus esse impossibile.

22. Respondebunt quinto, non sequi contradictionem à nobis intentatam; quia vt illa sequatur, necessarium est, vt omnis volitio immediate exquens auxilium sufficiens ad observationem præcepti, intendat, quantum est ex se illam observationem: hoc autem videtur falsum: quia potest Deus conferre auxilium sufficiens non ex fine boni operis, sed ex

alio; nec enim est necesse, vt Deus conferens auxilium deserviens ad recte operandum, moveatur ad ipsum conferendum ab ipso bono opere, quod potest eius auxilijs esse fructus. Sed contra, quia quavis Deus non debeat moveri à fine aliquo creato ad aliquid decernendum, imò nec possit iuxta veritatem, & communior rem sententiam; quæ asserit, solam bonitatem increatam posse habere rationem obiecti motivi respectu volitionis increate; nihilominus impossibile est, vt conferat homini auxilium suapte natura inclinans ad recte operandum, quin intendat hominem illum recte operari: alioqui posset producere naturam rationalem de se inclinaram, & ordinaram ad bonum honestum, quin vellet, quantum est ex se, naturam rationalem honestè operari. Aliud autem est, Deum intendere, vt homo recte operetur, aliud, Deum moveri à recta operatione: primū est verum, solūque petit, vt recta operatio sit finis auxilijs collati à Deo, non autem quod sit finis volitionis divinæ: secundum est falsum: quia postulat, vt Deus à bonitate creata moveatur ad ita intendendum. Et sanè quis nõ videat, Deum à sua bonitate posse moveri ad intendendum nobis rectam operationem, & salutem illam mediantem?

23. Confirmatur primo, finis proximus naturæ rationalis potentis observare, vel non observare præceptum, est præcepti observatio: implicat autem, Deum efficaciter velle, vt natura rationalis respiciat aliquem finem, quin, quantum est ex se, velit, vt finem illum re ipsa obtineat. Confirmatur secundo, quia alioqui posset contingere, vt Deus conferret homini auxilia, quibus re ipsa obtineret finalem perseverantiam, & salutem, quin in Deo darentur aliqua volitio amans illam perseverantiam: volitio quippe divina sisteret in entitate auxilijs, quod inducit, quin transiret ad amandam operationem bonam, quæ est fructus illius auxilijs. Idque patet ex sequenti consideratione; nam eadem volitione, qua Deus confert auxilium prævidens fore inefficax, potuit conferre idem auxilium prævidens fore efficax: id quod asserunt communiter Doctores Societatis, asserentes, posse Deum conferre auxilium efficax, quin conferat quia inefficax, seu quin per se dirigatur à scientia media, concedendo auxilium per decretum essentialiter supponens talem scientiam: quamvis enim plerimi censeant, Deum de facto semper per se dirigere à scientia media ad conferenda auxilia congrua; fere omnes tamen constantè docent cum P. Suarez, potuisse Deum aliter res disponere, vt latè probavi disp. 13. sect. 4. Ex hac autem sententia evidenter inferitur, potuisse Deum conferre auxilium congruum, quin inten-

tenderet rectam operationem per voluntatem executivam talis auxilij: si enim hæc voluntas potuit coexistere cum scientia de incongruitate talis auxilij, & coexistens cum illa scientia non intenderet ex se rectam operationem: ergo nec coexistens cum scientia congruitatis, intenderet ex se rectam operationem, siquidem utrobique esset eadem et volitio. Quis autem non videat absurdum esse asserere, posse contingere, quod homo recte operetur, & finaliter perseveret, quin hoc Deus intendat?

24 Dices, potest Deus producere in homine qualitatem vehementer ipsam inclinantem ad actionem peccaminosam, quin propterea Deus ex se intendat talem actionem, ut patet ex appetitu sensitivo nobis concesso à Deo, per quem ad obiecta delectabilia prohibita allicimur: ergo pariter poterit conferre auxilium inclinans hominem ad recte operandum, quin propterea ex se debeat intendere rectam operationem. Respondeo negando consequentiam: nam Deus constituens voluntatem in actu primo proximo ad vnum è duobus contradictorijs, vel vagè debet intendere utrumque, vel alterum determinatè. Vbi autem alterum ex illis est peccaminosum, nec illud determinatè, nec vagè potest intendere: unde determinatè debet intendere extremum bonum, ac proinde quoties in nobis causat qualitatem inclinantem ad malum, intendit, quantum est ex se, ut hæc inclinatio vincatur, certamenque forte dat homini, ut vincat, non ut vincatur. At ubi confert auxilium inclinans in observationem præcepti, cum non possit transgressionem, nec determinatè, nec vagè intendere, debet vnicè intendere observationem. Quod non possit vagè intendere vel observationem, vel transgressionem, patet, tum quia, qui vagè duo extrema amat, utrumque verè amat, Deus autem nequit amare peccatum: tum quia si vagè utrumque Deus intendere, sane peccator transgrediens præceptum, voluntati Dei satisfaceret, eamque impleti: voluntati enim petenti hoc, vel illud vagè, sic satis concessio quolibet determinatè. Confirmatur, quia fieri non potest, ut Deus serio, & ex animo consulat aliquam actionem, quin, quantum est ex se, velit illam actionem poni. At Deus conferens auxilium ad recte operandum, verè consulit rectam operationem: ergo, quantum est ex se, vult rectam operationem poni.

25 Et sane disparitas inter qualitatem impellentem ad malum, & auxilium impellens ad bonum est manifesta: nam voluntas humana, ut affecta qualitate inclinante ad malum, non respicit malum ut finem, ac vero voluntas, ut affecta auxilio inclinante ad bonum,

respicit bonum ut finem: quâquam, ergo Deus infundens auxilium inclinans ad bonum, hoc ipso intendere, debeat bonum; non propterea causans in homine qualitatem inclinantem ad malum, debet intendere malum, sed potius bonum, ad cuius exercitium datur illa inclinatio ad malum, ut enim pulchrè dixit Bernardus lib. de gratia, & lib. arbitr. propè, mediū: *Soli inter animantia datum est homini posse peccare ob prerogativam liberi arbitrijs datum est autem non ut proinde peccaret, sed ut gloriosior appareret, si non peccaret, cum peccare posset: & de illo diceretur: Quis est hic, &c. Unde quod actu peccet, non fuit culpa dantis, sed abutentis, qui ipsam videlicet facultatem convertit in usum peccandi, quam acceperat ad gloriam non peccandi.*

26 Obijcies sexto: nam per nos, quamvis ex eo quod Deus intendat efficaciter finem penitentiae, sequatur posse moveri intrinsecè ex illa intentione ad exequenda media; non tamen est necesse, ut moveatur intrinsecè, sed potest moveri pure extrinsecè. Hinc autem sequitur, possibilem esse intentionem efficacem penitentiae suapte natura incapacem movere intrinsecè ad voluntatem executivam mediorum pro posteriori dimanantè ab intentione: nam intendens finem, potest voluntariè per ipsam intentionem finis determinare se ipsum ad non exequenda media per voluntatem intrinsecè motam ab ipsa intentione, sed præcisè per voluntatem solum extrinsecè motam, quod à paritate suadetur: nam ubi finis obtineri potest per diversa media, quarum singula sunt sufficientia, potest agens per ipsammet intentionem velle consequi finem per hoc mediū determinatè, & non per aliud: ergo pariter ubi finis est consequibilis per voluntatem executivam mediorum respicientem, ut motivum intrinsecum ipsam intentionem; item per voluntatem respicientem ut motivum pure extrinsecum ipsam intentionem, poterit agens per aliquam intentionem velle consequi finem præcisè per voluntatem respicientem extrinsecè intentionem finis. Probatur consequentia; nam hoc principium debet esse verum: *Quoties finis potest obtineri per varia media, variosque modos, potest intendens finem per ipsammet intentionem determinare se ad obtinendum finem per hæc media potius quàm per illa, per hos modos potius, quàm per illos.*

27 Respondeo, omnino implicatorium esse, ut Deus intendens efficaciter penitentiam, vel aliquem alium finem (& similiter de alio agente rationali) per ipsammet intentionem finis possit velle non consequi finem

per voluntatem executivam non motam intrinsicè ab intentione, ita ut idemmet actus virtualiter indivisibilis sit intentio finis, & nolitio excludens voluntatem executivam intrinsicè motam ab intentione. Id autem hac ratione, mihi plana, evinco; nam hoc ipso quod finis sit capax, ut intendatur per intentionem aliquam, quæ possit movere intrinsicè ad electionem mediorum subsequendam, ut argumentum hoc supponit; (quandoquidem ex eo quod datur intentio potens movere tum intrinsicè, tum extrinsicè ad voluntatem executivam mediorum, deducit possibilem esse aliam intentionem, quæ solum extrinsicè valeat movere) sequitur planè, nullam intentionem illius finis ex eo præcisè quod sit intentio efficax illius finis esse incapacem movere intrinsicè ad voluntatem executivam sequentem pro posteriori: ergo si aliqua intentio efficax est incapax movere intrinsicè ad executionem mediorum id habebit ex aliqua differentia peculiari, & non solum ex eo, quod sit amor efficax formalis ipsius finis, & amor virtualis mediorum: ergo id habebit, quia non solum dicitur volo, ut existat finis, sed insuper dicitur, nolo, ut media ponantur per volitionem executivam à me intrinsicè motam. At hoc est plane implicatorium: nam illa nolitio libera, manifestè supponit, illam intentionem esse, capacem movere intrinsicè, nam omnis nolitio libera excludens aliquem terminum, supponit esse possibilem illum terminum; sic nolitio qua Deus dicit: *Nolo ut existat alius mundus*, supponit esse possibilem alium mundum. Et hac de causa, nequit Deus habere volitionem liberam, qua dicat: *Nolo ut Petrus sit Paulus*. Quia hæc nolitio supponeret, Petrum posse esse Paulum: ergo si Deus diceret nolo, ut intentio *A* moveat intrinsicè ad electionem mediorum supponeret manifestè, possibilem esse eventum in quo intentio *A* moveat intrinsicè ad electionem mediorum. Hoc autem repugnat, hoc ipso quod ipsa intentio identificet virtualiter illam nolitionem: quia in sensu composito illius nolitionis nequit movere intrinsicè: ergo si ratione sui identificat secum virtualiter illam nolitionem est incapax movere intrinsicè: ac proinde sequitur utraque pars contradictionis.

28 Quapropter ad argumentum respondeo negando paritatem adductam ex intentione excludente hæc media, & assumente illa. Imo ex illa insto argumentum; quia si agens per aliquam intentionem finis potest velle libere assequi finem per hæc media, & non per illa, supponitur finem potuisse obtineri per media illa, quæ libere excluduntur: ergo si agens liberum per aliquam intentionem vult, ut ipsa

met intentio non moveat intrinsicè ad electionem mediorum, supponitur illam intentionem posse movere intrinsicè, quod est implicatorium. Quare actus ille, quo Deus vel aliud agens vult, ut aliqua intentio sua erga finem non moveat intrinsicè ad voluntatem executivam mediorum, debet esse distinctus ab ipsa intentione, & cum illa per accidens coniunctus.

29 Hinc distinguenda est illa propositio: quoties finis est consequibilis per varios modos potest agens per ipsammet intentionem vel se consequi finem per hos modos potius, quam per illos; si modi illi sint obiectivi, & externi non respicientes intrinsicè ipsam intentionem, concedo; si sint subiectivi, & respicientes intrinsicè ipsam intentionem, nego. Nam ubi modi, quibus obtingere potest finis, respiciunt intrinsicè intentionem *A*, v.g. implicat, ut excludantur per ipsam intentionem *A*. Vnde quando adversarius dicit: per ipsammet intentionem posse excludi electionem mediorum respicientem intrinsicè intentionem, vel loquitur de electione respiciente intrinsicè intentionem *A*, quæ excludit hos modos: vel de electione respiciente intrinsicè aliam intentionem. Si primum, sequitur chymera: iam declarata; nempe illam intentionem posse movere, & non posse movere: si secundum, illa exclusio non tollit; quominus ipsa possit intrinsicè movere; nam ex eo, quod Deus per intentionem *A* dicat, nolo, ut existat actus aliquis respiciens intrinsicè intentionem *B*, non sequitur, quod excludat actum respicientem ipsam intentionem *A*.

30 Vnde patet apertum discrimen ad intentionem illam assumentem una media, & excludentem aliam: nam Deus per illam intentionem dicit: volo, ut existat finis, & nolo ponere medium *A*, sed solum *B*. Itaque excludit ab existendo medium de se indifferens, ut existat, vel non existat: nulla autem est implicatio, ut per eundem actum virtualiter indivisibilem Deus velit existentiam unius obiecti, & excludat existentiam alterius: quia hæc exclusio libera solum denotat, illud medium exclusum potuisse existere: quod est verissimum. At si per eundemmet actum, quo Deus intendit finem excludat ab existendo electionem mediorum respicientem intrinsicè illammet intentionem, supponitur possibilem esse electionem respicientem intrinsicè illam intentionem, & aliam de probatur illam intentionem esse incapacem movendi intrinsicè, & sic sequitur utraque pars contradictionis.

31 Ex quibus colligitur, non posse impugnare nostram sententiam eum qui supponit possibilem esse intentionem efficacem poenitentis de se potentem movere, tum intrinsicè, tum extrinsicè ad electionem mediorum, tum

quia nostra ratio evincit, hanc intentionem esse chymericam; omne autem illud, quod edificatur supra chymeram, chymericum est: tū quia si supponit illam intentionem esse possibilem; nulla intentio, titulo præcisè respiciendi illum finem, est incapax movere intrinsece ad electionem mediorum, quæ amat virtualiter; unde si excludit electionem mediorum intrinsece terminatam ad illam, debet hoc præstare, quatenus tendit hoc modo: *Volo ut existat finis per aliquod medium, & nolo ut existat per medium positum per electionem respicientem me ipsam, ut motum intrinsecum.* Qui modus tendendi est chymericus, ut probatum manet.

32. Quare ad impugnandam nostram sententiam debet probari, ex terminis posse dari intentionem finis, quæ titulo respiciendi talem finem sit incapax movere intrinsece ad electionem mediorum; nos vero dicimus, ubi finis est talis, ut omnis voluntas eligens media sit incapax moveri intrinsece ab intentione præsupposita; esse prorsus incapax, ut intendatur efficaciter ante prævisionem illorum mediorum.

33. Unde sic insto argumentū: hoc ipso quod agens voluntarie per intentionem finis excludat aliquod medium. Volens consequi finem per aliud & non per ipsum, evidenter inferitur, finem illum saltem in existimatione intendentis potuisse obtineri per illud medium, quod libere & voluntarie excluditur: ergo pariter si Deus haberet intentionem aliquam, per quam voluntarie, & libere nollit habere electionem intrinsece respicientem eiusmodi intentionem; hæc intentio manifeste supponeret possibilem esse eiusmodi electionem; aliunde vero sequeretur illam intentionem reddere impossibilem eiusmodi electionem; sequeretur ergo utraque pars contradictionis.

34. Obijcies septimo, ex eo quod sit absurdum contra perfectionem Dei, quod moveatur intrinsece ab intentione efficaci penitentiae ad conferendum auxilium sufficiens ad observandum præceptum; legitime inferitur, Deum non posse moveri intrinsece ab illa intentione: ergo ex eo quod possit intendere penitentiam efficaciter ante prævisum absolute peccatum, nõ sequitur, quod possit moveri intrinsece ab illa ad conferendum auxilium: nam ex illa intentione non sequitur, quod Deus possit facere aliquid ipsi repugnans. Resp. dist. ant. legitime inferitur, Deum non posse absolute, & nulla facta suppositione amate efficaciter possibilitatem illius motionis, conc. ant. Deum nõ posse facta suppositione amante efficaciter possibilitatem illius motionis, nego ant. & consequ. Nam Deum intendere efficaciter penitentiam ante prævisum absolute peccatum, est Deum vel-

le efficaciter possibilem esse illam motionem; seu possibile esse decretum collativum auxilij sufficientis essentialiter conexum cum peccato: tum quia Deum intendere efficaciter penitentiam ante prævisum absolute peccatum, est Deum amare virtualiter auxilium sufficiens ad observandum præceptum: tum quia omnis intentio efficax finis antecedens collationem medij essentialiter prærequisiti ad consecutionem finis & ponendi ab intendente finem, est virtualis amor illius medij. Vbi autem voluntas Dei essentialiter conexa cum peccato, qualis est intentio efficax antecedens penitentiae, est virtualis amor auxilij sufficientis, necessario arguitur possibile esse voluntatem Dei essentialiter conexam cum peccato, quæ sit amor efficax formalis auxilij sufficientis. Sicut si intentio efficacis antecedens penitentiae foret virtualis amor peccati, & posset talis intentio antecedens haberi à Deo, hinc recte inferretur, posse. Tum quia ex terminis intentio efficax finis nõ supponens positum mediū prærequisitum ad consecutionem finis, & ponendum ab ipso intendente, potest esse motivum intrinsecum agenti rationali ad ponendum medium; nam nihil rationalius, quàm hic affectus: ego intendo efficaciter finem, qui à me obtineri nõ potest, nisi adhibeã ego ipse mediū. A: quia ergo intendo finem, volo adhibere medium necessarium ad finis consecutionem, tum quia intentio efficax antecedens necessitat intendentem ad ponendum illud medium, & necessario movet saltem extrinsece ad illius positionem; implicat autem, ut intentio necessitans ad ponendum medium, sit incapax movendi intrinsece ad illius positionem.

35. Quare si Deo indecens nõ est, quod intendat efficaciter penitentiam ante prævisum absolute peccatum; indecens Deo esse non potest, quod ab illa intentione intrinsece moveatur ad ponendum auxilium sufficiens, quod est necessarium, ad hoc ut Deus obtineat finem penitentiae: quia impossibile est, ut Deus obtineat illum finem, quin homo peccet: & impossibile est hominem peccare, quin habeat potestatem observandi præceptum, nemo enim peccat in omittendo actum præceptum, quin habeat potestatem ad observandum actum præceptum; & impossibile est, hominem habere potestatem observandi actum præceptum, quin habeat auxilium sufficiens ad observandum præceptum. Tū quia evidens est, Deum intendente efficaciter penitentiam ante prævisum absolute peccatum necessitari ab hac intentione ad conferendum mediū ad observandum præceptum, si autem semel Deus ex intentione unius finis potest necessitari ad applicandum mediū ad existentiã finis oppositi; nulla potest esse repugnantia in eo quod ex intentioni efficaci unius finis moveatur in-

trinfecce ad applicandum medium sufficiens ad finē oppositum, quando huius mediij applicatio est essentialiter prærequisita ad consecutionē finis efficaciter præintēti antecedenter. Quare licet ex intentione Deo absolute possibili nequeat moveri Deus ad aliquid sibi indecens, tamen ex intentione antecedenti pœnitentiæ, quam repugnantem censemus, deberet moveri Deus ad aliquid sibi indecens, & ideo talē intentionem repugnantem censemus. Indecentia autem eligendi ex intentione pœnitentiæ auxiliij sufficiens ad observandum præceptum necessario inferitur, ut possibilis ex eo, quod admittatur intentio efficax antecedens pœnitentiæ. Illa ergo non potest admitti, quod si admittatur, nequit esse indecens Deo moveri ex illa intrinsece ad conferendum auxiliij sufficiens, cui enim non est indecens intentio efficax antecedens finis, qui ab ipso obtineri non potest, quin applicet medium sufficiens ad existentiam finis oppositi, nequit esse indecens moveri intrinsece ab illa intentione ad applicandum illud medium.

36 Et extra casum præsentis controversiæ non assignabitur possibilis intentio efficax finis antecedens positionem mediij necessarii ad obrinendum finē illū, quæ non possit movere intrinsece ad ponendū illius mediij. Sic in sententia admittente electionem efficacē ad gloriā ante prævisa merita, potest Deus imo iuxta sententiā cōmunem debet applicare media per electionem formalem essentialiter supponentem illam intentionem efficacem gloriæ. Sic in sententia asserente Deum præfinire efficaciter nostrum consensum liberum ante collationē auxiliij efficacis, ex illa intentione oritur electio formalis amans auxiliij, quia efficax & supponens essentialiter illā intentionē. Si ergo ubi finis essentialiter supponit peccatū, nequit ex illa intentione moveri intrinsece Deus ad conferendum auxiliij sufficiens ad observandum præceptum; id ideo est, quia talis intentio essentialiter supponit priori ad se collatum talē auxiliij sufficiens & consequenter supponit permissionem peccati. Si enim non supponeret, vel eodem decreto virtualiter indivisibili posset Deus intendere efficaciter pœnitentiā, & permittere peccatū; vel posset per decretum prius intendere efficaciter pœnitentiā, amando virtualiter permissionem peccati, & per decretū posterius essentialiter supponens intentionē illam amare auxiliij, quia est sufficiens ad observandū præceptū, & cōstituit potētiā peccandi. Cui enim nō repugnat amare virtualiter mediū per ipsam intentionem formalem finis, repugnare nequit amare efficaciter medium illud formaliter per electionem formalem supponentem essentialiter illa intentionē,

seu per decretum intrinsece motum ab illa intentione.

37 Quare totum absurdum, quod in præfenti sequitur ex eo, quod Deus conferat auxiliij sufficiens ad observandum præceptum per decretum essentialiter supponens intentionem efficacem pœnitentiæ, oritur ex illa intentione; & devorari debet ab ijs, qui ponunt illam intentionem.

Hinc infero, Recētiore quosdam, qui ne cogentur admittere Deum amare peccatum, si priori intenderet efficaciter pœnitentiā, & ex illa intentione pro posteriori cogentur conferre homini auxiliij inefficax ad observandum præceptum, potius quam efficax; dixerunt, Deum eodem decreto virtualiter indivisibili & intendere pœnitentiā, & permittere peccatum: infero, inquam, hos Recētiore incidisse in scillam cupientes vitare caribdim: quia decretum permissivum peccati est collativum auxiliij sufficientis, & serio intendit, ut existat observatio præcepti, & oriatur ab auxiliio, ut collato per eiusmodi decretum, ac proinde intendit, ut observatio præcepti coexistat secū: ergo si ipsummet est præfinitivum pœnitentiæ, est essentialiter incompatible cum observatione præcepti, unde dum intendit serio illam coexistentiam intendit serio chymeram.

SECTIO QUARTA:

Solvuntur aliæ obiectiões contra rationem qua probavimus Deum non posse efficaciter præfinire pœnitentiā ante prævisum absolute peccatum.

38 **I**D probavimus, quia si Deus posset ita intendere pœnitentiā posset ab illa intentione intrinsece moveri ad exequendum auxiliij sufficiens, seu ad conferendum homini potentiam proximam ad peccandum; quod ostendimus repugnare. Contra hanc rationem poterit quis sic insurgere: stat Deum extrinsece moveri ab illa intentione ad exequendum auxiliij, quin possit moveri intrinsece: ergo nulla est nostra ratio. Probarur antecedens; nam ex terminis hæc duo recte cohærent, nempe aliquem actum movere ad aliquid exequendum, & consequenter movere ad voluntatem executivam, quin possit movere intrinsece, seu tanquam motivum intrinsecum voluntatis exequentis; ergo etiam stabit intentionem efficacem pœnitentiæ movere ad exequendum auxiliij sufficiens, quin possit movere intrinsece. Consequētia videtur legitima à paritate rationis. Antecedens vero suadetur ad hominem; nam in sententia negante præfinitiones, Deus movetur aliquomodo à scientia media congruitatis auxiliij ad ipsū exequendum

dum, siquidem scientia illa allicit, & inclinatur ad conferendum auxilium illud, & scientia de inefficacia retrahit ab ipsius collatione: & tamen in illa sententia negante præfinitiones efficaces nequit intrinsece moveri Deus ab illa scientia ad exequendum auxilium illud; quia hoc ipso exequeretur auxilium congruum per voluntatem essentialiter connexam cum opere, utpote supponentem essentialiter scientiam de congruitate auxilij, & inferentem ipsam; quod in illa sententia pugnat cum libertate.

39 In primis dici valet, ex eo quod Deus moveatur extrinsece defacto ad conferendum auxilium à scientia media de efficacia auxilij, recte inferri, quod possit moveri intrinsece, seu quod possit conferre auxilium motus intrinsece ab efficacia prævisa per scientiam mediam; ac proinde recte hinc inferri, quod sit possibilis præfinitio simplex virtualis operationis liberæ, quæ scilicet immediate solum amet efficaciter existentiam auxilij, non autem existentiam operationis liberæ, licet cum illa habeat connexionem essentialem non propter id quod efficaciter amat, sed propter id, quod supponit. Hinc autem non inferitur, possibile esse præfinitionem formalem simplicem, quæ sit intentio efficax operationis liberæ, eam immediate amans efficaciter, ut constat ex dictis disp. 15. sect. 6. num. 195.

40 Secundo resp. neg. primum antec. ad cuius probationem admitto antecedes ex terminis; & nego consequ. Disparitas ergo inter scientiam, & intentionem efficacem penitentis, vel alterius finis est, quod in scientia media inclinante quantum est ex se ad exequendum auxilium, datur repugnantia, ne moveatur intrinsece ad exequendum auxilium; quæ repugnantia non datur in eo, quod ipsa existat, & quantum est ex se allicitur ad conferendum auxilium, repugnantia vero nascitur ex eo, quod ipsa scientia representat operationem extitutam libere sub conditione, quod executioni mandetur auxilium sufficiens per voluntatem indifferentem, & non aliter. Unde ipsa ab intrinseco incapax est movere intrinsece ad voluntatem executivam auxilij. At vero ex suppositione quod detur intentio efficax finis, non potest superesse repugnantia in eo, quod ab illa agens moveatur intrinsece ad exequenda media: nam hic non potest esse repugnantia nisi titulo libertatis: titulo autem libertatis nequit dari repugnantia in eo quod supposita intentione efficaci finis applicetur media ad eius consecutionem per voluntatem essentialiter supponentem illam intentionem, & consequenter connexam cum operatione non minus quam ipsam intentionem: nam tota ratio cur pugnet cum libertate, voluntas exequens auxilium, si sit connexa cum opere est, quia voluntas, nec

frustrare, nec impedire potest illam volitionem; & alterum ex illis est necessarium ad libertatem. At hoc ipsum verificatur de illa intentione efficaci antecedenti; nam voluntas, nec frustrare, nec impedire potest illam intentionem: non frustrare, ut patet: quia si posset impedire illam, posset facere, ut volitio exeques auxilium, quæ est actus essentialiter imperatus maneat sine omni imperio. Ut late explico in disputatione de præfinitionibus.

41 Dices ipsammet intentionem efficacem alicuius finis, posse habere in capacitate intrinsecam movendi intrinsece ad exequendum medium; sicut habet scientia media: ideo enim scientia representans congruitatem auxilij nequit intrinsece movere ad ipsum exequendum: quia representat opus non extitutum libere, nisi sub conditione quod auxilium executioni mandetur per voluntatem indifferentem. At pariter intentio amans efficaciter existentiam operis liberi debet esse incapax movere intrinsece ad exequendum auxilium; quia vult, ut actus ponatur libere, & non statui libere, nisi auxilium mandetur executioni per voluntatem indifferentem. Sed contra: quia si semel intentio efficax non opponitur cum libertate operis præfinito, nec opponi potest cum libertate decretum exequens auxilium; quod decretum sit connexum cum opere, ut vincit ratio à nobis adducta contra præfinitiones: nam ratio potissima, quæ probaret decretum executivum auxilij tollere libertatem; si sit connexum cum opere, est, quia foret inimpedibile à nobis: hæc autem ratio etiam militat in ipsa præfinitione; quæ si detur, hoc ipso est inimpedibile à nobis; quia hoc ipso, quod immediate amet efficaciter nostrum consensum, applicat immediate omnipotentiam ad concurrendum in illum, ut ostendi disput. 15. sect. 3. §. 3. à n. 132. Volitio autem immediate applicans omnipotentiam ad concurrendum in consensum, nequit impediri per dissentium. Quapropter hoc ipso quod admittatur præfinitio operis liberi; non erit de conceptu huius existere ex vi auxilij collati per decretum indifferens. Unde illa præfinitio amans efficaciter existentiam operis liberi, relinquere necessarium debet locum, ut decretum executivum auxilij possit intrinsece moveri ab illa præfinitione, seu intentione efficaci operis. An in nostra sententia negante absolute præfinitiones formales simplices scientia media non debet relinquere locum, ut voluntas exeques auxilium congruum moveatur intrinsece ab ipsa; quia ipsa representat operationem non extitutam libere, nisi sub conditione quod auxilium conferatur per decretum indifferens. Patet ergo manifestum discrimen, cur licet intentio efficax operis liberi, si detur, possit hoc ipso esse

esse motivum intrinsecum voluntatis exequens
auxilium; nequeat vero id habere scientia
media de congruitate auxiliij; ipsa suppo-
sicio scientiæ mediæ, cum sit suppositio conse-
quens, quam possumus inducere, & impedire,
non potest officere libertatis, quantumvis ha-
beat vim inclinandi ex parte efficientis per
modum causæ impulsivæ ad collationem auxi-
lij. At decretum exequens auxilium, si respici-
erit ipsam scientiam, ut motivum intrinse-
cum, & tale decretum foret vnice executivum
auxilij, non esset suppositio à nobis impedi-
bilis, sed potius foret inimpedibilis, vel se-
queretur vtrumque. At vero si semel admitter-
retur intentio efficax operis, nihil novi ab-
surdum contineret decretum exequens auxilium
suapte natura respiciens illam intentionem, ut
motivum intrinsecum.

42. Dices: in præsentî questione, in qua
disquirimus, an Deus possit præfinire efficaciter
pœnitentiam ante prævisum absolute pecca-
tum, supponimus possibile esse præfinitio-
nes, ac proinde supponimus præfinitionem non
tollere libertatem: ergo supponimus præfinitio-
nem esse impedibilem à nobis. At ex eo quod
Deus possit intendere efficaciter operationem
liberam per intentionem impedibilem à no-
bis, non sequitur, quod ab illa possit intrinse-
ce moveri ad exequendum auxilium: nam vo-
luntas executiva auxiliij est suppositio simplici-
ter antecedens respectu operis. Vnde si aliàs
moveatur intrinsece à præfinitione, sitque ef-
fentialiter connexa cum opere, auferet eius
libertatem: quia suppositio simpliciter ante-
cedens connexa essentialiter cum opere tollit
libertatem. Quapropter sicut ex eo quod ad-
mittatur aliqua suppositio connexa cum ope-
re, quæ solum secundum quid sit antecedens, &
simpliciter sit consequens, non infertur posse
admitti suppositionem essentialiter connexam
cum opere, quæ simpliciter sit antecedens, ita
ex eo quod Deus possit efficaciter præfinire,
sive intendere operationem liberam, non se-
quitur posse intrinsece moveri ab illa inten-
tione ad exequendum auxilium: nam hæc vo-
luntas exequens foret suppositio simpliciter
antecedens inimica libertatis; illa vero vo-
luntas intentiva non esset suppositio simplici-
ter antecedens.

43. Resp. primo hoc ipso, quod permit-
tatur possibile esse præfinitionem formalem
consensus liberi, debere necessario permitti
posse Deum ab illa intentione moveri intrin-
sece ad exequendum auxilium; & posse exequi
auxilium per volitionem amantem auxilium, quia
efficax, seu per volitionem, quæ sit electio for-
malis mediij ut efficacis: quæ est volitio essen-
tialiter connexa cum opere, & quædam præfinitio
simplex virtualis illius, ut autem maneat il-

lela libertas admissa, illa præfinitio, dicen-
dum est, auxilium mandari executioni dupliciter
decretis; altero indifferenti, quod ipsa operatio
essentialiter per se supponit tanquam princi-
pium per se requisitum ad sui existentiam; & quod
attingitur à scientiæ mediæ ex parte hypothê-
sis; altero supponente essentialiter intentionem
efficacem consensus, quod per se non supponitur
ante consensum, neque ex exigentia consensus,
neque ex perfectione Dei, neque attingitur
à scientiæ mediæ ex parte hypothêsis. Nam hoc
ipso, quod præfinitio supponat essentialiter
scientiæ mediæ, debet inferre pro posteriori ad
se illud, quod scientiæ mediæ essentialiter at-
tingit ex parte hypothêsis; & omnia, quæ sunt
necessaria ad libertatem; ad hanc autem requiri-
tur, ut auxiliij congruum mandetur executioni
per decretum indifferens; ut probavi disp. 12. er-
go debet inferre decretum indifferens, aliud de-
vero debet inferre decretum eligens, & exequens
auxilium, quia efficax, & consequenter con-
sensus cum opere.

44. Secundo resp. nos in præsentî quæ-
stione non supponere, nec permittere absolute præfinitio-
nem operis liberi, sed solum conditionate,
nimirum sub conditione, quod inimpedibilitas
præfinitionis non officeret libertati: sensus
enim nostræ quæstionis est hic, quamvis non
repugnaret præfinitio efficax pœnitentiæ ex
capite libertatis (sicut revera in nostrâ senten-
tia repugnat, eo quod illa præfinitio esset in-
impedibilis) sed cum libertate cohereret sup-
positio inimpedibilis connexa cum opere, ad-
huc repugnaret præfinitio efficax pœnitentiæ
ante prævisum absolute peccatum. Itaque ratio,
quam nos adducimus ad probandam repugnanti-
am illius præfinitionis, pariter probat Deum
posse exequi auxiliij congruum per voluntatem
essentialiter connexam cum opere, si semel po-
test præfinire. Vnde illa efficax etiam est ad
probandam repugnantiam præfinitionis, si aliunde
probetur suppositionem inimpedibilem offi-
cere libertati, quando est connexa cum opere.

45. Obijcies rursus, stat Deum intendere
efficaciter aliquem finem, quin ab illa intentio-
ne possit intrinsece moveri ad ponenda omnia
media requisita ad finem. nam, ad præsentem
quæstionem saltem supponimus possibile esse
præfinitiones sub conditione, quod earum in-
impedibilitas non officiat libertati. At quavis
præfinitio inimpedibilis non officeret libe-
rtati, non propterea possit intrinsece movere
Deum ad adhibenda omnia, quæ sunt requisita ad
cõsecutionem operis præfiniti: nam ut existat,
opus liberum præfinitum, opus est, ut Deus of-
ferat voluntati concursum indifferenter ad vtrū-
que extremum: at implicat ut Deus à præfinitio-
ne moveatur intrinsece ad offerendum concu-
sum indifferenter: quia alioquin voluntas offeret

rens concursum ad utrumque extremum esset essentialiter conexa cum opere, quod ex terminis pugnat cum libertate, quia voluntas oblativa concursus constituit actum primum; & omnia, quae constituunt actum primum liberum, debent esse indifferentia. Unde etiam omnes illi, qui ponant praescriptions impeditibiles, dicunt voluntatem oblativam concursus debere esse indifferentem.

46 Respondeo voluntatem oblativam concursus esse principium immediatum operis liberi, & ex terminis vis omne principium immediatum operis liberi debere esse indifferentem, unde illam non posse supponere essentialiter praescriptionem operis. Cum hoc tamen recte componi, quod ab intentione illa, seu praescriptione efficaci operis possit Deus moveri intrinsece ad imperandam voluntatem oblativam concursus; sicut movetur ad exequendam existentiam auxilij, quia voluntas illa oblativa est medium proximum ratione sui requisitum ad existentiam operis liberi. Ex eo vero quod a praescriptione possit moveri intrinsece Deus ad amandam illam voluntatem oblativam concursus, non sequitur, quod ipsamet volitio oblativa concursus possit moveri ab illa praescriptione. Et ratio est, quia voluntas oblativa concursus amat existentiam ipsius operis liberi: unde cum ex vi intentionis solum moveri possit voluntas ad amanda media praerequisita ad finem rectae operationis; & ipsa operatio non sit medium ad se ipsam; non sequitur quod voluntas oblativa concursus possit intrinsece moveri ab illa intentione. Quod confirmatur: nam ad id ab intentione moveri potest intrinsece voluntas in nostra sententia, ad quod ponendum determinat ipsa intentio; cum ergo intentio non determinet ad existentiam operis praescripti, sed ad existentiam auxilij, & ad existentiam voluntatis offerentis concursus; solum potest moveri intrinsece voluntas in nostra sententia ad amandam existentiam auxilij, & voluntatis offerentis concursus. Quod confirmo; nam praescriptio sicut solum movet ad ponendam hypothesein, sub qua per scientiam mediam operatio praescripta supponitur futura; ita solum movet ad amorem executivum illius hypotheseis: ac proinde solum potest exercere munus motivi intrinseci respectu voluntatis inducentis integram illam hypothesein; ac proinde respectu voluntatis inferentis decretum oblatum concursus; non vero respectu ipsius decreti oblativi concursus.

47 Quod iterum alia via explico: intentio efficax finis potest movere intrinsece ad executionem mediorum exteriorum, quae cum non sint actus voluntatis de se respicientes motivum intrinsecum, possunt referri in fine

ratione voluntatis inferentis. Respicientis illud motivum; non tamen potest movere intrinsece voluntatem illam, quae est medium, & habet suum motivum intrinsecum distinctum ab intentione finis; quia voluntas illa semper habens suum motivum intrinsecum, capax non est variandi ipsum, & respiciendi aliud. Cum ergo voluntas offerens concursus de se habeat suum motivum intrinsecum distinctum ab intentione efficaci operis, non est capax respiciendi ut motivum intrinsecum illam intentionem.

48 Confirmatur, & explicatur amplius: intentio efficax operis liberi, vel determinat immediate ad existentiam volitionis offerentis concursus, vel non determinat immediate, sed mediante alia volitione, quae supponat intentionem illam, & inferat voluntatem oblativam concursus. Si primum ergo etiam determinat immediate ad existentiam auxilij, siquidem auxilium non minus constituit potentiam proximam, quam voluntas oblativa concursus; ergo intentio illa est voluntas executiva auxilij; ergo admissa illa intentione non est absurdum quod auxilium magis deur executioni per voluntatem conexam cum opere. Si autem illa intentio efficax non determinat immediate ad voluntatem oblativam concursus; ergo ex illa oritur voluntas determinans immediate ad volitionem oblativam concursus, illamque inferens tanquam actum imperatum. Et de hac voluntate intermedia dicimus posse moveri intrinsece ab intentione efficaci finis: nam quicumque intendit efficaciter finem, reflectens supra suam intentionem, potest ab illa intrinsece moveri ad imperandam existentiam mediorum requisitorum ad consecutionem finis.

49 Obijcies tertio: potest quis per imperium efficax charitatis determinari ad actum misericordiae, quin iste moveatur, moveri vel possit intrinsece ab ipso imperio: ergo pariter per intentionem efficacem operis liberi poterit Deus moveri ad decretum executivum auxilij, quin hoc decretum moveri possit intrinsece a tali intentione. Respondeo negando consequentiam. Disparitas est; nam dum quis imperat efficaciter actum misericordiae per imperium charitatis; actus misericordiae se habet instar medij exterioris, & per modum effectus: imperium vero charitatis se habet per modum electionis immediate determinantis ad existentiam illius. Unde ex hac paritate solum probaretur, intentionem efficacem penitentiae non posse movere intrinsece ad decretum executivum auxilij sufficientis, si ipsa esset per se ipsam immediate executiva, & determinativa illius auxilij; si autem sit pure intentiva, & ex illa potest oriri electio auxilij sufficientis; haec electio potest ipsam, ut motivum intrinsecum respicere.

SECTIO QUINTA.

Instauratur nostra ratio specialiter contra Prædeterminatores.

150 **N**VNC contra Prædeterminatores asserentes auxilium prædeterminans esse necessarium ad observationem præcepti, & ad singula opera salutaria, ostendo, Deum non posse præfinitè pœnitentiam ante prævisum absolute peccatum; quia posset sane ex illa intentione cogèretur permittere peccatum. Ergo posset posteriori ad illam intentionem unico decreto amare permissionem passivam peccati, seu illam permissionem passivam eligere secundum utilitatem intrinsecam, quam habet ad finem pœnitentiæ, & quatenus est necessaria ad finem pœnitentiæ. Atqui permissio passiva peccati in illa sententiâ nihil aliud est, quam collatio auxilij sufficientis ad observandum præceptum, & negatio auxilij prædeterminantis omnino prærequisiti ad actualem observationem: ergo in illa sententiâ potest Deus eodè decreto efficaciter amare collationem auxilij sufficientis & negationem auxilij prædeterminantis. Ad decretum amans efficaciter negationem auxilij prædeterminantis, & collationem auxilij sufficientis habet essentialiam connexionem, saltem Logicam cum peccato; quia iuxta Prædeterminatores impossibile est, me habere auxilium sufficientis, & carere auxilio prædeterminante ad observandum præceptum, quin omittam actum præceptum, & consequenter quin peccem: ergo iuxta ipsos poterit Deus conferre auxiliû sufficientis ad observandum præceptum per decretum essentialiter impossibile cum observatione præcepti; nimirum per decretum essentialiter connexum tum non observatione, seu peccato. At hoc est impossibile: quia decretum conferens auxilium ad observandum præceptum applicat medium sufficientis ad observationem præcepti, & consequenter serio intendit observationem præcepti, serioque vult impleri per talem observationem: ergo serio intendit, ut observatio præcepti coexistat secum, tum quia solum adimpleri potest per observationem præcepti secum coexistentem; tum quia dum intendit, ut existat observatio præcepti, intendit, ut observatio præcepti oriatur ab auxilio, & coexistat cum illo: ergo intendit, ut coexistat cû decreto executivo talis auxilij, & consequenter intendit, ut coexistat secum: ergo si tale decretum est impossibile cum observatione præcepti, serio intendit, ut observatio præcepti coexi-

stat cum aliquo impossibile secum; quod est intendere coexistentiam chymæricam; & ad illam applicare medium: quod plane repugnat: siquidem Deus, neque inefficaciter potest intendere chymæram.

SECTIO SEXTA.

Breviter proponuntur validiores rationes ostendentes, Deum non posse efficaciter præfinitè pœnitentiam ante prævisum absolute peccatum.

51. **Q**Uicumque intendit efficaciter aliquid, quem finem, ad cuius consecutionem est necessarium mediû constitutum in potestate ipsius, & quod antecedenter ad intentionem non supponitur positum, potest vel per illam intentionem, exequi immediate mediû illud, vel si per intentionem non exequitur immediate illud, potest supra illam intentionem reflectere, ab illaque intrinsece moveri ad exequendum, nimirum eliciendo volitionem executivam mediij, quæ respiciat ut motivum intrinsecum ipsam intentionem; eamque proinde essentialiter supponat: ergo si Deus intendere potest efficaciter pœnitentiam ante prævisum absolute peccatum, poterit exequi immediate auxiliû sufficientis, cum quo homo ponit peccatum, quod essentialiter supponit ipsa pœnitentiâ; vel per ipsammet intentionem efficacem pœnitentiæ, vel per voluntatem subsecutam, quæ respiciat ut motivum intrinsecum illam intentionem: ac proinde per volitionem essentialiter connexam cum existentia peccati: tam enim intentio illa efficax pœnitentiæ; quam volitio collativa auxilij eam essentialiter supponens ut motivum intrinsecum sui, connectitur essentialiter cum existentia peccati. At repugnat voluntatem collativam auxilij sufficientis ad rectè operandum, & observandum præceptum esse essentialiter connexam cum existentia peccati; nam hoc esset essentialiter impossibile cum recta operatione, & observatione præcepti: quod implicat in terminis: nam hoc ipso illa voluntas serio intenderet existentiam chymære, siquidem illa, quantum est ex se vult, ut homo observet præceptum, ipsumque adimpleat, ac proinde ut coexistat secum recta operatio: chymæra autem est coexistere rectam operationem cû voluntate essentialiter impossibili cum ipsa: ergo hoc ipso illa voluntas intenderet existentiam chymære. Cum ergo hoc repugnet, repugnat intentio efficax pœnitentiæ ante prævisum absolute peccatum: ex qua hæc implicatio nascitur.

52 Confirmatur primo: quia si semel intentio efficax poenitentiae ex terminis suis non supponit propriam ad se permissionem peccati: ergo possibilis est intentio efficax poenitentiae, quae simul sit permissio peccati, seu voluntas exequens auxilium sufficiens: nam si ex terminis intentio efficax finis non supponit existentiam medij vnicui ad consecutionem finis, & illud medium sit constitutum in potestate ipsius intendentis, ab ipso que poenendum est; nulla potest esse repugnancia in eo quod eodem actu virtualiter indivisibili, & agens intendat efficaciter finem, & exequatur medium illud: ergo cum existentia auxilij sufficientis ad observandum praecipium sit essentialiter requisita ad finem poenitentiae, & constituta in proxima potestate Dei; si non debet praesupponi ante omnem intentionem efficacem poenitentiae; possibilis erit Deo aliqua intentio efficax poenitentiae: quae simul sit voluntas executiva illius auxilij. Hoc autem repugnat: quia voluntas identificata cum intentione efficaci poenitentiae est essentialiter impossibilis cum observatione praecipii; voluntas autem essentialiter impossibilis cum observatione praecipii, nequit esse executiva auxilij sufficientis: quia alioqui intendere, ut recta operatio coexistere cum aliquo essentialiter impossibili cum ipsa, quod repugnat.

Confirmatur secundo: quia intentio efficax poenitentiae antevergens permissionem peccati ex se est essentialiter connexa cum existentia peccati, & simul virtualiter factem determinans ad existentiam auxilij sufficientis praecedentis existentiam peccati. Si autem semel Deus potest habere voluntatem ex vna parte essentialiter connexam cum peccato, & ex alia determinantem virtualiter ad existentiam auxilij sufficientis, & potentiae proximae peccandi; non potest repugnare, quod possit habere voluntatem essentialiter connexam cum peccato, & simul determinantem formaliter ad existentiam auxilij sufficientis: ac proinde exequentem immediate ipsum: ergo ex illa intentione efficaci redemptionis, sequitur Deum posse conferre auxilium sufficiens per voluntatem essentialiter connexam cum peccato quod repugnat.

53 Quapropter ex terminis repugnat intentio efficax alicuius finis non supponens existentiam medij requisiti essentialiter ad consecutionem finis, & constituti in potestate ipsius operantis, quae nec sit executiva medij illius, nec potens intrinsece movere ad executionem illius. Et ratio a priori est; quia nulla intentio respiciens finem, & non supponens existentiam medij constituti in potesta-

te intendentis, potest esse incapax movendi intrinsece ad existentiam voluntatis exequentis medium illud, quod ipsa non exequitur. Ex eo praecise quod sit amor efficax illius finis, & amor virtualis mediorum: nam esse amorem efficacem finis, & virtualem medium, non est impedimentum ad exercendum munus motivi intrinsece respectu voluntatis formaliter amantis, & immediate exequentis medium. Si ergo aliqua intentio finis non posset movere intrinsece ad executionem medij vnicui, hoc non haberet quatenus respicit finem; ergo hoc haberet; quatenus ipsa per se ipsam esset voluntaria & libera exclusio volitionis exequentis respicientis ipsam ut motivum intrinsece. Ita ut haberet intentio illa hunc tendendi modum: *Nolo ut media mandentur executioni per voluntatem respicientem me ipsam ut motivum intrinsece cum.* Hoc autem repugnat: quia ille modus excludendi voluntarie, & libere eam volitionem, seu electionem mediorum, supponit illam electionem esse possibilem; & aliunde facit ut sit impossibilis; quia cum sit exclusio illius electionis, & aliunde per se identificetur virtualiter cum ipsa intentione, facit ut intentio sit abintrinseco incapax movere intrinsece ad electionem mediorum. Cum ergo haec duo repugnent inter se, nempe intentionem esse abintrinseco incapax movere intrinsece ad electionem mediorum, & aliunde possibilem esse electionem intrinsece motam ab illa intentione, repugnat ut intentio sit voluntaria, & libera exclusio electionis intrinsece respicientis ipsam.

54 Quare ubi finis talis est ut ex terminis suis postulet non mandari executioni aliquod medium essentialiter requisitum ad existentiam sui, nec per intentionem efficacem sui, nec per electionem essentialiter supponentem illam intentionem; talis finis essentialiter postulare debet ut intentio efficax sui supponat iam existens illud medium. Cum ergo poenitentia sit finis essentialiter postulans ut auxilium sufficiens ad recte operandum, nec mandetur executioni per ipsam intentionem poenitentiae, nec per voluntatem essentialiter supponentem illam intentionem; consequens est, ut poenitentia sit finis essentialiter incapax intendi, antequam supponatur existens auxilium sufficiens, & consequenter antequam supponatur peccatum absolute praevium.

55 Confirmatur tertio: nam si semel Deus posset intendere efficaciter poenitentiam ante praevium absolute peccatum; posset intendere illam ut obtinendam per medium determinatum, nimirum per hanc nu-

mêro pœmissionem peccati, seu per collationem huius numero auxilij sufficientis; ad hoc ipso illamet intentio foret voluntas executiva auxilij; quia illa intentio esset amor efficac illius auxilij determinate, & eius collatio à solo Deo ponêda esset independêter ab omni dispositione creaturæ. Vbi autem decretum efficac Dei terminatur ad aliquem effectum à solo Deo producendum independenter à meritis creaturæ, vel alijs dispositionibus, illud est intentivum simul & executivum. Sic decretum efficac producendi Angelum est eiusdem executivum; & ideo Theologi admittentes electionem efficacem ad gloriam ante prævisa merita distinguunt illam à voluntate executiva gloriæ, licet utraque sit amor efficac gloriæ; quia intentio gloriæ non supponit præscientiam absolutam meritorum, secus voluntas executiva. Et nisi recurrendo ad hanc rationem, non esset fundamentum ad distinguendam voam ab alia: ergo decretum efficac conferendi auxilium sufficiens, quod decretum identificatur cum intêctione efficaci pœnitentiæ, est executivum auxilij: ergo si Deus posset intendere efficaciter pœnitentiã ante prævisum absolute peccatum, posset exequi auxilium sufficiens per voluntatem essentialiter connexam cum peccato.

56 Respondebit forsitan aliquis, posse quidem Deum exequi auxilium sufficiens per intensionem efficacem pœnitentiæ; exterum nõ inde sequi, quod intendat chymeram. Est enim voluntas collativa auxilij sufficientis, quantum est ex se, intendat, ut existat recta operatio, & ut coexistat cum auxilio sufficienti, & potentia proxime expedita ad ipsam, non tamen intendere, ut coexistat cum ipsamet volitione exequente hic & nunc auxilium & virtualiter identificata cum intêctione pœnitentiæ: reddetque rationem; quia talis volitio exequens auxilium hic & nunc, non est per se requisita ad existentiam talis auxilij. Non esse autem necessarium, ut qui vult existentiam operationis, velit coexistentiam illius cum principio mediato per se non requisito ad existentiam principij immediati.

57 Sed contra primo, quia illa volitio exequens auxilium sufficiens, & amans, quantum est ex se, rectam operationem, quantum est ex se vult impleri: at volitio non impleretur nisi per coexistentiam sui cum obiecto volito: ergo vult illam coexistentiam. Contra secundo, quia illa volitio vult, ut operatio recta coexistat cū auxilio: ergo vult, ut coexistat cū actuali dependêtia talis auxilij à Deo: ergo vult, ut coexistat cū aliqua volitione exequenti illud auxilium; cum implicet auxilium existere, & non pendere à Deo per aliquam volitionem:

at non vult, ut coexistat cum alia volitione exequenti auxilium incompôsibili cum tali præfinitione pœnitentiæ; quia hoc esset amare non existentiam sui: ergo vult, ut coexistat cum volitione exequenti auxilium identificata cum tali præfinitione pœnitentiæ, & consequenter vult, ut coexistat secum, vel rursus sic. At non vult, ut coexistat cum volitione executiva auxilij, quæ defacto non datur, quia per hanc defacto auxilium non dependet à Deo: ergo vult ut coexistat cū volitione, quæ defacto datur; ac proinde vult, ut coexistat cum seipsa.

58 Contra tertio: quia illa volitio vult ut recta operatio coexistat cum auxilio sufficienti, ut libere, & gratiose collato à Deo: ergo vult, ut coexistat cum decreto libero, per quod Deus illud auxilium exequitur, & gratiose confert: nam illud auxilium constituitur in ratione libere existentis, & gratiose collati per decretum eiusmodi.

SECTIO ULTIMA:

Solvuntur fundamenta sententiæ adstruentis intensionem efficacem pœnitentiæ ante prævisum absolute peccatum.

59 **O**bjiciunt primo Authores contrariæ sententiæ doctrinam Patrum, qui passim docent, Deum aliquando permittere peccata in electis, ut fiant humiles, & cautiore incedant, & ut proximis compatiantur, sicut dicunt permisisse lapsum Div. Petri: similiter dicunt, Deum permisisse lapsum Adæ, ut sequeretur bonum redemptionis per Christum. Ergo docent permissionem peccati ortum ducere ex præintenta humilitate, cautela compassione proximorum, & redemptione, quæ omnia bona occasione peccati colliguntur: ergo potest Deus permittere peccatum ex præintenta pœnitentiã. Assumptum probatur primo ex Damasceno lib. 2. fidei cap. 29. *Permittitur, inquit, quemquam quandoque in turpem incidere actionem ad emendationem deterioris affectus; Verbi causa; quis est elatus in virtutibus, & recte factis suis; hunc sinit Deus in adulterium prolabi, ut per casum, in cognitionem propriæ infirmitatis veniens, humiliatus confiteatur Domino.* Secundo ex Irinæo lib. 4. adversus hæreses cap. 74. asserente, Deum permittere peccata nostra, ut erudiamur & emendemur: *Deo magnanimitatem præstante in apostasia hominis, homine autem erudito per eam, quemadmodum & Propheta ait: emendabit te abscessio tua; præfinitente Deo omnia ad hominis perfectionem, vii & bonitas*

nitas ostendatur; & iustitia perficiatur. Tertio ex Isidoro lib. 2. sententia de summo bono cap. 39. in medio: Ideo nonnunquam electi lapsu carnali corrumpunt, ut a vitio superbia sanentur, & carnis vitio humiliantur, ut surgant. Quarto ex Augustino lib. 11. de Civit. cap. 24. Deus permisit predestinatos ex Iudeis, & gentibus incidere in peccatum in fidelitatis, ut de amaritudine illius penitente confessi, & de dulcedine diuina misericordie credendo conuersi dicant illud. Psalm. 30. *Quam magna multitududo dulcedinis tue Domine, quam abscondisti inimicibus te.* Similia habet lib. questionum in Manichæum quest. 14. celebreque est in hac materia testimonium illud D. Augustini lib. 14. de Civit. vbi ait: *Audeo dicere superbis esse vitale cadere in aliquod apertum, manifestumque peccatum, vnde sibi displiceant, qui iam sibi placendo ceciderant. Salubrius enim Petrus sibi displicuit, quando fleuit, quam sibi placuit, quando presumpsit. Hoc dicit & sacer Psalmus: imple facies eorum ignominia, & quarent nomen tuum Domine; id est, ut tuis placeas, quarentibus nomen tuum, qui sibi placuerant quærendo suum.* Quinto ex D. Thoma 1. 2. q. 79. art. 4. *Deus permittit aliquos cadere in peccatum, ut peccatum suum agnoscentes humiliantur, & conuertantur.* Et sic passim loquuntur alij Patres, ut Gregorius hom. 21. in Evang. Bernard. serm. 54. in Cant. Chrysologus serm. 97. Nisenus, & alij: ergo certum est apud Patres Deum permittere peccata propter medicinam superbiæ, sive propter sanitatē humilitatis ac propriæ diffidentie.

60 Ut obiectionem solvam, noto bonum penitentiae, & humilitatis supponentis cognitionem experimentalem proprii lapsus dupliciter posse mouere ad permittendum peccatum. Primo directe, quatenus Deus directe intendat bonum penitentiae, & humilitatis, & ad consequendum hunc finem permittat peccatum. Et hoc pacto assero non posse bonum penitentiae, & humilitatis essentialiter supponentis peccatum mouere Deum ad permittendum peccatum. Ut enim inquit Augustinus in Psal. 125. ad illa verba: *Euntes ibant & flebant: Melius est, ut nullus sit miser, quam ut tu facias misericordiam. Qui enim ut faciat misericordiam, optat esse miser, crudeliter habet misericordiam: quomodo si medicus, ut exerceat artem suam, optaret multos esse aegros, crudelis medicina esset. Melius est, ut omnes sani sint, quam ut exerceatur ars medici: ergo melius est, ut omnes Beati regnent in illa pa-*

tria, quam ut fuerint, quibus impendatur misericordia. Et lib. de natura & gratia cap. 15. *Vtinam non fuisset miseria, ne ista esset misericordia necessaria.* Et infra cap. 26: *Sed & medicus ad curandum iam vulneratum paratus esse debet, non debet autem ut sanus vulneretur, optare.* Ergo iuxta Augustinum non potest Deus ante preuisionem absolutam miseriae eam praesumere misericordiam, quæ necessario supponit miseriam culpæ, & Deum necessitat ad procurandum, ut ea miseria in rerum natura existat, ut illi adhibendo remedium obrineat finem ostendendi misericordiam praesentiam; neque ante absolutam preuisionem vulneris potest praesumere efficaciter curationem penitentiae essentialiter supponentem vulnus peccati.

61 Secundo potest bonum penitentiae, & humilitatis colligendum occasione peccati mouere Deum indirecte ad permittendum peccatum; Deus enim necessario complacet in eo, quod si homo peccet, penitentiam agat; & in eo, quod si in adulterium, vel aliud scdum peccatum incidat, inde humilietur, & discat non superbire, neque de proprijs viribus confidere. Vnde vidente Deo, quod si homo incidat in peccatum, acturus est penitentiam, & inde humiliandus, magnæque emolumentum spirituale percepturus; hæc scientia, & complacentia minuunt difficultatem, quam haberet in permittendo peccatum; imo vbi homo, qui permittitur cadere, est antecederet electus ad gloriam, nullo pacto Deus permitteret ipsum cadere in peccatum, nisi sciret per penitentiam surrecturum, & casum fore illi occasionem humilitatis, & aliorum spiritualium bonorum. Complacentia ergo in bonis colligendis occasione peccati indirecte movet ad permittendum peccatum, quatenus si Deus non videret illud bonum colligendum occasione peccati, nullo pacto permitteret peccatum. Quare Deus non permittit peccatum directe, ut homo humilietur, & doleat, sed potius non impedit peccata, quia affectus erga bonum penitentiae facit peccatum apparere minus malum, cum sit reparabile, & quidem cum lucro penitentiae, & humilitatis. Quo sensu dicitur Deus non permittere mala nisi ut habeat occasionem ad maiorem bona.

62 Et in hoc sensu explicat Cardinalis de Lugo disput. 7. de Incarnat. sect. 2. quomodo Deus ex affectu erga Christum Redemptorem permiserit peccatum Adæ, quod non permisisset, nisi praevideret, inde sumendam occasionem tanti boni, quanta est redemptio Christi; quæ est doctrina Chrysostomi homil. de Adam & Eva; & in hoc sensu canit

Ecce

Ecclesia: *O foelix culpa, quæ talem de tantum meruit habere Redemptorem.* Quod explicat Cardinalis, & post ipsum P. Aldrete disp. XI. de Prædest. sect. 2. num. 5. exemplo Patris habentis duos filios, qui licet utrumque diligit, magis tamen diligit iuniorem; ideoque facile permittit primogenitum navigare, vel militare, non quidem eo animo directe, ut hæreditas devolvatur ad secundum; sed quia propter affectum erga secundum non iudicat adeo grave malum, quod forsitan primus filius in bello occumbat, cum ex eo malo sequatur illud bonum, quod secundus filius sit hæres. Sic ergo Deus non vult permittere peccatum directe, ut homo dolcat, vel humilietur, sed tantum ex affectu erga humilitatem & penitentiam permittit facilius peccatum, quod alias forte non permitteret, nisi videret esse malum reparabile cum tanto emolumento; ideoque indirecte dici potest Deus permittere peccata in prædestinato ex affectu erga eius salutem. Vnde Augustinus lib. de corrept. & grat. cap. 9. Loquens de Prædestinatis, inquit: *Talibus diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, usque adeo prorsus omnia, ut etiam sequi eorum deniant, atque exorbitant, etiam hoc ipsum faciatis proficere in bonum, quia humiliores redeunt, atque doctiores.*

63. Hoc pacto etiam permittit Deus peccata reproborum ex complacentia, quam habet erga bonum colligendum in prædestinatis occasione illorum peccatorum. Sic ex complacentia in martyrio permittit esse tyrannos, qui martyres torqueant; non quia directe intendat coronam martyrij essentialiter supponentem peccata tyrannorum, & indirecte moveatur ad permittendum peccatum tyrannorum; sed quia complacentia in bono martyrij minuit difficultatem, quam habebat in permittendo tanto scelere, & ita peccata reproborum cooperantur in bonum prædestinatorum; permittit enim Deus peccata reproborum, quia sibi complacet in bonis, quæ inde prædestinatis obveniunt; & idcirco reprobus dicitur creare propter utilitatem Sanctorum; ut docet August. lib. 11. de Genesi ad lit. cap. 7. & 8. ubi ait: *Frustra dicitur non crearet Deus, quos sciebat malos futuros; cur enim non crearet, quos sciebat bonis profuturos?* Item Prosper in sentent. ad caput vndecimum Gallorum inquit: *Qui sibi sua iniquitate nocituri sunt, ad utilitatem nascuntur aliorum.* Et rursus Augustin. lib. 11. de Civit. cap. 18. dicens: *Neque enim Deus illum, non dico Angelorum, sed vel hominum crearet, quem malum futurum esse præscisset, nisi pariter nisset, quibus eos*

bonorum visibus commodaret, atque ita ordinem sæculorum tanquam pulcherrimum cæmen ex quibusdam quasi antithesis honestaret. Idem docet lib. de corrept. & grat. cap. 10. his verbis: *Saluberrime consistemus, Deum, Dominumque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exortura præscivit, & scivit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis benefacere, quam mala esse non sinere; sic ordinasse Angelorum & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset liberum arbitrium, deinde quid posset gratiæ beneficium.* Ex quibus omnibus constat, Augustinum solum contendere, Deum nunquam permittere peccata, quin prævideat quid boni facturus, sit ipse occasione peccati; quatenus complacentia in illo bono minuit difficultatem permittendi peccatum: nullatenus autem contendere, quod Deus permittat peccatum, quia antecedenter intendit bonum essentialiter ipsum supponens.

64. Obijciunt secundo potest fidelis laudabiliter desiderare, & à Deo petere coronam martyrij; ardentè desiderando pro Christo vitam ponere; quem finem obrinere non potest quin interveniat peccatum tyranni: ergo poterit Deus coronam martyrij præfinire exaudiens vota, & preces martyris, & ex illo fine peccatum tyranni permittere. Respondeo: martyrem non posse licite intendere absolute finem essentialiter supponentem peccatum tyranni. Sed ex complacentia in aureola martyrij, & ex desiderio subeundi pro Christo mortem sub conditione, quod tyrannus velit illam inferre, vel glorificandi coram tyranno Christum, posse absolute se sistere coram ipso & Christum prædicare, ut vel tyrannum & alios ad Christum trahat, vel Christum glorificet, casu quo in odium fidei velit tyrannus ipsum occidere. Quare, desiderium martyrij ante prævisum absolute peccatum tyranni, non est absolutum, sed conditionatum; & solum est absolutum in ordine ad non impediendam sui necem, si tyrannus velit illam inferre in odium fidei. Possumus ergo petere à Deo imprimis ne impediatur nostram passionem & necem, sed ut eam permittat propter finem aliquem gloriæ suæ: deinde possumus à Deo petere, ut vel nos ponat in occasionebus profitendi fidem, vel patiendi; siquidem ad hoc non est necessarium, quod mediet peccatum, cum aliud sit occidi; aliud incidere in manus eorum, qui nos possunt occidere. Præterea possumus à Deo petere, ut nos in eo periculo constitutos confortet auxilijs efficacibus suæ gratiæ, quæ ipse elargiri optime potest.

test, quia implicite amat peccatum. Denique possumus à Deo petere, ut eo modo, quo potest permittat tyranno occasionem occidendi nos propter finem, quod Deus præstare potest, quin antecedenter ad peccatum tyranni absolute prævisum absolute intendat aureo- lam martyrij essentialiter supponentem peccatum tyranni.

65. Obijciunt tertio ex Patre Quirso: potest dari in Deo ante prævisum absolute peccatum volitio essentialiter connexa cum peccato: ergo etiam intentio penitentiæ. Consequentia patet, quia si ex aliquo capite repugnet intentio penitentiæ, est, quia infallibiliter infert peccatum. Antecedens probatur primo, quia potest Deus præstare permissionem peccati, quia in permissione peccati nihil mali reperitur: at voluntas efficax permittendi peccatum illud infallibiliter infert: Probatut secundo, quia Deus postquam decrevit dare auxilium ut duo, sub quo cognoscat futurum peccatum: ante ipsum absolute prævisum vult negare auxilium ut quatuor, quo evitaretur, quæ volitio ex suppositione illius scientiæ infallibiliter infert peccatum. Confirmatur: quia quis neget posse Deum habere hoc decretum: *Etiamsi per scientiam mediam videam auxilium, ut duo fore inefficax, nolo ei aliud adiungere.* Hæc autem voluntas iuncta cum scientia media inefficaciæ antecedit futuritionem peccati, & cum illa infallibiliter conneditur.

66. Respondeo distinguendo primum antecedens: *Potest dari in Deo ante prævisum absolute peccatum volitio essentialiter connexa cum peccato*, propter id quod supponit; transeat antecedens: essentialiter connexa cum peccato, propter id, quod amat; nego antecedens & consequentiam. Explico distinctionem. Præmissio efficax penitentiæ ante prævisum absolute peccatum, est essentialiter connexa cum peccato, propter finem quem amat antecedenter ad permissionem peccati, nempe propter penitentiã, quæ essentialiter supponit peccatum. Vnde vi illius cogitur Deus procurare existentiam peccati ad hoc, ut obtineat finem præintantum; ut constat ex nostra prima & communi ratione proposita sect. 1. At volitio illa, de qua in argumento, non est connexa cum peccato propter id quod amat: nam illa solum amat existentiam cuiusdam auxilij sufficientis, quod hic & nunc prævisum est in efficax, & carentiam omnis alterius auxilij: obiectum autem hoc non est connexum cum peccato: nam existentia auxilij sufficientis potest per se immediate coniungi cum observatione præcepti & consequenter cum carentia peccati, & ad hoc

ut coniungatur, conferatur à Deo. Totã autem connexio cum peccato est ratione scientiæ mediæ de inefficaciã auxilij, quam scientiam illud decretum supponit, nisi tamen amat absolute & antecedenter. Deus enim quantum est ex se sic vult, ne existat in tempore peccatum, ita quantum est ex se vult non habere scientiam representantem existentiam peccati; eamque scientiam solum vult habere ex suppositione quod existat, vel existeret peccatum.

67. Præterea dico, falsum esse, quod volitio amans immediate permissionem peccati sic essentialiter connexa cum peccato: nã permissio passiva peccati, quæ est obiectum illius volitionis, nihil aliud est, quam collatio talis auxilij sufficientis, v. g. A. & negatio omnis alterius auxilij: collatio autem illius auxilij, & negatio omnis alterius non est connexa cum peccato, sed coniungibilis cum eius carentia, & ad hanc coniunctionem ordinatur illa collatio auxilij: volitio vero terminata ad illam collationem non supponit per se scientiam mediã de inefficaciã auxilij; ut evincit nostra secunda ratio: quia illa volitio intendit serio, ut existat observatio præcepti, & ad hoc applicat medium; implicat autem, ut volitio divina sit essentialiter incompossibilis cum eo, quod serio intendit, & ad quod applicat medium: ergo volitio illa non est essentialiter connexa cum peccato, & consequenter, non supponit essentialiter scientiam mediã de inefficaciã auxilij.

68. Quare repugnat, quod Deus immediate exequatur auxilium sufficiens ad observandum præceptum per volitionem, quæ intrinsece habeat hunc modum tendendi: *Quãvis videam, Petrum peccaturum, si ei conferam dumtaxat auxilium A, nihilominus nolo ei illud dumtaxat auxilium conferre.* Ratio est, quia hoc decretum essentialiter supponit scientiam mediã peccati futuri: nullo auxilio, ac proinde essentialiter conneditur cum existentia peccati; & propterea est essentialiter incompossibile cum observatione præcepti: implicat autem ut Deus conferat auxilium ab observandum præceptum per decretum essentialiter incompossibile cum observatione præcepti, quia decretum illud hoc ipso intenderet chymæram, nimirum coniunctionem sui cum observatione præcepti. Vnde licet supposita scientia de inefficaciã auxilij Deus habeat decretum collativum talis auxilij, illud decretum non postulat eam scientiã saltem determinate, sed omnino per accidens coniungitur cum illa. Et licet verificetur, Deus conferre auxilium, quamvis videat fore inefficax, tamen veritas hæc non est essentialis ipsi

decreto collativo auxilij, utpote quod conciperetur à Deo libentius, si videret auxilium fore efficax: sed veritas illa consistit in complexo decreti, & scientiæ mediæ per accidens præsuppositæ ad ipsum.

69 Pro maiori intelligentia nota, distinguendam hic esse permissionem activam peccati à permissione passivâ, & aliud esse amare directe permissionem activam, aliud amare directe permissionem passivam peccati. Permissio activa est ipsum decretum conferendi auxilium *A*, quod hic & nunc prævidetur fore inefficax & negandi omne aliud auxilium. Vnde in recto importat decretum, per accidens supponens scientiam de inefficacia auxilij, & de obliquo illam scientiam. Hanc permissionem activam potest Deus directe amare secundum id quod importat in recto per aliud decretum imperans decretum executivum auxilij: cæterum non potest amare nisi pro posteriori ad scientiam de inefficacia auxilij: neque potest illam amare amore antecedenti secundum illud, quod ea permissio importat de obliquo: siquidem Deus amore antecedenti non amat scientiam de inefficacia auxilij, sed potius amore antecedenti amat scientiam oppositam, quia sicut quantum est ex se vult, ut homo recte operetur, ita quantum est ex se, & amore antecedenti vult, ut præterferat in ipso scientia mediæ de efficacia auxilij: solumque ex suppositione consequenti quod voluntas creata sit prave operatura, vult habere scientiam de inefficacia auxilij. Permissio passivâ peccati secundum rectum est ipsa collatio externa auxilij *A*, & negatio omnis alterius auxilij. Hanc permissionem passivam amat directe Deus per decretum executivum auxilij, & hoc decretum nequit supponere essentialiter scientiam mediæ de inefficacia auxilij, cum intendat efficaciam auxilij, seu observationem præcepti. At decretum, quod immediate amat tanquam suum obiectum directum, ipsum decretum executivum auxilij, non est inconveniens, quod supponat essentialiter scientiam de inefficacia, quia istud decretum non amat observationem præcepti, sed amat decretum collativum auxilij & intentivum talis observationis.

70 Obijcies quinto, ex Godoy disp. 63. n. 8. & 38. omne quod cõducit ad aliquem finem, si sit amabile, potest ex intentione talis finis præparari & amari: sed permissio pec-

cati conducit ad finem prædestinationis, & alias à Deo potest amari, & amatur defacto: ergo potest amari, & præparari à Deo ex intentione finis prædestinationis, qui est beatitudo; & defacto sic præparatur. Aliunde verò medium remotum non eligitur in ordine ad finem, nisi ex amore & intentione mediij proximioris, si hoc sit amabile ab intendente finem: at permissio peccati est medium remotum ad finem prædestinationis, pœnitentiâ vero est medium proximius, & alias amabilis à Deo: ergo permissio peccati non eligitur, ut ad finem prædestinationis conducens, nisi ex præintento bono pœnitentiæ. Respondeo, sub lite esse, an permissio peccati sit effectus prædestinationis; ut patebit disp. sequenti. Nunc breviter dico, si permissio peccati non possit esse effectus prædestinationis, quin ante illam præcedat intentio absoluta & efficax pœnitentiæ, non esse effectum prædestinationis. Vnde in forma ad argumētum respondeo, distinguendo maiorem: si conducat ad finem independentem à peccato, concedo maiorem, si non conducat ad finem, nisi interveniente peccato, nego maiorem: & distingo minorem, conducit mediante peccato, concedo minorem: independentem à peccato, nego minorem, & consequentiâ. Itaque dici potest electionem efficacem alicuius hominis ad gloriam relinquere locum; ut Deus permittat peccatum illi homini, non quidem ex intentione directâ pœnitentiæ, vel humilitatis supponentis essentialiter peccatum; sed ex intentione alterius boni, quod posset obtineri mediante permissione peccati materialiter sumptâ, quatenus est collatio huius auxilij, & negatio alterius validioris. Nam intentio illa antecedens pœnitentiæ, & cogit Deum amare peccatum: & necessario arguit posse Deum intendere serio observationem præcepti per volitionem essentialiter impossibilem cum tali observatione, quod est chymæra. Quare pœnitentiâ etiam sit bonum amabile à Deo, amore absoluto & efficaci supponente permissionem peccati: non autem amore efficaci nõ supponente permissionem. At proinde pœnitentiâ ante prævilum absolute peccatum solû potest amari amore conditionato, volente quod existat pœnitentiâ sub conditione, quod homo peccet. Mitto alia minoris momenti, quæ ex dictis facile dilui possunt.



DISPUTATIO XVII. DE EFFECTIBVS PRAEDES- TINATIONIS.

NON parum solet in hac quaestione deterrari de nomine, dum alij plures, alij pauciores conditiones considerant, ut aliquid sit praedestinationis effectus. In sententia admittente electionem efficacem ad gloriam ante praevisa merita, ea omnia & sola dici debent praedestinationis effectus, quae oriuntur ab hac electione, tanquam à radice, totaque difficultas huius quaestionis in hac sententia versari debet in assignandis rebus, quae ex illa electione oriuntur. In sententia autem vera eam electionem negante, aliter res explicanda. Aliqua ab omnibus assignantur conditiones requisite, ut aliquid sit praedestinationis effectus. Prima, ut sit proprie opus Dei, & effectus ab ipso productus, nam teste August. Deus non praedestinat, nisi quae ipse facturus est, licet praesciat plura, quae ipse non facit, scilicet peccata. Secunda, ut aliquomodo sit supernaturalis; & ad providentiam supernaturalem spectans; quia praedestinatio est gratiae preparatio. Tertia, ut sit collatum ex intentione vitae aeternae, & in eius consecutionem aliquomodo cooperetur mediate, vel immediate, quia praedestinatio est preparatio mediolorum in vitam aeternam; & solum praedestinari dicuntur, qui re ipsa salvantur. Quarta, solet addi, ut sit gratia per Christum, id est, effectus meritorum Christi, quae tamen conditio ex conceptu praedestinationis, ut sic non postulatur, ut docet P. Suarez lib. 3. cap. 2. Et forsam nec defacto omnes effectus praedestinationis. Sunt ex meritis Christi, ut multi dicunt de gratia Adami. In particulari autem multa sunt de quibus dubitatur, an sint praedestinationis effectus. Potissimum est permissio peccati, de qua primo disputabimus. Et quia aliqui probant eam non esse praedestinationis effectum, quia ad hoc opus erat, ut Deus intenderet absolute poenitentiam ante praevium peccatum; idem praemisimus disputationem praecedentem.

SECTIO PRIMA.

An permissio peccati sit effectus praedestinationis.

2 EX eo quod non possit Deus absolute intendere poenitentem ante praevi-

sum absolute peccatum deducit P. Vazquez disp. 93. n. 10. & cum ipso P. Arrubal disp. 82. cap. 2. Meratius & alij, permissioem peccati non esse effectum praedestinationis; quia videlicet, ut sit praedestinationis effectus, non solum debet ad consecutionem gloriae conducere, sed ex illius intentione eligi. At permissio peccati nequit eligi ex intentione gloriae; ergo nequit esse praedestinationis effectus. Prob. minor; quia nec potest permissio peccati immediate eligi, seu procedere ex intentione gloriae, nec mediate. Non immediate, quia cum omne medium catenus eligatur, quia utile est ad finem consequendum, certe si non est utile per se immediate, sed tantum mediate per aliud non potest eligi immediate ex illo fine, seu immediate ex eius intentione procedere; sed mediate tantum, & per aliud, id est mediante electione alterius; ordo enim intentionis contrarius est ordini executionis; ac proinde sicut in executione prius semper adhibentur media, quae remotius conducunt ad assecutionem finis, posterius vero ea quae vicinius, ita ex opposito in intentione prius eliguntur illa media, quae vicinius conducunt ad finem, posterius vero ea quae remotius: iam vero permissio peccati, non est vtilis immediate, & per se ipsam ad consecutionem gloriae; ergo non potest immediate, eligi ex intentione gloriae. Nec rursus mediate, nempe mediante electione mediij, per quod conducit ad consecutionem gloriae; quia hoc medium est poenitentia; mediante autem electione, seu intentione poenitentiae nequit eligi; quia nequit dari illa intentio poenitentiae priori ad permissioem peccati; ergo &c.

3. Caeterum Pat. Suarez lib. 3. de praedest. cap. 8. Quamvis repugnantem iudicet illam intentionem poenitentiae, adhuc tamen permissioem peccati esse effectum praedestinationis, quia licet non praecedat ex fine gloriae media intentione poenitentiae, procedere tamen potest media intentione alterius boni, seu emolumenti spiritualis, colligendi quidem occasione peccati, per se tamen minime supponentis peccatum, cuiusmodi est humilitas, odium peccati, propositum caute intendendi, & fugiendi occasiones peccandi. Haec tamen solutio non videtur difficultatem sedare. Primo, quia licet bonum, & finis proximus

hinc à Deo intentus media permissioni peccati non supponat ex se peccatum, si tamen permissio nequit detervire ad illud, colligendum nisi interveniente peccato, integra manet difficultas; nam Deus eligens permissionem ad colligendum illud bonum, debet illam eligere, ut vtilent ad hunc finem: ergo si ad illum non est vtilis, nisi ut coniuncta cum peccato, seu quatenus ad illam sequitur peccatum, Deus eliger illam, ut coniunctam cum peccato, ac proinde eliger peccatum. At Eximius Doctor ibi num. 17. & 18. fatetur non solum permissionem, sed ipsum peccatum esse necessarium aliquando, ut colligatur fructus à Deo intentus media permissione peccati. Secundo, quia humilitas, ad quam permissio peccati non est vtilis nisi interveniente peccato, non videtur esse alia quam illa, quam quis contipit ex eo, quod certo sciat se peccasse; hæc autem non minus supponit peccatum quam pœnitentia: ergo non magis potest intendi, quam pœnitentia.

4 P. Herice disp. 30. cap. 6. quem secutus est Alarcon disp. 4. de præd. cap. 5. §. 2. existimat defacto permissionem peccati non esse prædestinationis effectum, quia videlicet secundum providentiam ordinariam peccatum est per se necessarium, ut prædestinatus ex illa permissione colligat fructum spirituale; siquidē hunc fructū nō colligit ex permissione, nisi ut sibi cognita, eam autem secluso miraculo nequit nisi per peccatum cognoscere. Censet tamen in alia rerum serie esse prædestinationis effectum, nimirum casu quo ante commissum peccatum eam permissionem cognosceret prædestinatus in seipso per revelationem Dei; quia tunc independentem à peccato concipere posset humilitatis affectum, & agnosceret auxilij congrui collationem non esse volentis, nec currentis, sed Dei miserentis. Sed contra hos Authores sic objeio: ergo Deus potest ex se, & antecedenter intendere aliquē finem, ad cuius consecutionem necesse sit permittere peccatum, eiusque permissionem revelare homini ante commissionem peccati, ut inde fructum intentum colligat. Contra est manifeste, quia humilitas quam quis contipit, ex eo quod per revelationem cognoscat sibi permittum esse peccatum, & infallibiliter à se committendum, est finis, ad cuius consecutionem requiritur necessario illa permissio peccati, & revelatio. Consequens autem est absurdum; quia ex vi illius intentionis ita Deus conferret hominij auxilium, cum quo prævidit hominem peccaturum, ut non esset collaturus, si prævideret cum eo recte operaturum, siquidem voluntas collativa auxilij non est permissio peccati nisi in ijs circumstantijs, in quibus

homo prævidetur cum eo peccaturus. At repugnat Deo hoc modo conferre auxilium incongruum: ergo, &c.

5 P. Antonius Perez in assertis Theologis num. 134. explicat modum alium, quo seclusa intentione pœnitentiæ possit permissio peccati esse effectus prædestinationis; quia cum illa permissio duas partes contineat; quarum prima est libertas ad peccandum; secunda vero scientia media pravi usus illius libertatis: datio libertatis potest esse effectus prædestinationis, quia Deus ita dat prædestinatis libertatem peccandi, ut sit paratus dare gloriam, si non ceciderint, & paratus dare pœnitentiam, si ceciderint. In idem recidit solutio tradita à P. Aldrete disp. 20. de Incarnat. sect. 8. & à P. Ribad. disp. 24. de Prædest. nom. 20. Verum hæc doctrina licet locum haberet, si Deus decerneret auxilium incongruum ignorans eventum secururum: at cum Deus ante decretum collativum illius auxilij certus omnino sit de futura ipsius inefficacia; locum habere nequit, quia ex suppositione quod Deus cognoscat Petrum peccaturum cum auxilio A, si illud tantum ei conferatur, nequit habere decretum illud conferendi, & simul per aliud decretum paratus esse ad dandam Petro pœnitentiam, casu quo non sit recte operaturus cum eo auxilio; quia hoc decretum conditionatum supponit Deum antecedenter ignorare, an Petrus sit peccaturus cum eo auxilio.

6 Alio insuper modo tentavit P. Aldrete ubi supra num. 2. hanc difficultatem solvere; asserit ergo, ut aliquid sit prædestinationis effectus non esse opus, ut oriatur directe ex intentione gloriæ, sed satis esse quod oriatur indirecte: & hoc modo oriri permissionem peccati; quatenus Deus (inquit) intendens efficaciter gloriam Petri ante prævisa ipsius merita; dum vider acturum postea pœnitentiam, si modo cum hoc auxilio peccat, non negat tale auxilium inefficax, quod negandum erat ex vi talis intentionis, nisi videretur Petrus postea acturus pœnitentiam. Sed contra quia intentionem efficacem gloriæ movere indirecte ad collationem auxilij inefficacis, est movere per modum removens prohibens: hoc autem pacto non movet; quia intentio efficax gloriæ non minuit difficultatem quam Deus habet in permittendo peccatum, sed potius illam auget. Difficilius naque est, quod permittat peccatum hominis quem efficaciter elegit in gloriam, quam si non elegisset. Quare difficultas illa solum minuitur per præscientiam pœnitentiæ securæ: ac proinde hæc scientia, non autem intentio gloriæ, movet indirecte Deum ad permittendum peccatum.

His ergo solutionibus reiectis; assero pri-

primo permissio peccati, ut talis, seu quatenus habet connexionem cum peccato, nequit esse effectus prædestinationis. Pater, quia ut sic involvit scientiam mediam peccati futuris nam Deus permittit peccatum, quatenus negat auxilium cum quo prævidit peccatum vitandum, & concedit illud cum quo prævidit, non vitandum, scientia autem media peccati futuri nequit esse effectus prædestinationis, alio qui ipsum etiam peccatum futurum, quod est in causa, cur Deus habeat illam scientiam, diceretur effectus prædestinationis.

7. Affero secundo, permissio peccati specificative sumpta, id est denegatio auxilij congrui, & collatio auxilij sufficientis, nequit esse effectus prædestinationis ex fine aliquo ad quod obtinendum non deserviat, nisi quatenus ex ipsa secuturum est peccatum, nam Deus eligens permissionem, ut vilem ad hunc finem, hoc ipso amaret peccatum.

8. Affero tertio, permissio peccati potest esse effectus prædestinationis; quia potest oriri ex intentione gloriæ mediante intentione alicuius finis proximi, seu emolumentij spiritualis ad quod obtinendum ipsa deserviat secundum se, quatenus præscindit ab eo, quod secuturum, vel non secuturum sit peccatum; nam collatio huius auxilij, & denegatio aliorum, non habent ullam connexionem ex se cum peccato. Explicatur: videns Deus vile esse prædestinato ad hoc, ut in propria infirmitate sibi vilescat, & agnoscat quantum à Deo pendat, sciatque donum esse Dei quod graves tentationes sæpe non expectat; videns, inquam, Deus ad hos fines eliciendos, hosque fructus spirituales colligendos, quibus ad gloriam consequendam non parum iuvatur homo, utile esse interdum movere ipsum ad recte operandum per auxilia in sua entitate remissa, quæ cum tentationibus vehementibus cohercant, hoc facit; & denegat auxilia vberiora, quæ tentationes compescerent, & viam virtutis planam & facilem redderent; idque præstat, quamvis sciat hominem illo dumtaxat auxilio remisso pulsatum tentationi cessurum esse. Ita tamen, ut si videret hominem illo dumtaxat auxilio motum, recte operaturum, adhuc illi concederet auxilium illud, ecce in hoc eventu Deus amat permissionem peccati, ut vilem ad colligendum emolumentum illud spirituale, nec tamen amat peccatum; quia illa permissio secundum se quatenus est collatio auxilij debilis relinquentis passionum rebellionem, & negatio auxilij robusti impediens difficultatem operandi virtutem, est utilis ad eum finem, sive coniungatur, sive non coniungatur cum peccato.

Sed obijciens primo, Deus iuxta

Apost. Rom. 6. *Ut ostendat divitias gratiæ suæ in vasa misericordiæ, sustinet in multa patientia vasa iræ*, id est ideo denegat vocationes congruas reprobis, ut ostendat liberalitatem suam erga prædestinatos, & ut prædestinati agnoscant omnino gratis sibi fuisse collatas vocationes congruas: ergo intendit aliquem finem, ad cuius consecutionem non est utilis permissio peccati, nisi quatenus coniungitur cum peccato: nam prædestinatus inde solum cognoscere potest, sibi collatam esse gratiam congruam, & alteri negatam, quatenus cognoscit se non peccasse, & alterum peccasse.

10. P. Vazquez disp. 93. num. 163. responder, licet prædestinati in hac vita non nisi ex eventu peccati cognoscere valeant liberalitatem Dei erga seipsum, quod ipsis contulerit eam peculiarem gratiam, quam reprobis negavit, tamen hoc esse per accidens ratione status, ac proinde illam cognitionem, & gratiarum actionem inde ortam, utpote supponentem peccatum, non fuisse à Deo antecedenter intentam. At cum prædestinati in alia vita cognoscant specialitatem gratiæ sibi collatæ, & negatæ reprobis non ex eventu peccati, sed ex ipsa natura gratiæ potuit, inquit, hæc notitia & gratiarum actio inde orta cadere sub primariam, intentionem Dei; cum non supponat per se & suapte natura peccatum ipsum. Hanc solutionem recte impugnat P. Suarez lib. 3. ca. 8. num. 17. nam quando Deus ex permissione peccati ostendit ostensionem gratiæ suæ, illud non tam est in ordine ad beatos, quam in ordine ad viatores; nam beatis parum necessarium erat medium illud, cum gratiâ in se cognoscant. Impugnatur præterea, quia videtur P. Vazquez supponere beatos, cognoscere congruitatem, vel incongruitatem gratiæ præcisè inspicendo eius naturam, & naturam arbitrij; quod tamen est falsum, quia cum eodem arbitrio, & in eisdem circumstantijs in quibus gratia est incongrua, potuit esse congrua, &c. Denique impugnat; quia saltem ille finis antecedenter à Deo intentus ad sui consecutionem postulat, ut Deus permittat peccatum reprobis, & ut prædestinatus agnoscat liberalitatem Dei erga ipsum, opus est, ut agnoscat permissionem peccati reprobis. Atqui nec hic finis potest à Deo antecedenter intendi; ut super probavi contra P. Herice. Melius responderet P. Vazquez hunc objectioni, id quod responderet objectioni sequenti.

II. Obijciens secundo plura PP. testimonia, in quibus significatur Deum, in permittendo peccatum intendere bonum aliquod, quod non nisi occasione peccati colligitur. Vide hæc testimonia apud Suarez ibi num. 93.

Respondet Vazquez ea disputatione. 93. num. 14. Patres vulgari modo fuisse locutos, vt scriptura quoque consuevit, cum eventum bonum, qui occasione peccati futurus est tanquam finem exprimit, cum tamen revera non sit primariæ intentionis Dei, non enim permittit peccatum, vt eliciat bonum, sed ex peccato iam præviso elicit bonum. Namque vt ait Augustin. in Psalm. 125. *Qui vt faciat misericordiam, optat esse miseros, crudeliter habet misericordiam, quomodo si medicus, vt exercent artem suam optaret esse multos agrotos, crudelis medicina esset.* Respondeo secundo, & melius cum Cardinali de Lugo disputat. 7. de Incarnat. num. 13. Eis locutionibus solum significari cognitionem poenitentis, humilitatis, & aliorum bonorum, quæ Deus videt colligenda esse occasione peccati, fuisse causam permissionis, non quidem directe movendo per modum finis antecedenter intenti, sed indirecte dumtaxat, & per modum remoyentis perhibens; quia Deus non permitteret peccatum prædestinatis, nisi sciret per poenitentiam reparandum magno cum lucro. Vnde non dicitur permittere mala, vt inde eliciat maiora bona, quia eligat directe permissionem mali ad obtinendum bonum, sed quia non reputat inconueniens permittere mala quando sunt occasio magni boni. Et ad hunc sensum exponendus est locus Apostoli in prima obiectione oppositus.

SECTIO SECUNDA

An iustificationes, & merita interrupta per peccatum sint effectus prædestinationis?

NEGAT Pat. Vazquez disp. 93. n. 18. Quem sequitur Meratius, & alij pauci. Rationem reddunt, quia cum Deus non permittat prædestinato peccatum ex intentione illud reparandi, iustificationes illæ & merita, quæ peccatum præceterunt, sine fructu & extra viam manent ex vi providentiæ antecedentis statum peccati; nisi Deus nova voluntate novaque providentiâ peccatorem ad viam salutis reducat, & bona per peccatum amissa ei restituat: ergo dona illa secundum tempus quo præcedunt peccatum, & secundum voluntatem ea dona pro eo tempore concedendi, non sunt effectus providentiæ specialis, sed solum providentiæ communis: solique sunt effectus providentiæ specialis, seu prædestinationis, vt reparata, id est secundum tempus, quod sequitur po-

nitentiâ, & secundum voluntatem ea reparandi. 13. Communis tamen, & verior sententia cum P. Suarez lib. 3. cap. 4. affirmat, cui subscribo; præsertim in sententiam admittente electionem ante prævisa merita: quia nihil prohibet illas iustificationes, & merita præcedere ex intentione efficaci gloriæ; nec enim ex eo quod Deus antecedenter eligat Petrum ad gloriam conferendam in præmium meritum eliciendorum in toto vitæ decursu, propterea obligatur ad non permittendum ipsi peccatum aliquod; possunt ergo merita interrupta per peccatum oriri ex intentione efficaci dandi gloriam in præmiis eorum. Si autem hoc habeant nihil illis deesse potest, vt sint prædestinationis effectus. Nec video quo fundamento P. Vazquez ea disp. 93. nu. 19. hoc toto admissio, negaverit adhuc fore prædestinationis effectus, eo quod dum interruptuntur per peccatum non continuantur in voluntate divina cum alijs medijs. Nulla nam est ratio, quæ persuadeat eam continuationem requiri, si semel non obstante illa discontinuatione merita illa oriuntur ab illa electione efficaci, & influunt reipsa in consecutionem gloriæ.

14. Difficilius est probare conclusionem in vera sententia negante illam electionem antecedentem. Nam in hac sententia illa merita non videntur oriri ex aliqua speciali voluntate propria prædestinatorum, siquidem in hac sententia prædestinatio non consistit in aliqua voluntate virtualiter indivisibili habita in vno signo rationis, à qua oriuntur omnia media prædestinationis, vt probavi disp. 9. sect. 3. sed in serie quadam volitionum, quibus homini decernuntur ea media, quibus ad gloriâ infallib. provehitur: si enim media habent inter se ordinem, ita vt vnus sit causa meritoria alterius, voluntas effectus vnus debet esse posterior voluntate alterius. Quo posito iam apparet difficultas: nam iustificationes prædestinati antevertebant peccatum solum oriuntur à voluntate efficaci ad ipsas terminata, & voluntate inefficaci gloriæ. Totum autem hoc habent etiam iustificationes reprobi: ergo vix non oriuntur à voluntate prædestinatorum propria.

15. Nihilominus dicendum est, adhuc in nostra sententia negante electionem ante prævisa merita, iustificationes, & merita interrupta per peccatum esse prædestinationis effectum. Et imprimis si ratio dubitandi modo confecta aliquid probaret, pariter evinceret, etiam iustificationem nunquam interruptam per peccatum, & vocationem disponentem ad ipsam non esse prædestina-

nonis effectum, quia vocatio illa solum oritur à voluntate efficaci terminata ad dispositionem iustificationis, vel ad summum à voluntate efficaci terminata ad ipsam iustificationem, non autè à voluntate efficaci gloriæ, & in hoc convenit cum iustificatione postea interrupta per peccatum, quod enim interruptio non sit, est aliquid posterius minime inductum per ipsam, & est nova gratia. Aliud vero vocatio illa non magis immediate cooperatur in gloriam, quam merita interrupta per peccatum, non ergo est: ratio, cur potius quàm illa, sit prædestinationis effectus. Quod si Deum sua peculiari gratia voluisse, ut iustificatio interrupteretur deinceps, sufficit ut non solum donum perseverantiæ, à quo habet complete non interrupti, sed ipsa iustificatio secundum se sit prædestinatio effectus, quavis secundum se sit communis reprobo. Similiter Deum sua peculiari gratia voluisse, ut merita mortificata per peccatum reviviscerent, & sic effectum haberent in gloriam, sufficit, ut merita illa sint prædestinationis effectus.

16. Confirmatur, quia præscindendo à dono perseverantiæ reliqua omnia antecedentia possunt esse communia reprobo, & prædestinato, etiam inspicendo decretum à quo oriuntur, & tamen ubi adiungitur donum perseverantiæ, sunt effectus prædestinationis: ergo similiter in nostro casu, &c.

17. Jam probatur à priori nostra conclusio. Nam cum prædestinatio sit preparatio gratiæ in gloriam, omnis collatio gratiæ ordinata in consecutionem gloriæ, et in finem, & ex eius intentione procedens, debet esse effectus prædestinationis, si in illam cooperetur mediate, vel immediate. At iustificationes, & merita interrupta per peccatum hoc habent; nam in primis ordinantur in consecutionem gloriæ, et in finem, & ex eius intentione procedunt: deinde in illam cooperantur; nam ablato obice peccati per penitentiam, merita illa reviviscunt, & propter ipsa confertur homini corona gloriæ, quæ minime ipsi conferretur in illa mensura, si autè peccatum non habuisset merita.

18. Ex quo infero voluntatem collativam illorum meritorum constitui in ratione specialis providentiæ per voluntatem subsequenter vivificandi ipsa: sicut voluntas conferendi reliqua dona, quæ antecedunt perseverantiæ, in ratione voluntatis specialis propriæ prædestinationum, constituitur extrinsece, vel quasi extrinsece per voluntatem dandi donum perseverantiæ. Vnde non requiritur, ut omnis effectus prædestinationis oria-

tur à peculiari prudentia, ut taliter, id est à providentiâ propria prædestinationum, quia hæc peculiaris providentiâ completur per voluntatem dandi donum perseverantiæ, & non omnes effectus prædestinationis procedunt ab hac voluntate; siquidem merita, quibus homo meretur de congruo donum perseverantiæ, non supponunt illam voluntatem, sed eam antecedunt; ac proinde ab ea procedere nequeunt. Explicatur: nam omnis recta operatio procedit ab speciali Dei providentiâ circa operantem, quam non habet circa non operantem; & tamen non procedit ab speciali providentiâ, ut talis, quia illa specialis providentiâ consistit in eo, quod Deus conferat auxilium in ijs circumstantiis, in quibus scit hominem cum eo recte operaturum; ut explicui disp. 5. vnde constituitur formaliter per ipsam scientiam mediam, à qua tamen non oritur operatio.

19. Quod si quis noluerit hanc doctrinam admittere, dicere poterit, prædestinationem quidem esse peculiarem providentiâ, non communem reprobo, quia completur aliquid commune, & aliquid differentiale; nihilominus cum prædestinatio illa consistat in quadam serie, & coordinatione divinarum decretorum terminatorum ad media efficaciæ salutis, non opus est, ut singuli prædestinationis effectus, orientur ab illa, ut est peculiaris providentiâ; sed alij orientur ab illa secundum aliquam partem, quam habet communem cum providentiâ reproborum, alij ab alia, quam non habet communem. Vel dicitur etiam primum effectum oriri ab speciali providentiâ, quia Deus habet scientiam mediam per quam cognoscit, si existat hoc medium prædestinationis, exitura esse reliqua; vnde etiam primum medium oritur à peculiari providentiâ; quia decretum illud conjunctum cum illa scientiâ mediâ hanc providentiâ constituit, quia licet Deus simile medium sæpe concedat reprobo; non tamen sub scientiâ utilitatis ex illo secuturi, quæ scientiâ utilitatis secuturæ beneficium auget, ut diximus disp. 5.

20. Dices: ea quæ in prædestinato sunt effectus providentiæ communis, non posse esse effectum providentiæ specialis; siquidem providentiâ communis, & specialis opponuntur: ergo nec posse esse effectum prædestinationis, quæ est providentiâ specialis. Resp. bis. riam posse aliquid dici effectum providentiæ communis. Primo, quia est effectus providentiæ naturalis debitæ subiecto, quæ ad omnes extenditur: vel quia licet sit effectus providentiæ supernaturalis; tamen

non cooperatur in consecutionem salutis: & hoc pacto auxilia inefficacia; quorum collatio nullo modo influunt in consecutionem gloriæ, etiam in prædestinato: dicuntur effectus providentiæ communis. Secundo, potest dici effectus providentiæ communis, quasi præcisive; quatenus scilicet effectus ille, si consideretur secundum decretum divinum, à quo oritur, non habet esse aliquid proprium solius prædestinati; quandoquidem in reprobo potest reperiri similis effectus à simili decreto præveniens. Et in hoc sensu omnia beneficia gratiæ præter donum perseverantiæ possunt dici provenire à providentiâ communi præcisive, id est à providentiâ, quæ quatenus influunt in eiusmodi dona præscindit ab eo, quod sit propria prædestinati, vel reprobî. Iuxta quem sensum providentiâ communis, & specialis non opponuntur, sicut genus non opponitur cum specie. Si autem providentiâ communis non sumatur præcisive, sed negative, quatenus scilicet esse communem negat specialitatem, sic illa dumtaxat dona gratiæ collata prædestinato sunt effectus providentiæ communis, quæ nullo modo influunt in gloriâ consecutionem, nec immediate, nec mediate qualia sunt omnia auxilia, quibus homo abaritur, & quorum occasione nullo modo promovetur ad consequendam gloriâ.

21. Sed objicies ex P. Meratio tom. II. disp. 39. omnes & singuli prædestinationis effectus ita inter se coordinari esse debent, ut quando aliqui per se non conducunt hominẽ immediate in vitam æternam, nec ullam erga ipsam proximè causalitatem exercent, id faciant mediate per alios ratione alicuius causalitatis, quam circa ipsos exercent. Hinc depromitur argumentum; nam si dona gratiæ, & merita interrupta per peccatum considerentur secundum tempus, quo præcedunt peccatum, & secundum voluntatem Dei ea dona pro eo tempore conferendi, sic nec immediate per se perducunt hominem ad vitam æternam, nec per alia gratiæ dona, cum quibus connexionem causalitatis habeant, siquidem peccatum superveniens totam hanc connexionem interruptit: ergo dona illa secundum illud tempus, & secundum eam voluntatem non sunt effectus prædestinationis, sed præcisè secundum tempus, quod sequitur poenitentiam, & secundum voluntatem ea restaurandi.

22. Respondeo merita interrupta per peccatum immediate conducere hominẽ in gloriâ, ablato per poenitentiam obice peccati; nam propter merita elicitâ ante peccatum conferatur gloriâ, quæ alias non dare-

tur nisi talia merita præcessissent. Unde ad eam congruam concurret gratia, ut primo existens, & secundum tempus quo antecedit peccatum, quia secundum illud tempus dignitas merita ad gloriâ; quamvis enim homo elicitus ante peccatum eos actus, si tamen pro eo tempore non habuisset gratiam iustificatorem, non meruisset de condigno gloriâ; ergo cum gloriâ conferatur, ut corona iustitiæ præcedentium meritorum, conferatur intuitu gratiæ, & actuum, quos habuit homo ante peccatum.

23. Confirmatur loquamur de meritis, quæ nunquam interruptuntur per peccatum, & ponamus donum perseverantiæ nullo pacto conferri intuitu præcedentium meritorum. Sic arguimur, hæc merita sunt proculdubio effectus prædestinationis: non quia influunt in donum perseverantiæ; sed quia postea perseverantiâ, ut conditione, ipsa habent influxum immediatum in gloriâ; homo enim eliciens merita est dignus, ut propter illa merita, ut primo elicitâ conferatur ipsi gloriâ, si decedat in gratia. Unde posita illa conditione merita illa influunt immediate in gloriâ. Pariter ergo in nostro casu posita poenitentia, ut conditione; & insuper posita perseverantiâ, merita elicitâ ante peccatum influunt in consecutionem; ergo, &c.

24. Fateor posse iuxta definitionem Augustini accipi in aliqua stricta significatio prædestinationem, iuxta quam non sit effectus prædestinationis, nisi donum perseverantiæ, & ea beneficia gratiæ, quæ sunt causa vel occasio, ut illud existat; cum enim iuxta illam definitionem prædestinatio sit preparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur, nihil erit prædestinationis effectus, nisi sit donum tale, ut videat Deus eo posito hominem liberandum, vel quia est occasio, ut existat: iuxta quem dicendi modum merita præcedentiâ ultimam perseverantiâ non erunt prædestinationis effectus, nisi sint occasio, ut homo infallibiliter liberetur, quatenus scilicet sunt occasio, ut ipsi conferatur donum illud. Et sumpta prædestinatione in hoc rigore, merita interrupta per peccatum non erunt prædestinationis effectus, nisi vera sit sententia eorum, qui dicunt hominem iustum mereri de congruo reparationem post lapsum; ita scilicet, ut Deus intuitu præcedentium meritorum conferat ipsi auxilium efficacæ ad resurgendum à peccato per poenitentiam.

25. Absolutè verò non est ita limitatus prædestinationis effectus, alioqui si postquam Deus decrevit conferre alicui donum


perseverantia, deest ergo ei conferre vberissima gratia auxilia, quibus magnum permeccatorum gloriae augmentum, illorum auxiliorum collatio, non esset praedestinationis effectus, si quidem illa non cooperaretur ad certissimam liberationem hominis; sed supposita liberatione cooperaretur ad gloriae augmentum. Dicendum ergo est; omne beneficium gratiae re ipsa influens in aliquem gradum gloriae, esse praedestinationis effectum, etiamsi nullo modo influat in donum perseverantiae.

26 Sed obijcies ex hucusque dictis sequi gratiam collatam Adamo pro statu innocentiae fuisse effectum praedestinationis; alius sequela constat, quia illa gratia, & merita elicita pro illo statu habuerunt influxum in gloriam. Illa tamen videtur esse absurda, quia Christus sua morte pro merito est Adamo, & reliquis praedestinatiis omnes sua praedestinationis effectus, non promeruit autem Adamo gratiam habitam ante peccatum; quia vel absolute non fuit praesinitus, nisi post praesinitum Adamo lapsum, ut tenet D. Thomas; vel saltem ut possibilis non nisi occasione peccati praesinitus est. Respondeo si absurdum non est, Adamum habuisse aliquam gratiam independentem a meritis Christi, nec absurdum esse quod independentem ab illis habuerit aliquem suae praedestinationis effectum; nam Paulus Ephes. 1. ubi ait, nos fuisse electos, & praedestinos in Christo, eodem modo loquitur de benedictione in Christo, id est, de collatione gratiae per Christum; ait enim de Christo loquens: *Qui benedixit nos omni benedictione spirituali in Christo, elegit nos in ipso*

27 Dices hinc sequi, Christum non promeruisse absolute; & simpliciter Adamo praedestinationem, quasi gratia habitam ante lapsum fuit effectus praedestinationis. Adamo ergo traxit ortum ab illa praedestinatione, tanquam à radice; ergo sicut merita Christi supponebant gratiam Adamo in statu innocentiae ita supponebant eius praedestinationem. Respondeo, si aliquid esset effectum praedestinationis consideret in eo, quod oriretur ab electione antecedenti ad gloriam, ut vult P. Suarez, argumentum concluderet in nostra tamen sententia facile soletur: quia gratia collata Adamo ante lapsum non oriebatur à praedestinatione, ut praedestinato est ipse Adamo, quia praesinitus oriebatur à decreto conferente illam gratiam ex intentione simplici gloriae, quod decretum praesinitus ab eo quod Adamus foret praedestinus, vel reprobatus; & in ratione praedestinationis completur per decretum subsequens vocandi Adamum ad poenitentiam, & conferendi illi donum perseverantiae. Quia ergo per merita Christi habuit Adamo, ut gratia illa habitam ante lapsum non maneret sine influxu in gloriam, ideo per merita Christi dicitur simpliciter praedestinus. Imò licet per merita Christi non habuisset, nisi ultimam perseverantiam in gratia, diceretur recte praedestinus per merita Christi, quia dona antecedentia complentur in ratione effectus praedestinationis per donum perseverantiae; tanquam per ultimum decretum.

pativum.

(2)



DISPUTATIONES
SELECTÆ
EX TRACTATV
DE TRINITATE.
DISPUTATIO PRIMA
DE PROCESSIONIBVS DIVINIS.



PROCESSIO in divinis nihil aliud est quam emanatio & ortus unius personæ ab alia. Cum autem certum sit, Filium & Spiritum Sanctum habere eandem naturam cum Patre, inde necessario inferitur processiones non esse sicut effectus à causa: nam quod procedit ut effectus, procedit ut habens distinctam naturam à sua causa: proindeque istæ processiones nõ sunt per actionem edentem in exteriorem materiã, sed per actionem immanentem, quæ non ponit suum terminum extra principium; sed producit terminum distinctum quidem personalitẽ à principio, manentem tamen intra ipsum per identitatem eiusdem naturæ: & cum personæ divinæ sint tantũ tres & prima sit omnino improducta, duæ tantũ sunt processiones in divinis, videlicet processio Filij à Patre; & processio Spiritus Sancti à Patre & Filio.

SECTIO PRIMA

An processiones divinæ sint immediate per naturam, præscindendo ab intellectu & voluntate?

IN hac quæst. habet singularem sententiã Dur. in 1. dist. 6. q. 2. nempe filium proprie non procedere per intellectum, nec Spiritum Sanctum per voluntatem, sed proxime utrumque per naturam divinam secundum rationem naturæ, quod ipse explicat his verbis

n. 11. licet natura Dei sit in Deo intelligens & volens, ex hoc tamen nulla fecunditas inest ei ad producendam quamcumque Personã, sed sicut calor ignis si esset intelligens, causaret calidum sibi simile fecunditate naturæ suæ sicut hunc facti, neque ad hoc aliquid cooperaretur nisi intelligere aut vellet se natura divina licet sit intelligens & volens, ex infinitate sua habet fecunditatem, quod virtute eius persona sit à persona, ad quam tamen nihil intelligere aut vellet cooperatur: Et paulo antea ita cõcluserat ergo exclusis à Deo per intellectum intellectu & voluntate, adhuc esset in divinis generatio Filij, & spiratio Spiritus Sancti. Hanc sententiam gravi censura notant reliqui Theologi, eam appellantes non solum temerariam, sed etiã periculosam in fide; imo etiam erroneam.

2. Impugnatur autem primo, quia si utraque processio est immediate per naturam, utraque erit generatio, vel neutra, cũ non sit potior ratio de vna quam de alia. At de fide est processioem Filij esse generationem, non vero processioem Spiritus Sancti; ut constat ex Concilio Nizeno primo & ex Constantinop. primo in symbolis. Secundo, quia si utraque processio est immediate per naturam ut ratione nostra distincta ab intellectu & voluntate, nõ erit assignabilis ratio cur processio non sit unice tantũ: nam per unam actionem naturæ infinite ipsa communicabitur. Unde nõ erit amplius comunicabilis. Quod si postquã infinite communicata est per unam actionem, adhuc est comunicabilis per aliam, non erit

ratio cur non sit communicabilis per infinitas actiones. Tertio, quia in opinione Durand non potest assignari ratio cur una processio sit prior alia. Quarto, quia cum processiones in divinis debeant esse operationes spirituales immanentes & in natura intellectuali nulla alia possit excogitari operatio immanens præter operationem intellectus & voluntatis; consequens est ut processiones divinae debeant esse per has operationes. Deoque quia in sententia Dur. Filius non esse proprie Verbum Patris, siquidem de conceptu Verbi est quod sit conceptio intellectus; ac constat ex Script. secundam personam esse proprie Verbum; nam Ioan. 1. dicitur, & Verbum caro factum est; & Apocal. 19. & nomen eius Verbum Dei.

3 Nec satisfacit Durand. respondens, hoc quod est Filius procedere per intellectum & Spiritum Sanct. per voluntatem, non esse intelligendum proprie, sed per similitudinem, & accommodationem quandam ad imaginem SS. Trinitatis in creaturis intellectualibus reperiri, ut quia in ijs prima emanatio est per intellectum, & secunda per voluntatem, ideo generatio divina dicitur esse per intellectum, non quia se vera per intellectum sit, sed quia est prima processio Verbi; & Spiritus Sancti dicatur esse per voluntatem, quia est secunda & Filij generationem supponit. Verum ut optime advertit P. Suar. hæc valde remota analogia est, & à longe petita: unde magna audacia est, verba Script. & Sanct. ad sensum iam improprium detorque.

4 Sed videamus, quibus fundamentis ductus sit Dur. ad ita opinandum. Arguit ergo primo quia Sancti dicunt Filium procedere à Patre natura, non voluntate: procedit ergo immediate per naturam. Sed in primis resp. ex Div. Thom. 1. p. 9. ar. 2. ad 2. in Deo processio nem per naturam & per intellectum coincidere, quia natura divina formaliter constituitur per actualem intellectio nem. Secundo resp. illa loquutione PP. denotare Deum necessario & non libere generare Filium, vel istum esse naturalem, non adoptivum, per naturam & essentiam, non per gratiam, quatenus nimirum per generationem æternam communicatur ipsi natura Patris.

5 Arguit secundo, quia ex infinitate naturæ divinae provenit quod sit communicabilis tribus personis, & ex fecunditate eiusdem quod sit in Deo processio; ergo hæc est immediate per naturam. Sed negatur consequentia: nam infinitas & fecunditas divinæ naturæ postulat ut per actiones immanentes intelligendi & amandi se communicet infinite ad intra, non autem quod se communique præscindendo ab illis.

6 Arguit tertio à paritate creaturarum, in quibus naturalis productio Filij non est per actum

intellectus vel per alium immanentem, etiam in ijs substantijs, quæ intellectu gaudet, sed immanente per naturam; ergo etiam in Deo. In primis argumentum falso supponit tanquam certum potentiam generativam in creatis non esse distinctam à natura; est enim res sub lege & communior sententia affirmat. Deinde pariter probaret repugnare divinæ substantiæ se communicare ad intra per productionem substantialem, siquidem nulla substantia spiritualis creata habet virtutem producendi substantiam sibi similem. Sicut ergo divina persona est potens generare sibi similem, quamvis persona Angelica non sit sic potens; ita erit potens generare mediante actu intelligendi. Et ratio à priori est; quia licet est proprium substantiæ intellectivæ creatæ producere in tra se per veram actionem Verbum mentis; ita id debet esse proprium substantiæ ingreatæ; Verbum autem mentis productum in tra Deum per veram actionem non est accidens ipsi inherens: ergo est substantia per se subsistens, & consequenter persona: in divinis ergo procedit persona per actionem intelligendi, seu per internam loquutionem & dictionem, licet in creatis id non possit contingere. Hinc neganda est paritas: nam quod suppositum vel persona in creatis non generet per intellectum, provenit ex imperfectione illius generationis, quæ corporea est & materialis: at generatio in divinis est in linea intelligibili, & immateriali, ac proinde debet fieri per actionem intellectus.

7 Arguit ultimum: quia si Verbum procederet per actum intelligendi, vel id esset tanquam per principium quo producendi, vel tanquam per actionem & productionem ipsam: neutrum autem dici potest: non primum, quia teste Arist. 9. Met. actus immanentes non sunt principia productiva: non secundum, quia intelligere est essentialis, & commune omnibus personis: producere autem Verbum non est commune, sed proprium solius Patris: ergo intelligere non est producere. Refert hanc difficultatem etiam ipsi Durand. solvendam; cum enim natura sit communis tribus personis, & producere Verbum sit proprium solius Patris, videretur non posse Patrem producere Filium per naturam.

8 Plena huius difficultatis solutio pendet ab illa questione postea tractanda, an principium quo Verbi sit aliquod relativum, vel aliquid absolutum; qui dixerint hoc secundum, nempe esse intellectio nem essentialis, respondet illam intellectio nem prout in Patre esse principium quo & productionem activam Verbi; quia licet de conceptu intellectio nis divinæ sit producere Verbum, non tamè prout est in omni persona, sed dumtaxat in prima, quia ita est de conceptu illius producere Verbum, ut simul sit de conceptu ipsius esse in Verbo & in Spi-



riti Sancto, in quibus non potest illud munus exercere. Qui autem dixerint principium quo esse aliquid relativum, scilicet Paternitatem, dicent eadem esse productionem activam Verbi, sub utroque autem munere vel includere, vel supponere intellectionem essentialē, quod productio Verbi est dictio & perfectissima locutio: hæc autem vel imbibit vel supponit cognitionem; nequit enim Pater loqui nisi de ijs, quæ cognoscit; unde intellectus non se habet de materiali ut volebat Durandus.

SECTIO SECUNDA

Concluditur ex dictis processiones in Deo esse formaliter per actus intelligendi, & amandi, & ideo esse dumtaxat duas.

Dicimus ergo processiones divinas non esse immediate per essentiam, ut distinctam ab intellectu & voluntate, sed quidditative esse operationes intelligendi & amandi. Hanc conclusionem omnino certā & fidei principijs proximam appellat Ruiz d. 2. de Trin. sect. 2. n. 5. Ratio autem est: quia secunda persona est opus proprium intellectus, ut intellectus est; nempe Verbum & conceptus mentis; Spiritus autem Sanctus est opus proprium voluntatis ut voluntas est, nempe vinculum amoris, seu pondus amatorium. Ex quo fit, naturam divinā ut natura est, præcisa operatione intelligendi & amandi non esse immediate sufficientem & proxime aptam, ut ex ea procedat Verbum aut Spiritus Sanctus.


10 Hinc inferitur falsum esse quod supra aiebat Durand. ex Philosopho, nimirum actus immanentes non esse principia productiva; nam licet hoc verum esset de actibus creatis, falsum tamen est de divinis, qui ob suam infinitam perfectionem habent fecunditatem ad intra: imo ad extra, quia Deus agit per intellectum & voluntatem; deinde in sententia Div. Thomæ actus immanens intelligendi etiam in creatis habet activitatem, siquidem producit Verbum mentis, ut disp. sequenti videbimus. Unde à fortiori inferitur actum intelligendi in Deo producere Verbum mentis; cum autem hoc sit aliquid per se subsistens distinctum à producente; erit proinde persona: & independentes ab hoc certum est actus immanentes in creatis producere habitus, dicuntur autem nihil agere, quia per illos substantia intelligens nihil ad extra operatur. Rursum legitime inferitur in Deo duas dumtaxat esse processiones, cum processiones divinæ sint actus immanentes & in Deo solum sint duæ potentie vitales immanentes operantes, nempe intellectus & voluntas. Et

licet hæc ratio solum probet esse tantam duarum processiones in specie, quia nulla potest esse, quæ non sit per intellectum aut voluntatem, aliunde facile probatur processiones per intellectum non posse numero multiplicari, neque processiones per voluntatem; ac proinde dumtaxat esse in Deo duas processiones; id autem probatur, quia ut inquit Div. Thom. in comp. Theol. t. 2. c. 56. *Cum Deus omnia vno intuitu per suum intellectum comprehendat, & simpliciter vno actu voluntatis omnia diligit, impossibile est, in Deo esse plura verba aut plures amores.* Cum ergo Filius procedat ut Verbum & Spiritus Sanctus ut amor, impossibile est in Deo esse plures filios, vel plures Spiritus Sanctos.

Nulla autem duæ processiones habent ordinem inter se; siquidem Verbum procedens à Patre, cum sit conceptio divinarum perfectionum, & imago bonitatis divinæ, est principium Spiritus Sancti, sicut in creatis Verbum mentis est principium amoris. Quare ordo originis non cessat in Filio, quia est Verbum mentale, omne autem Verbum mentale est principium spirativum amoris: cessat autem in Spiritu Sancto, qui est perfectissimus amor productus. Vbi autem amans pervenit ad terminum perfectum sui amoris, potest quiescere tanquam perfecte gaudens, & habens quidquid sufficit.

12 Deinde ordo ille divinarum processionum probatur: quia omnis multitudo non habens ordinem originis dicitur imperfectione, quia hoc ipso multitudo oritur ex limitatione; vbi autem multitudo habet ordinem originis componitur cum summa perfectione, quia tunc multiplicatio potest oriri præcise ex oppositione relativa producentis & producti: vbi autem ex hoc capite oritur, bene coheret cum summa perfectione, quia vnum suppositum habens infinitam perfectionem potest totam illam communicare alteri, ita ut distinctio solum oriatur ex ratione producentis & producti; unde in Deo non possunt multiplicari personæ nisi ratione originis vnus ab alia: est enim commune axiom. Patrum & Theologorum desumptum ex pluribus Concilijs apud Ruiz d. 68. sect. 4.

In divinis omnia sunt vnum, vbi non obviat relationis oppositio.



DISPUTATIO SECUNDA CUR SECUNDA PERSONA POTIVS

QVAM TERTIA SIT VERBUM?

SECTIO PRIMA.

*Præmittitur ad dicendum, Verbum in divinis
dici relative.*

PRO intelligentia questionis, advertendum est, controversiam esse inter Scholasticos, an ratio Verbi, quæ dicitur de secunda Trinitatis Persona, conveniat ratione naturæ communis omnibus personis, ac proinde deprimat Deo Verbum essentialitè & commune: an vero ipsi conveniat saltem in adæquate ratione proprietatis personalis, ac proinde Verbum dicatur in Deo solè personalitèr. Durandus in 1. dist. 7. q. 2. n. 18. & dist. 27. q. 3. n. 6. & 10. putat Verbum divinum propriè sumptum esse prædicatum essentialitè commune tribus personis, sicut sapientia est prædicatum commune sed appropriatè secundæ personæ, sicut amor appropriatur Spiritui Sancto, licet sit omnibus personis communis. Ratio autè est, quia Verbum mentis consistit in actu nostro intelligendi, præsertim quândo non simpliciter rem apprehendimus, sed eius veritatem enuntiamus, eamque nobis manifestamus: Hic autè actus intelligendi communis est tribus personis.

2. Confirmatur quia omnes personæ divinæ quatenus essentialitèr intelligunt, intellectuali modo aliquid dicunt, & velut expriment id quod intelligunt: ergo hæc notitia essentialitèr vocari potest quoddam essentialitèr Verbum. propter has rationes P. Val. d. de Trin. pun. 1. §. 3. asserit: si tantummodo vim vocabuli perperdamus, non dubitum quia Verbum quoque dici posset in divinis essentialitèr: ceterum ad cavendum periculum erroris solitus esse Theologos Verbi vocabulum tantummodo notionalitèr usurpare, ne quis forte putet Verbum non esse nisi quid commune omnibus personis.

3. At communis sententia Theologorū tenet Verbum propriè acceptum non dici in Deo essentialitèr, sed tantum personalitèr, quæ nervose probat P. Vazq. d. 1. §. 1. ostendens in scripturis nunquam essentialitèr tribui Deo Verbum aut distinctionem, nisi quândo narratur, Deum aliquid exterius creasse, tunc autè omnes facterè Verbum usurparè improprè, dicitur enim res ipsa producta extra Deum Verbum ipsius, & illius productio vocatur Dei loquutio, vel exterior aliqua prolatio, quæ ad instar hominis di-

ciur loquutus: contra vero eum de Verbo interiori ipsius Dei fit mentio, soli secundæ personæ tribui. Vt constat ex illo Ioan. 1. & Verbum caro factum est: & ex illo Apoc. 19. *Et nomen eius Verbum Dei.* certum est enim ibi sermonem esse de Christo Filio Dei.

4. Idque clare sæpe docuit Aug. nam l. 4. de Trinit. c. 13. sic ait: relative dicitur Filius & relative dicitur Verbum; Et lib. 6. cap. 2. *Et Filius, quo Verbum, & Deo Verbum quo Filius.* Idem docet Sanct. Thom. 1. p. q. 34. artic. 1. consulatur P. Ruiz disp. 87. vbi Conciliorum, Rom. Pontific. & Patrum testimonijs probat eandem sententiam: & sect. 4. num. 10. affirmat: notam temeritatis & periculi incursum, qui diceret, Verbum ita sumi pro intelligentiæ essentiali, ut proprie dici valeat, quod *Pater est Verbum, sicut est proprie sapientia.* Hoc supposito, inquirimus an quod habet Verbum de genere representationis conveniat ipsi ratione absoluti, an ratione relativi.

SECTIO SECUNDA.

Nequit saluari, secundam personam potius quam tertiam esse Verbum, quin ratione proprietatis personalis ut virtualitèr distinetur à natura sit de genere representationis.

Hanc conclusionem probabimus breviter impugnando modos dicendi quibus communior sententia Theologorum defendit secundam personam esse potius Verbum quam tertiam. Multi ergo cum P. Zun. d. 2. dub. 20. memb. 8. n. 6. & d. 16. memb. 2. n. 6. asserunt, ideo secundam personam potius quam tertiam esse Verbum, quia secunda potius quam tertia procedit per intellectum, ideo autè hoc habere, quia intellectio & non volitio est principium quo Verbi. Sed hic modus dicendi fuscè à nobis reiectus est tract. de vol. vbi probavimus non dari distinctionem virtualesam intrinsecam importantem prædicata contradiçtoria, nisi inter absolutum & relativum & ratione distinctionis realis in tertio: quare ex eo quod intellectio esset principium reale quo Verbi & non volitio, sequeretur intellectio & volitionem esse formalitates ex natura rei distinctas.

6. Deinde cum Verbum procedat per intellectum seu intellectioem tanquam

per principium quo habens summam & perfectissimam inclinationem ad productionem Verbi, procedit quoque per voluntatem realiter: liquidem illa perfectissima inclinatio intellectio ad productionem Verbi est inclinatio sapiens & regulata per cognitionem & non pure innata. Quare Verbum procedit per intellectum ut voluntarie producendum, & ideo generatio Verbi est perfectissime voluntaria, ut probat ex PP. Ruiz d. 93. non quia sit libera libertate indifferentiae, sed quia est spontanea; & libera ab omni coactione, & perfectissime amans existentiam geniti: ut enim inquit Basil. apud Ruiz sect. 2. *Apud nos non quod vult Pater generat, at vero Deus concurrentem voluntati habens potentiam, genuit dignum se ipso velut ipse novit.* Hinc Ruiz affirmat voluntatem generandi esse quodammodo precedentem ut principium generationis, proptereaque quodammodo verum esse Filium genitum esse per voluntatem.

7 Ratio ergo cur Verbum procedat potius per intellectum quam Spiritus Sanctus, & contra Spiritus Sanctus &c. est quia Verbum secundum suam proprietatem personalem, qua distinguitur a ceteris personis est de linea intellectiva & de genere representativo potius quam de affectivo, & contra Spiritus Sanctus. Illaque propositio, Verbum non procedit per voluntatem, ideo est vera, quia significat Verbum non esse terminum de linea affectiva, ac proinde non explicat in actu secundo, vim volitivam principij, sed vim intellectivam. Sic etiam in sententia identificante potentias cum anima verum est intellectio procedere ab intellectu, & non a voluntate, quia licet procedat ab anima quae indivisibiliter est intellectus & voluntas, tamen procedit tanquam effectus explicans virtutem intellectivam, non autem volitivam, eo quod sit intellectio & non volitio, sic intellectio creata est participatio formalis intellectiois divinae, & non immanentis, quamvis intellectio divina sit virtualiter idem cum immanentis, quia participat conceptum intellectiois, & non ubicationis & contra ubicationis est formalis participatio immanentis, & non intellectiois. Secundus modus dicendi communis inter Thomistas cum P. Suarez, affirmat Verbum ideo procedere per intellectum & non per voluntatem, quia ex vi processiois communicatur ipsi formaliter intellectio potius quam volitio, & contra Spiritui S. In idem recidit solutio P. Ruiz d. 2. f. 2. n. 4. ubi docet, propterea Verbum procedere per intellectum & non per voluntatem, quia Ver-

bi proprietates illius constitutiva formaliter, ut talis est, exigit perfectionem intellectiois, non autem volitionis; contra vero proprietates constitutiva Spiritus S. formaliter ut talis est, exigit perfectionem volitionis non autem intellectiois.

8 Hic etiam modus efficaciter impugnatur, quia Pater & Filius producentes Spiritum S. per modum unius principij primo & per se intendunt producere personam divinam verumque Deum, & Spiritus Sanctus, quatenus talis, est persona divina & Deus; ergo ut suae processiois accipit naturam divinam: quidquid enim Spiritus Sanctus est & habet, ab spiratore accipit ut suae processiois. At natura divina formaliter consistit in actuali intellectiois, ut supponunt illius solutionis Authores: ergo Spiritus S. ut suae processiois accipit intellectiois. Confirmatur primo, quia spirator intendit communicare Spiritui S. amorem, ut per illum amet: ergo intendit ut illi communicetur effectus formalis amantis, hic autem involvit cognitionem, ergo intendit ut illi communicetur cognitio; ergo ut suae processiois accipit formaliter cognitionem sed intellectiois.

9 Confirmatur secundo, quia spiratio passiva formaliter ratione sui est personalitas; ergo ratione sui terminat naturam ergo ratione sui trahit ad se naturam, ergo falsum est, quod asserit Ruiz, nempe proprietatem constitutivam Spiritus Sancti ut talem exigere ut sibi communicetur volitio, & non intellectio; imo per prius exigit sibi communicari intellectiois quam volitionem, quia per prius exigit sibi communicari naturam quam proprietatem. Nec satisfacies si dixeris, ordine executionis prius ratione communicari Spiritui S. naturam, quam proprietatem; tamen haec communicari prius ordine intentionis, quia intentio spiratoris primo & per se tendit ad communicandum amorem. Non, inquam, satisfacies, liquidem intentio spiratoris debet communi furari cum termino productio, illudque intendere principaliter, quod principaliter est in termino proprietate productio, at Spiritus Sanctus propter se produciunt, & in eo principaliter est esse Deum divinamque personam, quam esse amantem, ergo principaliter intendit communicare illi id, quo constituitur Deus, quod id, quo constituitur amans.

10 Nec iterum satisfacies, si dicas, propterea communicari Filio sapientiam seu intellectiois formaliter & ex vi processiois, amorem vero, non nisi materialiter, quatenus scilicet cum sapientia identificatur, vel in illa imbibitur; & contra amorem Spiritui S. quia termino solum communicatur formaliter illa per-

fectio, per quam agēs agit. Iam vero Pater producit Verbum per intellectiōem tanquam per principium quo agendi; spirator vero producit spiritum Sanctum per amorem; cōtra enim est: quia nisi terminus productus quatenus productus & distinctus à producere, sic aliquid ratione sui formaliter de genere representativō & intellectuāli, non potest assignari ratio cur intellectio sit principium quo illius potius quatenus intellectio, quam quatenus volitio. Sic nisi cognitio nostra esset aliquid pertinens ad lineam intellectualem potiusquam ad affectivā; non diceretur anima producere illam potius quatenus intellectus quam ut voluntas. Sic etiā nisi infusio doni & beneficii communicatio esset aliquid potius benignitatem sapiens, quam infusio pœnæ; non diceretur Deus infundere donum & communicare beneficium, quatenus misericors potius quam ut iustus. Ut ergo dicatur Filius procedere potius per intellectum quam per voluntatem, debet secundum formalitatem productam sapere potius lineam intelligendi quam amandi.

11. Quare falsum est quod multi docti Theologi, inter quos P. Mol. hic quaest. 27. artic. 3. disp. 4. §. qua in re; nempe totum quod in Filio est representationis, & imaginis ei convenire ratione absoluti; & ratione relativi solum ei convenire productionem passivam; ut cuius illa representatio & imago constituitur in esse productæ: eienim Verbum debet esse representatio & imago producta, denominationisq; producti debet cadere supra rationem imaginis; non eaderet autē si illa esset aliquid absolutum, quia essentia & prædicata absoluta communicantur quidem Verbo, non tamen produciuntur. Deinde cum in Spiritu Sancto reperitur representatio & reperitur ratio producti, etiam Spiritus Sanctus esset imago producta & Verbum: ideo ergo potius Filius quam Spiritus Sanctus est imago producta, quia filiatio potius quam spiratio passiva est imago & representatio producta.

12. Affinis est præcedenti opinio P. Aldrete in manuscr. de Trinitate. ubi docet ideo Verbum procedere per intellectum & non per voluntatem, & e contra Spiritum Sanctum: quia respectu Filij cognitio seu natura se habet per modum finis *qui* & *cui*: nam intendit Pater naturam communicare Filio, & ideo finis *qui* primario & directe intensus est cognitio, in qua consistit natura; finis autem *cui* est ipsa natura seu cognitio, quia Pater intendit eam communicare Filio ut per ipsam reddatur cognoscens, at vero respectu Spiritus Sancti natura seu cognitio se habet præcisè ut finis *cui*; amor vero se habet ut finis *qui*; siquidem spirator intendit communicare Spiritui Sancto

amorem ut per eum natura in ipso reddatur amans, deturque persona amans; constat autem (inquit) finem *qui* sufficere ad diversificandas illas productiones; nam & ratione finis *qui* diversificantur virtutes, ut patet in spē, quæ est virtus Theologica, quia respicit tanquam finem *qui* Deum, licet respiciat creaturam ut finem *cui*.

13. Verum hic dicendi modus difficultatem non explicat, & impugnatur; quia cum intellectio & volitio sint una virtualiter indivisibilis formalitas, implicat ut Pater directe intendat communicare Filio intellectiōnem, quin intendat directe communicare volitionem, & pariter implicat ut spirator directe intendat communicare volitionem; quin directe intendat communicare intellectuōnem.

14. Nec satisfacit hic Auctor dum permittens illam virtuales indentitatem; dicit, posse nihilominus Patrem directe intendere communicationem illius formalitatis, quatenus est intellectio & non quatenus est volitio, & e contra spiratorem. Non, inquam, satisfacit; quia nisi filiatio sit realis potius spectans ad lineam intellectuālem quam volitionem, capax non est illius præcisionis intentio paterna; quia illa est intentio practica tendens ut intellectio sit in Filio; nequit autem intendere ut potius sit in Filio quatenus intellectio quam quatenus volitio, nisi quia ipse Filius ratione suæ proprietatis spectantis potius ad intellectum quam voluntatem sit formalis participatio potius intellectuōnis quam volitionis, seu formalitas explicans potius vim intelligendi sui principij, quā vim amandi. Sic Deus infundens gratiam habitualem intendit communicare imitative & analogicè naturam potius quam immensitatem, vel æternitatem, quia gratia per se est potius participatio naturæ divinæ, quatenus est natura & prima dix operationum divinarum, quam ut est æternitas, vel immensitas.

15. Impugnatur præterea quia cum spirator directe intendat producere spirationem passivam, directe intendit illi communicare omnem illam formalitatem, cuius ipsa est passiva acceptio: at spiratio passiva est per se ipsam acceptio passiva naturæ divinæ, & quidem primario & principalius, quia est personalitas terminans naturam divinam & per se ordinata ad constituendam tertiam personam: ergo spirator primario & principaliter intendit communicare naturam divinam Spiritui Sancto. Nec enim intenditur communicatio naturæ ut medium, & communicatio amoris quasi finis; cum enim Spiritus S. producatur propter se ut tertia persona Trin. & in ratione personæ constituatur per naturā, nequit istius communicatio intendi propter communicationem amoris,

ris, sed debet intendi propter se: ergo primario & directe intendit communicare spiritali naturam Spiritui Sancto. Solum ergo poterit dici directe & formaliter communicari amor potius quam intellectio, quia spiratio passiva est potius pondus amatorium, quam representatio intellectualis, seu species expressa. Deinde, quia vel intentio spiratoris a vel elicitum communicandum amorem est intendens ad ra. Si primum: ergo cum intentio innata commensuretur termino propter se amato, debet principaliter intendere communicare termino illud quod principaliter in termino est; in Spiritui Sancto autem principaliter est natura divina quam amor. Si autem est elicitum, est intentio sapientissima, quae primario debet intendere termino propter se amato illud quod magis ipsi necessarium est, & quo magis perficitur; at Spiritus Sanctus magis perficitur per essentiam quam per proprietatem, & illa magis ei naturalis est, quam ista: ergo, &c.

Nec hunc Authorem iuvat exemplum, quo suam sententiam explicare conatur, desumptum ex unione hypostatica, quae indivisibiliter unitur Verbo corpus & animam, in quo casu principaliter intenderetur à Deo unio illa quatenus uniens animam, quam ut uniens corpus. Non, inquam, iuvat, sed potius nostram sententiam confirmat. Nam propterea tunc Deus principaliter intenderet illam unionem quatenus terminatur ad animam, quia haec principalior est corpore, & istud est propter illam, & non è contra. At similiter natura divina principalior est quam proprietates, & non est propter istam, sed è converso. Ergo spirator intendens communicare Spiritui Sancto utrumque principaliter intendit communicare naturam, quam proprietatem, & istam intendit communicare propter naturam, sicut propter illam intendit communicare omnipotentiam & reliqua attributa.

17 Quod si illa diversitas intentionum praescindendum inter formalitates virtualiter intrinsece identificatas, & solum ratione nostra distinctas, sufficit ad diversificandas processiones divinas, possent fingi aliae multae processiones, nimirum una, qua intendatur directe tanquam finis quae omnipotentia; alia, qua intendatur aeternitas & sic de reliquis attributis; commentitia ergo est illa diversitas intentionum; sed recurrendum est tanquam ad unicum caput ad diversitatem Filiationis & Spirationalis passivae, quatenus virtualiter distinctae sunt à natura & inter se realiter.

18 Nec paritas illa petita à virtute (spei) quidquam probat; haec enim distinguitur ab alijs virtutibus Theologis ex motivo distincto & diverso. Nam motivum fidei

est prima veritas ut revelans; motivum vero spei est omnipotentia ut promittens; ut recte probat Pater Sparza tractat. de virtute. Theolog. motivum vero charitatis est summum bonum quatenus bonum sibi; actusque harum virtutum essentialiter sunt diversi. At in spiratione motivum communicandi divinitatem & amorem Spiritui Sancto est omnino idem; nempe infinita Dei bonitas; & terminus communicatus est omnino idem: ergo non magis potest dici communicare directe & formaliter amorem quam naturam. Quod si dixeris ideo non communicare formaliter naturam, quia iam supponitur communicatam Filio; eadem ratione dicere poteris non communicare formaliter amorem, quia hic iam supponitur communicatus Filio.

SECTIO III.

Examinatur sententia affirmans, ideo secundam Personam esse Verbum, quia est divinae mentis notitias à qua omnes divinae

Personae redduntur intelligentes.

19 HANC opinionem tenuit aliquando August. lib. 83. quaest. q. 23. ubi de Patre Aeterno loquens dicit, quod eam ipse genuerit, quae sapiens dicitur, sapientia. Et probatur: quia Verbum divinum ita est per se necessarium ad hoc ut Deus intelligat, ut per locum intrinsecum sequatur, Deum non intellecturum, si non produceret Verbum, ut docent PP. apud Ruiz d. 74. sect. 4. quomodo Pater, inquit Athanasius per Verbum omnia condiderit, si non sit Verbum Patri suo sua ipsius sapientia?

20 Unde P. Ruiz ibidem affirmat; Patres Graecos ita insinuare hanc sententiam, quod scilicet Pater sapiens constituatur formaliter & unice per sapientiam genitam; ut parum absit, ne manifeste dicant. Tum sic: atqui si Pater antecederet ad generationem Verbi esset sapiens sapientia formali ex vi praedicati absoluti, non sequeretur per locum intrinsecum, ipsum non fore sapientem, si careret Verbo. Quod confirmatur ex D. Thoma in compend. Theol. cap. 43. ubi probat divinitatem Christi hoc argumento; Cum hoc verbum in Deo ponatur per hoc quod Deus se ipsum intelligit, sui Verbum intelligibile concipiendū, oportet quod si aliquando Dei Verbum non fuit, quod Deus se ipsum tunc non intellexisset.

21 Sed licet Aug. aliquando in ea fuerit sententia, mutatus illam à PP. Graecis, ut testatur Ruiz ubi supra; sustineri tamen non potest, quia ipse Augustin. postea sapientior

factus tam terra stavit lib. 1. terra & c. 26. se remittens ad lib. de Trinit. dicens se in illis melius hanc quaestionem tractasse; in ijs autem libris acriter defendit Patrem non esse sapientem sapientia genita. Sic enim inquit lib. 15. c. 7. *Quis audeat dicere, Patrem, neque se ipsum neque Filium, neque Spiritum Sanctum intelligere nisi per Filium, neque diligere nisi per Spiritum Sanctum?* Quare communiter Theologi cum Magist. in 1. dist. 32. s. 3. & D. Thom. 1. p. q. 27. art. 2. docent, Patrem non esse formaliter sapientem sapientia genita.

22. Ratione vero efficaci suaderetur, Patrem non reddi intelligentem formaliter per intellectionem productam; quia Pater ratione sui est infinite simpliciter perfectus, quia imbibit divinam essentiam, qua ratione sui importat omnem perfectionem simpliciter simpliciter, qualis est perfectio intelligendi & amandi non minus quam omnipotentia, & reliqua attributa: ergo Pater pro priori originis ad generationem Verbi, est intelligens & amans, non minus quam omnipotens & aeternus. Confirmatur primo, quia si Pater non est sapiens, nisi per sapientiam, quam genuit: ergo ipse genitor est suae sapientiae. *Quod si tenemus, cur non & magnitudinis & bonitatis; & aeternitatis & omnipotentiae sua genitor sit? Ut non sit ipse sua magnitudo & sua bonitas & sua omnipotentia; sed ea magnitudine magnus sit, quam genuit; & ea bonitate bonus; &c. quae de illo nata est; sic ipse non sua sapientia est, sed ea sapientia sapiens est. quae de illo nata est.* Ut arguit Augustin. in lib. 6. de Trinitat.

23. Confirmatur secundo. Nam Deus est summe sapiens, aeternus, omnipotens: ergo si Pater seorsim sumptus non est sapientia sua, sed solum est sapiens simul cum Filio, quatenus ab illo sapiens denominatur; Pater seorsim non erit Deus, sed Pater simul cum Filio: Ergo Filius non erit Deus, sed Filius simul cum Patre: ergo Filius non erit Deus de Deo: non enim simul antequam Deus de Deo; sed solus Filius de Deo, scilicet ex Patre: nec ambo simul lumen de lumine, sed solus Filius de lumine Patre, ut ait August. hoc autem est contra symbol. in quo confitemur, Filium esse Deum verum de Deo vero.

24. Confirmatur tertio, quia si Pater vnice redderetur intelligens per intellectionem productam, prius ordine originis esset potens intelligere, quam actu intelligens; hoc autem est improbable, quia ut docet D. Thomas primo contra gent. c. 16 ex terminis prius est intelligens in actu quam intelligens in potentia, quia intelligens in potentia non potest reduci ad actum intelligendi nisi ex vi intelli-

gentis in actu: ergo in Deo non est prius prioritate originis potens intelligere, quam actu intelligens, quia potens intelligere debet reduci ad actum intelligendi ex vi intelligentis in actu; nemo enim dat quod non habet; quare ratione probatur, intellectum creatum non produci intellectu suo sine concursu immediato Dei, qui actu est intelligens & quatenus talis debet concurrere ad intellectionem creatam, nostrumque intellectum reducere de potentia ad actum intelligendi, quia ex terminis melius est actu intelligere, quam praecise posse intelligere; effectus autem nequit esse perfectior sua causa adaequata: ergo inter causas intelligentis actu debet computari aliqua intelligens actu. Neque potest fieri ut intelligens actu supponat dumtaxat ut principium sui intelligens in potentia, vel potens intelligere.

25. Confirmatur ultimo: quia Pater pro priori originis ad productionem passivam Verbi habet summam inclinationem in bonum generationis Verbi: illa autem inclinatio non est caeca, sed sapiens: ergo pro illo priori cognoscit bonum generationis Verbi, in quod tendit. Neque equum dici potest illam inclinationem esse pure innatam; nam ut ostendi tract. de volunt. appetitus pure innatus ex terminis suis dicit imperfectionem, quia petit sequi apprehensionem non ipsius appetentis, sed alterius, nempe Authoris naturae ordinantis & dirigentis unamquamque rem in finem sibi proportionatum, sicut sagitta dirigitur a sagittate in scopum: quo exemplo videtur D. Thom. 1. p. q. 113. art. 1. ad primum ad rem istam explicandam. Itaque de conceptu appetitus, seu inclinationis in bonum, ut praescindit ab innato & elicito, est sequi cognitionem, ut docet Sanctus Doctor in 1. dist. 1. q. 4. art. 1. ad primum, & 1. 2. q. 26. artic. 1. corp. differunt tamen, quod appetitus innatus non sequitur cognitionem ipsius appetentis, sed superioris agentis; secus vero elicitus.

26. Ad fundamentum illius opinionis petiti ab auctoritate Patrum responderi Ruiz d. 47 sect. 3 n. 3. eos non amplius intendere, quam docere, bonam esse illationem per quam ex eo quod Verbum non exiterit ab aeterno, colligitur, Patrem non fuisse sapientem ab aeterno, ac defuisse illi non modo sapientiam genitam, quae est Persona Verbi, sed etiam sapientiam essentialem, quia haec non est possibilis Deo nisi terminetur ad Verbum realiter productum tanquam ad expressam imaginem obiecti, sicut nec in creatis est possibilis intellectio sine vero producto. Fateor itaque PP. illos satis clare docere, de conceptu intelligentis esse producere verbum mentis ita ut si per impossibile substantia non produceret verbum

non intelligeret; hinc autē non probatur quod reddatur formaliter intelligēs per ipsum Verbum productum, sed vel per ipsum, vel per intelligentiam, quæ sit productio illius.

SECTIO QUARTA.

An saltem ideo Verbum procedat per intelligentiam, quia est formalis sapientia, quæ Pater de novo reddatur intelligens?

27 **S**E D. quamquam absurdum sit & ab August. reprobatum, Patrem producere verbum ut intelligat, quasi vnice per illud tanquam formam reddatur intelligens; inquirendum restat, an saltem sit sapientia formalis, per quam Pater ex abundantia & novo modo intelligens reddatur: hoc enim non retractasse Augustinum affirmat P. Alarcon d. 8. c. 4. Affirmant aliqui ex antiquis, quos impugnant Aureol. in 1. dist. 9. art. 1. & Canariens. art. 5. d. 1. p. 3. Quam sententiam maxime illustravit nobilis Recentior. Nobis tamen dicendum est cum P. Suar. lib. 1. de Trinitate. 7. cum Ruiz d. 59. a. n. 7. & cum communi apud Fass. q. 34. art. 3. dub. 2. in Filio non reperiri intelligentiam formalem virtualiter distinctam ab absoluta.

28. Probatum autem primo ex 6. Syn. Constantinopol. Act. 6. vbi hæc habet: *Apostolica Ecclesia duas naturales voluntates in Christo, & duas naturales operationes prædicat esse & confitetur; nam si personalem quisque intelligat voluntatem, dum tres Personæ in Sancta Trinitate dicuntur, necesse est, ut tres voluntates & tres naturales operationes (quod absurdum esset & nimis profanum) dicerentur. Sin autem, quod fidei Christianæ veritas continet, naturalis voluntas est, vbi vna hæc natura dicitur Sanctæ & inseparabilis Trinitatis, consequenter & vna naturalis voluntas, & vna naturalis operatio intelligenda est. Ergo ex mente Concilij sicut in tribus diuinis Personis non datur nisi vnica voluntas seu potentia volitiva; ita non datur nisi vnica operatio volendi, seu vnica volitio ergo in Spiritu Sancto non datur duplex volitio, altera absoluta & altera relativa: ergo neque in Filio datur duplex intelligentia, sicut non datur duplex intellectus: ergo a fortiori non datur in Patre duplex intelligentia, sicut non datur duplex intellectus.*

29. Secundo; quia si Pater redderetur formaliter sapiens per sapientiam relativā Filij, absolute etiam vera hæc propositio, Pater est sapiens sapientia genita; quod enim simul reddatur sapiens per sapientiam essentialē, nõ

possit quod absolute reddatur sapiens & sapientia genita, si semel verum est, quod illi RR. affirmant. At illa propositio absolute falsa est, ut probat Ruiz disp. 74. sect. 4. & 5. ex PP. præsertim Athanasio in oration. contra gregales Sabellij, vbi ait: *Sapientia Patris est Filius; non ita ut in homine, vbi per sapientiam homo fit sapiens sed ex sapiente sapientia ista artum trahit.* Ergo in Verbo non est duplex sapientia virtualiter distincta, sicut in ipso non est duplex essentia.

30. Quarto; quia si Verbum supra sapientiam essentialē addit sapientiam notionalem, quæ sit forma intelligendi, quia est sapientia genita; a fortiori Pater, quia est sapientia generans, supra sapientiam essentialē addet aliam notionalem virtualiter distinctam, à qua denominabitur non solum dicens & producens Verbum, sed formaliter intelligens; quandoquidem Pater intelligendo producit Verbum: ergo si aliunde Pater redditur formaliter sapiens per sapientiam genitam, ut voluit illi Authores, erit Pater intelligens triplici intelligentia, nimirum vna essentiali, & duabus relativis inter se realiter distinctis. Unde sapientior erit saltem extensive Pater quam Filius, quadoquidem Pater denominatur sapiens sapientia genita; Filius vero non denominatur sapiens à sapientia generante; cum intelligentia debeat esse ab intelligente & sapientia generans non sit à sapientia genita, siquidem in nullo vero sensu Pater est à Filio, & similiter Pater & Filius sapientiores erunt quam Spiritus Sanctus, utpote qui solum est sapiens sapientia essentiali, non autem vlla sapientia notionali, cum nulla sapientia notionalis sit ab Spiritu Sancto.

31. Nec dixeris, Spiritum Sanctum posse reddi sapientem à sapientia notionali, quæ non est de ipso, sicut reddiur sapiens sapientia essentiali, quæ non est ab eo. Non, inquam, dixeris, quia Spiritus Sanctus non intelligit quatenus Spiritus Sanctus est, sed quatenus Deus, id est, non ratione subsistentiæ relativæ, sed ratione naturæ: intelligentia autem essentialis est ab Spiritu Sancto, quatenus Deus, non quidem tanquam à principio efficienti, sed tanquam à principio plenissime sufficienti, ut ea intelligentia sit, eo modo, quo Deus est à se ipso, non solum negative, quatenus non est ab alio, sed positive, quatenus est sufficientia positiva & plenissima ad sui existentiam.

32. Impugnatur præterea illa sententia; quia cum Pater infinita cum perfectione se ipsum & omnia cõprehendat pro priori ad generationem Verbi, absurdum videtur, eo nomine Verbum producere, ut ab illo tanquam

32 forma denuo denominatur cognoscens: si enim producit, quia intelligit infinite simpliciter: non ergo producit, ut hoc ipsum denuo intelligat. Respondent, absurdum quidem esse quod producat quia intelligit, & producat ut intelligat eodem modo: non tamen rem ita se habere in presenti, ubi Pater producit Verbum, quia intelligit perfectissime & comprehensivo modo in genere vite intentionalis, & tendit ut intelligat etiam comprehensive in genere vite philosophice. Sed contra: quia vita illa producta intentionalis est; siquidem intelligere ex terminis est vivere intentionaliter, solumque dicitur vita philosophica, quia habetur per productionem realem. Unde Pater intelligens infinite & comprehensive vita intentionalis, producat novam vitam intentionalem ut vivat intentionaliter per vitam productam: quod perinde est ac substantiam habentem a se vitam intentionalem, novam vitam intentionalem producere, ut per eam denuo intelligat: hoc autem quod est vivere intentionaliter per vitam realiter productam, non addit perfectionem intelligendi supra vitam, quam Pater habet a se; imo imperfectionem videtur præferre. Deinde Pater non solum vivit intentionaliter, sed etiam philosophice per vitam, quam formaliter habet a se, sicut philosophice vivit per immensitatem, æternitatem, & reliqua attributa, quæ habet ab intrinseco cum omni proprietate, & nullo modo accipit ab extrinseco, sicut creatura ab extrinseco accipit suam essentiam & proprietates: ergo titulo vivendi philosophice non debet Pater producere Verbum a quo reddatur intelligens.

33 Vltimo impugnatur illa sententia: quia ut expendemus sæc. vlt. cum Angelico, & Eximio Doctore, intellectio debet esse forma existens in supposito, quod denominat intelligens. Unde intellectio per se subsistens nequit denominare aliam rem per se subsistentem, & ab ipsa realiter distinctam. Quamquam ergo Verbum esset sapientia formalis relativa, non posset denominare Patrem sapientem, sed denominaret solum Filium.

34 Dices primo, essentiam divinam esse ratione sui formaliter subsistentiam, & tamen virtualiter producere subsistentias relativas, a quibus redditur formaliter subsistens: ergo pariter licet Pater sit ratione sui intelligens, poterit producere Verbum, ut eo reddatur denuo intelligens. Respondeo, essentiam divinam non reddi subsistentem per subsistentiam relativam, v. g. per paternitatem, sicut non redditur relata, alioqui per paternitatem redderetur ulterius incommunicabilis per identitatem & prædicationem; siquidem paternitas est subsistentia incommunicabilis pluribus & subiectis

vel quasi subiectum, quod afficit & denominat, reddit incommunicabile. Quare essentia non petit relationes, ut rationeillarum, reddatur subsistens incommunicabiliter, sed potius ut communicetur per identitatem pluribus suppositis realiter distinctis. Est ergo essentia ratione sui perfectissime subsistens: id est, per se existens & non indigens aliquo a se realiter distincto, nec ad existendum, nec ad operandum: & ideo est incapax ut existat in alio tanquam in subiecto, vel supposito, cui tribuantur ipsius operationes, & per se habet esse sui & non alterius; paternitas autem est subsistentia, id est, sub omnibus existentia, quatenus est substantia particularis & individua, quæ de vno solo prædicatur. Consulatur quæ dicimus, 3. d. 27. sæc. 5.

35 Dices secundo, verbum nihil aliud est quam intellectio, seu notitia producta, qua substantia intellectiva redditur intelligens: ergo secunda persona est intellectio producta, qua substantia divina, videlicet Pater, imo & reliquæ personæ, redditur formaliter intelligens. Respondeo antecedens ad summum esse verum de Verbo creato, quod producitur a substantia intellectiva, non quia intelligit, sed ut intelligat: aliter autem se res habere in Verbo divino, quod producitur a Patre, non ut intelligat, sed quia perfectissime & comprehensive intelligit. Dixi ad summum: nam D. Thom. q. 8. de potentia artic. 1. expresse docet, universaliter Verbum mentis distingui ab actu intelligendi, & cum eo omnes Thom. 4. contra gent. c. 11. & 3. p. q. 27. art. 1. corp. Quam sententiam sequitur P. Mol. ibid. d. 8. memb. 2. 5. perspicere.

36 Dices vltimo. Hac propositio est vera & familiaris apud PP. Verbum est sapientia genita, nunquam vero Spirit. Sanct. appellatur sapientia producta: ergo quia Verbum est intellectio & notitia, a qua Pater denominatur cognoscens. Respondeo negando consequentiam, quia ideo Verbum dicitur sapientia genita, quia est terminus formalis productus a Patre per actum intelligendi, quod non convenit Spiritui Sancto. Id docet D. Thom. 1. p. q. 34. a. 1. 2. ad his verbis: *Cum dicitur quod Verbum est notitia, non intelligitur notitia pro actu intellectus cognoscens, sed pro eo quod intellectus concipit cognoscendo.* Unde August. dicit quod Verbum est sapientia genita. Id suffus explicat Sanctus Doctor 4. contra gent. c. 12. Deinde quamvis Filius sit sapientia formalis, non tamen a qua Pater denominatur sapiens, sed a qua denominetur solum Filius.

SECTIO QUINTA.

An ideo secunda persona potius quam tertia sit Verbum, quia est intellectio passiva, à qua obiecta denominantur intellectiva & obiective presentia.

36 **M**AGIS appropinquat veritati subtilis noster Anton. Perez d. 1. a de scient. c. 7. num. 93. ubi affirmat in Deo distingui virtualiter intellectiōnem activam, à qua tres divinæ personæ denominantur intelligentes; ab intellectiōne passiva, à qua obiecta denominantur intellectiva: sicut in divinis distinguuntur productiō activa & passiva: nam à productiōne activa Pater denominatur producens & Filius denominatur productus à productiōne passiva; & Filius in ratione producti includit productiōnem passivam connotando activam: & e contra Pater in ratione producentis includit à activam; connotando passivam. Sic Pater Æternus vè dicens omnia, non includit Verbum sed connotat; obiecta autem vè à Parte Æterno dicta includunt formaliter Verbum, quia Pater ratione suæ proprietatis personalis est dictio activa, Filius vero passiva. Afferit ergo, ideo secundam personam esse Verbum potius quam tertiam; quia secunda potius quam tertia ratione suæ proprietatis personalis est intellectio passiva; eo quod Deus ipse, Paterque Æternus & omnia denominationem cogniti, sicuti & dicti habent à Verbo potius quam à Spiritu Sancto: e contra vero ab isto habent denominationem amari.

37 Hæc sententia nisi coincidat eū sententia D. Thom. & Thomistarum asserentium Verbum mentis esse imaginem expressam obiecti, in qua intellectus illud concipit, difficilis est ad intelligendum; nam si secunda persona ratione suæ proprietatis personalis nec est representatio formalis per modum formæ, neque est representatio obiectiva per modum medij, & tanquam obiectum cognitum, non apparet quo pacto ab illa forma denominentur obiecta cognita & representata. Si sit representatio formalis, idem est ac cognitio, ac proinde ab illa non solum denominabuntur obiecta cognita sed substantia divina denominabitur cognoscens, si sit representatio obiectiva, postea examinabitur hæc sententia. Nunc autem ex eo impugnatur quia non apparet quomodo ab illa representatione obiectiva denominentur obiecta cognita, cum potius hæc denominatio proveniat à cognitione detegente obiecta in illo medio. Impugnatur præterea, quia forma illa quæ denominat tres divinas personas cognoscentes obiecta creata, necesse est vè hæc denominet cognita; siquidem obiectum esse cog-

nitum est denominatio ipsi extrinseca; quando intellectio est illi extrinseca & provenit ab eadem forma à qua provenit denominatio cognoscentis.

38 Et videtur: repugnat cognitio creata à qua intellectus denominatur cognoscens, quin ab eadem denominentur obiecta passivè cognita: ergo pariter repugnat cognitio divina à qua tres divinæ personæ denominantur formaliter cognoscentes, quia ab eadem obiecta denominentur passivè cognita. Responder hic Author ibid. n. 1061 in creatis eandem omnino esse cognitionem activam & passivam, quia vere producit ipsa cognitio formalis, unde præter illam rationem formalem; à qua potentia denominatur cognoscens, nõ est querenda alia ratio obiectiva & passiva, à qua obiecta denominentur cognita. Quod ideo dicit quia existimat, de ratione cuiuscumque obiecti, vè intellecti, esse, vè sit genitum in esse intellecti. Quare vel debet esse, inquit, intellectio producta, vel communicata per veram generationem; vè in divinis communicatur Verbo.

39 Sed contra quia non potest esse de ratione obiecti vè sit genitum in ratione intellecti, vbi non est de ratione intelligentis vè sit genitum in ratione intelligentis. Unde quia in creatis cognitio est producta & genita, non solum obiectum in ratione intellecti est genitum seu productum, sed etiam intelligens in ratione intelligentis: in divinis autem intellectio est improducta: ergo in divinis non est de conceptu obiecti vè intellecti esse genitum in ratione intellecti; sicut non est de conceptu intelligentis esse genitum in ratione rationalis, eadem enim debet esse forma à qua obiectum denominatur intellectum, & intellectus denominatur intelligens. Ergo cum Verbum divinum non sit forma à qua intellectus divinus denominatur intelligens, nec potest esse forma à qua obiectum denominatur intellectum: Nec satisfacit respondens eo num. 106. in divinis per eandem quidem formam obiectum denominari intellectum, & intellectum denominari intelligentem, ceterum cum diversa habitatione & ratio est, inquit, quia intellectus divinus est intelligens per intellectiōnem vè præcise identificatam cum ipso intellectu: at obiectum est intellectum per eandem intellectiōnem vè communicatam passivè Verbo; ita vè ipsa productiō passiva Verbi pertineat ad rationem obiecti vè intellecti: quamvis dici possit non pertinere tanquam formam, sed tanquam rationem constitutivam præcisè: quemadmodum in creatis actio productiva intellectiōnis & unio eiusdem cum subiecto ingreditur ad constituendum effectum formalem intelligentis.

40. Non, inquam, satisfaci: nam ut intellexio in divinis præter effectum formalem intellectui ipsi obiecto non pluribus indiget, quæ indigeat ut communicet effectum formalem intelligenti ipsi intellectui: non ergo est necesse ut intellectio essentialis transeat ad Filium ad hoc ut per modum formæ denominet obiectum intellectum; siquidem pro priori ad generationem Verbi denominat intellectum divinum intelligentem; consequentia est legitima. Antecedens probatur, primo à paritate ex creatis, ubi non possunt concurrere omnia constitutiva intellectus ut intelligentis, quin concurrant omnia constitutiva obiecti ut intellecti. Secundo probatur in Deo, & ad probationem loquor de obiecto creato, v.g. de creaturis possibilibus. Sane sicut intellectum divinum cognoscere obiecta creata, est denominatio ipsius extrinseca; ita & obiecta illa esse intellecta ab intellectu divino, est denominatio ipsis extrinseca. At ut obiecta creata accipiant denominationem extrinsecam intellectuum ab intellectu divino, nulla ratione suaderetur indigere productione passiva Verbi, quæ iuxta hunc Authorem non est representatio passiva, à qua obiecta denominantur representata, sed est acceptio passiva representationis consistens in ipsa intellectione. Quid enim educit relatio producti ad denominationem obiecti intellecti, si non conducit ad denominationem intellectus intelligentis? Quare sicut pro priori originis Pater est cognoscens possibilis; ita pro illo priori debent hæc suscipere denominationem cognitorum.

41. Respondet n. 107. in illo priori possibilis esse cognita quasi in fieri & grammaticaliter, non tamen in facto esse, & philosophice. Sicut in illo priori, in quo Pater Æternus est producens, Filius est productus quasi in fieri & grammaticaliter, quia oratio verbi passivi apud grammaticos non significat aliud quam oratio verbi activi; & tamen pro illo priori non dum Filius intelligitur productus in facto esse & philosophice, quia non dum intelligitur existens, & apud Philosophos res non intelligitur producta, usque dum intelligatur existens.

42. Sed contra, quia pro illo priori Pater non est intelligens solum in fieri, sed perfecte & in facto esse; ergo cum obiecta creata esse intellecta à Patre Æterno, sit denominatio ipsis extrinseca proveniens ab intellectione tantum à forma; tam pro illo priori eis convenit ea denominatio perfecte & in facto esse; siquidem Pater pro illo priori non est in via ad intellectionem, sed eam perfecte possidet. Unde nulla est paritas petita à productione Verbi, nam Verbum esse productum non est denominatio ipsi quasi extrinseca, sed est illi adæqua-

te intrinseca nullo modo inducens, sed supponens productionem activam. Nec denominatio Patris producentis & Filij producti proveniunt ab eadem forma, imo ab eisdem omnino constitutivis.

43. Dissplicet præterea illa sententia quatenus supponit in Filio non dari formalitatem pertinentem ad genus representationis, præter intellectionem essentialem ut passive acceptam à Filio; iam enim sect. 2. ostendimus non posse explicari cur secunda Persona potius quam tertia sit Verbum, nisi in illa deus formalitas vere producta & realiter distincta à Patre, quæ sit de genere representativo. Nam Verbum mentis est similitudo intentionalis & imago obiecti expressa seu producta ab intelligente: Unde quod in recto suscipit denominationem imaginis, debet suscipere denominationem producti; representatio autem absoluta & essentialis hanc denominationem non suscipit: ergo illam suscipit formalitas relativa virtualiter distincta ab absolutis. Nec potest intelligi quod Verbum supra prædicata absoluta solum addat relationem producti, quæ non cadit supra illa; ut enim inquit August. lib. 7. de Trinitat. cap. 1. omnis essentia, quæ relative dicitur, est aliquid, excepto eo, quod dicitur. Unde ibid. cap. 3. sic infert August. si Pater non est aliquid ad se, non est omnino quæ relative dicatur ad aliud, absurdum reputans quod denominatio relati ad aliud non cadat supra aliquod prædicatum ratione nostra distinctum ab eo, quod est referri ad aliud; ergo de denominatione producti, seu imaginis productæ cum in Verbo non cadat supra aliquod absolutum, cadere debet supra aliquod relativum, quod ut distinctum virtualiter ab absoluto sit imago expressa Patris.

44. Nec simile est de denominatione dictæ ac de denominatione intellecti, ut concludit hic Author. Nam ut inquit D. Thomas 1. p. q. 34. artic. 1. ad 3. intelligere importat solum habitudinem intelligentis ad rem intellectam, in qua nulla ratio originis importatur; sed dicere importat grammaticaliter habitudinem ad Verbum conceptum; nihil enim aliud est dicere, quam proferre Verbum: sed mediante Verbo importat habitudinem ad rem intellectam, quæ in Verbo prolato manifestatur intelligenti. Quare licet ab eadem forma denominentur obiecta intellecta, à qua intellectus denominatur intelligens, & sic omnia obiecta scibilia denominentur intellecta à tribus divinis personis, sicut omnes tres divinz personæ denominantur intelligentes; tamen non ab eadem forma denominantur obiecta dicta à Patre à qua Pater denominatur dicens; nam obiecta esse dicta à Patre nihil aliud est quam esse

producta à Patre in esse representato; id est, esse representata in Verbo producto à Patre: Patrem autem esse dicentem idem est ac esse profertentem & producentem Verbum, in quo obiecta manifestantur. Vnde sicut in Deo non sunt virtualiter idem forma, à qua Pater denominatur produciens, & forma à qua Filius denominatur productus; sed vel distinguuntur realiter, vel saltem virtualiter intrinsece; ita nec sunt idem forma, à qua Pater denominatur dicens, & forma, à qua obiecta denominantur dicta: nam obiecta esse dicta à Patre idem est, ac esse productum Verbum in quo obiecta representantur; Verbum autem esse productum à Patre, non est idem ac Patrem producere Verbum; Vnde August. libr. 7. de Trinit. cap. 1. de Patre loquens; inquit: *Dicens ergo non singularis (id est Pater scorsim) intelligitur sed cum ipso Verbo; sine quo non utique dicens. Vel responde; Patrem in ratione dicentis Verbum ipsum constitui per productionem activam illius: in ratione autem dicentis obiecta mediò Verbo producto constitui per ipsum Verbum; & sic ab eadem forma Patrem denominari dicentem obiecta & obiecta denominari dicta.*

SECTIO VI.

Premittitur ad resolutionem questionis quomodo in creatis comparentur inter se Verbum mentis & intellectio?

45 **Q**UIA August. & alij PP. ad explendum Verbum in divinis passim videntur exemplo Verbi mentalis, quod ab intellectu creato concipitur, dum obiectum intelligit: omnes Scholastici agentes de Verbo divino, vel obiter, vel ex professo agunt de verbo mentali creato; & ideo P. Zunniga & P. Coninch ad disput. de Trinit. pramittunt integram disputationem de Verbo creato. Et Episcopus Canariensis q. 27. artic. 1. tres de hoc puncto disputationes habet, nempe 3. 4. & 5. nos autem breviter rem percurramus.

46 Prima sententia est Dur. in 1. d. 27. num. 12. & 16. affirmans Verbum mentis nihil aliud esse quam actum ipsum intelligendi, seu formam, à qua intellectus denominatur intelligens, idemque esse mentaliter dicere, ac intelligere per Verbum, quia verò existimat Verbum mentis per se ipsum dimanare ab intellectu creato sine actione distincta, existimat dicere mentaliter nihil importare distinctum ab actu intelligendi ut informantem intellectum. Secunda sententia est Scoti in 1.

d. 3. q. 6. ad finem, ubi tres breves excitat quaestiones & 5. *Primo* affirmat intellectiōnem & volitionem esse de genere qualitatis; & ibi 5. *ad argumentum* ostendit non esse de predicamento actionis; ac proinde sentit esse qualitates absolutas productas per actionem distinctam ex natura rei ab ipsis; sicut lux distinguitur ab illuminatione. Deinde d. 27. in respons. ad 1. q. affirmat Verbum in creatis nihil aliud esse quam intellectiōnem; dicere vero esse actionem distinctam ab intellectiōne; perquam ipsa ad Verbum mentis producitur, cum enim lux non solum intelligere & Verbum non sit actio proprie dicta, sed dumtaxat grammatialis, quatenus verbo activo significatur; & cum aliunde intellectus dum intelligit, mutetur, quia aliter se habet, quam se haberet; antequam intelligeret; fit inde, concedendam esse aliquam actionem propriam, per quam intellectus mutationem subeat, & per quam intelligere & Verbum accipiunt esse.

47 Hæc autem, inquit, non est alia, quam elicere seu producere intellectiōnem & Verbum; cum vero dicere mente nihil aliud sit quam elicere aut producere Verbum, fit; inquit, ut dicere non sit intelligere, sed elicere intellectiōnem; quæ actio distinguitur ab intellectiōne, siquidem est ipsa intellectiōnis, Verbi que productio: Verbum itaque mentis iuxta Scotum nihil aliud est quam intellectio, vel notitia genita; probatque ibi contra S. Thomam Verbum mentis non esse terminum aliquem productum per intellectiōnem, quia actio est propter terminum; intelligere autem est propter se, ac proinde debet esse perfectio ultima; & non potest esse actio de predicamento actionis, quia hæc semper est propter aliud, scilicet propter terminum productum.

48 Hanc Scoti sententiam, quatenus in creatis identificat Verbum cum intellectiōne, aitque hanc esse de genere qualitatis, sequitur P. Vazquez 1. p. d. 112. num. 12. & d. 141. num. 17. ubi ait, intellectiōnem in nobis formaliter esse ipsam qualitatem expressantem in mente, quæ fit intellectui res præsens, acque rem intelligere nihil aliud esse intellectui, quæ similitudine illa informari, docerque ipsam productionem huius qualitatis non esse intellectiōnem, quia si eo esset intellectio, quo est productio illius qualitatis, sicut dicitur illam qualitatem producere, diceretur etiam illam intelligere; quod tamen falsum arbitratur. Differet tamen ab Scoto P. Vazquez; quia Scotus sentit illam qualitatem posse ab extrinseco produci; ac proinde posse intellectum intelligere per intellectiōnem sibi ab extrinseco infusam; Vazquez vero 1. 2. d. 9. c. 5. acriter contendit oppositum. Deinde apud Vazquez non est idem dicere, ac

producere illam intelligentiam, seu Verbum mentis, ut dicebat Scotus; sed est idem ac enunciativum & per intelligentiam informari, seu ab illa intelligentem denominari.

Hanc eandem Scoti sententiam tenet Hincius Doctor 1. r. de Trinit. c. 6. n. 71. P. Zubiga d. 1. d. 4. num. 2. P. Fallolus quaest. 22. art. 2. num. 16. & quaest. 27. art. 1. n. 250. multis referentes; & P. Arrabal d. 123. n. 29. ubique, num. 13. recte probat actum dicendi in nobis consistere in ipso verbo mentis, seu in ipsa specie expressa, à qua intellectus redditur formaliter cognoscens, quia, ut August. probat l. 15. de Trinitate cap. 10. in scriptura saepe significatur ipsum actum cogitandi, qui est actus cognoscendi, & percipiendi obiectum, esse actum dicendi apud nos & intra nos: quare licet in Deo actus intelligendi, essentialis non sit secundum se dictio, in nobis tamen omnis actus intelligendi est actus dicendi; quia omnis actus intelligendi est representatio & species obiecti expressa realiter producta ab intelligente; proindeque in nobis coincidunt dictio mentaliter, & intelligere.

Tertia sententia est P. Molinae quaest. 27. art. 1. d. 8. memb. 3. §. peres, ubi ait: cognoscere nihil aliud esse, quam potentiam cognoscentem exprimere, & producere in se vitaliter rei cognoscendae imaginem; ac proinde verbum mentis consistere in illa imagine seu specie expressa, producta ab intellectu informatio specie impressa, in intelligentem vero consistere in productione illius imaginis; ita ut ab illa actione denominetur intellectus intelligens, & ideo obi memb. 2. §. perspicere, affirmat cum D. Thom. intelligentem esse actionem per quam producit conceptus, seu imago expressa rei quae intelligitur; nosque intelligere per intelligentem tanquam per actionem; per conceptum vero & imaginem expressam tanquam per terminum productum; eo modo quo paries fit albus per albefactionem tanquam per actionem aut passionem, & per candorem tanquam per terminum productum per albefactionem; & consequenter affirmat, conceptum seu imaginem expressam esse verbum distinctum ab actu intelligendi, actum vero intelligendi esse dicere ac proferre ipsum verbum mentis.

Si autem ab hoc Authore quaeratur, quodnam sit modus illius conceptus seu imaginis expressae, si per illum tanquam per formam, non redditur intellectus intelligens, in primis ubi memb. 3. acriter impugnat sententiam Thomae statum, afferentiam verbum mentis esse imaginem & similitudinem expressam, in qua tanquam in speculo cognoscitur obiectum. Deinde §. peres, in fine solum dicit speciem illam expressam deservire ut sit terminus

cognitionis, quia cognoscere non est aliud quam vim cognoscentem in se vitaliter rei cognoscendae imaginem exprimere. Quod magis explicat memb. 4. initio, ubi constituit discrimen inter actionem transcurrentem & actionem immanentem intelligendi & amandi; quod prima est propter terminum tanquam propter finem, & non e contra; nam calefactio est in rerum natura, ut sit calor, & non e contra, ideo est calor ut sit calefactio; in actionibus autem immanentibus licet per eas semper aliquid producat, ut in intelligentem, tamen res productae ipsas productiones tanquam fines respiciunt. Nec enim ideo intelligimus, ut producat verbum, sed ideo intelligendo producit verbum, quia sine eo non possumus intelligere; quod fit ut verbum ordinetur a natura ad intelligentem tanquam ad finem, & non e contra; habitus etiam, quos actus intelligendi tanquam principia efficientia pariunt, ad ipsosmet actus tanquam ad finem diriguntur; habitus enim a natura instituti sunt, ut melius & promptius exerceamus actus ipsos; nec tamen actus dantur ut habitus sint. Hac P. Molina.

52 Est tamen difficilis haec sententia: nam sicut paries licet denominetur albefactio ab albefactione, id est ab actione productiva albedinis in pariete, tamen albus formaliter non redditur nisi ab ipsa albedine; ita licet intellectus denominetur intelligens, seu producat in se intelligentem ab actione productiva illius imaginis seu speciei expressae, tamen videtur reddendum esse formaliter intelligentem & percipientem obiectum ab ipsa imagine expressa, quam in se producit; sicut ignis redditur formaliter calidus a calore, quem producit in se: ergo actio productiva illius imaginis non videtur esse representatio formalis & cognitio, sed pura actio productiva illius. Deinde si terminus ille neque est similitudo, nec similitudo in qua intellectus intelligit, non videtur ad quid deserviat. Nec satis concipitur quomodo ordinetur ad intelligentem tanquam ad finem, si nec in illa insit, nec est medium intentionale, in quo intellectus intelligit, nec ingreditur ad constituendum effectum formalem intelligentis. Certe si lignum non redderetur formaliter calidum per calorem productum a calefactione, esset inexplicabile; cur ad denominationem calefacientis sit necessarium producere calorem tanquam terminum calefactionis; ergo si intellectus, nec redditur formaliter intelligens per illam imaginem expressam, nec ea est necessaria ut in ipsa intelligat, non ordinatur ille terminus seu illa imago ut intelligat intellectus; sed potius intelligentia ordinatur, ut existat ille terminus. Neque exemplum habiunt in praesenti iuvat, quia habitus generis ab

ab actibus in ordinatur tanquam ad finem ad ipsos actus, à quibus oritur, sed ad alios denuo efficiendos, prompte & faciliter. Unde imago illa expressa si neque est forma intelligendi, nec est id in quo per productionem eius cognoscitur obiectum, non ordinabitur tanquam ad finem ad actum intelligendi, cuius est terminus intrinsecus, sed ad alios actus reflectentes supra illam imaginem, & in illa conspicientes obiectum per eam expressum.

53 Quarta sententia affirmat verbum mentis creatum esse similitudinem & speciem quandam expressam obiecti productam per actum intelligendi, in qua tanquam in imagine & quasi speculo intellectus cognoscit obiectum, ita ut verbum illud sit terminus intrinsecus intellectionis, obiectum autem sit terminus extrinsecus: cum enim iuxta Philosoph. lib. de mem. & remin. c. idem sit motus in imaginem, & in rem cuius est imago; intellectus cognoscendo verbum illud quatenus est imago obiecti, ipsum cognoscit: hoc autem prestat, dum illud verbum primo producit, quia ipsum producendo intelligit in ipso obiectum, & sic intelligendo producit & producendo intelligit. Hanc sententiam docet Capreol. in 1. dist. 27. quest. 2. Caiet. 1. p. quest. 27. art. 1. §. *adverie*, Ferrar. 1. cont. gen. cap. 53. §. *adverteendam*. Eandem laudat defendit Canar. quest. 27. art. 1. d. 5. p. 1. in 4. concl. & alij multi Thomistæ apud Fallol. quest. 27. art. 1. n. 250. contendentes hanc esse sententiam D. Thom. quod etiam testatur P. Vazq. 1. p. d. 39. à num. 8. & ego verisimum existimo ut probabo seqq.

54 Communiter autem Thomistæ affirmant, non esse de conceptu intellectionis creatam producere verbum, ut constat ex Caiet. illo art. 1. §. *ad primum dubium*, vbi id expresse affirmat, & §. *ad tertium dubium*, vbi asserit neque Beatos dum vident Deum, neque Angelum dum intelligit seipsum formare verbum mentis, nam necessitas istud ponendi in nobis est, quia intellectus noster multa intelligit, quæ non sunt ipsi obiective presentia; vnde oportet ut fiant actu presentia ratione imaginis intelligibilis, in qua illa obiecta absentia intellectus attingat. Rursus intelligit res materiales, quæ debent abstrahi à materia, ut intelligantur; non abstrahuntur autem, nisi quatenus formatur ab intellectu agente species intelligibilis, qua informatus intellectus potentialis format conceptum mentis, in quo res materiales abstracte & secundum conceptus virtuales intelligit.

55 Constat secundo ex Capreolo in 4. dist. 49. quest. 5. art. 3. ad argumenta contra primam conclusionem; vbi cum quæssisset, vtrū

videntes divinam essentiam forment verbum, subiungit: communiter tenetur quod non habent aliud verbum à verbo increato distinctum propter intimam presentiam verbi ad intellectum creatum; sicut nec habent aliam speciem intelligibilem quam divinam essentiam. At Ferrar. vbi supra §. *quinta est* tanquam probabile affirmat Beatos formare verbum in quo divinam essentiam intueantur, atque hoc non tollere quod Beati immediate videant Deum: quia solum modium extrinsecum cognoscendi & omnino extraneum ab actu intelligendi tollit immediationem cognitionis, non autem medium intrinsecum cognitioni, quod est terminus intrinsecus illius & veluti complementum, quia tale computatur tanquam unum quoddam cum ipso, tanquam terminus lineæ cum lineæ. Canariensis vero ill. d. 5. p. 2. acriter impugnat eos Thomistas, qui dicunt, per actum intelligendi rem presentem, seu per notitiam intuitivam non produci verbum: & dub. 3. contendit, Angelum intuentem seipsum formare verbum, in quo seipsum cognoscat; & dub. 4. tanquam probabilius defendit quod Beati videndo Deum forment verbum.

56 Hæc tamen sententia Thomistarum quatenus absolute affirmat Beatos non formare verbum mentis, nec Angelos dum seipsum intelligunt; in primis est aperte contra D. Thom. qui 1. p. quest. 27. art. 1. corp. univers. §. saliter affirmat quod quicumque intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, procedit aliquid, intra ipsum, quod est conceptio rei intellectæ, & dicitur verbum cordis. Et opuscul. 1. 3. §. quod est de differentia divini verbi & humani; inquit: In qualibet re intelligenti, cui competit intelligere, necesse est ponere verbum: de ratione enim intelligentis est, quod intellectus intelligendo aliquid forment, talis autem formatio dicitur verbum.

57 Estque omnino violenta expositio Caiet. dicentis ibi §. ad tertium dubium; quod ly *quicumque* distribuit tantum pro viatoribus; redditque innanam probationem D. Thomæ: ut enim statim subiungit Caiet. D. Thomas intendit ibi, ex ijs quæ in nobis videntur, elevare ad incomprehensibilia Dei. Si autem semel intellectus creatus dum inruerit obiectum sibi presentem, non format verbum mentis, sed solum dum contemplatur rem absentem per species alienas; hinc non liceret cum probabilitate inferre, Patrem æternum per cognitionem intuitivam sui formare verbum mentale suarum perfectiorum: immo inde argueretur non producere verbum, dum seipsum videt, sicut verbum non producit intellectus creatus dum Deum videt, vel Angelicus dum substantiam suam speculatur. Unde ut inquit

Sylvest. 1. p. Conflati quæst. 27. art. 1. §. 4. dub. 2. in fine. *S. Thomas argueret ridiculoſe ſic: omnis viator intelligendo elicit Verbum: ergo Deus.*

58 Est etiam violenta expoſitio Gonetii aſſerentis D. Thomam loqui de intellectu naturaliſter; ut hinc excipiat Beatos, qui non vident naturaliſter Deum. Nam Divus Thomas loquitur de conceptu intelligentis ut intelligens eſt. Unde ſi anima elevaretur ad videndum Angelum, non minus formaret verbū, quā dum intelligit naturaliſter alia obiecta. Et ſi daretur aliqua ſubſtantia creata naturaliſter videns Deū, illa non magis formaret verbū quā Beati nunc ſupernaturaliter Deum videntes.

59 Deinde illa ſententia eſt contra Auguſt. quilib. 14. de Trinitat. cap. 17. ait: *In Dei imagine; hoc eſt, in mente noſtra; tunc futuram Dei perfectam ſimilitudinem, cum eius perfectam acceperis viſionem* & lib. 15. cap. 16. cum præmiſiſſet, per Dei cognitionem formari in nobis quoddam Dei verbū, valde quidem diſſimile; cum in hac mortalitate illum intelligimus per ſpeculum in enigmate, ſtatim ſubdit: cum autem ſimiles ei erimus quando videbimus eum ſicuti eſt, tunc verbum noſtrum verum erit. Eſt etiam contra communem ſententiam Theologorum quam conſtanter defendunt omnes noſtri Doctores cum P. Mol. 1. p. quæſt. 12. art. 2. d. 1. cum P. Vazq. ibid. d. 38. cap. 2. & cum Exim. D. lib. 2. de attrib. cap. 11.

60 Impugnatur efficaciffime illud Thomiſtarum placitum, quia cum de ſeſo eſſentia divina vñatur per modum ſpeciei intelligibilis cum intellectu ad eliciendam viſionem beatificam; ſiquidem iuxta dictum Auguſt. lib. 9. de Trinit. cap. vi. Ex obiecto & potentia generatur noſtrā; viſio ipſa beatifica eſt ſimilitudo & repræſentatio expreſſa producta in intellectu Beati, ergo eſt verbum mentis: ſiquidem omnis ſimilitudo expreſſa rei producta ab intelligente eſt verbum mentis. Quod ſit ſimilitudo & repræſentatio; ſuadetur; tum quia cum ad viſionem concurrat ſpecies intelligibilis, nempe eſſentia divina, & ſpecies non concurrat in actu vitalem niſi titulo repræſentationis, debet viſio explicare in actu ſecundo vim illam repræſentativam ſui principij; tum quia viſio eſt formalis obiecti cognitio illud intellectui repræſentans: ergo eſt repræſentatio formalis: tum quia per viſionem beatificam reddimur ſimiles Deo, & in illum transformamur, ſicut ferrum ignitum transformatur in ignem; iuxta illud Ioan. Epift. 1. cap. 3. Similes ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt. ergo eſt ſimilitudo expreſſa Dei.

61 Quod autem ſit ſimilitudo pro-

ducta; patet, quia viſio illa procedit ab intellectu, cum ſit vita, nec eſt pura actio phyſica de prædicamento actionis; quia cum actio ſit fieri & cauſafitas & via ad terminum, necelle eſt ut per illam aliquid fiat & cauſetur: ergo vel viſio illa eſt qualitas diſtincta ab actione per quam ſit, vel eſt entitas per ſeipſam eſſentialiter dependens ab intellectu, & à Deo ut obiecto, & conſequenter eſt actio & terminus ſimul: ergo datur ibi ſimilitudo expreſſa Dei vere ab intellectu producta; hoc autem & nihil aliud eſt verbum mentis.

62 Si Thomiſtæ ſolum conſiderarent, Beatorum videntem Deum non formare verbum, in quo ipſum videat; cum tamen illud former intellectus noſter, dum obiecta abſentia; vel res materiales contemplatur; & Divus Thomas exponeret dicendo, de conceptu intelligentis eſſe formare verbum, ſive quo, ſive in quo intelligat; vel dicerent cum Magiſt. Soto, & Victoriā citatis à Canarienſi quæſt. 27. art. 1. d. 4. p. 1. actum intelligendi & verbum mentale apud S. Thomam, tantū ratione differre, eandemque entitatem eſſe intellectiōnem quatenus denominat intellectum intelligentem, & eſſe verbum quatenus denominat obiectum intellectum; eſſet eorum ſententia valde probabilis. Cæterum quatenus affirmat intellectum videntem Deum nullam formare ſimilitudinem expreſſam Dei, vel in qua intelligat tanquam in ſpeculo, vel qua intelligat tanquam forma; nullam apud me veriſimilitudinem habet; quia implicat intellectum creatum Deum videre, quin Deum ſibi repræſentet per repræſentationem aliquam immanentem à ſe productam; illa autem eſt propriiſſime verbum.

SECTIO VII.

Proponitur genuina D. Thomæ ſententia circa Verbum mentis & intellectiōnem.

63 **M**ULTI Authores conſequentur D. Thomam non diſtinguere inter intellectiōnem formalem, & verbum in creatis, & apud ipſum verbum mentis in nobis non eſſe imaginem in qua; ſed qua intellectus intelligit. Ego tamen veriſimum exiſtimo, D. Thomam inter illa diſtinguere & apud ipſum intellectiōnem formalem, à qua intellectus denominatur intelligens; eſſe actiōnem productivā verbi mentalis; iſtud vero eſſe imaginem quandam, ſeu ſimilitudinē expreſſam quam ipſe appellat conceptionem mentis, & intentionem intellectum; in qua tanquam in ſpeculo & ſimulacro intellectus rem intelligat.

64 Sed probatur primò ex primò

contrag. c. 53; ubi inquit: intellectus per speciem rei formatus, intelligendo format in se ipso quandam intentionem rei intellectæ, quæ est ratio ipsius, quæ significat definitionem. Et paulo post: per hoc enim quod species intelligibilis, quæ est forma intellectus & intelligendi principium, est similitudo rei exterioris, sequitur quod intellectus intentionem format illi rei similem, quia quale est unumquodque, talia operatur, & ex eo, quod intellectio intellectæ est similis alicui rei, sequitur quod intellectus formatio huiusmodi intentionem rem intelligat; ergo sentit D. Th. intellectum intelligendo formare intentionem quandam, seu similitudinem, vel imaginem obiecti, quam dum intellectus contempletur, obiectum ipsum intelligit.

65 Secundo prob. ex q. 4 de ver. a. 2. post medium corporis ubi inquit: *Verbum intellectus nostri est id ad quod operatio intellectus nostri terminatur, quod dicitur conceptio intellectus, & similiter est de omni, quod a nobis intelligitur, siue per essentiam intelligatur, siue per similitudinem, ipsa enim conceptio est effectus intelligendi.* Prob. tertio quia cum duo dixerimus esse de mente D. Th. nempe & quod verbum mentis distinguatur ab actu intelligendi, & quod sit similitudo & imago intellectæ, in qua obiectum ipsum intelligitur; utrumque constat, primum tum ex modo dictis, tum ex verbis relatis scilicet. prec. ex q. 27. a. 1. tum ex q. 34. a. 1. corp. illis verbis: ipse conceptus cordis de ratione sua habet quod ab alio procedat, scilicet a noticia concipientis. Denique ex q. 8. de potentia art. 1. ubi ait: conceptio intellectus & verbum distinguitur ab actu intelligendi, quia conceptio consideratur ut terminus actionis, actus autem intelligendi ut actio.

66 Quod autem verbum sit similitudo & imago in qua intellectus cognoscit obiectum, probatur primo ex textu sup. citato ex 1. contrag. c. 53. Secundo ex 4. contrag. c. 11. ubi verbum mentis iterum appellat intentionem, seu similitudinem intellectæ: ergo iuxta D. Th. verbum mentis non est intentio seu similitudo qua intellectus intelligit, sed quam intelligit, & in qua intelligit obiectum, quod eatenus dicitur esse in intellectu tanquam intellectum in intelligente, quatenus intellectus intelligendo format illam imaginem obiecti, vi cuius istud constituitur obiective præsens & terminat extrinsece actum intelligendi, quia illa imago & simulacrum obiecti eum actum intrinsece terminat, quatenus intellectus intelligendo producit verbum, & producendo ipsum intelligit, & in ipso obiectum; ut enim inquit S. Doctor q. 4. de verit. art. 2. ad 5. non aliter possumus intelligere, nisi huiusmodi conceptionem exprimendo, & ideo omne intelligere in nobis proprie loquendo, est dicere,

67. Probatur quarto clarissime ex opusc. 14. quod est de natura verbi intellectus, ubi ait, quod prima actio intellectus informati specie impressa obiecti est formatio sui obiecti, quo formato intelligit. Et paulo post: verbum igitur cordis est ultimum, quod intellectus in se potest operari, ad ipsum enim, in quo quidam dicitur rei reperitur, imo quia ipsemet est quidam dicitur similitudo, terminatur intelligere. Et clarissime opusc. 13. Illud proprie dicitur verbum interius, quod intellectus intelligendo format; istud ergo sic expressum & formatum in anima dicitur verbum interius & ideo comparatur ad intellectum, non sicut quo intellectus intelligit, sed sicut in quo intelligit, quia in isto sic expresso & formato videtur naturam rei intellectæ.

68 Sed ad probandum D. Thom. non ponere intellectionem in actione productiva verbi mentalis, adduci solet textus ex 1. p. q. 34. a. 1. ad 3. ubi ait: intelligere importat solam habitudinem intelligentis ad rem intellectam, in quo nulla ratio originis importatur, sed informatio quedam in intellectu nostro, prout intellectus noster sit in actu per formam rei intellectæ. Verum D. Th. ibi minime intendit intellectionem, non importare actionem in nobis, sic enim aperte sibi contradiceret, sed solum intendit hoc quod est intelligere, ex terminis non significare actionem, sicut illam significat hoc quod est dicere: siquidem in Filio & Spiritu Sancto reperitur intelligere, quin reperitur producere verbum, cum tamen dicere ex terminis explicet productionem. Quare iuxta D. Th. repugnat intellectioni, quæ non sit productio verbi; licet non omnis intelligens debeat denominari producatens verbum, ut dicemus scilicet sequenti.

69. Alius textus difficilior adduci solet ad probandum, apud D. Th. intellectionem consistere in verbo mentis, nempe ex 4. contrag. c. 11. ante medium, ubi inquit: unde & ipsa intellectioni verbum interius nominatur, quod est exteriori verbo significatum; & quod non sit res intellectæ, inde apparet, quod aliud est intelligere rem, aliud ipsam intentionem, quod intellectus facit, dum supra opus suum reflectitur; unde & alie scientiæ sunt de rebus, alie de intentionibus intellectus. Verum textus ille non fideliter refertur: sic enim habet. Ultima perfectio vitæ cõperit Deo, in quo non est aliud intelligere & aliud esse; & ita oportet quod intentio intellectæ in Deo sit ipsa essentia. Dico autem intentionem intellectam id, quod intellectus in se ipso concipit de re intellectæ, quæ quidem in nobis, neque est ipsa res quæ intelligitur, neque est ipsa substantia intellectus, sed est quedam similitudo concepta intellectu de re intellectæ, quæ voces exterioriores significant; unde & ipsa intentio verbi interius nominatur. B Qua-

70 Quare S. Thom. non dixit, quod ipsa intellectio, sed quod ipsa intentio intellectus verbum mentis nominata: eiusque scopus est probare, quod in nobis illa intentio intellecta non est ipsa res quae intelligitur, siquidem quamvis iuxta D. Th. intellectus noster producendo illam intentionem, eam intelligat tanquam imaginem obiecti; intelligit tamen illam propter obiectum intelligendum; ac proinde ipsa non est res illa, quam intellectus intendit cognoscere, dum format verbum licet per actum directum intelligatur; non quidem quatenus est qualitas quaedam, in intellectu recepta, sed quatenus est imago obiecti, unde per actum reflexum cognoscitur quatenus est qualitas quaedam & ratio qua res, cuius cognitio praecipue intenditur, ac proinde cognitio reflexa terminatur ad verbum mentale, quod sit imago non quidem rei exterioris, sed primi verbi directi. Et hanc esse mentem D. Th. constat primo ex eo quod ibi verbum mentis vocat intentionem intellectam, quod esset falsum, si illud esset similitudo qua, & non in qua intellectus intelligit. Secundo quia sibi ipsi aperte contradiceret. Tertio, quia paulo inferior reddens rationem cur intentio intellecta seu verbum in Deo intelligente se ipsum sit Deus; in homine autem intelligente se ipsum non sit homo verus, inquit: *Oportet quod in homine intelligente se ipsum, verbum interius conceptum non sit homo verus, naturale esse hominis habes, sed sit homo intellectus tantum quasi vera similitudo hominis ab intellectu apprehensa; ipsum vero verbum Dei ex hoc ipso quod est Deus intellectus, est verus Deus habens naturaliter esse divinum, eo quod non est aliud naturale esse Dei, aliud eius intelligere.*

71 Quarto ex opusc. 14. §. ad cuius evidentiam, ubi probat quod licet actio generativa verbi videatur propinquissima cognitioni reflexae, non tamen est reflexa: quia reflexio (inquit) fit redeundo super idem; dum autem intellectus noster informatus specie impressa, format verbum, in quo intelligit obiectum, non tedit supra se ipsum, ut informatum illa specie, sed recto tendit per verbum in obiectum, cuius specie informatur, & propter quod cognoscendum sit verbum; & ideo illa cognitio est directa; anima enim informata specie impressa transformatur in rem illam, cuius speciem habet, ut dicit Div. Thom. paulo ante finem illius opusc. & virtute illius speciei agit quidquid agit; unde dum producit verbum, non dicit se, sed rem illam, cuius speciem habet, illamque rem intelligit in verbo formato virtute talis speciei. Denique patet quia ibid. haec habet: verbum est id in quo aliquid intelligitur; sicut lux est in qua perficitur cognitio.

SECTIO VIII.

Commodum sententiae Divi Thomae, ad explicandum cur secunda persona potius quam tertia sit verbum.

72 EST sane illa sententia aptissima ad difficultatem expediendam, si enim non aliter intellectus potest intelligere quam formando imaginem expressam obiecti, in qua ipsum intelligat: ergo est de conceptu Dei intelligentis se ipsum formare imaginem, in qua se ipsum intelligat, quae imago sit intentio intellecta, & Deus ipse intellectus, & vix unus Deus ipse dicitur esse vix obiectum intellectum in se ipso vix intelligente. Et ideo secunda persona potius quam tertia erit verbum, quia secunda potius quam tertia est similitudo expressa & imago producta, in qua Pater se ipsum & omnia intelligit; tertia vero persona ratione sua proprietatis personalis est amor productus & nexus, vel vinculum quoddam substantiale inter Patrem, & Filium.

73 In hac etiam Div. Thom. sententia redditur manifesta ratio, cur nequeat intellectus intelligere per intellectiorem ab extrinseco productam; quia cum intelligere nihil aliud sit, quam producere verbum mentis, & in illo tanquam in imagine per ipsam actionem producendi cognoscere obiectum; non minus implicat intellectum intelligere quin agat, quam formare in se imaginem obiecti quin agat. Insuper hic discurrendi modus optime quadrat cum mente Patrum disputantium cum Arrianis, qui, ut supra vidimus sect. 3. per locum intrinsicum inferabat, Deum ab aeterno non fore sapientem, si ab aeterno non haberet verbum, ut videre est etiam apud Petavium tom. 2. lib. 6. n. 9. Etenim quavis Pater non sit formaliter sapiens per verbum, nequit tamen esse sapiens sine verbo; quia implicat substantiam aliquam intelligere, quin formet in se imaginem rei intellectae in qua rem intelligat. Unde sicut ex defectu termini arguitur per locum intrinsicum defectus actionis, ita ex defectu verbi arguitur per locum intrinsicum defectus intellectiōnis.

74 Solumque inter intellectum creatum & increatum datur discrimen; quod cum ille non sit sua intellectio, non est quoque realiter verbum mentis, iste vero cum sit sua intellectio, est realiter ipsum verbum, ut explicat Divus Thomas 4. contra gentes. capit. 11. verbumque solum distinguitur realiter in Deo a Patre, qui tanquam principium; quod intelligendo pro-

producit Verbum, & in creatis Verbum mentis quod homo format intelligendo se ipsum, licet sit homo intellectus, non tamen est verus homo in esse naturali, quia cum sit accidens, eius esse non est esse hominis: at Verbum divinum quod est Deus intellectus, est verus Deus, quia est per se subsistens, & eius esse est esse Dei, ut explicat ibid. S. Doctor.

75 Et licet de conceptu intellectus intelligentis sit iuxta principia D. Th. formare verbum quod sit intellectio intellecta & res ipsa in esse representativo, hinc non sequitur quod sit de conceptu omnis suppositi intelligentis formare verbum: nam Filius & Spiritus sanctus intelligunt per eandem intellectioem, per quam Pater intelligit, & intelligendo format verbū, & tamen verbum non produciunt: quare licet omnis intellectio ut sic habeat essentialiter producere verbū, non tamen in omni persona in qua est, sed in aliqua parte. Unde de conceptu intelligentis est, vel producere verbū, vel identificari realiter cum intellectu, qui prout est in alio supposito, producit verbū. Unde Pater Aeternus dum intelligendo producit verbū, producit nomine sui & nomine aliarum Personarum. Huius asserti ratio est quia cum intelligere sit in imagine expressa obiecti ipsum contemplari; iuxta sententiam D. Th. non possent Filius & Spiritus sanctus intelligere per intellectioem essentialē, nisi per illam Patris formasset verbū in quo intelligant.

76 Quare D. Th. in cōpend. Theol. c. 37. Unde probat dari in Deo verbū mentis, quia cū Deus intelligat se ipsum, necesse est ut Deus intellectus sit in se ipso ut intelligente: intellectus vero prout est in intelligente, est verbum quod dicitur intellectus; hoc enim exteriori verbo significamus, quod interiori verbo cōprehendimus. Rursus 4. contrag. sic ait: quia manifestum est Deum se ipsum intelligere; omne autē intellectum in quantum intellectum est in intelligente; oportet quod Deus sit in se ipso tanquam intellectum in intelligente; intellectus vero in intelligente est intentio intellecta & verbū. Est ergo in Deo intelligente se ipsum verbum Dei quasi Deus intellectus; sicut verbum lapidis in intelligente est lapis intellectus.

77 In hac D. Th. ratione illud apparet difficile, quia si ex eo quod Deus intelligat se ipsum probatur in Deo verbū mentis, distinctū à Patre producentem, erit evidens lumine naturæ dari in Deo verbum productū & pluralitatem personarum, sicut evidens est Deū esse intellectū à se ipso. Propter hanc difficultatem Ferrara in comment. illius capituli post 5. cōc. dicit rationē D. Th. nō probare ex terminis & independenter à principijs fidei. Et similiter Cai. l. p. q. 27. a. 1. §. ad tertium dubium asseruit illam propositionē D. Th. Quicumque intelligit, ex hoc ipso quod

intelligit procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellecta ex vi intellectiva procedens & ex eius notitia procedens: esse creditam, non scitam.

78 Unde dicendum est, ratione naturali res esse demonstrari, Deum intelligere se ipsum, & consequenter esse tanquam obiectum intellectum in se ipso ut intelligente, & dari ibi verbum mentis realiter identificatum cum intellectu per intellectioem, quod autem illud sit realiter productum a b aliquo supposito intelligente, non demonstrari sed credi, ac proinde rationem D. Thomæ procedere partim ex lumine naturali, partim ex lumine fidei.

SECTIO IX

Solvuntur objectiones contra sententiam D. Thomæ.

79 **M**ulta & valida sunt argumenta, quæ contra illam facta sunt à D. Th. Arguitur ergo primo ex Dur. in 11 dist. 27. q. 2. n. 19. quia experimur nos cognoscere leonem aut equum prius quam intelligamus nos habere verbum leonis aut equi aut intellectioem eorum: quam experientiam in se observant viri sapientissimi, inquit Ruiz d. 39. sect. Verum Canarienf. d. 27. quæst. 5. p. 1. post 4. conclusionem, oppositum quoque probat ab experimento: experientia namque discimus, inquit, quod dum contemplamur rem aliquam, præsertim absentem, intus in anima est obiectum, quod ipsam representat & in quo tanquam in imagine ipsam conspiciamus. Quare responderetur experientiam adductam à Dur. esse fallacem, quia non prius contemplamur leonem absentem, quam inspicimus eius imaginem vitalem ab intellectu formatam. Sed contra instat Dur. quia obiectum cognitum per intellectioem non potest latere cognoscentem, quin ipse possit supra se reflectendo deprehendere se cognoscere tale obiectum, atque id certo & evidenter animadvertere.

80 Respondeo intellectum certo deprehendere se cognoscere leonem dum de eo cogitat, non autem certo deprehendere an illū cognoscat immediate in se ipso, an in imagine seu verbo mentis, sicut qui se ipsam videt in speculo certus est videre se ipsum, & tamen non est certus an eius intuitus immediate referatur in imaginem impressam speculo, an in ipsum Petrum, siquidem res ista adhuc sub lite est. Nam August. l. 1. §. de Trin: cap. 8. dicit sic pronuntiat: in speculo nisi imago non cernitur, Et Pater Molina l. p. q. 12. a. 9. ait per eandem speciem derivatam in oculum, &

Videri specie obiecti, quæ apparet in speculo. *¶* Videri obiectum ipsum, atque ita obiectum ipsum non videri in se sed in sui imagine, quæ apparet speculo impressa. At. P. Vazq. 1. p. d. 38. n. 2. sicut Scopo acriter contendit, non videri à nobis similitudinē rei existentiē in speculo, sed per refractionem in quovis corpore polito speciem in oculum derivari, quæ rem ipsam, quæ est à tergo, intuemur, cum alias non nisi è regione posita videri possit.

81. Sed pergit Dur. n. 20. quia illud quod primo, & intuitive cognoscitur tanquam ratio cognoscendi aliud, cognoscitur evidentius & certius, quam illud aliud, quod abstractive cognoscitur: ergo si dum intellectus noster aliquid intelligit, id cognoscit in verbo mentis tanquam in speculo, certius & immediatius cognoscit verbum, quam rem ipsam quam in illo contēplatur: ergo magis certum & exploratum erit cognoscendi quod Verbum cognoscat, quæ quod rem aliam cognoscat in illo. Quod tamen est aperte falsum: nam certo deprehendimus nos cognoscere leonem, & tamen non deprehendimus nos cognoscere illū in eius imagine. Respondet aut. esse verum quando cognoscimus in medio exteriori rem per speciem propriam & equidistantivam illius medijs, vt quando Beatus videt in Verbo creaturas, tunc enim evidenter discernit medium cognoscendi immediate directe atque à rebus, quas in illo videt, secus est quando intellectus speculatur rem in verbo quod format per species ipsius rei quæ in verbo videtur: tunc enim certius omnino est se cognoscere leonem, & tamen evidenter non discernit, an hæc cognitio immediate terminetur ad leonem in se, an ad imaginē leonis, sed id per discursum colligit. Quare licet cognitio nostra immediatius feratur in verbum leonis, quia tamen illud formatur per species leonis ingrediens per sensus, & non cognoscitur per intellectum directam, nisi quatenus imago leonis est, verificat quidem de leone cognito, relinquere tamen dubium, an attingatur immediate, an in sui imagine.

82. Vterius instat Dur. n. 21. Nam si verbum mentis est imago expressa in qua intellectus cognoscit obiectum, se habet ad intellectum sicut imago ad tabulam, in qua est depicta; sicut ergo non possumus imaginem in tabula depictam videre, quin tabulam ipsam intueamur, sic nec poterit intellectus verbum suum videre quin se ipsum videat actu directo, quod constat esse falsum. Respondet hanc paritatem desumptam à visu corporali, omnino fallere; nam iste per species proprias tabula & imaginis, utrumque videt, quia utrumque è regione possum occurrit. At intellectus noster pro hac vita saltem, non ha-

bet speciem sui, sed obiecti exterioris, quæ fecundatus producit speciem expressam eiusdem obiecti, & illam directe respiciendo quatenus est obiecti imago, istud respicit; non autem respicit illam per actum directum, quatenus est qualitas quædam in intellectu recepta: hoc enim fit per verbum mentale reflexum, quod est imago expressa verbi directi & ab illo causatur tanquam ab obiecto.

83. Arguit præterea Durand. num. 22. quia in voluntate non datur aliqua forma quæ sit obiective dilecta, & ratio diligendi alterum: ergo in intellectu non datur aliqua forma, quæ sit primo obiective cognita & ratio cognoscendi alterum. Sanctus Thomas q. 4. de verit. artic. 2. ad 7. videtur assignare discrimen inter intellectum & voluntatem, quod cum operatio voluntaris terminetur ad res in quibus est bonum & malum; operatio autem intellectus terminetur in mente, in qua est verum & falsum, vt dicitur 6. Met. voluntas non habet aliquid egrediens ab ipsa nisi per modum operationis, quæ cum in Deo sit perfectio operantis, non distinguitur ab illo nisi ratione nostra; at intellectus habet in se ipso aliquid progrediens ab ipso non solum per modum operationis, sed etiam per modum rei operatæ: *Et ideo Verbum* (inquit) *significatur vt res procedens; sed amor vt operatio procedens; unde amor non ita se habet ad hoc vt dicatur personaliter, sicut dicitur Verbum.*

84. Rem hanc optime explicat Cajetan. quæstion. 27. articul. 3. §. ad evidentiam. Vt autem hoc præter, observat, ea quæ sunt voluntatis, minus nota, minusque nominata esse ijs, quæ in intellectu apparent; & ideo ex ijs quæ in intellectu apparent, proportionaliter explicanda esse ea, quæ in voluntate sunt. Quare sicut intelligendo formamus intra nos conceptum, ita amando producimus inclinationem quandam in rem amatam. Verum inter intellectum & voluntatem differentia est non solum in hoc quod terminus illius est similitudo, istius autem affectio; sed etiam in hoc quod res quæ in intellectu est terminus, habet modum & nomen termini; dicitur enim verbum & conceptus res vero terminans in voluntate, licet secundum rem sit terminus, nec modum tamen, nec nomen habet termini, quia & est & significatur vt in aliud tendens; constat autem quod in aliud tendere, conditio est, non termini sed viæ. Propter hanc ergo rationem dixit D. Tb. verbum in Deo dici personaliter, quia significat similitudinem productam ab intelligente; amorem vero non dici personaliter, quia ex modo significandi potius significat operationem, qua amans perficitur, quam terminum realiter productum per voluntatem,

licet penuria vocabulorum nomen amoris extendatur etiam ad terminum quem voluntas amando producit.

85 Ut enim inquit D. Th. q. 37. a. 1. corp. ex parte intellectus sunt vocabula adinventa ad significandum respectu intelligentis ad rem intellectam, ut patet in hoc quod dicitur, intelligere; & sunt etiam alia vocabula adinventa ad significandum processum spiritualis conceptionis; scilicet se ipsum dicere & verbum; unde in divinis intelligere solū essentialiter dicitur, quia non importat habitudinem ad verbum procedens: sed Verbum personaliter, quia significat id quod procedit; ipsum vero dicere dicitur notionaliter, quia importat habitudinem principij verbi ad verbum ipsum, ex parte vero voluntaris præter diligere & amare, quæ important habitudinem amantis ad rem amatam, non sunt aliqua vocabula imposita, quæ importent habitudinem ipsius inpressionis, vel affectionis rei amate; quæ provenit in amante ex hoc quod amat, ad suum principium, aut e converso: & ideo propter vocabulorum penuriam huiusmodi habitudines significamus vocabulis amoris & dilectionis.

86 His positis, ad argumentum Durand. resp. in voluntate nostra non dari aliquam formam, quæ sit obiective dilecta & ratio diligendi obiectum; dari tamē in intellectu nostro aliquam formam, quæ sit primo obiective cognita & ratio cognoscendi res tanquam earū imago & simulacrum. Ratio disparitatis, quia proprium est intellectus trahere res ad se formando illarum similitudinem expressam, in qua represententur & ratione cuius constituuntur, ipsi obiective præsentent. At voluntatis proprium est trahi à rebus amatis; unde ratione amoris transformatur amans in rem amatam & in illa est iuxta illud Christi Mat. 6. ubi est thesaurus tuus ibi & cor tuum erit. Hinc quia res primo dilecta est illa in qua quiescit voluntas & in quam tanquam in terminum fertur; terminus productus voluntate non dicitur primo, & per se amatus, sed dicitur pondus & inclinatio voluntatis in bonitatem obiecti: tanquam in centrum, in quod tendit, dum illud non possidet, & in quo quiescit post possessionem, quia semper terminus productus per operationem amandi est in nobis via ad bonum obiecti, cuius cognitio movet voluntatem ad producendum pondus illud amatum.

87 Hinc dico voluntatem creatam non solum denominari amantem per actionem productivam illius ponderis, sed etiam per istud; quia voluntas esse actu amantem est esse actu inclinatum in bonitatem obiecti & esse tractam ab illa; inclinatus autē & trahitur

non solum per actionem, sed per terminum productum, qui etiam est via quædam ad bonitatem obiecti. Qui terminus cum sit accidens & non sit sui, sed substantiæ, illam potest denominare ut formam. Et hinc etiam possumus reddere rationem illius doctrine inter Theologos communem tū D. Th. q. 37. a. 2. corp. & ad 1. quod scilicet licet non possit dici quod Pater sit sapiens vel intelligens Filius; possumus tamen dicere quod Pater & Filius diligunt se Spiritu S. & ideo quamvis August. ut vidimus sect. 3. totis viribus contendat Patrem non esse sapientem sapientiæ genitæ; tamen lib. 6. de Trin. c. 5. dicitur *Quod Spiritus Sanctus est quo genitus à generante diligitur, genitoremque suum diligit.*

88 Obijc. præterea: visus corporalis immediate conspicit res in se ipsas, & non in aliqua specie expressa à se formatam; in qua tanquam in imagine res conspicitur; ergo patet intellectus: sed respondebitur, in modo cognoscendi longe distare intellectum à sensu; nam ut inquit Arist. 2. de an. text. 60. obiectum sensuum exteriorum est extra; obiectum vero intellectus est in anima. Quod sepe docet D. Th. præsertim op. 14. ubi asserit primam actionem intellectus informati specie impressa esse formare suum obiectum, seu producere verbum mentis & imaginem expressam obiecti exterioris; in qua cognitum illud cognoscat.

89 Adde P. Amic. t. 1. d. 9. n. 43. latè probare, potentiam visivam suum obiectum percipere in sua visione tanquam propria imagine expressam ab ipsamet potentia virtutis speciei visivæ ab obiecto impressæ. Nam variatur tantum speciebus visivis, variatur obiectum in ratione obiecti formaliter, non variatur in ratione rei, siquidem quando species variantur quoad intentionem, obiectum apparet crassius & intensius; & quando variantur quoad multiplicationem, ut in conspiciendis multi angularibus obiectum apparet multiplex, adeo ut nulli discrimen percipiat occultus inter verum & apparent obiectum: ut quando species refranguntur, obiectum apparet fractum; hinc deducit visum non terminari immediate ad visibile in se ipso existens; sed in propria imagine expressum, quia si visibile non cernitur in sua imagine expressum, sed in propria natura existens, non postea cognosci nisi cum ea dispositione, quam in se ipso haberet, quia nullum medium potest esse ratio videndi obiectum aliter ac est in se nisi ipsum medium obiective aliter se habeat ad potentiam. Ergo si visio non se habeat obiective ad potentiam visivam, non potest esse medium videndi obiectum aliter ac est in se. Probat antecedens, quia quod non se habet obiective ad potentiam, non potest mutare obiectum

Alve potentiam, quia nihil potest esse medium mutandi alterum; quod non est medium afficiendi illud sub ea ratione, sub qua debet ipsum mutare; ergo si visio non afficit oculum obiective, sed tantum subjective, non potest esse medium mutandi illum obiective sed tantum subjective.

90. Idque confirmat, quia variata visione per solam variationem specierum visibilium diversum quid apparet, quod antea non apparebat; sed hoc diversum, quod nunc apparet, non est in obiecto in se ipso existente; ergo in obiecto per visionem expresso. Probat consequenter, quia diversum quod nunc apparet, est aliquid reale existens ac præsens potentia, cum sit obiectum potencie visive, quæ fieri non potest nisi ad aliquid reale existens ac præsens. Ergo si non est in obiecto in se ipso existente, necessario debet esse in obiecto in visione ipsa expresso.

91. Deinde assumptum idem probat, nam conservata tantum in oculo visione & corrupto visibili, cuius est visio, eodem prorsus modo apparet in oculo ipsum visibile, atque apparet, si esset existens, & præsens potentia; ergo oculus non intuetur visibile immediate in se ipso existens, sed in visione intentionaliter expressum. Antea, admittunt Philosophi. 1. p. d. 3. c. 2. & d. 208. c. 3. 1. & P. Suarez l. 2. de Angic. 1. n. 12. & cum ipsis alij multi: & constat experientia, nam species multiplicata in oculo per conspicienda multangularia representant obiectum ubi non est, eodem plane modo, ac representant illud ubi est; ergo sola species aut visio in oculo conservata eodem modo representat obiectum, ac si illud esset existens & præsens potentie. Constat etiam ex alia experientia; nam cum quis diu magnam aliquam lucem aspexit, & deinde statim ad tenebras se convertit, adhuc tantisper sibi videtur lucem aliquam aspicere, quod aliunde provenire non potest, nisi quia relictae sunt aliqua species lucis præcedentis, quæ simul cum potentia visiva producant visionem obiecti absentis per modum præsentis.

92. Probato in hunc modum antecedenti, sic consequenter, deducit. Mutatur obiectum in se & non mutatur obiective; ergo oculus non intuetur illud in se ipso immediate existens, sed in sua imagine expressum. Probat, consequenter, quia si intueretur illud in se ipso, non posset, eo corrupto, illud intueri, cum non posset intueri nisi quod est sibi præsens; quia oculus non fertur nisi ad præsens. Constat, corrupto obiecto, adhuc potentia aliquid reale videt, sed illud non est obiectum reale existens, cum illud iam sit corruptum; ergo est obiectum intentionaliter expressum

cum inter hæc duo nequeat aliud obiectum reale assignari.

93. Deinde alia via potest illustrari sententia D. Th. asserendo intellectum nostrum ita in verbo mentis tanquam in imagine speculari obiectum, ut per ipsum verbum tanquam per formam reddatur complete & perfecte intelligens; cum enim verbum mentis sit similitudo expressa obiecti, & sit accidens receptum in intellectu, ipsumque afficiens & immutans, sigillat intellectum, facitque illum esse quodammodo unum cum obiecto intellecto. Qua ratione D. T. 1. p. 14. a. 1. dixit hoc differre cognoscencia à non cognoscencia, quod cognoscencia sunt ita illa limitata ut non modo sint ipsa id quod sunt, sed aliquomodo sint illa alia quæ cognoscunt, quatenus eorum imagines in se formantur, quibus illa ad se trahunt, & sibi obiective præsentia faciunt; vnde Phil. 3. de an. text. 37. dixit, quod anima est quodammodo omnia; & Averr. l. 3. de an. comm. 5. dixit, ex intellectu & intelligibili fieri magis unum, quam ex materia & forma. Quia videlicet materia licet unum componat cum forma, non tamen dicitur esse forma; intellectus autem, atque adeo ipse intelligens dicitur esse ipsum intelligibile, nempe intentionaliter & representative.

94. Dico ergo intellectum creatum per actionem productivam verbi in ipso tanquam in imagine intelligere obiectum, & rursus per ipsum verbum tanquam per formam perfectam; proindeque ibi esse duplicem intellectionem, alteram imperfectam & in fieri, alteram perfectam & in factio esse; ac proinde in verbo & per verbum intelligere obiectum. Nec hinc sequitur quod Pater Aternus intelligat per verbum tanquam per formam; datur enim magnum utrinque discrimen, nam intellectio essentialis per quam Pater intelligit, pro priori ad generationem passivam verbi, non est solus intellectio in fieri, sicut increatis productio verbi est intellectio in fieri & perficitur in ratione intellectionis per verbum productum. Nam intellectio illa essentialis est per se subsistens & completissima in linea intellectionis formaliter perficientis intellectum; vnde verbum non producit Pater ex indigentia ut per ipsum perficiatur in ratione intelligentis, ut contingit in creatis, sed ex fecunditate, ut scilicet novam personam producat quæ sit imago expressa producentis, in qua tanquam in termino intellectuali Pater se ipsum videat.

95. Rursus verbum in divinis egreditur à Patre tanquam forma per se subsistens, ac proinde non comparatur ad ipsum tanquam operatio, à qua Pater formaliter perficitur,

sed

sed tanquam res operata & terminus subsistens. Hoc discrimen colligo ex D. Th. in 1. d. 3. 2. quæst. 2. artic. 1. ubi hac ratione probat Patrem non reddi formaliter sapientem per Filium: quia sapientia (inquit) significatur per modum formæ manentis in eo, cuius est: unde non potest denominari aliquis sapiens, nisi per id, quod in ipso est, & non per id quod ab ipso est; scilicet tanquam aliquid per se subsistens. Qua ratione utitur etiam P. Suar. lib. 9. de Trinit. c. 5. ad idem brobandum; siquidem Verbum divinum (inquit) est per se subsistens; res autem per se subsistens, ut sic, non est forma alterius rei distinctæ. Denique ut alia omittam quæ ex dictis sect. 8. solvi possunt, obijcitur contra sententiam D. Thom. quia si anima in Verbo tanquam in obiecto cognito cognosceret obiectum principale, prius esset animam producere Verbum, quam res in Verbo cognoscere. Concedit sequelam Canariensis q. 27. art. 1. d. 5. p. 1. ubi hæc habet: sciendum est Verbum & Verbi productionem priora esse, scilicet natura ipso actu intelligendi, quia anima nostra non potest intelligere, nisi prius ei offeratur obiectum; at ei offertur per Verbum; ergo prius natura est Verbum & Verbi productione. Verum hic dicendi modus falsissimus est, quia si prius natura est intellectum nostrum producere Verbum quam intelligere: ergo datur ibi duplex actio realiter distincta, altera per quam producitur Verbum, altera per quam supposito Verbo, produciatur intellectio; ergo fieri poterit de potentia absoluta, ut anima in se producat Verbum mentis, & imaginem expressam rei in se vitaliter habeat, quin intelligat; nam si actio intelligendi est pro posteriori ad Verbum, repugnare non potest, quod supposita existentia Verbi, Deus nollit concurrere ad actum intelligendi; hoc autem est impossibile, quia per existentiam Verbi res est in actu secundo præiens obiective intellectui, ac proinde iam pro illo signo cognoscitur; secundo, nam hoc ipso ponitur duplex Verbum; nam intellectio illa superveniens non est pura actio de prædicamento actionis; ergo est representatio producta & consequenter Verbum.

96 Resp. ergo negando sequelam; quia intellectus intelligendo producit Verbum & producendo, ipsi se intelligit, & in ipso obiectum. Quare Verbum non est principium, vel obiectum motivum intellectiois, sed purus terminus; unde non debet præsupponi ad ipsam. Sic Pater æternus intelligendo producit Verbum, & in illo videt se ipsum &

omnia, quin motum huius intellectiois sit ipsam Verbum; sed sola essentia divina, quæ per modum speciei intelligibilis fecerit dari intellectum Patris, ut intelligendo producat Verbum & producendo intelligat se ipsum & omnia in illo.

SECTIO X:

Redditur legitima ratio cur secunda persona potius quam tertia sit Verbum?

97 **D**ico ergo; ideo secundam personam potius quam tertiam esse Verbum; quia ratione suæ proprietatis personalis est similitudo intentionalis producta omnium divinarum perfectionum & omnium intelligibilium; estque viva imago Patris, in qua ille se ipsum cognoscit; & qui vident Filium Patrem agnoscunt; ut enim inquit Basilus Ep. ad Greg. Nil. *Perinde ac in speculo quoddam puro, qui impressam illi formam considerat, evidentem habet imaginatæ vultus cognitionem, ita & qui Filium cognoscit Patrem simul hypostaseos characterem per Filij cognitionem in corde suo iam suscipit, ita ut hypostasis Filij instar formæ ac faciei sit Paternæ cognitionis.*

98 Est ergo secunda persona potius quam tertia Verbum, quia ratione suæ proprietatis personalis est imago Dei invisibilis; nempe Patris; ut ait Ap. ad Col. 1. *qui est splendor gloriæ Patris & figura substantiæ illius, ut loquitur ad Hebr. 1. quia est candor lucis æternæ & speculum sine macula Dei maiestatis; ut dicitur Sap. 7. quæ omnia sonant prædicatum intentionale proprium Filij spectans ad lineam intellectivam.* Dicitur enim speculum, quia sicut in speculo apparet effigies rerum, ita & in Filio effigies Patris; dicitur splendor gloriæ & candor lucis æternæ, quia sicut proprium lucis & splendoris est esse manifestativum rerum; ita & verbi in creati proprium est esse manifestativum Patris, & eorum omnium, quæ in Patre sunt. Ap. pellatur etiam facies iuxta illud Ps. 79. *ostendit nobis faciem tuam & salvi erimus; quia quemadmodum ex facie cognoscitur homo, ita Filij hypostasis facies est quia Pater cognoscitur ut inquit Nilen. lib. de differ. essentia & hypostasi.*

99 Secundo prob. ex definitione verbi; nam ut inquit Per. t. 2. l. 6. de Trin. c. 2. n. 2. *omne verbum mentis expressa est imago & similitudo rei cognite; id quod probat ex PP.* At secunda persona ratione suæ proprietatis personalis est expressa similitudo Patris ad illum representandum producta, quod non habet Spiritus Sanctus; ergo, &c. Minor

probatum tum ex dictis, tum ex eleganti Aug. testimonio lib. de fide & symb. cap. 3. ubi inquit *Verbum Patris ideo dictum est, quia per ipsum innatescit Pater: sicut ergo. Verbis nostris id agimus, cum verum loquimur, ut noster animus innatescat audienti, & quid quid secretum in corde gerimus, per signa huiusmodi ad alterius cognitionem proferatur: sic illa sapientia, quam Pater. Deus genuit, quoniam per ipsam innatescit animus secretissimus Patris, Verbum eius convenientissime nominatur. At paulo post: Quod enim aliud molimur, nisi animum nostrum, si fieri potest, cognoscendum, & prospiciendum animo auditoris inferre, ut in nobis quidem ipsi maneamus; neque recedamus a nobis, & tamen tale iudicium quo fiat in altero nostra notitia, proferamus, ut quantum facultas conceditur, quasi alter animus ab animo, per quem se indicet proferatur. Id facimus conantes & verbis, & ipso sono vocis, & vultu, & gestu corporis, tot scilicet machinamentis, id, quod intus est, demonstrare cupientes, quia tale aliquid proferre non possumus, & ideo non potest animus loquentis penitus innatescere, unde etiam mendacis locus patet, Deus autem Pater, qui se ipsam indicare animis cognituris, & voluit, & potuit, hoc ad se ipsum indicandum Verbum genuit. Hactenus Augustinus.*

100 Unde patet Verbum divinum quoad hoc magis convenire cum nostro Verbo vocali quam cum mentali. Nos enim hoc producimus ut intelligamus: at Pater Aeternus non producit suum Verbum ut per ipsum intelligat, sed ut se, suaeque perfectiones alijs manifestet, nempe ipsi Filio & Spiritui Sancto, & omnibus substantiis intellectualibus, quae hoc Verbum viderint, sicut nos non proferimus Verbum vocale ut intelligamus, sed quia intelligimus, & ut alium nostrum alijs manifestemus. Idque observavit Petav. Unde D. Athanas. apud S. Thom. in opuse 1. quod est contra Graecor. errores cap. 7 dixit: *Eos qui Verbum divinum negant, cogi asserere, Patrem Aeternum esse mutum, quippe qui sine Verbo loqui non potest.* Unde August. lib. 15. de Trin. cap. 14. aiebat: *Verbum ergo Dei Patris unigenitus Dei Filius, per omnia Patri similis & aequalis. Sed ei nosse de Patre est, sicut esse: nosse enim & esse illi unum est, & ideo Patri sicut esse non est à Filio, ita neque nosse: proinde tanquam se ipsum dicens Pater genuit Verbum sibi aequale per omnia. Non enim se ipsum integre perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius Verbo quam in ipso.*

101 Tertio probatur nostra conclusio:

quia solus Filius est in Trinitate propria imago, ut docent Patres apud Ruiz d. 46. sect. 4. & apud Petav. lib. 6. de Trinit. cap. 6. & Theologum Mag. in 1. dist. 27. & 28. & cum D. Thom. p. 1. q. 35. art. 1. & 2. ergo solus Filius ratione suae proprietatis personalis est similitudo producta à Patre ad exprimendam suam perfectionem. Unde Damascen. lib. 1. de fide cap. 9. aiebat: *Filium & characterem vocari Paternam hypostasis, quod perfectus sit & subsistens & per omnia Patri similis, excepto quod est genitus.*

102 Probatur praeterea Filium ratione suae proprietatis personalis esse similitudinem intentionalem, in qua representatur Pater atque omnes creaturae ab ipso factibiles tanquam in idea & arte, ut enim ex Patrib. inquit Petav. tom. 2. lib. 6. cap. 4. num. 8. omnia per Verbum suum condidit Pater, tanquam per ideam & exemplar, in quo descripta delineataque sunt opera omnia. In ipso condita sunt (inquit Apostol. ad Colos. 1.) universa in Coelis & in terra, visibilia & invisibilia; &c. omnia per ipsum & in ipso, facta sunt.

Unde Athanasius in Epistola ad Serapionem dicit: *Quod Pater non potuit creare creaturam, nisi per Verbum.* Sicut enim artifex non potest artefactum fabricare, nisi prius apud se illius ideam concipiat; ita neque Pater potuit creaturas producere, nisi per Verbum tanquam per ideam: ut enim inquit D. Thom. 1. p. q. 27 art. 1. ad tertium: *Deus, qui est primum principium rerum, comparatur ad res creatas ut artifex ad res artificiatas. Unde sicut cum dicimus aedificatorem esse principium domus, in ratione huius principij includitur conceptio suae artis: ita cum dicimus Deum esse supremum artificem rerum creatarum, in ratione huius supremi principij includitur conceptio divinae artis, id est Verbum.* Et ideo August. lib. 6. de Trinit. c. 10 docet, exemplarism rationem peculiarem esse Filij. Et ibidem verbum Dei appellat, *artem quandam omnipotentis atque sapientis Dei.* Et tract. 12. in Ioan. expendens illa verba Christi: *Pater diligit Filium, & omnia demonstrat ei quae ipse facit,* inquit: *Dicendo Filio quod facturus erat Pater per Filium, ipsum Filium genuit, per quem faceret omnia.* Hinc Petav. ubi supra n. 2. post expensa Patrum testimonia sic concludit: *Haec igitur appellatio verbi respectum ad creaturas tanquam cantus ad rem effectam seu exemplaris ad opus artis. Id ipsum suadet ex D. Thom. 4. contra gent. cap. 22. ubi explicans quomodo Filius Dei dicatur Dei sapientia, inquit: Manifestum est ex dictis, quod Dei Filius est Verbum, & conceptio Dei intelligen-*

sis se ipsum. Sequitur igitur quod ipsum Dei Verbum tanquam sapienter mente divina conceptum proprie concepta, seu genita sapientia dicatur. Vnde Apostolus Christum Dei sapientiam nominat 1. ad Cor. 1. ipsum autem sapientiam Verbum mente conceptum est quoddam manifestatio sapientiam intelligentis, sicut in nobis omnes habitus per actus manifestatur: quia ergo divina sapientiam lux dicitur prout in puro actu cognitionis consistit, lucis autem manifestatio splendor ipsius est, ab ea procedens; communitur & Verbum divine sapientiam splendor lucis nominatur: secundum illud Apostoli de Filio dicentis: *Cum sit splendor gloria; &c.*

103 Quare sicut in creatis Verbum mentis cum perfectum est, manifestatio quaedam est sapientiam habitualis existentis in intellectu formantis illud Verbum; ita in Deo, in quo non datur scientiam habitualis, sed actus purissimus cognoscendi, Verbum est manifestatio infinitam sapientiam Dei proferentis Verbum: & sicut in nobis Verbum mentis est imago illius obiecti, per cuius sapientiam producit; ita in Deo Verbum divinum est imago solius Patris, a quo producit; solus quippe Pater est principium quasi efficiens Verbi, & simul principium obiectivum, exemplar & prototypum, ad quod exprimendum & representandum producit.

104 Argumentor denique ex communi phrasi Theologorum 1. p. q. 12. art. 8. nam Beati dicitur videre in Verbo creaturas & non in Spiritu Sancto: ergo quia Verbum ratione suam proprietatis personalis est species expressa in qua re lucent omnia, quae sunt in sapientiam Patris: & Spiritus Sanctus hoc non habet. Antecedens probatur ex August. lib. de Genesi ad lit. c. 23. ubi ait multum interelie inter cognitionem rei cuiusque in Verbo Dei & cognitionem in natura sua, & cap. 24. ubi ait Beatos Angelos universam creaturam in ipso Verbo Dei prius novisse, ac deinde in ipsa creatura; idem docet lib. 11. de civit. c. 29. & tract. in Psal. 44. Eodem modo loquitur Iudorus lib. 1. sent. cap. 12. & alij Patres apud Pet. av. lib. 4. de Trinit. cap. 11. Ergo Verbum ratione suam proprietatis personalis potius quam Spiritus Sanctus est speculum & imago expressa, in qua representatur creatura: alioqui non potius viderentur in Verbo, quam in Spiritu Sancto.

105 Nostra autem solutio non est aliganda sententiam Thomistarum univrsim distinguendum verbum mentis ab intellectu, & existimantium verbum mentis etiam in creatis esse id, in quo, & non id, quo intellectus intelligit; quamvis enim teneamus sententiam oppositam, quae communis est inter reliquos Theologos; dicendum tamen firmiter est,

verbum in divinis non esse id, quo Deus intelligit, sed id in quo. Ratio discriminis est, quia in Deo necesse est ut intellectio actualis praecedat origine verbum, siquidem Pater non dicitur formaliter sapiens sapientiam a se productam; cum enim Deus sit sua intellectio; non producit verbum ut intelligat per ipsum tantamquam per formam; ac substantiam creatam cum non sit sua intellectio, intellectuone debet producere, ut intelligat; intellectio autem producta est verbum, quia est species & similitudo expressa obiecti ab ipso cum intellectu producta, & in hoc consistit ratio verbi.

106 Admitto libenter illud principium stabilitum a D. Thom. opusc. 13. prope medium; quod in qualibet re intelligenti, cui competit intelligere, necesse est ponere verbum, & quod de ratione intelligentis est, quod intellectus intelligendo aliquid formet, nempe verbum. Aliter tamen & aliter: nam in creatis principium verbi est substantiam intellectivam ut informata specie impressa obiecti, a qua oritur imago expressa eiusdem, per quam intelligit; sed in Deo principium verbi non est praecise substantiam intellectivam, quatenus est species intelligibilis; sic enim prius ordine originis fore Deum producere verbum quam intelligere, & illud non procederet formaliter a Patre ut intelligente, sed ut potente intelligere. Vnde productio verbi non esset sapiens, nec foret perfecte voluntaria; sicut in nobis productio primae cognitionis nequit esse nobis voluntaria. Est ergo in divinis principium verbi Pater ut perfecte intelligens, ac proinde verbum divinum nequit produci ut per illud Pater sapiat; sed ut suam infinitam sapientiam manifestet & declaret; ac per consequens est id in quo, & non id quo Pater intelligit.

107 Duplex est hic discurrendi modus: in primo Pater proprio originis se ipsum intuetur & in se ipso omnia cognoscibilium comprehendit; & quia se ipsum intuetur, per hanc intellectivam redditur fecundus ad producendum verbum manifestativum illius infinitam sapientiam; & licet praescinderemus a verbo; apprehenderemus Deum ut actu cognoscit eum; e us tamen cognitio foret sterilis ac proinde imperfecta. In illo autem priori divina essentia denominaretur intellecta, & in illa tanquam in medio denominarentur cognita omnia cognoscibilia. At iuxta modum discurrendi sententiam asserentis non posse aliter substantiam intelligere, quam formando verbum seu imaginem, in qua obiectum intelligat; intellectio divina licet intelligatur in Patre proprio originis ad verbum, tamen in illo priori non potest apprehendi ut cognoscens essentiam divinam & creaturas, nisi quatenus ap-

prehenditur producens verbum, & in illo cognoscens omnia.

108 Hæc posterior sententia conformior est Parrib. Græcis disputantibus cum Ariianis, quia ut vidimus sect. 3. ex eo quod verbum non esset ab æterno, deducebant per locum insecum Deum fore insipientem. Prior est conformior Augustino, qui lib. 15. de Trinitate, cap. 14. inquit: novit omnia Deus Pater in se ipso, novit omnia in Filio, sed in se ipso tanquam se ipsum, in Filio tanquam verbum suum. Vbi August. agnoscit in Patre cognitionem omnium possibilem in sua essentia tanquam in medio præsciendo à verbo producto, & iterum in hoc tanquam in imagine expressa, in qua omnia quæ erant in scientia Patris representantur. Dicitur autem cognoscere omnia in se ipso tanquam se ipsum, non quia cognitio divina non terminetur ad illud esse, quod creatura possunt à Deo accipere, sed quia creaturae ut possibile nihil sunt ab æterno nisi ipsa creatrix, essentia, à qua denominantur possibile.

SECTIO XI.

Nostra sententia de Verbo mentis & intelligere creato breuiter proponitur.

109 **E**GO imprimis verum censeo in creaturis actionem physicam esse de conceptu intelligentis quamvis intellectio creata non consistat in actione, ut voluit Thomistæ, sed in termino, ut docet communior sententia. Probaturo primo, quia sine actione & vera productione physica nequit saluari animam proprie. & rigurose vivere dum intelligit: ut enim probat D. Thom. 4. contra gent. cap. 11. *Videntia sunt, quæ seipsa mouent ad agendum; illa vero, quæ non nisi exteriora mouere possunt, omnino sunt vitæ experta.* Ergo cum intelligere sit propriissime vivere, intelligere est ab intrinseco se mouere, hæc proprie saluari potest, animam intelligendo se mouere, si ab intrinseco habeat intellectiōnem: cum enim etiam ab extrinseco habeat suam substantiam, nihil includet effectus formalis intelligentis, quod anima habeat à se, seu ab intrinseco, nisi producat intellectiōnem. Deus sine productione physica propriissime vivit intentionaliter & physice, quia à se ipso tanquam à plenissima sufficientia possibile habet suum intelligere, & suum velle, & sine imperfectione motus se ipsum semper ab intrinseco mouet, quia ab extrinseco non recipit perfectionem intelligendi. Secundo, quia cum impossibile sit voluntatem creatam amare, quin præcognoscat bonitatem in qua per amorem ferri debet, & cum hæc cognitio

non prærequiratur præcise ad recipiendam entitatem amoris; consequens est ut prærequiratur ad illam entitatem efficiendam; quatenus voluntas creata non est capax amandi, nisi quatenus est capax se mouendi in bonitate cognitionem per amorem ab ipsa productum. Tertio, quia non minus notum est, animam se mouere dum intelligit, quam dum amat: at implicat amare sine actione physica per quam tendat in bonum cognitum, amare enim ex terminis suis est voluntarium amanti; voluntarium autem ex conceptu suo est ab intrinseco cum cognitione suis: ergo, &c. Quarto, quia repugnat substantia intellectiva impotens se mouere per actionem physicam ab ipsa elicitam: ergo capacitas intelligendi fundatur supra capacitatem habendi ab intrinseco speciem expressam obiecti, seu supra capacitatem exprimendi in se speciem & imaginem obiecti virtute speciei impressæ ab ipso: ergo nequit in actu secundo exerceri & explicari capacitas intelligendi, quin exerceatur capacitas agendi & exprimendi in se speciem expressam & imaginem vivam obiecti. Quarto, quia Trident. sess. 6. Can. 5. deducit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum per gratiam præuenientem se habiturum ut in anime instrumentum, si simul cum gratia non ageret actum salutarem, sed mere passive se haberet. At intelligere non est se habere ut inanime instrumentum: ergo intelligere includit agere Sexto, quia in nostra sententia redditur perspicua & exidens ratio, cur repugnet substantia creata identificari realiter secum suum intelligere, & suum velle; si quidem hoc ipso haberet pure ab extrinseco suum intelligere & velle, sicut habet suum esse. In sententia autem asserente posse intellectum intelligere per intellectiōnem ab extrinseco productam; non facile assignabitur ratio, cur repugnet substantia creata, quæ sit suum intelligere & suum velle, saltem respectu sui ipsius. Cum tamen communiter censeatur proprium hoc esse solius Dei. Denique quia intelligere est attendere ad obiectum: attendere autem ex terminis actionem & conatum potentia impo-

109 Secundo censeo probabilissimum cum communis sententia verbum mentis in creaturis esse id quo *intellectus* intelligit; & non præcise id, in quo præsertim quando intellectus obiectum intuitive prout est in se videt, sicut Beati videt Deum & Angelus intuetur seipsum: difficile enim capi Deum prout est in se videri, & tamen solum videri in aliqua similitudine creata ab intellectu formata. Ratio à priori, quia cum productio speciei expressæ distincta à termino, sit mera via ad terminum, & fieri illius, nequit esse primo & per se inten-

ra à natura propter seipsam, sed propter terminum: intelligere autem est aliquid per se & propter se inventum à natura: ergo intelligere nequit consistere, saltem principaliter & vni- ce in actione productiva speciei expressæ, seu verbi mentalis; sed vel vni- ce in ipso verbo vel sal- te principaliter; ita ut per actionem produ- ctivam verbi intellectus cognoscat in illo ip- sum obiectum tanquam in imagine expressa, & simul per ipsam imaginem expressam tan- quam per formam intelligat immediate obie- ctum; quia cum illa species expressa & imago intentionalis obiecti sit accidens informans in- tellectum, illum sigillat, & transformat in obie- ctum; ac proinde vi illius fit intellectus quo- dammodo obiectum & obiectum fit presens obie- ctive intellectui: ergo intellectus quatenus po- tentia intellectiva ultimo perficitur per illam ima- ginem expressam obiecti, ergo per illam tanquam per formam complete redditur intelligens. Ipsa etiam actio productiva illius imaginis est oria- tur ab intellectu ut est potentia perceptiva obie- ctum, & oritur ab obiecto mediante specie impressa; non est pura actio physica, & pura in- tellectiva actio, sed est perceptio obiecti & formalis intellectio; ita ut intellectus formando illam speciem expressam, eam ut imago est obiecti percipiat, & in illa ipsum obiectum, & per ip- sum imaginem productam perficiatur & com- pleatur in ratione intelligentis. Etenimque sit capax intelligendi per speciem expressam obie- ctum, quatenus est capax illam in se exprimendi, & in illa percipiendi obiectum, nec illa spe- cies expressa erit capax reddendi intelligentem intellectum, qui non intelligat in illa: atque adeo intellectus constituetur proxime capax intelligere per illam imaginem ipsa actione intelligendi in illa; ideoque intelliget per illam tanquam per formam, quia producendo intelli- git in illa tanquam in imagine: ac proinde in- tellectus producendo intelliget, & intelligen- do producet.

110 Quamvis autem productio il- lius imaginis foret pura actio physica, adhuc non potest intellectus intelligere per intel- lectionem ab extrinseco productam, non quia de potentia absoluta nequeat ab extrinseco produ- ci illa species expressa, ut docet P. Vazq. 1. 2. disp. 9. cap. 5. cum enim illa species expressa sit de genere qualitatis, & entitas absoluta propter se inventa à natura, ut fatetur ipse Vaz- quez, & recte probat, non potest tantam depen- dentiam habere ab intellectu creato, ut neque divinitus possit à solo Deo produci, ut con- stat ex doctrina Eximij Doctoris disp. 48. me- taph. sect. 2. n. 12. firmiter statuentis, nullum esse ens creatum habens propriam entitatem, quod nequeat à solo Deo produci; quod adeo

verum existimavit D. Thom. 1. p. q. 105. art. 2. ut erroneum esse dicat, quod Deus non pos- sit facere per se ipsum omnes effectus cause secundæ. Ratio ergo legitima est, quia licet Deus possit se solo illam speciem expressam in anima producere; tamen anima tunc non intel- ligere; quia non est capax intelligendi; nisi quatenus est capax in se vitaliter exprimendi imaginem intentionalem obiecti; ac proinde in ratione proxime capax intelligendi con- sistentur per productionem physicam illius imaginis; quamvis enim repugnet proximam capacitatē ad aliquod exercitium constitui per ipsum exercitium, ac proinde proximam capa- citatem intelligendi constitui per exercitium intelligendi; non tamen repugnat proximam capacitatē ad unum exercitium constitui for- maliter per aliud. Sic proxima capacitas ad exercitium amandi constituitur per exercitium intelligendi: iam vero hic intervenit duplex exercitium, nimirum exercitium producendi intellectionem, & exercitium intelligendi per intellectionem, quæ est solum actio gram- matical, per quam omne intelligens percipit ob- iectum & circa illud versatur: ergo capacitas proxima ad exercitium intelligendi potest optime constitui per exercitium producendi intellectionem.

111 Quod si objicias; voluntas no- stia, quæ in actu primo est libera ad amandum, & odio habendum, pro signo indifferentiæ ad producendum, vel non producendum amore iam est proxime potens amare, & tamen pro illo signo præseinditur ab actione productiva amo- ris: ergo nec proxima capacitas ad intelligendum constituitur per actionem productivam intel- lectionis. Respondeo voluntatem in illo signo intelligi proxime potentem amare, potentiam proximam morali, quatenus in illo signo est pro- xime potens producere amorem, per cuius pro- ductionem constituitur proxime potens meta- physice amare; non tamen pro illo signo esse metaphysice proxime potentem amare, sed so- lum esse proxime potentem producere amo- rem.

112 Quamvis autem ego concederem posse intellectum intelligere per intellectionem ab extrinseco sibi convenientem; nunquam tamen concederem posse intelligere per intellectionem increatam: tum quia cum capacitas intelligendi fundetur supra capacitatē produ- cendi ab intrinseco in se intellectionē, prorsusque repugnet substantia creata intellectiva, quæ nullius intellectionis sit productiva; in- tellectus creatus non est capax intelligendi per eam intellectionem, cuius in se producendæ non est capax. Tum quia cum intellectionis creata sit intellectionis per se subsistens, seu in-

Intellectio intelligens essentialiter intellectio: sui
& nequit esse operatio intentionalis respectu
alterius, ipsum denominans intelligentem: si-
quidem intellectio est forma phisica intelligen-
tis tanquam aliquid illius.

SECTIO XII.

Alia questionis resolutio.

113 **A**lia via probabili posset quis hanc
difficultatem solvere, asseren-
do, ideo secundam personam
esse Verbum, quia est sapientia formalis geni-
ta, non qua Pater sapiens sit, sed qua sapiens
sit ipse Filius solus, seu qua ipsa sapientia sa-
piens sit Patremque producere illam, non ut
ipse sit sapiens, sed ut detur persona qua sit sa-
pientia genita representans formaliter ipsi Fi-
lio sapientiam, & perfectiones Patris, obiecti-
ve vero ipsi Patri, & omni substantie ratio-
nali Filium videntem: quia quicumque videt Fi-
lium, in ipso tanquam in imagine expressa vi-
det Patrem. Sic visio beatifica est species ex-
pressa qua Beatus videt Deum iuxta senten-
tiam communem: & tamen P. Coninch disp.
1. de Trin. num. 149. cum Lessio, Salas, &
Granados affirmat, esse etiam imaginem obie-
ctivam, in qua cognita cognoscatur Deus, qui
etiam videret visionem D. Petri, Deum ipsam
cognoscere in illa visione. Et universaliter af-
firmant illi Auctores verbum mentis creaturam
esse imaginem formalem respectu producen-
tis ipsum, a qua denominetur cognoscens, &
imaginem obiectivam respectu aliorum, qui
verbum illud intruerentur: & per illud intuiti-
ve & comprehensive cognitum cognosce-
rent quidditative obiectum. Hunc opinan-
di modum possumus probare, primo, quia
Filius passim a Patribus & Scriptura appel-
latur sapientia genita: omnis autem sa-
pientia aliquam personam debet reddere for-
maliter sapientem: at sapientia hæc non reddit
Patrem formaliter sapientem: ergo reddit for-
maliter sapientem Filium, ac proinde ipsa est
sapientia sapiens.

114 Secundo probatur ex illo Au-
gustini dicto lib. 5. de Trin. cap. 14. *Sciunt
in vicem Pater, & Filius, sed ille gignendo,
iste nascendo.* Ac sententia probabilissima de-
fendit Patrem intelligere per intellectionem
notionalem virtualiter distinctam ab essentiali
tanquam includens ab incluso, quia videlicet
intellectio notionalis includit intellectionem
essentialem, sicut Pater includit essentiam, &
addit aliquid ad essentiam, nempe aliquid rela-
tivum. Ita P. Vazquez disp. 112. cap. 3. ubi
ipsum Canariensis, & Caietano affirmat actum di-

centi quò Deus producit verbum, formaliter
ter esse intellectionem, & actum spirandi for-
maliter esse amorem seu dictionem: *ut hac ra-
tione sit Verum, Patrem in Verbo suo videre,
& intelligere se ipsum, & alia: atque Patrem
& Filium in Spiritu Sancto se ipsos amare,
& alia: cum enim ipsamet intellectione Pa-
ter producat, & exprimat Verbum, recte in
illo, inquit Vazquez, & nulla alia persona
dicitur intelligere.* Ergo Vazquez admittit ali-
qua intellectione notionalem propriam solum
Patris, seu qua solus Pater intelligat. Non er-
go erit absurdum ponere in Filio aliquam in-
tellectione notionalem propriam solum Filij,
per quam scilicet solum Filius tanquam termi-
nus productus intelligat perfectiones Patris
producantis; ita ut, sicut Pater formaliter intelli-
git generando, id est, per ipsam generationem
activam, ita Filius intelligat nascendo, seu per
ipsam generationem passivam.

115 Suam sententiam ut explicet
Vazquez, notat aliquam differentiam esse inter
dicere, & intelligere, siquidem omnes persone
intelligunt, & solus Pater dicit. Differunt ita-
que, inquit, nostro modo intelligendi intelli-
gere, & dicere, diligere, & spirare, non sicut
duæ rationes particulares, sed sicut includens
& inclusum, excedens, & excessum: sicut ho-
mo differt ab animali, nam animal in suo con-
ceptu non includit hominem, sed homo inclu-
dit animal, & aliquid peculiare nostro modo
intelligendi, & sicut in divinis persona differt
ab essentia, quia illam includit, & addit modum
peculiarem, quò contrahitur essentia ut sit perso-
na. Sicut ergo divina persona formaliter est
Deus, & sine Deitate nequit intelligi; sic pro-
ductio verbi, seu dicitio est intellectio. Quare
in Deo recte, inquit, distinguere possumus duos
actus essentialis & duos notionalis; ita tamen
ut essentialis actus in notionalibus includan-
tur: ac proinde non sint quatuor actus omnino
diversi. Ideoque opinio eorum Thomistarum,
qui dicunt intelligere, aliud esse essentialis, aliud
notionalis, & proprium personæ Patris, si re-
cte intelligatur, vera est, nempe, si intelligere
essentialis in notionali includatur, nec omnino
ab eo sit diversum.

116 Idem docet P. Valentia r. 1. d.
2. q. 1. puncto 3. a 8. *ut igitur distinctio, ubi
docet in Patre præter intellectionem absolu-
tam adinvenendam esse intellectionem notional-
lem; & in Patre, & Filio præter volitionem
absolutam, volitionem notionallem, & relati-
vam: ut sicut in latitudine substantiæ divinæ
est substantia absoluta, quæ est essentia com-
munis, & substantia respectiva, quæ est per-
sonalitas; ita etiam in latitudine actioni in-
tellectus, & voluntatis sit intellectio, &*

volitio absoluta, quæ sit communis & intellectio & volitio, respectiva, quæ sit propria personis producentibus, quæ sunt verba huius auctoris ibidem §. hoc autem. Eandem sententiam tuetur Argentina in 1. dist. 10. q. unica art. 2. post medium, ubi ait, quod nemo potest negare intelligere essentialiter & intelligere notionale, quo intelligere Verbum producitur, & Marfilius in 1. q. 14. art. 1. post medium ubi sententiam Argentinæ approbat. Et Richardus in 1. dist. 12. art. 1. q. 3. §. quantum ad secundum, ubi ponit intelligere essentialiter, & personale; qui auctores pro hac sententia citantur à P. Ruiz d. 59. sect. 1. n. 3. licet P. Passolus illos conetur aliter exponere.

117 Eadem ergo probabilitate, quæ in Patre ponitur intellectio notionalis, à qua solus Pater denominetur intelligens; ita & in Filio potest poni intellectio notionalis, & sapientia genita, à qua solus Filius denominetur intelligens. Et iuxta hanc discurrendi modum in Patre, & Filio præter amorem essentialiter, ponendus est amor notionalis, nimirum spiratio activa, à qua denominentur formaliter amantes notionaliter, & à qua non denominentur amans Spiritus Sanctus. In Spiritu Sancto assignandus est amor notionalis productus, à quo solus Spiritus S. denominetur amans, licet etiam in aliquo vero sensu Pater, & Filius dicantur amare se & omnem creaturam Spiritu Sancto, ut egregie explicat D. Thom. q. 37. art. 2. ad tertium ijs verbis: *Pater non solum Filium, sed etiam se, & nos diligit Spiritu Sancto, quia diligit, prout notionaliter sumitur, non solum importat productionem divinam personam, sed etiam personam productam per modum amoris, qui habet habitudinem ad rem dilectam; unde sicut Pater dicit se, & omnem creaturam Verbo, quod generat, in quantum Verbum genitum sufficienter repræsentat Patrem, & omnem creaturam: ita diligit se, & omnem creaturam Spiritu Sancto, in quantum Spiritus Sanctus procedit, ut amor bonitatis primæ, secundum quam Pater amat se, & omnem creaturam.*

118 Dices primo, ex hac sententia sequi Patrem, & Filium esse sapientiores Spiritu Sancto, siquidem Pater, & Filius sunt sapientes sapientia essentiali, & simul notionali; alter sapientia generante, & alter sapientia genita: Spiritus autem Sanctus solum est sapientis sapientia essentiali. Respondeo Patrem, & Filium esse pluribus titulis sapientes, non tamen absolute sapientiores, quia intellectio essentialis, cum sit simpliciter infinite perfecta in modo intellectiois, non permittit ut aliqua persona sit sapientior Spiritu Sancto. Sic Christus Dominus non est sapientior Patre Aeterno

quamvis Christus Dominus sit sapiens sapientia creata, & increata simul, & Pater solum sit sapiens sapientia increata. Et hoc hic respondeo deo, quamvis sect. 4. sententiam communem secutus, probabiliter reputaverim absurdum, Patrem, & Filium denominari sapientes aliqua intellectioe, à qua non denominetur Spiritus Sanctus.

119 Id autem non esse absurdum, suadetur, quia id imbitur in conceptu Patris potentis generare Verbum, & in ratione Verbi potentis generari & simul producere Spiritum Sanctum. Unde sicut non est minus perfectus Spiritus Sanctus quam Pater, & Filius, quamvis illi sint fecundi ad producendum ad intra, Spiritus autem Sanctus sit infecundus, quia cum Spiritus Sanctus sit amor perfectissimus productus, perfectissimumque gaudium de bono infinite possessio, ibi terminatur processio, num divinarum series.

120 Dices secundo, non posse Spiritum Sanctum reddi formaliter amante amore producto, quin etiam reddatur intelligens in intellectu producta; sicut non potest esse amans amore essentiali, quin sit intelligens intellectu essentiali. Respondeo negando antecedens, quia licet ubi amor est productus, requiratur intellectio producta, ut principium talis amoris; illa tamen intellectio producens, nimirum sapientia genita, nequit esse in Spiritu Sancto, cum constituat personam distinctam. Alia est ratio de amore essentiali; cum enim hic sit improductus, & sit eadem indivisibilis formalitas cum intellectu essentiali, necesse est, ut ubique reperitur, reperiat in intellectu essentiali, ut ergo Spiritus Sanctus sit amans amore producto, non est necesse, ut sit intelligens intellectu ne producta; sicut, ut sit amor productus, non est necesse ut sit sapientia producta; imo est necesse quod non sit sapientia producta, sed potius quod à sapientia producta procedat tanquam à principio.

121 Dices tertio, hanc sententiam esse contra Augustinum 7. de Trinitate cap. 2. citatum sect. 4. dicente, *quia non est Verbum, quo sapientia, quia Verbum non ad se dicitur, sed tantum relinquit ad eum, cuius est Verbum; sapientia vero est quo essentia & ideo quia una essentia, una sapientia.* Respondeo sapientiam absolute proferant & sine addito determinante supponere pro sapientia absoluta, & essentiali; & in hoc sensu eo Verbum esse sapientiam, quo est essentia; ceterum sapientiam genitam propriam esse Verbi; & de hac sapientia loquendo, eo Verbum, quo sapientia genita; & eo sapientia genita, quo Verbum; Filius namque nascendo, & ex vi generationis passivæ noscitur Patrem, sicut Pater noscitur

Billum gignendo, & ex vi generationis acci-
va vt supra aiebat August. *sunt inuicem
Pater & Filius, sed ille gignendo, iste nas-
cendo.* Sic quavis vna substantia absolute, &
simpliciter in Deo detur, triplex tamen admit-
tunt substantia relativa: nam vnaquæque per-
sona divina, vt distincta ab alia, substantia est,
& ibi sunt tres entitates, at non tres entitates
accidentales; ergo tres substantiales, & conse-
quenter tres substantiæ relativæ & personales.

112. Dices quarto esse hanc opinionem
contra auctoritatem sextæ Synodus, citatam
in initio sect. 4. quæ auctoritas habetur in Epist.
Agathonis Pontificis ad Imperatores prope me-
diū; & hæc Epistola inserta est in quarta
actione illius Synodi, & approbata est actione
octava. Ibi enim proponens Summus Ponti-
fex regulam Fidei verba illa pronulit, quæ hæc

ventur tom. 3. concl. pag. 247. editionis Ve-
netæ anni 1585. Responderi tamen non im-
probabiliter potest, ibi loqui Conciliū de vo-
luntate divina, qua Christus vt Deus aliquid vo-
lebat, & cui conformabatur voluntas humana,
qua Christus vt homo id ipsum eligebat: hæc
autem voluntas divina, qua Deus aliquid ad
extra decernit, vna est in tribus divinis perso-
nis, quia ad extra operantur, quatenus sunt
vnus Deus, & ideo nefas est ibi ponere tres
operationes divinas aliquid volendi ad extra,
sed vna ponitur communis toti Trinitati, quod
non tollit probabilitatem habere sententiam
tot Theologorum, quos in Deo ponunt voli-
tionem notionalem. Et argumentum mihi est,
quod Eruditissimi Ruiz, & Bassolus licet to-
tis viribus improbent volitionem, & intelle-
ctionem notionalem: hæc tamen auctoritate
non videntur ad illas improbandas.

DISPUTATIO TERTIA. CVR SECUNDA PERSONA POTIVS QVAM TERTIA SIT FILIVS, EIVSQVE PROCESSIO SIT GENERATIO.

SECTIO PRIMA.

*Proponitur dubitandi ratio & summa quæ-
stionis difficultas.*

Generatio substantialis duobus modis
sumitur. Primo pro productione
cuiuscumque substantiæ corrupti-
bilis, & sic sumpta nihil aliud est quam muta-
tio de non esse ad esse, v. g. cum ex ligno gene-
ratur ignis, quia tunc ignis de novo productus
transit de non esse ad esse. Secundo sumitur
pro productione viventium propria, quæ na-
ritas appellatur, & in hoc sensu definitur à
Theologis cum Aristotele: *Origo viventis à
vivente a principio coniuncto in similitudine
naturæ:* quæ definitio sic à D. Thom. explicat-
tur 1. p. q. 27. art. 2. *Processio viventis a prin-
cipio a coniuncto secundum rationem si-
militudinis, saltem in specie infima.* Cui con-
sonat definitio Damasceni lib. 1. fidei ortho-
dæ cap. 8. *Generatio est ex substantia gignen-
tis profertur, quod gignitur simile secundum
substantiam.*

2. Dicitur imprimis origo, vel pro-
cessio, non vero actio, vel mutatio, quia hæc

duo nomina significant aliquid creaturæ pro-
prium, nomen vero originis, vel processionis
complectitur etiam processionem divinas, quia
ab omni imperfectione præscindit: dicitur *vi-
ventis à vivente;* quia virtute requiritur ad ra-
tionem generationis, & quod principium pro-
ducens sit substantia vivens, & quod terminus
productus sit etiam suppositum vivens. Addi-
tur vero *a principio coniuncto* ad denotandum,
virtutem, qua vivens substantiam viventem pro-
ducit, debere esse ipsi principio producenti
coniunctam, sicut in animalibus semen ante-
quam decidatur coniunctum est, & insuper
aliquomodo coniungi termino producto, vt in
illo maneat, quo pacto materia seminis, quod
est virtus generandi, permanet in ipso sexu
producto, saltem quoad aliquas partes, ita vt
principiū & fetus sint aliquomodo coniuncti:
id enim significari particula illa *a principio
coniuncto,* late explicat D. Thom. 4. contig.
cap. 11. Ideoque dixit Aristoteles 8. Ethic. c.
12. *Parentes diligere natos vt aliquid sui: eos
que, qui ex parentibus sunt orti, esse quasi
ipsosmet parentes, alios ab illis separatione,
id est decisione.* Et ideo etiam Damascenus in
sua definitione generationis dicebat, *genera-*

tionem esse, ex substantia generantis proferri quod gignitur, &c. quia nimirum substantia constituens Filium prius coniuncta erat parentibus tanquam pars, vel quasi pars. Quo autem intimator fuerit substantia Filij generanti, eo Filiatio erit perfectior. Vnde quia in Deo eadem numero natura divina, quae est in Patre, communicatur per aeternam generationem Filio; ideo Filius est perfectissime vivens à vivente à principio coniuncto.

3 Illa particula *in similitudinem naturae* variè exponitur à Doctoribus: quidam volunt genitum debere procedere in eadem natura saltem specifica, ut verè genitus & Filius dicatur, alij vero per similitudinem intelligunt imaginè; ut idem sit procedere in similitudine naturae, ac procedere ut imaginem Patris perfecte productam ad repraesentandam naturam Patris; sic eum Canariensis eam particulam explicat P. Vazq. disp. 113. cap. 7.

4 Ex hac definitione colligit Sanctus Thomas, pilos, & capillos non generari neque esse filios; quia licet procedant viventes à vivente, non tamen in similitudinem naturae. Verumtamen alij etiam rationibus excluduntur, tum quia probabilius est eos non vivere, tum quia licet admitatur vivere, non procedunt sicut vivens à vivente à principio coniuncto, formati scilicet ut seminis decisi à generante; sed sunt partes quaedam imperfectae deservientes ad ornatum naturae, & resultantes per quaedam extensionem substantiae.

5 Ex eadem definitione colligitur Evam non fuisse genitam ab Adam, nec filiam eius; quia videlicet, quamvis formata sit ex substantia Adae, nimirum ex costa; tamen Adamus non communicavit Evae eam suae substantiae partem per actionem propriam: neque enim Adamus per actionem propriam eam costam fabricavit, nec per actionem aliquam eam communicavit Evae.

6 Contra hanc definitionem est obiecto vulgaris. Nam equus generat mulum & est pater illius, & tamen mulus non procedit in similitudinem eiusdem naturae specificae: quam bifariam solvit Vazquez, primo asserendo definitionem illam intelligendam esse de generationibus perfectis solum, & naturalibus, non de generationibus imperfectis, quae sunt praeter naturam, & monstruosae, qualis est generatio muli. Secundo asserendo, illam particulam *in similitudine naturae*, non significare unitatem naturae specificae; sed imaginem naturae Patris: mulum autem, & quodvis animal generum, etiam si prodeat diversae naturae; imaginem aliquam praeseferre generantis; & quo maior fuerit imaginis expressio, eo perfectiorem esse filium; & generationem; & propter

rea mulum multum degenerare à natura filij; quia minus perfecte exprimit naturam patris: quoniam vero exprimit aliquomodo, esse aliam qualem eius imaginem & filium; etiam si sit diversa naturae specificae.

7 Hoc posito iam occurrit ingens dubitandi ratio. Nam Fides Catholica docet Verbum Divinum esse verè genitum & Filium; Spiritum autem Sanctum non item; ut probat Vazquez disp. 13. cap. 2. & Arrabal disp. 98. cap. 2. & 3. Nam de Verbo dicitur Ioann. 1. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigenitae à Patre.* Vbi particula *quasi*, non est nota diminuens, sed phrasi Hebraica veritatem ipsam significat, ut notant Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Chrysostomus, Theophilactus, & Euthymius. Et ut exponit Maldonatus, significare voluit Evangelista illis verbis, non ita Verbum fuisse factum carnem, ut eius maiestas obscuraretur, sed multis se indicijs adeo ostendisse, ut oculis ipsis viseri posset. Et ideo in eodem capite sine illa particula dicitur, *Unigenitus, qui est in sinu Patris, &c.* Vbi etiam denotatur proprietas illa generationis, quod sit à principio coniuncto, quia hoc est esse in sinu Patris. De Spiritu autem Sancto dicitur in symbolo Athanasij: *Quod est à Patre & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.* Et tamen videtur integra definitio generationis convenire Spiritui Sancto: nam est vivens à vivente à principio coniuncto, siquidem accipit naturam divinam à suo principio, & ex vi suae processions procedit ut Deus, & ut tertia persona divina; ut ostendimus disput. preced. se. 2. ergo procedit magis similis in natura principio suo producenti quam homo procedat ab homine, siquidem accipit naturam divinam cum omnibus attributis, & proprietatibus absolutis à suo principio: solumque differt à Patre & Filio in eo quod Pater & Filius sunt personae divinae producentes; ipse vero est persona divina producta ab ipsis.

8 Quo circa difficillimam est generationem à processione distinguere, ut inquit Augustinus lib. 5. de Trinit. cap. 27. & propterea idem Sanctus Doctor lib. 3. contra Maximinum cap. 14. aiebat: *De Patre est Filius, de Patre est Spiritus Sanctus; sed ille genitus, iste procedens; quid autem inter procedere & nasci intersit, de illa excellentissima natura loquens explicare quis potest? distinguere inter illam generationem, & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio.* Et Damascenus lib. 1. de Fide capit. 10. *Et quidem generationem & processionem inter se differre compertum habemus; ceteram quid huius differentiae modus sit, prorsus nos fugit.* Similiter suam ignorantiam fateantur ad hanc

hant differentiam explicandam Ambrosius lib. 4. de Fide ad rat. cap. 1. & Hilarius 2. de Trinit. pag. 4. in fine. Et Nazianzenus orat. 5. de Theologia. Basilii lib. de Spiritu Sancto cap. 18. *modum illius processionis in explicabilem esse dicit*. Idque testantur multi alij Patres apud Petav. tom. 2. lib. 3. cap. 13. Hinc Magister sentent. in 1. dist. 13. & Gregorius Armenensis ibidem q. 1. & Gabriel q. unica; atque Maior in 1. q. 16. art. 2. vi difficultatis oppositi affirmant, huius veritatis Catholicae discrimen à nullo viatore assignari posse.

9 Quia tamen ut ait Apostolus Petrus, parati esse debemus ad reddendam rationem eius, quæ in nobis est fidei, si id aliqua ratione fieri possit, ut hæreticorum ora obstruantur; ideo Sancti Patres, & Doctores Scholastici conati sunt huius diversitatis aliquas rationes afferre. Nos sententias minus verisimiles, & communiter ab Scholasticis reiectas, breviter refellimus, ut ad celebriores proponendas statim gradum faciamus.

SECTIO SECVNDA

Reiciuntur aliqua rationes discriminis minus probabiles.

10 **H**æretici Macædoniani, & Euthomiani, divinitatem Spiritus Sancti negarunt, quia capere non poterant, quomodo Spiritus Sanctus poterat à Patre accipere naturam divinam, quin esset Filius ut enim inquit D. Thom. q. 10. de pot. art. 2. corp. *non credebant quod aliquis possit ab alio naturam accipere, nisi ab illo nascatur, & eius Filius sit*. Ut autem testatur S. Athanasius in Epist. de Spiritu Sancto ad Serapionem, hoc argumento vrebantur adversus Catholicos, ut habes apud Petavium tom. 2. lib. 7. cap. 13. *Si Spiritus Sanctus creatura non est, neque illus ex Angelis, sed à Patre procedit: igitur & ipse Filius est, & duo sunt fratres, nimirum ille ipse Spiritus, & Verbum. Quod si frater est, quinam unigenitus est Verbum, aut quomodo non erunt æquales: cur de alter post Patrem genitus est: iste vero post Filium nominatur? Quomodo etiam, si ex Patre est, non & ipse genitus esse dicitur, nec Filius est, sed simpliciter Spiritus Sanctus? Iam si est Filij Spiritus, unus ergo Pater erit Spiritus Sancti. Simili pariter via Maximinus Arrianus insultabat Catholicis, sic contra eos arguens: *Cum & Spiritum Sanctum de substantia Patris esse dicatis, si Filius ex substantia Patris est, de substantia Patris & Spiritus Sanctus, cur unus Filius est & alius non est Filius? Quid spiritus vobis deliquit,**

rum ex eadem sit substantia, cum equalis sit Filio, ut dicitis. Ut refert Augustinus tom. 6. lib. 1. contra Maximinum.

11 Et ut alij exponunt, sic arguebant hæretici contra Catholicos: *Aut Spiritus Sanctus procedit à solo Patre: & sic erit Filius Patris, & frater Filij, aut procedit à solo filio, & sic erit filius filij, & nepos Patris, aut ab utroque; & sic uterque erit eius parens, tumque non possit uterque esse Pater, aliter erit, Pater, aliter Mater. Et cum hæc omnia sine absurda, inde concludebant, Spiritum Sanctum non esse Deum; quia ex eo quod Deus sit, existimabant aliquod ex prædictis absurdis devotandum esse. Eadem ratione Abailardus dicebat Spiritum Sanctum non esse de substantia Patris, ne esset illius Filius, ut refert S. Bernardus Epist. 109. Econtra vero Patres Ecclesiæ, quamvis faterentur hoc discrimen inter processionem Spiritus Sancti, & generationem Verbi fide potius esse credendam, quam humano discursu investigandam: tamen aliquas rationes discriminis conati sunt adhibere, quas breviter oportet recensere.*

12 Imprimis Sanctus Marcialis primus Episcopus Lemonicensis in Epist. ad Burdegalenses, quæ extat in Bibliotheca Sancti Patrum, cap. 10. sic rem hanc explicat *Verbum in quod credidisti, filius est unigenitus; spiritus vero Dei non est genitus sicut Verbum, quia & ipse Spiritus in divina æqualitate gloriosus processit ineffabiliter ab eo, qui genuit, & ab eo quoque qui genitus est*. Quod perinde fuit ac dicere, propterea Spiritum Sanctum non esse genitum, quia cum procedat ineffabiliter à Patre, qui in productione Filij adæquate exercuit potentiam generandi, & à Filio, qui potentiam generativam adæquate explicuit, nequit ut Filius procedere. Sed hæc ratio inefficax est: quia non probatur Patrem generando Filium, adæquate exercuisse potentiam generandi: quia sicut non obstante, quod per intellectum produxit unam personam divinam, cui communicavit suam substantiam, adhuc per voluntatem producit aliam personam, cui communicat eandem substantiam & naturam; ita non obstante quod genuerit unam personam per intellectum poterit dici generare aliam per voluntatem.

13 Coincidit cum hac ratio assignata à D. Athanasio loco nuper allegato, ubi sic ratiocinatur. *Inter homines potest eadem persona plures filios generare, quia Pater non communicat filio totam suam substantiam, sed partem illius; rursus filius genitus potest alterius personæ pater esse, quia potest eidem partem suæ substantiæ communicare, non quidem eam, quam à suo patre per generationem acci-*
pit;

pit, sed aliã, quam per nutritionẽ acquisiuit: & sic eadẽ persona potest respectu vnus esse Filius, & respectu alterius. At in Deo non ita cõringit: Deus enim non habet diuisam naturam, & Pater non est diuisus, neque generat Filium diuisum, vr ille rursus aliũ Filium possit generare: quare quia in diuinis filius nõ est pars Patris, ipse non gignit, sicut gignitus est, sed integer est integri Patris splendor & imago. Hinc infert in Deo filiũ non posse esse alterius personę Patrẽ, ac proinde Spiritum S. non esse Filiũ.

14. Hęc etiam ratio inefficax est: nam si in creatis Filius accipiens partẽ dumtaxat substantiæ Patris, alium Filiũ generat, quando ei cõmunicat partẽ suã substantiæ, cur Filius diuinus, qui accipit à Patre totã Patris substantiã & naturã, non dicetur generare Spiritum S. quando ei cõmunicat totã suã substantiã? rursus si increatis pater multos filios generat, quia cui liber cõmunicat partẽ suã substantiæ; cur prima persona diuinã non dicetur duos filios generare, quandoquidẽ producit duplicẽ personã, & cui liber communicat totam suam substantiam & perfectiones absolutas.

15. Aug. multiplicẽ huius discriminis causam assignauit & nulla animam quietat. Non primã, quã reddit, lib. 5. de Trin. c. 14. nimirũ: Ideo Verbũ, & non Spiritum S. procedere, vt Filiũ, quia Verbũ procedit à Patre vt natus; Spiritus autẽ Sanctus procedit à Patre & Filio vt datus. Siquidẽ de hoc ipso inquirimus, cur Verbũ, & non Spiritus S. procedat vt natus. Non secũda, quã assignat l. 9. de Trin. c. 12. scilicet, quia cũ Verbum procedat per intellectũ, procedit vt partus quidã, & conceptus, quia ad id quod per intellectũ producitur præcedit inquisitio quæsdã cum desiderio reperiendi, quæ autẽ reperiuntur, quasi pariuntur: & ideo notitia per intellectũ producta, partus, seu proles dicitur, quia ante productionem illius, intellectus quasi parturiēbat; quod non conuenit amori, qui ex uoluntate sine inquisitione procedit; cũ feratur in rem iã possessam. Non in quã hęc ratio satisfacit: quia modus ille inquirendi ueritatẽ proprius est intellectus creati: intellectus autem Patris non minus sine inquisitione, & sine labore uelut parturiendi, seipsum & omnia cõprehendit, & sic cõprehendendo producit Verbum, quã Pater & Filius seipfos amant & seipfos mutuo amando producunt Spiritum Sanctum. Deinde quia licet in nobis Verbum mentis, & notitia producta ab intellectu de re post laborem inquirendi ob eam rationem uocetur partus, & proles; id tamen est solum metaphoricẽ, & per translationem. Vnde si ob eam similitudinem terminus productus à Patre per intellectum partus & proles dicitur, solũ metaphoricẽ erit Filius. Constat autem Verbum diuinum proprie & sine ulla metaphora esse

prolem Patris, eiusque Filium.

16. Non denique animam quietat tertia discriminis ratio, quam assignat Augustinus, lib. 15. de Trinit. cap. 26. nempe, ideo Verbum esse Filium, quia procedit ab vnõ; Spiritum uero Sanctum non esse Filium, quia procedit à duobus & sic esset Filius duorum, & duobus autem nemo gignitur (inquit) nisi vnus sit Pater, & alter Mater, quod est absurdum suspicari: qua ratione uirtur etiam Anselmus in Monolog. cap. 53. & Alliacensis in primum. Non, inquam, satisfacit, quia quamuis in humanis quod procedit vt Filius à duobus, ab altero procedat vt à Patre, ab altero vt à matre, id oritur ex imperfectione generationis humana, & non ex conceptu generationis prout ab omni imperfectione præscindit. Sicut enim quamuis in creatis non reperiatur generatio sine mari & foemina, tamen in diuinis generatio strictissima ponitur sine hac imperfectione, & ibi est operatio solius Patris per intellectum generantis suum Filium: similiter quamuis in rebus creatis non possit procedere suppositum tanquam Filius, quin procedat à duobus, ab altero vt à Patre, & ab altero vt à Matre: poterit procedere in Deo suppositum, nempe Spiritus Sanctus, à duobus tanquam Filius & genitus ab utroque; quia Pater & Filius producunt Spiritum Sanctum sibi similem in natura, & communicando suam integram substantiam.

17. D. Basilius lib. 5. contra Eunomium c. 12. ait: Ideo Spiritus Sanctum non esse Filium, ac proinde nec genitum, quia cum à Filio procedat, foret Filius Filij, & sic dubitaret statim aliquis, an huius seculi Filij foret alius Filius, unde in infinitum procederet. Sed neque hęc ratio satisfacit, quia quauis tertia persona foret Filius Filij & Patris, nõ sequeretur processus ille in infinitum, siquidẽ diceretur in Deo duos dumtaxat esse Filios; quia due dumtaxat sunt operationes vitales, nempe intellectio, & uolitio, & per primam produci à sola prima persona vnũ Filium; per aliam uero produci ei secundum à prima & secunda persona, quia Pater & Filius se mutuo amando producunt tertiam personam similem sibi in natura.

18. D. Bernardus Epist. 190. ait propter eã Spiritum, etiã si sic de substantia Patris, non esse Filium: Quia non omne, quod de substantia aliqua est, continuo ipsum, à qua est, habet generationem. Sic vermes ex putredine ligni producuntur, sineã de substantia panis prodit; & pediculi & lendes ex humore humano procedunt; quin rationem Filij participant. Verum quamuis hęc ratio probet, non omne quod generatur ex alterius substantia esse Filium eius; uel quia non est uivens à uivente, uel licet sit uivens à uivente non est tamen à

principio coniuncto & in similitudinem natura; tamen non reddit rationem cur non sit Filius alterius, suppositum procedens de substantia alterius suppositi tanquam vivens à vivente à principio coniuncto & simile in natura, vt procedit Spiritus Sanctus à Patre & Filio.

19. D. Bonavent. in 1. dist. 13. q. 2. ad primam Richardus dist. 13. art. 1. q. 3. & Alexander i. p. q. 43. memb. 1. circa finem vt discrimen constituent inter processiónem Filij & Spiritus Sancti, & rationem assignent, cur vna potius quam alia sit generatio; notant triplicem esse modum productionis, nimirum secundum voluntatem, præter naturam; & secundum naturam: primam modum dicunt fuisse in creatione Angeli, qui à Deo voluntate factus est: secundum in productione Eva; quæ à Deo præter naturam ex costa Adæ formata fuit: tertium in productione Abel ex Adamo & Eva. Hinc colligitur processiónem Filij esse generationem; quia est secundum naturam, id est per intellectum; processiónem vero Spiritus Sancti esse generationem, quia est per voluntatem, ac proinde non vi naturæ, nec modo naturali. Hæc etiam ratio insufficiens est, quia Pater & Filius non sunt minus naturaliter determinati ad producendum Spiritum Sanctum, quam Pater sit determinatus ad producendum Filium; siquidem omnino necessario, & absque vlla libertate indifferentiæ illam produunt: ergo non minus Spiritus Sanctus procedet secundum naturam quam Filius.

20. Sed possunt adduci in favorem prædictæ sententiæ verba D. Th. q. 10. de potentia a. 2. in fine corporis, vbi inquit *Cōuenienter dicuntur qui possuerunt, vna processiónem esse per modum naturæ & intellectus, aliam per modum voluntatis, quantum ad id, quod processio, quæ est secundum naturam, vel intellectum, non præexigit aliam processiónem; processio vero, quæ est per modum voluntatis, alia processione præexigit: nam amor dicitur rei non potest à voluntate procedere, nisi prius intelligatur percipisse ab intellectu illius rei Verbum conceptum, bonam enim intellectum est obiectum voluntatis. Si autem à S. Doct. quaeras, cur productio per intellectum, quia non supponit aliam, dicatur productio per modum naturæ; id explicat in respon. ad 7. dicendo, quod processio per modum naturæ intelligitur quando aliquid procedit ab aliquo sicut illud, quod procedit à natura, processio autem, quæ est à naturali agente, non præsupponit aliam, nisi per accidens, in quantum scilicet vnum naturale agens dependet ab alio naturali agente, sed tamen hoc non pertinet ad rationem naturæ in quantum natura est. Et similiter processio per modum voluntatis intelligitur, quando aliquid procedit sicut id, quod procedit à voluntate, nū-*

quæ enim aliquid à voluntate procedit nisi alia productione præsupposita, quia nūquā voluntas tendit in bonum, nisi prius intellectus bonum intelligat, producendo Verbum mentis, vi cuius bonum represententur. Hinc concludit S. Doct. *Illam processiónem intelligi per modum naturæ in diuinis, quæ nullam aliam præsupponit, illam vero per modum voluntatis, quæ ex præsupposita processione principium sumit.*

21. Ex hac S. Thom. doctrina auferam arruere aliqui Recentiores ad asserendum, ideo processiónem Verbi esse generationem, quia est per modum naturæ, seu per primam operationem diuinam, nimirum per operationem intellectus, quæ nullam aliam præsupponit; processiónem vero Spiritus S. ideo non esse generationem, quia est per secundam operationem. Eorūque placitum potest confirmari ex Godoy t. 3. in 1. p. pag. 90. n. 52. vbi ait: *Quod cum intelligere Dei sit primam attributum, & attributum assimilativum, velle autem sit secundum attributum, & non assimilativum; & quia communicare naturam, quæ est primum quod invenitur in aliqua re, pertinet ad primum, non ad secundum attributum: inde fieri vt ex eo quod intellectus identificetur cum natura non vtrumque, sed per modum primæ potentie & primæ operationis intellectualis, rectè inferatur per intellectum communicari Dei naturam formaliter, secus autem ex identitate volitionis cum eadem natura, quia neque primum attributum est, neque operatio assimilativa.*

22. Sed immerito ex illa doctrina D. Th. illam auferam arruere; quia S. Doctor in eo articulo non investigat rationem, cur vna processio sit generatio, & non alia; sed cur vna processio distinguatur realiter ab alia; vt patet ex titulo articuli, qui est huiusmodi, *Vtrum in diuinis sit vna tantum processio vel plures.* Et ratio illa quod vna processio sit per modum naturæ & alia per modum voluntatis efficaciter persuadet, quod illæ processiones sunt distinctæ, quia scilicet processio per modum voluntatis necessario præsupponit processiónem per modum intellectus, seu naturæ. Nihil autem omnino conducit ad probandum, quod vna potius quam alia sit generatio. Nam secunda processio etiam supponit vnâ personam diuinam productam, alia producit, eique per se comunicat naturam diuinam: quia Pater & Filius per se primo intendunt produceretertiam personam diuinam: ergo per se primo intendunt illi comunicare naturam diuinam; quia implicat per se intendi personam, quin per se communicetur natura; per quam persona constituitur. Cōsulantur, quæ dixi disp. præced. sect. 2.

23. Dicent forsam ideo processiónem per operationem intellectus esse generationem, quia cum sit prima operatio petita à natura diuina ob suam infinitam fecunditatem, per illam comunicatur infinite natura intra

id naturæ; ac proinde terminus productus per illā ex vi suæ processions formaliter evadit similis in natura principio producenti. Postquā autē natura divina in ratione naturę supponitur infinite cōmunicata, iā non est ulterius cōmunicabilis directe & formaliter, & ex primaria intentione principij producentis, sed solū materialiter & quasi indirecte; quatenus scilicet spiritor nequit intendere cōmunicare amorem quia intendam cōmunicare naturam divinam cum qua amor est realiter adæquate identificatus.

24. Sed contra: quia dum Pater per primā operationē intendit cōmunicare naturā, intendit cōmunicare naturā cum omnibus suis perfectionibus absolutis; & consequenter naturam cum volitione potentia, æternitate, immensitate & reliquis attributis. Ergo intendit cōmunicare volitionem; hæc ergo ante productionē Spiritus S. supponitur iam infinite cōmunicata, & nihilominus ulterius cōmunicatur Spiritui S. ergo similiter licet natura supponatur infinite cōmunicata Filio, poterit adhuc ulterius cōmunicari Spiritui S. ex intentione primaria spiritoris; nam spiritor ut talis intendit producere personam tertiam.

25. Dices forsam secundo, ideo personam procedentem per primam operationem esse Filium, non autem personam procedentem per secundam. quia Pater per primam operationem intendit producere personam, quę sit imago naturalis ipsius, cui proinde formaliter cōmunicetur natura divina: per secundam autem intendit producere personam, quę sit vinculum & pondus amatoriū, quo quę personę inter se ineffabiliter neeuntur tanquam mutuo se amantes: ac proinde intendit cōmunicare ipsi primario & formaliter amorem. Sed contra, quia personam productam esse imaginem naturalem producentis, nihil aliud est, quam personam productam accipere à producente naturam, vi cuius redditur similis producenti. Hoc autem totum habet etiam Spiritus Sanctus, qui procedit ut tertia persona divina, ac proinde ut Deus.

26. Durandus in primum distin. 6. quęst. 2. num. 16. & sequentibus docet, si cōsideretur habitudo virtutis productivæ ad actum producendi, sic nullam personam procedere in divinis per modum voluntatis, sed quamlibet per modum naturæ: cuius ratio, inquit, est: quia illud quod procedit à virtute agentis ex necessitate immutabilitatis, & ex virtute determinata ad unum, producitur per modum naturæ; siquidem modus naturæ in hoc differt à modo voluntatis in eliciendo actum, quia principium naturale agens naturaliter nō habet in potestate actum suum, neque est indifferens ad oppositum; agens autem per vo-

luntatem habet in potestate suā agere vel nō agere, & est indifferens ad opposita, sed qualibet persona divina producitur ex necessitate immutabilitatis, & virtute determinata ad unum; ergo quęlibet persona divina producitur per modum naturæ. Si vero consideremus supposita producentia, ait Durandus, sic Spiritum Sanctum produci per modum voluntatis, Filium autem per modum naturæ; quia modus naturæ in creaturis, inquit, est quod unus sit ab uno tantum, & non à pluribus eiusdem gradus & ordinis, quorū quodlibet esset per se sufficiens ad totū perfectē faciendum. Quę autem fiunt per voluntatem, possunt fieri à pluribus agentibus eiusdē gradus & ordinis, quorum quodlibet esset per se sufficiens ad totum perfectē producendum, plures enim concurrunt moderando per voluntatem virtutē suam, sicut patet de pluribus trahentibus navim, ubi alter ad totum sufficere. Cum ergo Filius procedat tantum ab uno Spiritus autem Sanctus à duobus, scilicet à Patre & Filio, ita quod æquē perfectē producit unus sicut ambo, nec perfectius ambo simul quam alter; ideo Spiritus Sanctus dicitur produci per modum voluntatis, Filius autem per modum naturæ. Hæc Durandus.

27. Unde talis formator ratio: de ratione Filij & geniti est quod procedat per modum naturæ, non per modū voluntatis, ut ait D. Bonnav. in 1. d. 4. q. 1. n. 8. & colligitur ex Hilario lib. de Synodis dicente: Omnibus creaturis substantiam Dei voluntas attulit, Filio verò natura dedit. Et ex Aug. lib. 15. de Trinit. assente: Verbum Dei, per quem facta sunt omnia, esse Filium Dei natura. Atqui solum Verbum procedit per modum naturæ, & Spiritus Sanctus procedit per modum voluntatis: ergo solum Verbum est Filius, & genitus, non vero Spiritus Sanctus.

28. Hic etiam modus explicandus in sufficiens est. Pater enim & Filius non conveniunt libera voluntate ad producendum Spiritum Sanctum, sicut libera voluntate conveniunt alio ad trahendam navim is; qui se solo sufficeret ad eam trahendam; sed naturaliter & necessario concurrunt, nec Pater seorsum sumptus, vel Filius seorsum sufficeret ad productionem Spiritus Sancti, sed uterque simul per se requiritur, nam Spiritus Sanctus per se procedit ex amore amicitie quo Pater & Filius mutuo se amant, ipseque Spiritus Sanctus est amor quidam amicitie productus; ut autem inquit Divus Thomas quęstion. 10. de potentia artic. 2. ad undecimum: Amicitia; quę est amor mutuus, procedit ex duobus adinvicem se amantibus; Ergo salūssimum est Patrem & Filium in producendo Spiritum Sanctum attemperare suum

occursum, quasi quilibet sufficeret ad eius productionem: ergo Spiritus S. non minus procedit per modum naturæ quàm Verbum: ergo verè erit genitus non minus quàm Verbum. Fallumque supponit Dur. quod modus procedendi per modum naturæ sit procedere ab uno: id enim dicitur est verum, quando unus sufficit: quando autem duplex suppositum per se requiritur ad processionem, modus procedendi per modum naturæ est à duobus, ut patet in generatione animalium, quæ per se petit marem & feminam.

29 Scotus in 1. d. 13. hanc unicam ex citat quæst. *Unum Spiritus S. sit genitus, siue Viri productio Spiritus Sancti sit generatio, vel distinguatur ab ea.* Et postquàm aliorum Doctorum sententias retulit, & impugnavit, tandem ad quæst. respondet: *Quod productiones illæ seipsis distinguuntur, generatio autè seipsa est generatio; & spiratio seipsa formaliter est spiratio: & ex rationibus formalibus earum impossibile est generationem esse spirationem, circumscripto per impossibile quocumque alio.* Idè respondet Aureol. ibidem a 2. prop. 4. Sed cõtra, quia hic dicendi modus rem omnino inexplicatam relinquit: non enim dubitamus, actionem illam, quæ ex se est generatio, qualis est productio Verbi, differre per seipsam, ab illa, quæ non est generatio, sed spiratio. Sed hoc inquirimus, quænam sit illa ratio formalis, qua una constituitur ut generatio, & altera ut spiratio; cum utraque sit vivens à vivente in similitudinem naturæ. Eodè vitio laborat responsio Egidij Romani illa d. 13. a. 2. asserentis illas productiones distingui per terminos. Querimus enim cur terminus productus per spirationem non sit Filius, cum procedat vivens à vivente à principio intrinseco in similitudinem, imò in unitatem naturæ.

SECTIO III.

An ideo secunda persona potius quam tertia sit Filius, quia accipit naturam fecundam.

30 Postquam P. Vazq. rejecit aliquas rationes assignatas à Patribus ut minus sufficientes ad rem hanc explicandam, sic concludit d. 113. n. 22. *Nec mirum alicui videatur, si nulla earum nobis probetur. & rationes Scholasticorum illis præferamus: cum enim res hæc ita sit ab Scholasticis multo magis examinata & disputata, effeciores multo ab eis adjuventæ fuerit rationes.* Omisissis ergo sententijs minus verisimilibus, ad probabiliores examinandas deveniamus. Inter quas celebris est sententia Ricardi de S. Viæ l. 6. de Trin. c. 18. 19. 20. & 21. ubi hæc assignat rationem: quia de ratione Filij est esse imaginem & figuram Patris, quæ in eo præsertim attenditur, ut Filius accipiat naturam à Patre cum eadè virtute, & potentia eam comunicandi: quia ergo Verbum in di-

vinis vi suæ processionis ita accipit naturam à Patre ut eam possit Spiritui S. comunicare, est genitus & Filius: quia vero Spiritus S. non ita accipit, nec Filius, nec genitus est. Pro hac sententia citat P. Vazq. ex Scholasticis Alexandr. & Maiorè. Hanc sententiam maxime illustravit & celebrè reddidit, & quasi suam fecit P. Zuniga d. 2. dub. 20. à memb. 9. vsque ad 18. quem sequitur P. Marc. d. 29 f. 9. & multi Recensitores.

31 Ut hanc sententiam probet P. Zuniga notat primo, illam particulam definitionis generationis, *in similitudinem naturæ non intelligi de natura, ut est præcisa quidditas, & essentia viventis; imò neque ut est principium non coniunctum, seu extrinsecum operandi ipsius viventis; qui modus operandi communis est vivens, & non viventibus; sed intelligi de natura viventis ut est fecunda & principium coniunctum, seu intrinsecum operandi, & producendi de substantia sua aliud suppositum vivens, qui est modus operandi proprius substantiæ viventis, quia hæc explicatio, & acceptio prædictæ particulæ est valde cõsentanea rationi generationis viventis, in qua generans nõ solum intendit assimilare sibi genitum in modo essendi, sed etiam in præcipuo modo operandi proprio viventium, qui est producere de substantia sua aliud suppositum vivens; & ideo nõ modo comunicat ei naturam ut essentiam, & quidditatem, & ut principium non coniunctum, seu extrinsecum operandi, sed etiã ut naturam fecundam, id est ut principium coniunctum, & intrinsecum operandi, ita ut Filius prodeat omnino similis Patri, tã in essendo, & modo operandi cõmuni viventium & non viventium, quàm in modo operandi proprio viventis, quia maior similitudo est in essendo, & modo operandi cõmuni & proprio viventis quàm solum in essendo & modo operandi cõmuni viventis, & non viventis. Atque hanc maiore similitudinem, quæ est in ratione naturæ fecundæ ac proprie viventium requirit ad generationem propriam viventium.*

32 Vnde infert, si per possibile vel impossibile vivens aliquod creatum procederet à vivente absque potestate saltem radicali comunicandi alteri suam essentiam, non fore filium; quia licet esset simile producendum in essendo, & modo cõmuni operandi, non tamen in modo proprio operandi: hoc autem nomen *Filius* solum esse impositum ad significandum suppositum vivens procedens ab alio supposito vivente in similitudinem naturæ fecundæ, ac modo operandi proprio viventium, qualia sunt omnia vivetia creata, quæ ab alijs viventibus hucusque producta sunt, & de potentia ordinaria in posterum producentur. Notat secundo divinitatem essentiam præscindendo à relationibus nõ esse principium intrinsecum producendum ad intra aliud suppositum vivens. Et ideo nec esse na-

curam fecundā, sed præclāram essentiā & quidditatem omnium personarū sed determinari in Patre per paternitatem ad esse principium gignendi; in Patre autem & Filio determinari ad spirandū per spirationem activam utriusque communem; ad Spiritum S. autem transire solū sub conceptu essentiæ, & quidditatis, & sub conceptu principij extrinseci operandi ad extra; nō autem sub conceptu naturæ fecundæ, & principij intrinseci operandi ad intra, quæ ratio principij intrinseci significatur sub conceptu naturæ.

43 His prænotatis, cum principium saltē radicale utriusque productionis divinæ sit Deitas iuxta modum loquendi conciliorū, ac Patris & communem Theologorum sententiam, asserit per utramque communicari personæ producatā totā essentiā divinā formaliter & primario, seu ex vi processionsis, diverso tamē modo; nā Pater simul cum Deitate dat Verbo relationem spiratoris, quæ determinat Deitatem ad esse in Verbo sicut in Patre principium spirandi; ac proinde ad esse naturam fecundam, ita ut Verbū procedat simile Patri in natura fecunda, hoc est nō solum in modo essendi, & modo operandi communi viventibus & non viventibus, sed etiā in modo operandi proprio viventium. At vero Pater & Filius nihil communicant Spiritui Sancto; quod determinet Deitatem in illo ad esse principium intrinsecum communicandi essentiā; ac proinde Spiritus Sanctus non accipit Deitatem ut naturam fecundam; sed ut præcisam essentiā, & quidditatem, & ut principium extrinsecum operandi ad extra; ac proinde non evadit similis in natura fecunda; ac proinde neque vere & proprie Filius.

35 Contra hanc sententiā arg. primo, quia si natura posita in definitione generationis sumitur pro natura quatenus fecunda ad producendum ab *intrinseco aliud suppositū vivens*; Filius divinus non erit perfectē & adæquate similis Patri in natura; nā natura divina prout in Patre est fecunda ad generandum, & ad spirandum; in Filio autem solum est fecunda ad spirandum; ergo solum inadæquate erit similis in natura Patri, si hæc accipitur pro natura ut fecunda ad producendum aliud suppositū. Hoc autē est absurdū; quia Filius divinus est adæquate & perfectissime similis in natura P. & ideo participat rationē filij cum suprema perfectione. Arg. secundo, quia si natura accipitur in illa significatione, Filius divinus potius dicitur dissimilis, quā similis Patri, siquidē licet sit similis in fecunditate ad spirandum, est tamen dissimilis in fecunditate ad generandum. Ergo dum generatio definitur origo viventis à vivente in similitudinē naturæ; natura nō accipitur ibi pro principio fecundo ad producendum aliud vivens. Tertio, quia si natura accipitur in illa

significatione, nimirum pro fecunditate producendi tanquā principium intrinsecum aliud suppositum vivens; Filius nō erit eiusdē naturæ cū Patre; siquidē non habet eandē fecunditatē; siquidē fecunditas Patris est ad generandum, & spirandum; fecunditas vero Filij est solum ad spirandum.

36 Quarto, quia Pater æternus concipitur in ratione Patris respectu Filij præscindendo à potentia producenti aliā personā; nam per relationē Patris solū refertur ad Filium; & similiter Filius æternus concipitur in ratione Filij respectu Patris præscindendo à potentia spirandi aliā personā; ergo ut Filius solū refertur ad Patrem; ergo præscindendo à potentia producenti aliā personā intelligitur Filius constitutus in ratione Filij nimirum per hoc quod sit perfecta imago Patris ab illo substantiam accipiens, per quam est Deus sicut Pater & ipsi assimilatur sicut perfectissima imago. Quinto, quia cū Spiritus S. accipiat totam essentiā Patris & Filij ex vi suæ processionsis; non tamen evadit similis in natura, prout illa ponitur in definitione generatis; ergo essentiā divinā, quæ in Patre & Filio exercet munus naturæ; in Patre constituitur in ratione naturæ saltē de obliquo per Paternitatē; & in Filio per Filiationem; ergo Filius nō erit similis in natura Patri, cū Filius non sit similis Patri in relatione per quam essentiā in Patre habet rationē naturæ; sufficit enim dissimilitudo in vna parte ut complexū dicatur absolute dissimile alteri complexo. Nec dici potest Patrem & Filium esse similes in relatione spiratoris, quæ est communis utriusque; nam relatio spiratoris non convenit Patri priori ad generationē verbi, & tamen pro illo priori iā habet essentiā in ratione naturæ; ergo cū in illo priori solū habeat Paternitatē, sequitur essentiā constitui in Patre in ratione naturæ, seu fecundæ per Paternitatē; & similiter in Filio constitui per Filiationē; quia in illo signo, in quō primū concipitur generatus à Patre, intelligitur evadere similis in natura Patri, & in pro illo signo nondū concipitur cū relatione spiratoris. Ergo cū Pater & Filius sint dissimiles in relatione Paternitatis, & Filiationis, nō evadet Filius in illa sententia perfectē similis Patre in natura.

37 Sexto, quia adversarij illā usurpationem naturæ sumunt ex definitione naturæ Arist. iuxta quā natura dicitur principium motus & quietis *eius in quo est*; eaque definitionē transferrunt ad Deū ablati imperfectionibus motus. At sumpta natura in hac significatione, Spiritus S. evadit proprie similis in natura. nā essentiā divina quatenus est principium intelligendi & amandi est principium motus ablati imperfectionibus. Nā in definitione vitæ nō minus importatus motus, quā in definitione naturæ ut enim inquit D. Th. 1. p. q. 18. a. 1. *Vitæ nomē imposuit*

est ad significandam substantiam, cui conve-
nit movere se ipsum. Et art. 3. probat Deum vi-
vere, quia se maxime movet. Hinc P. Sua. 1. p.
lib. 1. cap. 13. & disp. 13. metaph. cum S. Tho-
ma referi dictum Platonis asserentis Deum ma-
xime vivere, quia perpetuo se movet. Ergo cū
ex vi processioneis communicetur Spiritui S.
substantia divina quatenus est principium, vel
ratio sufficiens ad intelligendum & amandum;
communicatur ipsi sub conceptu naturæ: & sa-
ne cum Spiritus S. se determinet ad decreta li-
bera, negari non potest essentiam divinam non
solum prout est in Patre & Filio, sed etiā prout
est in Spiritu S. esse principium se movēdi, abla-
tis imperfectiōibus, ad decretum liberum, id
est principium se determinandi ad decretum
liberum in sententia asserente decretum liberū
addere supra prædicata necessaria terminatio-
nem intrinsicam contingentem.

39 Confirmatur primo, quia communiter
Theologi essentiam divinam considerant sub
movere essentia, quatenus dat esse simpliciter,
nimirum esse Deū; & sub movere naturæ qua-
tenus est radix, vel virtualiter, vel ratione nostra
intelligendi & amandi: sub utroque autem mu-
nere communicatur formaliter Spiritui S. ergo
communicatur non solum sub movere essentia
sed sub movere naturæ. Nec natura definitur ab
Arist. in ordine ad motum generationis substā-
tialis, qui proprie non est vitalis, cū non termi-
netur ad terminum manentem intra ipsam na-
turam, sed ad filium existentem extra genera-
torem: definitur ergo in ordine ad motum perfe-
ctionum accidentalium, per quas natura in se
intrinsece perficitur. Huic autem motui ablatis
imperfectiōibus assimilatur actio intelligendi
& amandi, quarū est virtuale principium essentia
divina etiā quatenus transit ad Spiritū San-
ctum, in quo vere exercet operationes intelli-
gendi & amandi.

40 Conf. secundo, nam in Angelo pro-
prie reperitur conceptus naturæ; cum in eo re-
periat principium motus & quietis ipsius An-
geli; & tamen in eo non datur fecunditas ad
producendum aliud suppositum vivens sibi si-
mile: ergo conceptus naturæ non debet explica-
ri per fecunditatem producendi aliud suppo-
situm tanquam principium intrinsicum: ergo
Spiritus S. procedit similis Patri & Filio non
solum in essentia sub conceptu essentia, sed
sub conceptu & movere naturæ; & sane Patres
& Concilia passim docent tres divinas personas
esse eiusdem naturæ, naturā accipientes in pro-
pria & rigorosa significatiōe, qua communiter
dicitur filium debere esse similem Patri in na-
tura. Assumptum constat ex 1. Synodo generali
coll. 8. Can. 1. ubi dicitur: *Siquis nō confite-
tur Patris & Filij & Spiritus S. unam na-
turam*, anathema sit: & in Conc. Lateran. sub

Innocentio III. cap. Firmiter dicitur: *Tres quidē
persona, sed una essentia, siue natura simplex
omnino*. Vnde Damasc. ex mente Conciliorum,
& Sanctorū Patrum l. 1. de decret. primæ instit.
c. 1. sic incipit: *Essentia & natura, ut Sanctis
Patribus placet, idem valet*.

41 Septimo, quia in creatis non solum fi-
lius, sed filia procedit vivens à vivente in simi-
litudine naturæ; & eius productio est vera ge-
neratio, naturaque per se intendit productionē
fœminæ, non minus quam viri, cum sexus uter-
que sit necessarius ad conservationem speciei,
& tamen non accipit naturam fœcundā ad pro-
ducendum aliud suppositū vivens tanquā prin-
cipium intrinsicum. Siquidem iuxta Arist. l. 1.
de gen. anim. c. 20. & lib. 2. c. 4. & S. Th. 3. p.
q. 32. a. 4. mater non concurret active ad gene-
rationem, sed solum passivē; & quamvis Gal.
lib. de usu partium corp. c. 11. & lib. 2. de semi-
ne c. 4. contra Arist. probet fœminam emittere
semen, & hoc esse vile generationi, docet tamē
illud active non concurrere ad generationem,
omnem activitatē tribuens semini virili, & lib.
2. de natural. facult. c. 3. docet fœminam solum
concurrere ad generationē ministrando ma-
teria, ex qua mediā activitate seminis virilis
formatur fœtus. Vnde P. Thomas Sanchez l. 2.
de matr. d. 32. n. 10. docet esse communem sen-
tentia, semen muliebri non esse necessarium ad
generationem: constatque ex cōfessionibus, fœ-
minas aliquando concipere, quin delectationē
experiantur, quod tamē esset impossibile, si se-
men semper emitterent.

42 Octavo, quia falsum est esse de cōcep-
tu filij habere fecunditatem ad producendum
aliud suppositum vivens tanquā principium in-
trinsicum, nam mulus procedit per verā gene-
rationem; & tamen ex vi illius non accipit na-
turā fœcundā ad generandum: ergo non est idē
procedere in similitudinē naturæ, ac procedere
cum natura fœcunda saltem radicaliter. Nec sa-
tisfacit P. Zuniga, respondens hoc esse per ac-
cidens ratione alicuius impedimenti, quod quis-
dem aufert potentia proxima generandi, non
tamen radicalem, quæ convenit speciei; nam ut
refert Theophrastus apud Vazq. 12. d. 113. c.
1. in Asia muli gignunt: non in quā satisfaci-
unt licet speciei muli non repugnet gignere; tamen
actio productiva muli in Europa vera generatio
est, & tamen non cōmunicat omnino nec potē-
tiam radicalem generandi; siquidem illi actiōni
essentiale est producere tale individuum muli
habens ab intrinseco illud impedimentum: ergo
est origo viventis à vivente in similitudinē na-
turæ, quin sit cōmunicatio fœcunditatis. Quod si
dicatur mulū in Europa habere potentia radica-
lē generandi, quia habet formā substantialē muli
quæ cum alijs dispositionibus potest generare,
licet sit impotēs generare prout est sub his dif-

positionibus. Contra est, quia hoc individuum mali in Europa genitum non habet formam de se potentem existere sub alijs dispositionibus; sed eius forma cum sit materialis, dependet necessario ab hoc corpore organico; ac proinde est incapax ab intrinseco existendi in alio individuo, in quo possit generare.

43 Nec satisfacit secundo respondens mulum esse proprie filium, quamvis sit inhabilis ad generationem; quia illa inhabilitas est contra aut præter intentionem naturæ: nam ex intentione naturæ deberet (inquit) oriri habilis ad naturam communicandam, sicut & specie similis producenti. Non inquam satisfacit: nam licet illa inhabilitas sit præter intentionem equi, & præter intentionem asynæ, dum secundum se considerantur; tamen dum inter se communicantur non est contra, sed iuxta illorum animalium naturam producere mulum in asynæ, ac proinde intentio naturæ equi est producere equum dum communicatur cum equa; & intentio naturæ equi est producere mulum dum communicatur cum asynæ. Similiter dico naturam non intendere per se ut ex commixtione equi & asynæ nascatur animal omnino simile equo generanti; sed species quadam tertia sapiens naturam virtuosè pareris. Et quamvis illa generatio dicatur monstruosa, quatenus monstruosum apparet quod commisceantur animalia diversarum specierum, tamen simile debeat quætere sibi simile; supposita tamen commixtione, non est monstruosum quod producatur proles neutri parentum perfecte similis sed maxime naturalem.

44 Argumētator præterea; quia virtus scholarum schola scilicet homo, quæ schola scoti, inter se maxime dissentēs, in illa celebrata est; an sit per impossibile spiritus sancti, non procederet à filio, distinguere ut realiter ab illo, supponunt quod in illo evento filius maneret cum conceptu filij; ergo supponunt quod maneret vivens à vivente; quantum à principio intrinseco productum in ista similitudine naturæ; ergo virtus que schola convenit in explicanda similitudine in natura propria filij divini præscindendo ab eo quod filius in principio productivum spiritus sancti. Unde adversarij, dum dicunt fecunditatem ad producendum spiritum sancti esse de conceptu formali & primario filij divini quatenus filius est, supponere debent in illo eventum non mansurum conceptum filij; ergo pugnat eorum sententia cum communi sententia omnium Theologorum, qui in illa hypothese supponunt manere filium sub conceptu filij. Pugnat etiam cum Patribus laicis Concilij Florentini, qui inde probant filium esse spiritum sancti, seu principium spiritus sancti, quia filius divinus de conceptu filij debet esse omnia, quæ Pater præter

esse Patrem; unde tunc Pater sit spirator, ut Græci futebantur, & esse spiratorem spiritus sancti non sit esse Patrem filij; debet quocirca filius esse spirator. Audiamus verba concilij in litteris unionis promulgatis ab Eugenio Papa; in quibus certum est contineri fidei definitionem *Quoniam omnia quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum quod spiritus sancti procedit ex filio, ipse filius à patre æternaliter habet, à quo æternaliter etiam genitus est.* Ergo Concilium ad explicandum conceptum filij solum per se & immediate recurrere ad perfectam similitudinem cum Patre in reliquis prædicatis præter relationem Patris; quare si per impossibile Pater æternus non esset potens spirare; secunda persona participaret perfectam rationem filij; quævis esset infecunda ad producendam aliam personam; sicut increatis quamvis pater esset duntaxat potens unum individuum sibi simile producere, persona ab ipso producta haberet veram rationem filij; ergo de conceptu filij non est immediate & formaliter habere naturam fecundam ad producendam novam personam; sed solum de eius conceptu est perfecta similitudo ex vi processionis eum principio producente; sed evadere similis principio producenti in essentiali & omnibus proprietatibus excepta relatione patris.

45 Quare licet per consequentias mediatas ex mente concilij inferretur secundam personam non esse filium, si non haberet virtutem spirandi & consequenter si non spiraret spiritum sancti; quia hoc ipso quod supponatur Pater esse spiratorem, & hoc non communicaret filio; non communicaret filio omnia, quæ sunt in Patre præter esse Patrem; nam in Patre præter esse Patrem invenitur hoc quod est esse spiratorem; tamen per consequentiam immediatam non potest argui, aliquam personam non esse filium ex eo quod non habeat fecunditatem ad producendam novam personam; argueretur autem, si natura posita in illa definitione personæ significaret principium intrinsecum producendi novam personam; ut adversarij volunt; ergo natura posita in illa definitione id non significat; & consequenter illa sententia est falsa.

SECTIO IV

Colligitur obiter ex doctrina Concilij Florentini ratio, cur secunda persona potius quam tertia sit Filius: & explicatur, quo pacto Pater & Filius sint unum principium Spiritus Sancti.

46 **E**X hac tamen doctrina Concilij Florentini possumus cum P. Aldredo satis probabile ratione adducere ad

explicandum, cur Spirator non sit Pater & Spiritus Sanctus non sit Filius: nam ex mente Concilij proprium est Patris quatenus participate participationem paternitatis communicare filio omnia quæ sunt in ipso præter esse patrem, id est præter hoc quod est esse principium filij. At Spirator hoc non habet respectu Spiritus Sancti: quia in Spiratore præter esse spiratorem datur relatio Paternitatis & Filiationis, siquidem Pater & Filius sunt realiter spirator, & spirator est realiter Pater & Filius: ergo spirator non communicat Spiritui Sancto omnia quæ sunt in ipso præter hoc quod est esse spiratorem Spiritus Sancti seu principium quod producit Spiritum Sanctum: nam in Spiratore præter hoc quod est spirare Spiritum Sanctum datur hoc quod est esse realiter Patrem & Filium, seu habere identificatam secundum Paternitatem & Filiationem, quæ invicem sunt distinctæ: id autem communicare non potuit Spiritui Sancto, cui proprium est distinguere realiter à Patre & Filio, à quibus procedit.

Pro cuius intelligentia notanda sunt verba Concilij Florentini, seu potius Eugenij VI. in litteris unionis approbatis à Concilio, ubi hæc habentur: *Græci quidem asseruerunt, quod id, quod dicunt Spiritum Sanctum ex Patre procedere, non hac mente profecerunt, ut excludant Filium, sed quia eis videbatur, (veritatem) Latinos asserere Spiritum Sanctum ex Patre Filioque procedere tanquam ex duobus principiis, & duabus inspirationibus, ideo abstinuerunt à dicendo, quod Spiritus Sanctus à Patre procedat & Filio. Latini vero affirmaverunt, non se hac mente dicere Spiritum Sanctum ex Filio procedere, ut excludant Patrem, qui sit fons, ac principium totius Deitatis, Filij scilicet & Spiritus Sancti, aut quod id quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, Filius à Patre non habeat, sive quod duo ponant esse principia, seu duas inspirationes, sed ut vnum tantum asserant esse principium, vnicamque inspirationem Spiritus Sancti, prout hactenus asseruerunt, & ceterum ex his omnibus vnus & idem eliciant veritatis sensus, tandem in infra scriptam sententiam Deo amabilem eodem sensu, eademque mente unionem vnanimitè concordarunt & confecerunt. In nomine igitur Sanctæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, hoc sacro vniuersali approbante Florentino Concilio diffinimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur, & suscipiatur, & sicque omnes profiteantur, quia Spiritus Sanctus ex Patre & Filio æternaliter est, & essentiam suam suamque esse subsistens habet ex Patre simulque Filio, & ex utroque æternaliter tanquam ab vno principio & vnica inspiratione procedit, decla-*

rantes quod id, quod Sancti Doctores & Patres dicunt ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentiæ Spiritus Sancti, sicut & Patrem: *Et quoniam omnia, quæ Patris sunt, ipse Pater vnigenito Filio suo generando dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum, quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre æternaliter habet, à quo etiam æternaliter genitus est. Hucusque Concilium, ex quibus verbis constat, Concilium non probasse verbum esse Filium, quia habet fecunditatem ad producendum aliud suppositum, & de conceptu filij ut sic est habere hanc fecunditatem: sed e contra probasse verbum habere fecunditatem ad producendum aliud suppositum, quia est Filius, & de conceptu filij est esse omnia quæ Pater, præter esse patrem, vnde cum pater præter esse patrem sit spirator, debet Filius esse spirator. Si autem per impossibile Pater non esset spirator, verbum esset imperfectum sine filio, quamvis non posset aliud suppositum producere.*

48 Ex his concilij verbis aliqua notatu digna eliciuntur. Elicitur primo inspiratio nem activam esse relationem superadditam Paternitati & Filiationi ab eis virtualiter intrinsece distinctam, & cum eis realiter identificatam; eandemque numero inspirationem activam esse in Patre & Filio, sicut eandem numero essentia est in tribus personis. Probatur illatio, quia si inspiratio activa identificaretur virtualiter cum paternitate & filiatione, Pater produceret Spiritum Sanctum per Paternitatem tanquam per inspirationem, & Filius per filiationem: vnde Spiritus Sanctus procederet à Patre & Filio tanquam à duplici inspiratione & duplici principio. Elicitur secundo inspirationem activam esse virtualiter distinctam ab amore essentiali, nam inspiratio activa opponitur inspirationi passivæ, sicut Paternitas opponitur filiationi, vnam inspirationem activam esse relationem qua spirator constituitur in ratione spiratoris, sicut Paternitas est relatio, qua Pater constituitur in esse Patris, spirator autem opponitur relative Spiritui Sancto, sicut Pater opponitur Filio. Ergo inspiratio activa opponitur inspirationi passivæ, sicut paternitas opponitur filiationi.

49 Elicitur tertio Patrem & Filium non esse duos spiratores substantivè, sed vnum spiratorem: quia alioquin Spiritus Sanctus procederet ab illis tanquam à duplici principio partiali, & non tanquam ab vnico & indivisibili principio, quod est contra definitionem Concilij Florentini, & contra definitionem Concilij Lugdunensis sub Gregorio X. quæ re-

ferrur in cap. unico de summa Trinitate in sexto, qua sic habet: *Spiritus Sanctus* aternaliter ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus principijs, sed tanquam ex vno principio; non duabus spirationibus, sed vnica spiratione procedit. Quamquam vero Pater & Filius sint vnus spirator substantiue; possunt tamen dici duo spirantes adiectiue, vt probat P. Falsolus q. 36. art. 1. num. 10. sic tres diuinae personae sunt vnus omnipotens substantiue, vt dicitur in symbolo, & tamen dici possunt tres omnipotentes adiectiue, id est tres personae, quarum qualibet est omnipotens.

30 Elicitur quarto Patrem & Filium non solum esse vnum principium *quo* respectu Spiritu Sancti, sed etiam vnu principiu *quod*. Ratio est, quia in Deo denominatio principij simpliciter & absolute prolari supponit pro principio *quod*. Siquidem importat distinctionem realem a principio, seu a termino producto: principium autem *quo* in diuinis secundum sententiam communioem Theologorum cum D. Thoma 1. p. q. 41. art. 5. est aliquid absolute: vnde dicit potentiam generandi in diuinis esse naturam diuinam: *Quia illud*, inquit, *est potentia generandi in aliquo generante, in quo genitum assimilatur generanti: Filius autem Dei assimilatur Patri in natura*. Absolute autem non est simpliciter & sine addito principium in diuinis, cum absoluta non distinguantur a reatiuis, & id quod est principium simpliciter, debeat distingui realiter a termino producto. Cum ergo constet ex Concilio Patrem & Filium esse simpliciter vnum principium Spiritu Sancti, constat esse vnum principium *quod*. Idque vel ex eo constat, quod Pater & Filius sunt vnus spirator: Spirator autem est nomen principij *quod* respectu Spiritu Sancti, sicut Pater est nomen principij *quod* respectu Filij.

Elicitur quinto spiratorem esse concretum, resultans ex spiratione actiua in recto, & Deitate vel natura diuina in obliquo: sicut Pater est concretum quoddam resultans ex Paternitate in recto, & natura diuina in obliquo. Quare spirator non supponit directe pro supposito, sed pro quodam individuo singulari communi Patri & Filio; sicut hic numero Deus non supponit pro supposito, sed pro individuo Deitatis realiter communi tribus personis, quod licet sit substantia completa per se subsistens, non est suppositum, quia est quid commune pluribus realiter inter se distinctis: suppositum autem debet esse substantia completa per se existens, & insuper incommunicabilis pluribus realiter inter se distinctis per praedicationem & identitatem cum illis; vt explicat 2. 2. Selectarum disputationu ex vniuersa Theo-

logia Scholastica, disp. 24. sect. 3. & 8. confulatur P. Molina 1. p. q. 36. art. 4. disp. 2. §. *quo loco*, vbi ait, se non satis videre, qua ratione Pater & Filius dici possint vnicum principiu spirans vt *quod Spiritum Sanctum*, vt Ecclesia dicit ac esse definiuit, si non dicatur non *spirans*, significare immediate quidpiam in sua ratione formali includens simul essentia & spiratione actiua, in quo Pater & Filius sint vnum principium *quod* Spiritu Sancti, licet in se sint plures res, & plura supposita, quoru quodvis, quatenus cum altero in illa ratione formali conuenit Spiritum Sanctum *spirat*. Quod confirmo; quia vt inquit Augustinus lib. 5. de Trinit. cap. 14. *Sicut Pater & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vnum principium creaturarum, ita Pater & Filius sunt vnum principium Spiritu Sancti*. At Pater & Filius, & Spiritu Sanctus sunt vnum principium *quod* creaturarum; siquidem hic numero Deus quatenus est hic numero Deus est principium creaturarum; per se petitum ab ipsis creaturis quae ex se non postulant Deum vt trinum: ergo Pater & Filius sunt vnum principium *quod* Spiritum Sanctum.

Quare hoc nomen Deus vt late probo ex disp. 24. non supponit directe & immediate pro supposito diuino vage accepto; vt multi volunt, sed pro individuo Deitatis communitribus personis, datur enim in diuinis substantia absoluta, vt cuius constituitur hoc esse esse in Deus, vt docet Schola D. Thomae cum Sancto Doctore 1. p. q. 39. art. 6. & Scholasticum Subtili Doctore in 1. dist. 4. q. 2. & communiter sententia nostroru cum Eximio Doctore lib. 4. de Trinit. cap. 14. quam sententia illustrat Falsolus q. 39. art. 4. dub. 1. & similiter hoc nomen spirator non supponit directe pro persona Patris & Filij, sed pro quodam individuo per se subsistente, communi patri & Filio, conflatum ex spiratione actiua & essentia.

Vnde Pater & Filius dicentur producere Spiritum Sanctum per amorem essentialem, quatenus dum se mutuo amant amore essentiali & absoluto, ratione illius amoris sibi vindicant spirationem actiua, per quam in recto constituitur spirator, seu per quam tanquam per principium exigunt producere Spiritum Sanctum, qui est viaculum quoddam, & nexus per se subsistens productum a duobus suppositis tanquam inter illos medians vt charitas vtriusque. Quamvis autem dicatur principium *quo* Spiritu Sancti esse amorem essentialem, seu voluntatem, & principium *quo* Filij, seu principium, quo Pater producit Filium, esse intellectum seu intellectiorem: dici potest spirationem actiua esse productionem actiua Spiritu Sancti, & paternitatem esse

esse productionem activam Filij; asserendo Deū quatenus intellectivus est exigere perfectionem quandam relativam per se subsistentem, quam fecundet ad generandum filium, ita ut illa perfectio relativa prima, nempe paternitas ut fecundata per naturam divinam quatenus est intellectus seu intellectio infinita, sit principium quod per se ipsum tanquam per productionem activam producat Filium & Deū ipsum quatenus est voluntas & amor, exigere ut post generatum Filium debeat relatio spiratoris, quam ipse amor essentialis fecundet ad producendum Spiritum Sanctum, ita ut relatio illa per se subsistens sit principium quod Spiritus Sancti & simul productio activa eiusdem, quatenus est principium quod actualissimum, & ultimo determinatum ad producendum suum terminum. quando enim principium quod per se ipsum est in ultima actualitate & determinatione ad producendum, ipsum principium quod est simul actio, seu productio activa, quod nulli principio creato convenit, & propterea in creatis productio activa, & passiva non distinguuntur realiter, quia cum principium non sit ultimo determinatum per se ad agendum, debet determinari per aliquod exercitium ab ipso realiter egrediens, a quo principium denominatur producat, & terminus denominatur productus; quippe, qui non est per se ipsum essentialiter determinatus ultimo ut ab hoc principio oriatur: unde ab eadem forma causa creata denominatur producat suum effectum, & effectus denominatur productus a causa creata. At, in Deo cum principium quod sit per se ipsum ultimo determinatum ad producendum suum terminum; & iste ex conceptu suo sit determinatus ut oriatur ab illo principio; principium quod est productio activa termini, & terminus est productio passiva sui. Et hæc probabilis ratio, quæ colligimus ex Concilio Florentino, confirmari potest ex Augustino lib. 3. de Trinit. cap. 14. asserente ideo verbum procedere ut filium, quia procedit ut natum, & Spiritum Sanctum non procedere ut filium, quia procedit ut datum, procedit enim ut datum, ut quia procedit per operationem voluntatis, cuius est dare datum quia eum operatio producta a voluntate essentialiter supponat verbum mentis tanquam principium sui quia nequit voluntas per amorem productum tendere in bonum, nisi quia bonum illud quatenus cognitum movet & inclinatur ad producendum amorem circa ipsum; spiritus Sanctus, qui est amor productus essentialiter supponit imaginem illius boni productam, seu verbum; unde essentialiter procedit a duobus nempe a Patre & a Verbo; & hoc oppositum ut datum; quia Pater ut producat Spiritum Sanctum

datum dat illum Filio; Filius ut producat Spiritum Sanctum dat illum Patri, ut pignus & testimonium infiniti amoris: cum enim Pater & Filius producant Spiritum Sanctum, quia se mutuo diligunt amore infinito; alteruter dat alteri Spiritum Sanctum tanquam effectum sui amoris erga alterum; & ideo Spiritus Sanctus est pignus quoddam amoris infiniti, quo se Pater & Filius mutuo diligunt, & est charitas per se subsistens dulci vinculo necens Patrem cum Filio. Quæ ratio non militat in Verbo respectu Patris, Pater enim non producat Filium, quia seipsum amat, sed quia seipsum cognoscit; nec Pater sibi ipsi proprie dat Filium; quia nemo dat sibi ipsi, sed alteri, nec dat Filium ipsi Filio, quia datio presse sumpta debet supponere personam dantem, & accipientem; productio autem Filij non supponit filium, cum ipsum producat, neque supponit Patrem, cum ipsum constituat. At spiratio activa, quæ est actio, qua Pater & Filius producat Spiritum Sanctum, supponit Patrem & Filium; ac proinde potest esse datio, qua Pater dat Spiritum Sanctum Filio; & qua Filius dat Spiritum Sanctum Patri.

54 Confirmatur tursus illa ratio ex alia ratione tradita ab Augustino lib. 3. de Trinitate cap. 26. nempe *ideo verbum esse filium, quia procedit ab uno*; & Spiritum Sanctum ideo non esse filium, quia procedit a duobus. Nam hoc ipso, quod verbum procedat a datur ab uno, accipit a producente *omnia quæ sunt in ipso, præter relationem producentis*. Nam in divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio; ac proinde gradus adæquate & perfecte similis suo principio, eum accipiat omnia quæ sunt in Patre præter esse Patrem & hoc ipso quod Spiritus Sanctus procedat a duobus suppositis, procedit ab illis quatenus sunt unum principium, seu unus spirator. At hoc ipso non evadit adæquate similis suo principio producenti, quia non accipit ab spiratore omnia quæ sunt in ipso præter esse spiratorem. Nam in spiratore præter esse spiratorem est esse Patrem, & Filium, quod non accipit Spiritus Sanctus. Et hinc inferitur Spiritum Sanctum non esse filium spiratoris, quia licet procedat similis in essentia, cum sit Deus de Deo, tamen non procedit similis suo principio in omni proprietate & perfectione propria sui principij, quæ non est relatio producentis ad productum: siquidem paternitas & filiatio distinguuntur virtualiter a relatione spiratoris, per quam videlicet spirator refertur ad Spiritum Sanctum, tanquam producat ad productum. Ad rationem autem filij in divinis non sufficit esse similem in essentia principio intrinseco producenti, quia sic ut de se deest Spiritum Sanctum esse Deum, de Deo;

divina suo principio : ac proinde cum de fide sit Spiritum Sanctum non esse Filium, certum est non sufficere in divinis ad rationem filij, quod si vivens à vivente principio contūcto, & quod accipiat per suam productionē naturam divinam per quam reddatur similis Patri: aliud ergo requiritur. Hoc autem aliud commode explicatur asserendo, illam personam in divinis esse filium, quæ est simillima suo principio producenti, cum eo scilicet conveniens non solum in natura & essentia, sed in omni proprietate substantiali, quæ sit virtualiter distincta à relatione producentis, quod quidem soli filio convenit respectu Patris, à quo accipit omnem proprietatem & perfectionem præter esse Patrem, siquidem ab eo accipit relationem spiratoris virtualiter distinctam à Paternitate simul cum natura divina & omnibus attributis. Non convenit autem Spiritui Sancto, qui non accipit ab spiratore Paternitatem & Filiationem, quæ sunt relationes virtualiter distinctæ ab spiratione activa. Hanc rationē hucusque iraditam colligo ex D. Bonavent. in 1. distinct. 3. 1. 2. parte distinctionis art. 1. q. 2. ubi assignās rationem cur filius in divinis sit imago sui principij potius quam Spiritus Sanctus, docet id ideo esse, quia in divinis imago est secundum perfectissimam rationem imaginis: perfectissima autem ratio imaginis debet esse secundum omnem modum; id est non solum secundum essentiam, sed etiam secundum proprietatem non imbibitam in relatione principij: hæc autem perfectissima similitudo solum convenit filio respectu Patris; quia filius assimilatur Patri non solum in natura, sed etiam in proprietate & notione, siquidem assimilatur Patri non solum in natura, sed in spiratione, seu virtute producendi novam personam: Spiritus autem Sanctus solum assimilatur spiratori in natura: ergo non est imago neque filius: quia ad rationem filij & imaginis requiritur adæquata similitudo.

56 Quod autem illa adæquata & perfectissima similitudo in omnibus præter relationem producentis debeat requiri in Deo ad rationem filij; probatur: quia ut docet Aristoteles 7. metaph. cap. 8. *Generatio viventis est opus naturalissimum, quia producens intendit facere aliud quale ipsum, saltem specie*, id est aliud sibi simile in natura & omni proprietate substantiali, ita ut solum distinguatur, quatenus unum est producens, & alterum est productum. Et ideo Basilius lib. 2. contra Eunomium aiebat: *Genitum communissime se habere profecto debet, ac simillime ad genitorem*. Et Chrysostomus citatus à Patribus Latinis Concilij Florentini sess. 6. & 7 sic in Joannem scribens, inquit: *Omnis filius est,*

quæ Pater, hoc excepto, quod iste quidem est genitor, hic autem natus. Et ut explicat Gabriel in 1. dist. 13. 2. 1. *Generatio stricte sumpta est productio, quæ vivens ratione sua productionis præcise producitur ut totaliter simile est eiusdem rationis cum producere, quantum ad omnia excepta sola productione*. Et confirmatur, quia filius debet esse perfecta imago genitoris eius personam exprimens quoad omnia; & cum illa conveniens in omnibus, nisi in relatione producentis: & ideo D. Thom. 1. p. q. 34. 2. 3. ad tertium ait, *filium dici imaginē Patris, ut ostendatur esse omnino similem Patri*. Ergo cum in divinis solum verbum sit omnino simile principio producenti, à quo solum differt in relatione producentis & producti, solum Verum erit filius; non autem Spiritus Sanctus, qui non est omnino similis spiratori.

67 Itaque de conceptu filij ut sic non est immediate & formaliter habere fecunditatem ad producendam aliam personam: est tamen de conceptu filij ut sic habere cum suo principio perfectam & adæquatam similitudinem in omni proprietate substantiali, quæ non est idem virtualiter cum relatione producentis. Unde quia Spiritus Sanctus non evadit sic similis spiratori, verbum vero evadit simile suo principio; ideo istud, & non ille participat conceptum filij.

SECTIO V.

Solvuntur fundamenta sententiæ affirmantis, ideo Spiritum Sanctam non esse filiam; quia non accipit naturam fecundam.

58 **P**otissimum huius sententiæ fundamentum sumetur ex Concilio Florentino sess. ult. duobus folijs post initium §. *quoniam Græci*. Vbi Patres Latini ita loquuntur: *Id circo divinum symbolum, declaratum ac dilucidatum à maioribus nostris fuisse dicimus (addendo scilicet illam particulam, qui ex parte filioque procedit) ne quisquam ambigens, an Filius Spiritus Sancti causa sit, in aliquam incideret hæresim. Nam credentes Sanctum Spiritum ex Filio nequaquam procedere, necesse est, ut intelligant, Spiritum ex solo Patre procedere, ac consequenter non esse Filium*. Ex quibus verbis sic inferunt: ergo Concilium docet, eos, qui negant spiritum Sanctum procedere ex Filio, consecutive negare dari Filium in divinis: ergo Filius Dei constituitur in esse filij per virtutem producendi spiritum Sanctum: ergo natura in cuius similitudinem debet procedere Filius est natura fecunda ad producendam aliam personam.

59. Respondet P. Ariaga, illa verba, & consequenter non esse Filium, non esse accipienda per modum illationis, sed per modum referentis doctrinam Catholicam, quali diceretur: *Etiam qui negant Spiritum Sanctum a Filio procedere*, debent sentire Spiritum Sanctum non esse Filium, quia Trinitas personarum hoc expresse demonstrat. Hæc tamen expositio violenta est, & contra mentem Concilij, siquidem sicut verba illa, *neesse est ut intelligant*, illationem continent, ita quæ immediate sequuntur novam illationem significant, nempe illa, *ac consequenter non esse Filium*, quare subiectum illius propositionis non est Spiritus Sanctus, quia Patres ex eo quod Spiritus Sanctus à solo Patre procederet, non poterant inferre Spiritum Sanctum non esse Filium, cum potius ex illo antecedenti deberent inferre Spiritum Sanctum esse Filium; quia tunc non daretur relatio producentis & producti inter Filium & Spiritum Sanctum: in divinis autem omnia sunt unum ubi non obviat relationis oppositio. Et sane Patres aliquod absurdum conabatur inferre contra Græcos asserentes Spiritum à solo Patre procedere: quoddam autem absurdum esset, inde inferre quod nihilominus Spiritus Sanctus non esset Filius?

60. Quare dicendum est, illa ultima verba, *ac consequenter non esse Filium*, non cadere supra Spiritum Sanctum sicut supra subiectum, sed vnicè referri ad Filium, & verbum esse idem ibi significare ac existere. Quasi dicerent: *Nam credentes Sanctum Spiritum ex Filio nequaquam procedere*, necesse est, ut intelligant ex solo Patre procedere, & consequenter non dari, vel non existere Filium. Hunc esse sensum Concilij constat ex novissima & correctissima editione illius Concilij, in qua adducto pariter textu Græco sic legitur: *Nam qui negant Spiritum Sanctum ex Filio procedere, manifeste declarant, quod ex solo Patre, fuit ergo quando non erat Filius*. Quare Patres ex eo quod Spiritus Sanctus procederet à solo Patre, inferebant, quod Filius non existeret tunc, quando Pater Spiritum Sanctum producebat: nam si tunc existeret, deberet simul cum Patre producere Spiritum Sanctum; nam cum Filius debeat accipere à Patre omnia quæ sunt in Patre præter esse Patrem, sane si Pater haberet virtutem spirandi, & generaret Filium, deberet illi communicare eam virtutem, quia non stat Filium divinum procedere à Patre potente spirare, & non accipere à Patre hanc potentiam spirandi: unde ex eo quod Spiritus Sanctus procedat à solo Patre recte inferitur non dari in divinis Filium; nam si existeret, deberet habere illam virtutem spirandi; non quia sit de conceptu Filij immediate & formaliter habere

naturam fecundam ad producendam aliam personam; sed quia est de conceptu Filij procedente similem principio producenti in omni proprietate substantiali, quæ non involvitur in relatione Patris, seu producentis unde cum relatio spiratoris minime sit relatio Patris, implicat Patrem producere Filium, quin ei communice relationem spiratoris: ac proinde ex eo quod Filius non esset spirator sequeretur non esse filium, quia sequeretur non esse adæquate & perfecte similem principio producenti.

61. Confirmatur nostra expositio ex verbis, quæ immediate subiungit Concilium post verba relata in initio sectionis: *Qui autem proferunt Spiritum ex sola Patris persona procedere, hi proculdubio substantiam ab hypothasi separant: & partitionem nugantur divinæ substantiæ, quod à ratione valde alienum pie creditur*. Ideo autem sequeretur ex ea sententia Græcos partiri divinam substantiam: quia si Filius non spiraret Spiritum Sanctum, non acciperet à Patre virtutem spirandi, ac proinde neque totam substantiam & virtutem Patris, siquidem in substantia patris est virtus spirandi. Verum quidem est spiratorem communicare Spiritui Sancto totam suam substantiam, quin ei communice virtutem spirandi, & patrem communicare filio totam suam substantiam, quin ei communice virtutem generandi, ac proinde quin sequatur dividi divinam substantiam: ceterum id ideo est, quia cum virtus spirandi connotet personalem proprietatem, ei personæ nequit communicari, cui, opponitur personæ proprietas, & relatio coniuncta illi, atque adeo id fit sine partitione divinæ substantiæ; & similiter de virtute generandi, quæ connotat paternitatem, in qua Pater opponitur Filio, & ab illo distinguitur, & ideo non desinit communicare totam substantiam ex eo quod non communice paternitatem, quia per paternitatem distinguitur Pater à Filio. At vero quando virtus spirandi & relatio spiratoris ei coniuncta non repugnat, nec opponitur alteri personæ, non potest talis virtus spirandi ei non communicari, quin dividatur divina substantia. Næ Pater debet communicare Filio omnia quæ habet præter esse Patrem: unde si præter esse Patrem haberet esse spiratorem, debet communicare Filio rationem spiratoris. Quod si non communicaret, partiretur divina substantia; quia aliqua ratio substantiæ reperta in Patre, & non opposita relative Filio, non transiret ad Filium. Et propterea Patres Latini (ut dicitur in Concilio Florentino eadem sess. ultima) in quadam confessione fidei missa ad Græcos, sic loquuntur: *Porro autem ne identitatem coniunctionemque divinæ substantiæ distribuere, atque ipsam divinam substantiam re, & non sola*

ratione ab hypostasis differre, credere videamur, idcirco verbum, ex Filioque, necessarium in Symbolo duximus esse.

62. Quare ex Concilio Florentino minime colligitur, ideo secundam personam esse Filium potius quam tertiam, quia accipit naturam secundam, neque colligitur esse de conceptu filij, ut sic habere naturam secundam ad producendam aliam personam; sed solum colligitur esse de conceptu filij habere perfectam similitudinem cum Patre in omni proprietate substantiali, quæ distinguitur à relatione producentis; ac proinde solum sequitur esse de conceptu filij habere virtutem producendi novam personam, quando in Patre simul cum virtute generandi talem filium datur virtus ad producendam novam personam, idque est proprietas substantialis illius; idque deducitur ex eo quod de conceptu filij sit habere omnia substantialia, quæ Pater, præter esse Patrem. Nam Patres Concilij Florentini non probarunt Verbum esse Filium, quia habet virtutem spirandi, sed potius probarunt habere virtutem spirandi, quia est Filius, & de conceptu filij est habere omnia, quæ Pater, præter esse patrem. Quare si per impossibile in Deo daretur solum duplex persona, Verbum esset perfecte filius, quavis non haberet virtutem spirandi, quia tunc esset omnia, quæ Pater, sine tali virtute.


63. Ex dictis inferitur D. Augustinum non stare pro sententia P. Zuñiga, dum lib. 3. contra Maximinum cap. 14. dixit: *Patrem gignendo aedisse filio, ut de ipso procedat Spiritus Sanctus.* Evenim Augustinus ad convincendum hæreticum illum asserentem Filium esse minorem Patre, asseruit Filium esse omnia, quæ Pater præter esse Patrem ac proinde esse spiratorem sicut Pater est spirator; ex hoc autem non sequitur immediate, esse de conceptu filij posse producere novam personam, sed solum sequitur, quod sit de conceptu filij habere perfectam & adæquatam similitudinem cum patre, quod nos fatemur.

64. Arguit præterea Zuñiga ex Basilio, qui lib. contra Eunomium cap. 12. dixit: *Quod si Spiritus esset Filius, etiam ex illo secundo filio alius filius nasceretur.* Ergo sentit Basilius esse de conceptu filij producere aliam personam. Resp. negando hanc consequentiam, quia Basilius inde inulit, fore ut Spiritus Sanctus haberet virtutem generandi tertium filium, si ipse esset filius; & sic in infinitum, quia si semel per primum filium non exhauritur virtus generandi in divinis, sed ex primo filio transit ad secundum poterit ex secundo transire ad tertium, & sic in infinitum.

65. Obijcit præterea P. Zuñiga, quod est de ratione filij tam creati, quam increati est

de ratione filij ut sic. At accipere naturam secundam est de ratione filij creati, & increati ergo est de ratione filij ut sic. Minor probatur, quia est de ratione filij creati accipere naturam vegetativam & sensitivam; de ratione autem talis naturæ est esse radicaliter potestem se communicare; Rursus filius divinus quatenus talis accipit naturam secundam ad producendum Spiritum Sanctum. Respondeo negando minorem; ad cuius probationem dico de ratione filij creati esse accipere naturam sensitivam & vegetativam; nego tamen de conceptu talis naturæ esse illam fecunditatem radicalem, quia potest natura sensitiva & vegetativa esse in subiecto cui ab intrinseco ratione conditionis suæ substantialis individualis repugnet se communicare per generationem. Deinde etsi filius divinus habeat illam fecunditatem, illa non se habet formaliter & immediate ad rationem filij, sed solum materialiter & mediate, quatenus virtus spirandi est complementum quoddam substantialiale Patris non continens ad relationem patris; & cum sit de conceptu filij divini perfecte & adæquate assimilari Patri, seu esse omnia, quæ Pater præter esse Patrem; hinc est quod debeat esse spirator; verum sicut spiratio activa non involvitur in conceptu formali Patris, quia etsi per impossibile non esset spirator, adhuc foret perfectissime Pater: ita non involvitur formaliter in conceptu Filij divini, quia in eadē hypothese haberet perfectam rationem Filij, quavis non esset spirator. Quare spiratio activa non magis involvitur in conceptu Filij in Deo, quàm decreta libera, quæ accipit Filius à Patre ex suppositione quod illa existant in Patre. Fateor tamen hanc sententiam P. Zuñiga in eo præstare multis alijs, quod rationem, quare secunda persona potius quam tertia sit Filius, fundatur in aliquo prædicato vero & reali, quod apud omnes Catholicos habet Filius potius quam Spiritus Sanctus: cum tamen aliæ multæ sententiæ rem explicent per prædicata absoluta inter se ratione nostra distincta, quæ diversimodè de videntur communicari: cum tamen illa diversitas non fundetur in aliquo prædicato reali, quod ex confessione omnium sit potius in Filio quam in Spiritu Sancto, sed tota videatur reduci ad diversos modos nostros concipiendi, ut patebit disp. sequenti.

)(



DISPUTATIO QUARTA AN IDEO VERBUM SIT FILIUS, QUIA PROCEDIT PER INTELLECTUM, CUIVS EST ASSIMILARE: SPIRITUS VERO NON ITA, QUIA PROCEDIT PER VOLUNTATEM CUI NON CONVENIT ASSIMILARE.

SECTIO PRIMA.

Propositur sententia D. Thomæ

INTER Scholasticos eminet D. Thomas in enodanda hac difficultate, si cui plerumque in alijs. Igitur Sanctus Doctor 1. p. q. 27. art. 2. ait: *Ideo Verbum procedere ut Filium, quia procedit per modum intelligibilis actionis, quæ est operatio vitæ* (quatenus Verbum est conceptio intellectus, seu terminus productus per actum intelligendi) & a principio coniuncto, & secundum rationem similitudinis, quia conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ; & in eadem natura existens, quia in Deo idem est intelligere ac esse: unde processio Verbi in divinis est generatio, & ipsum Verbum procedens dicitur Filius. Eandem rationem reddit 4. contra gent. cap. 10. & 11. & in compendio Theologiae, id est in opusc. 2. cap. 39. & illa q. 27. art. 4. assignat rationem cur Spiritus Sanctus non procedat ut Filius, ex eo quod procedat per voluntatem, quæ non habet assimilare, ijs verbis: *Hæc est differentia inter intellectum & voluntatem, quod intellectus fit in actu per hoc res intellecta est in intellectu secundum suam similitudinem: voluntas vero fit in actu non per hoc quod aliqua similitudo voliti fit in voluntate, sed ex hoc quod voluntas habet quandam inclinationem in rem volitam. Processio ergo quæ attenditur secundum rationem intellectus, est secundum rationem similitudinis. & in tantum potest habere rationem generationis, quia omne generans generat sibi simile. Processio autem, quæ attenditur secundum rationem voluntatis, non consideratur secundum rationem similitudinis, sed magis secundum rationem impellentis & moventis in aliquid & ideo quod procedit in divinis per modum amoris non procedit ut gemitum, vel ut Filius, sed magis procedit ut Spiritus; quo nomine quædam vitalis motio & impulsio designatur, prout aliquis ex amore*

dicitur moveri vel impelli ad aliquid, faciens dum. Hæc D. Thomas.

2 Quam rationem varie exponunt Doctores: plerumque tamen rationem similitudinis, quam accipit Verbum ex eo quod procedat per intellectum, desumunt non ex formalitate relativa & producta, sed ex formalitate communicata & non producta, qualis est omnis & sola perfectio absoluta & essentialis. Ego rationem D. Thomæ optimam esse censeo, non tamen prout explicatur à Thomistis, & ab alijs authoribus communiter, desumendo scilicet similitudinem Verbi cum Patre ex sola formalitate communicata: nam si attendamus ad formalitatem communicatam, etiam Spiritus Sanctus procedit ut similis in natura suo principio ex vi suæ processions. Censeo ergo similitudinem specialem propriam Verbi præ Spiritu Sancto desumendam esse ex formalitate producta, & propter hanc similitudinem productam Verbum potius quam Spiritum Sanctum esse Filium. Antequam autem meam sententiã proponam, operæ pretium duxi alios dicendũ modos refutare.

SECTIO SECUNDA

Impugnatur modus, quo Caietanus, Ferrariensis, & alij Thomistæ explicant hanc sententiam D. Thomæ.

CAietanus, & cum ipso communiter Thomistæ asserunt ideo potius Verbum quam Spiritum Sanctum esse filium, & eius processione esse generationem, quia Verbum procedit per intellectum; quod autem procedit per intellectum, ex vi suæ processions producit simile suo principio producenti: at Spiritus Sanctus procedit per voluntatem; quod autem procedit per voluntatem, ex vi suæ processions non producit simile principio producenti. Quare ad definitionem Aristotelicam generationis addendam esse censent illam particulam ex vi processions. Ut ita excludatur Spiritum Sanctum

à ratione Filij; quia Spiritus Sanctus licet procedat similis in natura, principio producenti, id tamen non habet formaliter & ex vi sua processionis, sed solum materialiter & identice, quatenus eius productio, quæ est per voluntatem, est in tali subiecto, nempe in Deo; & quidquid est in Deo quasi in subiecto debet esse Deus. At productio Filij non solum quia est in tali subiecto; sed quia est per intellectum producit simile.

4 Si autem ei opponas, Spiritum Sanctum ex vi sua processionis procedere ut amorem divinum; ergo procedere ut similem in natura divini huic difficultati occurrat q. 38. art. 2. *S. ad evidentiam huius difficultatis quod amor ut sic contrahitur per differentiam amoris amicitiae, & amoris concupiscentiae.*

5 Ut autem eam explicet, notat formam communem posse dupliciter contrahi & à contrahente denominari, primo per aliquam differentiam per se illius; secundo per aliquid extra latitudinem formalem illius, exemplum primi ponit in colore albo contrahente rationem communem coloris; exemplum secundi in colore naturali. Nam differentia albedinis est coloris per se diversificativa; & sic divisio coloris in album & nigrum est divisio generis per differentias intrinsecas, hoc est formales & específicas; at differentia naturalis non est coloris per se diversificativa; quia sumitur ex natura & arte; quæ sunt extra genus coloris. Amor igitur (inquit ille) dupliciter contrahi potest. Primo per amoris proprias differentias, puta amicitiae vel concupiscentiae; secundo per naturas amantes, puta Angelicam vel humanam; & siquidem amor contrahatur per omnes suæ latitudinis per se differentias, nunquam invenies aliquam ex qua habebit rationem similis ei à quo procedit: tum quia omnes per se differentiae intra appetitus ambitum continentur, in quo nihil habet rationem similis; tum quia amor impulsio quædam est: ac per hoc omnes per se eius differentias, oportet esse impulsionis per se diversificativas; quod à simili ratione, quamvis non casualiter, formaliter tamen remotum est: si vero per aliquid extraneum contrahatur, nihil prohibet similis quandoque rationem habere, sed hoc est per accidens, materialiter, & identice. Hæc ille.

6 Quo supposito respondet, quando dicitur quod Spiritus Sanctus per se procedit ut amor divinus, si *ly divinus* non trahat amorem extra latitudinem differentiarum per se amoris, sed intra voluntatis, in quantum voluntas est, latitudinem stando denotet cuius sit ut obiecti, & amantis, scilicet Dei; sic dicit amorem divinum quatenus amor divinus est non esse similem in natura principio producē-

ti: *Sy autem ly divinus*, inquit, sic denominatio sumpta quasi ab extraneo, pura à natura eius identificatur, tunc concedendum est, ratione identitatis inter amorem & naturam, quod amor divinus *ut sic est similis ei, à quo procedit.*

7 Notat autem ibidem Caietanus, quod quando dicitur Spiritus Sanctus procedit ut amor divinus, duplex sensus esse potest, primo proprie ut denotentur formalia & propria illius modi procedendi; secundo extensive ut denotentur etiam communia & concomitantia modum procedendi; sive terminum. Asserit ergo, quando dicitur, Spiritus Sanctus procedit ut amor divinus, si sumatur amor divinus proprie & intra propriam lineam, non verificari quod procedat ut similis suo principio producenti: *Quoniam ex proprijs processionis amoris etiam divini intra latitudinem voluntatis solius stando, Spiritus Sanctus non habet*, inquit; *quod sit Deus; sed quod sit amor Dei ut amantis & amari.* Si autem amor divinus sumatur non solum secundum propria & formalia illius modi procedendi, sed etiam secundum communia & concomitantia; sic Spiritus Sanctus quatenus procedit ut amor divinus, & formaliter & identice, procedit ut similis suo principio producenti; quia includendo in conceptum amoris divini non solum propriam lineam amoris, sed omnia, quæ continentur illam lineam; sic procedit ut Deus; & ut omnipotens, & ut immensus. Hæc docet Caietanus; & quidem satis obscure.

8 Verum hæc non satisfaciunt. Nam amor ut sic dividitur tanquam per proprias differentias in amorem creatum & increatum, sicut intellectio ut sic in intellectiorem creatam & incretam; & sicut intellectio divina intra propriam lineam intellectiōis & in modo representandi infinite superat intellectiōem creatam; & non solum ratione subiecti in quo est: ita amor divinus, seu amor, quo Deus amat, infinite superat amorem creatum intra propriam lineam amoris. Atque adeo amor Angelicus, & humanus, non differunt solum ratione nature Angelicæ & humanæ, sicut color naturalis & artificialis differunt quasi denominative ab arte, & natura à qua causantur; ut falso dicit Caietanus; sed intra propriam lineam amoris; nam amor Angelicus dicitur habitudinem essentialem ad voluntatem Angeli tanquam ad principium; & amor humanus ad voluntatem hominis; unde illi amorēs non minus differunt inter se intra genus amoris, quam voluntas Angelica, & voluntas humana, quæ non minus differunt intra genus potentie; quæ natura Angelica, & natura humana intra genus nature.

9 Hinc validum conficitur argumentum

rum contra Caietanum, hanc quamvis terminus productus per intellectum sit similitudo expressa obiecti, tamen sub illa ratione solum habet esse imaginem intentionalem obiecti; nã substantia creata seipsam intelligens solum producit imaginẽ intentionalem obiecti; neque enim imago producta ab homine seipsum intelligere est verus homo, neque imago Angeli producta ab Angelo es verus Angelus: ergo Deus seipsum intelligens & per actum intelligendi producens sui imaginem, licet producat imaginem intentionalem divinam & finire perfectam intra lineam imaginis intentionalis, nõ tamen producat imaginem, quæ ratione sui, & quatenus est terminus productus sit imago simul naturalis, id est quæ sit formaliter Deus. Nam imago naturalis Dei, quatenus imago naturalis est, includit formaliter essentiam seu naturam divinam. Imago autem illa producta ab intellectu divino licet quatenus imago producta per intellectum divinum sit ratione sui imago divina, tamen predicatum divinitatis imbibitum formaliter in illa imagine divina, non est idẽ virtualiter ac essentia, sed est predicatum quoddam transcendens per omnia attributa & relationes: nam relationes vt virtualiter distinctæ ab essentia divina, sunt aliquid divinum, nempe entitas divina relativa, & ibi dantur tres entitates relativæ, & tres existentia relativæ; ut recte probat Pat. Suarez lib. 5. de Trinit. cap. 5. & 6. & Falsolus quæst. 30. art. 1. dub. 2.

10 Quare quor sunt attributa divina & proprietates distinctæ virtualiter vel ratione nostra ab essentia, 10 sunt predicata distincta virtualiter, vel ratione nostra, ab essentia; ergo illa imago Dei producta à Patre per actum intelligendi licet sit Deus quatenus est imago quædam producta intra Deum; & quicquid est intra Deum est realiter Deus ipse; tamen quatenus est terminus productus per intellectum divinum non magis ratione sui formaliter est Deus, quam terminus productus per voluntatem divinam quatenus voluntas divina est: nam etiam terminus productus per voluntatem divinam; quatenus talis, est impulsus, quidam divinus, ac proinde exprimit formaliter predicatum divini: ergo sicut iuxta Caietanum licet Spiritus Sanctus quatenus terminus productus per voluntatem divinam sit formaliter amor Dei amanti & Dei amati, nõ tamen formaliter & ex vi suæ processionis est Deus: similiter quamvis Verbum quatenus terminus productus per actum Dei intelligentis seipsum sit imago intentionalis Dei, non tamen quatenus talis erit Deus formaliter & ideo D. Th. q. 27 art. 2. non probat Verbum esse Filium præbisse, quia Verbum est conceptio intellectus,

& conceptio intellectus est similitudo rei intellectæ, sed insuper quia conceptio illa & similitudo producta à Patre per intellectum est in eadem natura divina, in qua Pater. Et in responsione ad secundũ, ait, ideo Verbũ mentis quod format homo de seipso, vel Angelus dum seipsum intelligit, non esse Filium, quia non est eiusdem naturæ cum eo, à quo procedit, Verbum autem mentis, quod format Pater intelligendo seipsum, ideo esse Filium, quia est eiusdem naturæ cum producente: docetque propterea in creatis Verbum, quod procedit per intelligibilem actionem, non esse eiusdem naturæ cum intelligente, quia in creatis substantia intelligens non est suum intelligere: unde in creatis Verbum mentis debet distingui à naturæ & essentia intelligentis, quia intelligere, per quod procedit, distinguitur à natura intelligentis, & substantia ipsius: in Deo autem cum intelligere sit idem cum essentia & natura Dei: Verbum productum à Patre per actum intelligendi debet esse idem realiter cum essentia ac natura Patris: *Verbum* (inquit ad secundum) *quod secundum intelligibilem operationem procedit in nobis, non est eiusdem naturæ cum eo à quo procedit: unde non proprie & complete competit sibi ratio generationis: sed intelligere divinum est ipsa substantia intelligentis: unde Verbum procedens, procedit eiusdem naturæ subsistens, & propter hoc proprie dicitur genitum, & Filius.* Idem docet q. 34. art. 2. ubi inquit, virũ Verbum sit proprium nomẽ Filij: nam ibi in responsione ad primum docet, quod cum in nobis non sit idem esse ac intelligere, ideo in nobis Verbum est aliquid accidens, sicut ipsum intelligere, per quod producit, ac cum in Deo idem sit esse Deum ac intelligere, Verbum procedens per actum intelligendi in Deo est aliquid per se subsistens in natura divina, ac proinde est Deus: & habet veram rationem Filij, cum procedat vivens à vivente vt similitudo expressa Patris & in eadem natura cum ipso.

11 Arguo præterea contra Caietanum, quia sicut Verbum mentis vt sic est similitudo obiecti producta ab intelligenti, ita terminus productus per amorem vt sic, est unio amanti cum re amata producta ab amante. Ergo si amor divinus quatenus divinus licet intra propriam lineam unionis affectivæ Dei amanti cum Deo amato, seu Dei amanti cum bonitate naturæ divinæ assurgat ad infinitam perfectionem, nõ tamen assurgit ad perfectionem unionis vel potius unitatis naturalis: ac proinde amor ille divinus productus licet sit amor Dei vt amanti, & Dei vt amati, nõ tamen propterea est formaliter Deus; sed solum identice quatenus realiter identifica-

tut cum natura divina: ita Verbum divinum licet sit quatenus tales similitudo producta à Deo ut intelligente, & similitudo Dei ut obiecti, non erit formaliter similitudo naturalis Dei, id est similitudo includens formaliter naturam divinam, & quæ quatenus similitudo producta sit non solû similitudo Dei, vel Deus intellectus, sed etiã sit formaliter Deus. Et cõfirmatur: quia Verbum divinum quatenus tale est Deus intellectus, ut docet D. Thom. 4. contra gent. cap. 11. & opusc. 13. cuius Verba articulus disp. 2. sect. 8. in fine. Deus autem intellectus quatenus intellectus distinguitur virtualiter à Deo intelligente ut tali, quia Deus ut intellectus est aliquid relativum proprium Verbi, Deus autem ut intelligens est aliquid commune tribus personis: nam unaquæque est Deus intelligens, & tamen solum Verbum est Deus intellectus, seu similitudo Dei producta à Deo intelligente, in qua seipsum & omnia intelligit: absoluta autem distinguuntur virtualiter in infinitè à relativis; ergo Verbum quatenus Verbum, seu quatenus terminus productus per intellectum non est formaliter Deus, sed similitudo & imago Dei expressa ab intellectu.

12. Arguo præterea, quia falsum est amorem divinum productum intra Deum solû esse Deum quatenus est in Deo tanquam in subiecto: est enim etiam Deus quatenus est à natura divina media voluntate: quia voluntas divina ut producens amorem per actum immansentem postulat producere amorem identificatum cum voluntate, & cum natura divina ut radicante voluntatem, neque minus per se supponitur natura ad productionem amoris relativi, quam ad productionem Verbi: sicut enim intellectus ut radicans in natura est principium quo Verbi iuxta Thomistas; ita voluntas ut radicata in natura est principium quo Spiritus S. Quod si hoc non obstante Spiritus S. non est formaliter Deus quatenus est terminus productus per voluntatem divinã, sed quatenus est terminus existens in natura divinã tanquam in subiecto: similiter Verbum non erit formaliter Deus quatenus terminus productus per intellectum, sed quatenus terminus productus in natura divina. Adde naturam divinã nõ comparari ut subiectû respectu Spiritus S. quatenus est amor productus, quia est amor per se subsistens, & non comparatur ad spiratorè per modum operationis, sicut cum eo comparatur amor activus & essentialis, sed per modum rei operatæ, sicut Verbum non comparatur ad Patrem cuius est Verbû, sunt operatio Patris, hanc enim comparationem habet intellectio activa & essentialis, sed comparatur ad Patrem sicut res operata; quia: est terminus per se subsistens productus à Patre, à quo non denominatur sapiens tanquam à sapientiã formali; sed est

intellectio passiva, in qua Pater seipsum & omnia cognoscit.

13. Clarius & expeditius sententiam Thomistarum explicat Ferrara 4. contra gentes cap. 11. *S. ad huius evidentiam*; dicens: *Secundum hoc differre processionem intellectus à processione voluntatis, quia cum intellectus ad hoc ordinetur, ut per ipsum natura intellectualis sit ipsum intelligibile in esse intellectuali, quod sit, dum ipsum intelligibile recipitur in intellectu, tunc intellectus ultimam suã perfectionem actualem consequitur, quando est actu informatus similitudine intelligibilis secundum actum perfectissimum; & quia per ipsam processionem intellectus, qua producitur Verbum, & expressa similitudo rei intellectæ constituitur in tali actu perfectio, ideo talis processio ex sua ratione habet, ut sit secundum rationem similitudinis, id est ut procedens per talem actum sit similitudo rei intellectæ, per quam intellectus actu intelligens rei intellectæ assimilatur, & est ipsa res intellecta secundum esse intellectualem, & immateriale, & per consequens, ut etiam sit similitudo intelligentis specie obiecti informati, qua sicut forma conceptum rei intellectæ in seipso producit. Voluntas vero non ad hoc est instituta, ut sit ipsa res volita, sed ut in rem volitam inclinetur, & moveatur, ideo ipsa non constituitur in actu completo per hoc quod similitudinem rei volitæ in seipso habet, sed per hoc quod in rem volitam actualiter inclinetur, & ideo processio illa, qua in actu completo constituitur, non est ex sua ratione secundum rationem similitudinis, quasi videlicet ex ipsa procedat similitudo voliti, per quam voluntas illi assimilatur, sed magis secundum rationem cuiusdam impulsus consideratur, in quantum per ipsam aliquid procedit, quo voluntas inclinatur, & impellitur in rem volitam.*

14. Ut autem rem magis explicet, aut dupliciter posse considerari processionem Verbi; & quatenus processio Verbi est, nimirum secundum rationem communem; & secundum hanc considerationem processionem Verbi non esse generationem, cum non omnis Verbi processio sit generatio: & secundum rationem specialè perfectissimam processionis Verbi, quæ scilicet cõmiratur cognitionè perfectissimã: & secundum hanc rationem esse generationem: ratione enim cõmuni processionis Verbi habet, inquit, quod productum sit simile producenti secundum eandem rationem: lapis enim in anima, & lapis extra animam eiusdem rationis sunt, imò vnum est alterius ratio ex; eo vero quod est perfectissima processio habet ut productum habeat etiam idem esse naturale cum producente formaliter; scilicet cum re intellecta, quanto enim cognitio perfectior est,

tanto Verbum per ipsum productum est intimius & magis unitum. Processio autem amoris divini, neque ex communi ratione processionis amoris, in quantum huiusmodi, habet quod procedens sit simile producti secundum eandem rationem speciei, neque ex eo quod est perfectissima amoris processio, habet, ut procedens idem esse naturale habeat cum producente; quia non quanto amoris processio est perfectior, tanto per illam productum est secundum se, aut secundum suam similitudinem intimius producenti, sed habet quod eiusdem naturæ sit cum producente, & eiusdem esse, quia est res existens in natura divina, a qua nihil in divinis existens potest esse diversum.

15 Hæc etiam doctrina facile impugnatur, cum quia falsum est quod dicit, processionem Verbi ex communi ratione habere, quod terminus per illam procedens sit similis producti secundum eandem rationem specificam; & quod lapis extra animam & lapis intra animam sint eiusdem rationis; solum enim metaphoricè similitudo expressa lapidis producta ab intellectu est lapis, & imago illa intentionalis, seu Verbum mentis, quod formant Beati videntes Deum, ut offendimus d. 2. s. 7. licet proprie sit quædam similitudo Dei, ut cuius videntes Deum redduntur similes Deo; non est tamen Deus, nisi metaphoricè, neque magis convenit Verbum mentis, quod Beati formant de Deo cum Verbo divino, quod Deus format dum seipsum intuetur, quam amor quo Beati Deum diligunt convenit cum amore quo Deus seipsum diligit, utrobique enim datur infinita distantia; & non possunt duo, quæ inter se infinite distant, convenire in eadem ratione specifica. Deinde quod processio Verbi divini sit per perfectissimam cognitionem solum probat esse perfectissimam similitudinem & imaginem intentionalem obiecti primarij ex cuius cognitione procedit; minime autem probat quod sit imago naturalis illius quatenus est terminus productus per cognitionem; nam perfectio crescendi est in illa linea intentionali; alioqui si ex eo quod quo cognitio est perfectior, Verbum productum per ipsam est intimius & magis unitum cum obiecto, cuius est Verbum, deducitur quod Verbum divinum procedens per cognitionem perfectissimam sit unum in esse naturali cum Deo, cuius est Verbum; etiam erit unum cum Patre non solum unitate essentia, sed unitate personalitatis; nam Verbum non solum est similitudo expressa essentia Patris, & omnium perfectionum absolutarum, sed etiam est similitudo expressa personalitatis Patris. Sicut ergo perfectissima similitudo cum Patre quoad personalitatem, non petit quod habeat Verbum unitatem naturalem cum personalitate Patris: ita perfectissima similitudo cum essentia Patris ex conceptu simili-

itudinis intentionalis perfectissimæ non potest stular quod habeat formaliter unitatem essentia; solum ergo habet unitatem essentia, quia illa similitudo producta est intra Deum, & quidquid est intra Deum est Deus. Quod etiam militat in amore productio: nam quo ambr productus est perfectior, tanto magis amans transformatur in rem amaram: ergo cum amor Dei erga seipsum sit infinitus in ratione amoris, terminus productus per huc rationem erit summa & perfectissima unio cum Deo amato: ergo erit formaliter Deus. Quare sicut quamvis unio affectiva crescat in infinitum, nunquam potest formaliter transire ad lineam unitatis naturalis, etiam in supremo & perfectissimo analogato: ita similitudo intentionalis cum obiecto licet crescat in infinitum, nunquam poterit pervenire formaliter ad lineam similitudinis naturalis, etiam in perfectissimo & supremo analogato.

SECTIO III.

Impugnatur modus, quo P. Arrubal explicat sententiam S. Thomæ.

16 HIC Author disp. 98. n. 2. ait, intellectum vi sic connari producere terminum similem principio, etiam in natura, quando non est aliquod impedimentum, & ideo eius actionem esse generationem, quando terminus est res vivens: voluntarem autem ex vi sua non posse tendere in similitudinem naturæ, & propterea eius actionem nunquam esse generationem striete sumptam. Propterea autem dicit intellectum ex se connari in similitudinem naturæ, quando non est aliquod impedimentum: quia ut intellectus producat terminum cum similitudine fundata in unitate naturæ viventis & substantialis, necessarium est, inquit, ut utatur obiecto illi unito secundum esse reale, & non tantum intentionali modo: si enim principium ad intelligendum sit non obiectum secundum se, sed species intentionalis obiecti, solum potest producere terminum similem inrepresentando, & intentionaliter. Addit autem, præterea necessarium esse, ut obiectum, quo utitur, realiter unita habeat naturam; quæ possit identificari cum producere & producto; ac proinde infinitam; nam secus non poterit producere terminum similem in eadem natura, sed solum in representando; quoniam vero intellectus divinus substantialis est, & principium, quo utitur, est essentia divina infinita, unita intellectui secundum esse reale, quæ potest cum producere & producto identificari, sit ut divinus intellectus ex vi & ratione formali sua tendat ad producendum terminum substantialem in eadem natura viventis, quæ utitur tanquam principio ad intelligendum.

17 Hinc nam. 2. rationem reddit, cur pro-

productio per voluntatem nunquam possit esse generatio; quia voluntas nunquam videtur obiecto realiter unio ad volendum, sed obiective existere in cognitione; & ratio à priori est, quia obiectum secundum se solum potest concurrere in genere causae finalis in amorem; at vero intellectus uti potest re intellecta realiter uniri, concurrente per suam entitatem, & existentiam realem cum intellectu ad cognitionem sui; & ideo intellectus ex vi modi operandi, quem habet, producere potest terminum cum similitudine in natura cum obiecto, quo videtur ad intelligendum, ac proinde operari potest generationem, quando concurrunt conditiones requisitae ad generationem substantialem. Hæc P. Arrubal.

18 Hic etiam explicandi modus mihi dupliciter primo, quia totam similitudinis rationem convenientem Verbo præ Spiritu S. explicat per formalitatem communicatam, & non per formalitatem productam; quod tamen esse falsum, ostendit text. conseq. Secundo, quia gratis & falso supponit intellectum præ voluntate connari ex se ad producendum terminum similem principio producenti etiam in natura; quando non est impedimentum ut natura principij producentis per voluntatem transeat ad terminum productum, etiam principium operans per voluntatem connatur eomunicare naturam; quia connatur producere amorem per se subsistentem, qui sit nova persona, ergo connatur eomunicare ei naturam divinam; intentio namque spiratoris producentis Spiritum S. est producere tertiam personam Trinitatis; ergo intentio eius est eomunicare illi naturam divinam. Deinde falsum est intellectum connari ex se ad producendum terminum similem principio producenti; solum enim connatur producere terminum similem obiecto motivo & primario; quod vel per se vel per sui speciem concurrat cum intellectu; quando enim intellectus intelligit lapidem non connatur producere imaginem expressam sui, sed lapidis; quando autem intellectus intelligit seipsum, intendit producere imaginem & similitudinem expressam sui ut obiecti, potius quam ut principij efficientis ex parte subiecti; quamvis autem intellectus divinus intendat producere terminum similem principio producenti non solum quatenus principium producatum est obiectum, sed quatenus est principium efficax se tenens ex parte subiecti; ac proinde intendat producere terminum non solum similem intentionaliter suo principio obiectivo, sed etiam similem naturaliter; id ideo est, quia intendit producere imaginem intentionalem perfectissimam Patris ut obiecti, quae imago, quia intra lineam intentionalem est perfectissima, est per se subsistens & postulans identitatem realem cum natura divina; ac proinde

postulat producere imaginem, quae ratione prædicati producti sit imago intentionalis infinite perfecta in illa linea, & ratione prædicati absoluti, cum quo identificatur, sit imago naturalis, ac proinde simul sit Verbum & filius. At voluntas divina licet postulet producere terminum per se subsistentem & postulans identificari cum natura divina, ac proinde licet postulet producere terminum, qui formaliter & ratione suae processions sit Deus de Deo, & persona divina; tamen terminus ille cum sit amor & impulsus, ratione suae proprietatis personalis non est similitudo & imago sui principij; sed solum est unio affectiva & pondus & inclinatio in bonitatem infinitam Patris & Filij; à quibus procedit per modum unius principij; ac proinde licet terminus ille evadat similis suo principio ratione formalitatis communicatae, non tamen ratione formalitatis productae; & ideo non est filius, ut infra dicemus; quia in divinis filius eo est filius, quo est Verbum.

19 Ut ultimam impugnationem huius sententiae conficiam, suppono illud commune axioma: *Omne agens agit sibi simile secundum formam quae agit.* Quo videtur Div. Thomas 1. p. q. 2. art. 1. ad probandum potentiam generativam in Deo, seu principium quo generandi esse essentiam divinam in recto connotando paternitatem de obliquo, quod axioma explicat subtiliter Gaieranus 1. p. q. 27. art. 4. §. ad evidentiam. Hoc sane principium videtur etiam in divinis supponit hic Author, quandoquidem totam similitudinem Filij cum patre revocat ad prædicatum absolutum. Ergo cum principium quo respectu Spiritus Sancti sit divina voluntas essentialis, sicut intellectus est principium quo respectu Verbi, Spiritus Sanctus formaliter & ex vi suae processions evadit similis suo principio in voluntate; ergo communicatur ei formaliter & ex vi processions voluntas divina. Atqui voluntas divina vel est idem virtualiter cum essentia divina, vel in essentia divina radicitus. Ergo communicatur Spiritui Sancto formaliter & ex vi processions voluntas divina, vel quatenus est virtualiter ipsa essentia, vel quatenus in ipsa essentia radicitur; ergo communicatur Spiritui Sancto formaliter & ex vi processions ipsa essentia; quia nequit communicari proprietate radicata in essentia, quatenus in essentia radicitur, quin eomunicetur formaliter & ex vi processions ipsa essentia.

Et confirmatur, quia Spiritui S. formaliter & ex vi processions communicatur voluntas ut actualiter amans; procedit enim Spiritus Sanctus per voluntatem divinam ut actu amantem; siquidem Pater & Filius producunt

Spiritum Sanctum quatenus mutuo se amant amore infinito. Atqui voluntas ut amans involvit formaliter naturam divinam, quia sicut natura divina est quæ cognosci, ita natura divina est quæ amat: ergo formaliter & ex vi processions communicatur Spiritui Sancto natura divina.

20 Dices cum Godoy t. 3. in 1. part. pag. 105 n. 102. principium radicale non potest se communicare termino per omnem potentiam, sed solum per primam: unde, quia intellectus est prima potentia nature intellectuales, divinam naturam solum postulare se communicare formaliter per intellectum, non autem per voluntatem, ut potest quæ iam supponit naturam infinite communicatam. Sed contra; quia cum natura divina ex se postulet esse in tribus personis, & postulet terminari tribus personalitatibus, & subsistentiis relativis; ex se postulat communicari secundæ personæ per intellectum; tertiæ vero per voluntatem: implicat enim quod per se formaliter postulet terminari per inspirationem passivam: quæ per tertiâ personalitatem, & quod non postulet per se formaliter communicare se illi personalitati; eundem formalissime sit naturam communicari personalitati, ac naturam terminari personalitate. Contra secundò; quia Pater producit Filium intendit formaliter illi communicare non solum naturam nudam; sed naturam amantem, omnipotentem, æternam, & ornatam omnibus attributis: ergo intendit formaliter communicare filio voluntatem & amorem & tamen posteriori intendit communicare eandem amorem Spiritui Sancto. Ergo quævis intendit formaliter communicare naturam Filio per primam potentiam; potest ac debet intendere per secundam potentiam communicare eandem Spiritui Sancto. Attente legi integram disputationem, quam hic author habet de hac questione, & vehementer in illo mihi displicet, quod totam difficultatem expedire conatur per varias præcisiones logicas, & distinctiones rationis inter naturam divinam, & attributa; cum tamen ratio eorum secundæ personæ, potius quam tertiæ sit Filius debeat peti ab aliquo prædicato reali reperio in secundâ personâ potius quam in tertiâ; quod verum esse debet, quamvis nulla distinctio etiam rationis daretur inter naturam divinam & volitionem.

SECTIO IV.

Examinatur modus, quo Eximius Doctor sententiâ D. Thomæ explicat, & præsentem difficultatem expedit.

21 P. Suar. lib. 1. de Tr. c. 5. n. 11. ut hæc difficultatem expedit notat, quam

vis divina attributa in se non distinguantur actu, tamen habere eminentem & virtualem distinctionem, quæ satis est ut unum possit esse principium quo unus actionis; & non aliud formaliter loquendo; quamvis realiter unum in altero includatur: quomodo in actionibus ad extra dicimus, Deum cum sublevari miseriam; operari per misericordiam, & non per iustitiam; & e converso cum puniri: actionibus item ad intra est hoc, inquit; certissimum; nam prima persona producit secundam intelligendo, non autem amando; & e converso producit tertiâ amando & non intelligendo; Sic ergo dicit, terminum unius processions produci sub ratione unius attributi; & non sub ratione alterius; quia illud quod ex parte producentis est principium formale producendi, seu principium quo, est etiam forma per se & formaliter communicata termino producto, ut docet D. Thom. q. 4. art. 5.

22 Hoc supposito ait, Verbo communicati formaliter & ex vi processions sapientiâ, seu intellectionem; & Spiritui Sancto communicari formaliter & ex vi processions amorē, & secundam personam per se & formaliter accipere sapientiâ, & quasi materialiter amorem, non quia habeat amorem tanquam ex materia aliqua ex qua, vel circa quam, sed ad eum modum quo obiectum dicitur materialiter comparari ad rationem formalem sub qua, attingitur: unde quia ratio formalis sub qua tendit Pater in filium, quem intelligendo producit, est intellectio, & non amor; & ratio formalis sub qua tendit in Spiritum S. quem producit per amorē, est amor & non intellectio; ideo dicitur amor communicari materialiter Filio, & intellectio Spiritui Sancto, & eodem modo, inquit; id quod datur ex vi processions dicitur per se communicari, non quia alia communicetur per accidens, sed quia non ita formaliter communicatur. Id explicat hoc exemplo. Nam eadem entitas formæ potest à Deo produci per creationem, vel per generationem: & quævis terminus productus sit idem, tamen actiones illæ sunt diversæ, quia creatio attingit illam entitatem sub ratione entis, seu quatenus ens, generatio vero quatenus tale ens: *Et ideo magis per se fit* (inquit) *per unam illarum actionum ratio entis, quæ per aliam, quamvis in re non distinguantur ratio entis, & ratio talis entis. Quid ergo mirum, quod in divinis processions intelligi possit distinctio similis, quasi formalis, ex formalitate terminorum.*

23 Hinc n. 16. infert, communicari Verbo ex vi processions suæ divinæ essentiâ, ut primario constitui in esse tali essentiæ & nature; Spiritui S. autē non ita communicari divinæ essentiâ ex vi processions sed quatenus per identitatem in

in amore includitur. Quod sine dubio, satis est, inquit, ut prior productio habeat veram rationem generationis, non autem posterior; quia generatio est formalis communicatio naturae, ut natura est; nam Arist. *naturalissimum opus viventis generationem vocavit*. Quod autem Verbo formaliter communicetur natura divina, probat: quia formaliter & ex vi processions communicatur intellectio; natura autem divina formaliter in intellectu consistit; natura enim divina est intellectualis, non per habitudinem ad actualem intellectiōem à se distinctam, sicut est intellectualis natura creata; sed per summam actualitatem intellectiōis: est enim ratione sui formaliter natura intelligens actu. Unde manifeste concluditur ipsam actualem intellectiōem esse quasi formale constitutivum illius naturae amor vero ex ratione sua (inquit Eximius Doct.) est tanquam *quid consequens intellectiōem*. Sicut univertum appetitus consequitur esse rei, & ideo non censetur constituere formaliter esse rei, sed illam constitutam commitari.

24 Hanc sententiam quatenus asserit Verbo communicari formaliter vi processions intellectiōem, impugnat Godoy ubi supra p. 86. n. 41. ex eo quod Verbum non consistat in intellectu, sed in termino intellectiōis; sed perperam, quia licet Verbum secundum formalitatem productam non sit intellectio, sed terminus intellectiōis, tamen secundum formalitatem sibi communicatam ex vi processions est intellectio: quare hic author æquivocatione passus est ibi, & n. 48. 49. & 67. non distinguens inter formalitatem productam in termino, & formalitatem ipsi communicatam ex vi processions. Nam ex vi processions communicatur termino illud prædicatum quod ex parte principij est ratio agendi, seu principium quo, quia in illo prædicato assimilatur terminus productus principio producenti, ut docet D. Th. 1. p. q. 41. a. 5. principium autem quo producendi Verbum est intellectio essentialis iuxta D. Thom. ergo intellectio essentialis communicatur formaliter termino. Negarique non potest communicari formaliter verbo essentiam divinam ex vi suae processions, cum tamē essentia divina non sit terminus intellectiōis, sed intellectio, ergo male hic author probat Verbo non communicari intellectiōem ex eo quod Verbum non sit intellectio, sed terminus intellectiōis.

25 Deinde falsissimum est & falsa suppositio: ne laborans, quod ille author ait p. 96. n. 71. nempe passivam intelligi, quo Verbum constituitur de obliquo, esse absolutum. Est quidem falsum, passivum intelligi quo constituitur Verbum esse quid absolutum: nam passivum intelligi est terminus productus à Patre per actum intelligendi nam actus intelligendi iuxta D. Th. est potentia, qua Pater producit Verbum, tanquam imagi-

ne expressam sui, quae est Deus ipse intellectus & vi cuius Deus ut intellectus, est in seipso ut intelligente, ut vidimus ex D. Th. d. 2. f. 8. in fine: illa autem imago, & Deus intellectus, est terminus productus, quia est terminus correspondens intellectiōi tanquam virtuti agenti: ergo est aliquid relativum: nam formalitas absoluta non producit, nec assignatur virtus realiter productiva ad intra respectu perfectionis, quae non sit realiter distincta à producente: sola autem perfectio relativa est realiter distincta à producere: ergo intelligi passivum, quo constituitur Verbum, non est quid absolutum. Deinde falso supponitur, Verbum constitui de obliquo per intelligi passivum; nam de obliquo quidem constituitur per intellectiōem activam & essentialem, quae est principium quo producendi Verbum; in recto vero constituitur per intelligi passivum, seu per representationem productam, in qua Pater seipsum tanquam imaginem à se expressam, & productam intelligit; ut ex explicis dispat. 2. f. 10. Deinde falso hic author p. 95. n. 69. dicit relationem Verbi non esse terminum formalent processions, cum enim Verbum sit realiter productum à Patre, & non sit productum ratione prædicati absoluti, debet esse productum ratione prædicati relativi: ergo prædicatum relativum est terminus formalis processions, inquitur terminus formalis productus; nam processio quatenus productio est, non alium terminum potest habere quam prædicatum realiter distinctum à producente: licet quatenus communicatio est, habeat pro termino formali communicato, essentiam; & omnia prædicata absoluta.

26 Aliter nobis impugnanda est Eximij Doct. sententia, cum ea tamen, qua patet est erga tantum virum reverentia. Impugnatur autem primo quatenus dicit eo c. 5. n. 10. non convenire Filio, quod representet, per ipsammet relationem: nam licet non conveniat filio quod representet active, id est quod intelligat per relationem tanquam per formam intelligendi, sed per absolutum: tamen per relationem tanquam per formam convenit Verbo quod representet obiective, & per modum speculi, & imaginis, in qua Pater seipsum & omnia cognoscit, ut Lat. probavi disp. 2. f. 1. & 10. Idque suadet: nam iuxta Suarezium principium quo & virtus producendi Verbum est intellectio ipsa essentialis connota paternitate: ergo intellectiōi ut virtuti agendi correspondet aliqua formalitas producta in Verbo, quae quatenus terminus productus per actum intelligendi sit de linea intellectiva & de genere representativo, nam intellectus ut intellectus, & intellectio ut intellectio aliquid prædicatum de genere representativo debet producere: non producit autem prædicatum absolutum, quia haec omnia præexistunt in Patre, & eadem numero descendunt ad Filium: virtus

ius autem agendi est ad faciendum, ut quasi de novo incipiat aliquid prædicatū existere, quod Pater formaliter in se nō habebat, pro priori ad productionem Verbi: ergo virtus illa producit aliquid prædicatū relativū pertinens formaliter ad lineam intellectivam, & genus repræsentationis: ergo Verbo ratione prædicati relativi convenit repræsentare, non quidem tanquam id quo Pater intelligat, sed tanquam id, in quo intelligat, ut explicui illa sect. 10.

27 Tercio impugnatur illa sententia, quia essentia divina ratione sui non solum est intelligens actu, sed amās actu, quia ratione sui est formaliter summe fœlix & beata; beatitudo autem perfecta nō includit solam intellectiōnē, sed etiam volitionem, nec vlla datur distinctio virtualis intrinseca inter intellectiōnē & volitionem divinā, ut late probo tom. 1. disput. 1. nec ibi est vna & alia formalitas, sed vnicā indivisibilis, quæ à nobis concipitur per finem adequatos conceptus, & per vnum repræsentatur quatenus intellectio tantum, & per alium quatenus volitio. Intellectus autem Dei nullam sibi distinctionem facit: sed cognoscit Patrem suā essentiam esse ratione sui intellectiōnem & volitionem: ergo dum per se intendit communicare Filio intellectiōnē intendit formalissimè communicare filio volitionem: & dum per se intendit communicare Spiritui S. volitionem, intendit eodem modo communicare intellectiōnem. Ergo Filius formaliter vi suæ processions accipit intellectiōnem & volitionē: & Spiritus Sanctus accipit formaliter volitionem & intellectiōnem. Confirmatur: nam filiaō ratione sui est subiectum capax accipiendi intellectiōnem & volitionē: & spiratio passiva similiter: ergo Pater intendens communicare spirationi passivæ formalitatem illam, quæ indivisibiliter est intellectio & volitio, quin in mente divina sit ibi vnum & aliud, & quin Deus vnum præcendat ab alio, vtrumque directè, & æque formaliter intendit communicare Spiritui Sancto; intenditque producere personam intelligentem & amantem. Sane si daretur subiectum capax intelligendi & amandi, & daretur aliqua forma, quæ indivisibiliter, & per vnicam formam, esset intellectio & volitio: & agens intenderet illam communicare alicui subiecto præcisè propter bonum ipsius subiecti, æquè primo intenderet reddere illud subiectū intelligens & amans. Ergo pariter in nostro casu. Quare dici non potest intellectiōnem esse rationem sub qua Pater tendit in Verbum, & non in Spiritum S. & amorem esse rationē sub qua tendit in Spiritum S. & non in Verbum. Solutio quoque ad nos, & ex nostro modo concipiendi potest esse verum intellectiōnem communicari formaliter Verbo potius quam volitionem, si in Verbo ponatur formalitas producta de genere

repræsentativo, quæ quia est potius repræsentatio producta, quæ amor productus, supponat potius divinā essentiam quatenus est intellectus quam quatenus est voluntas, inquantū si per impossibile Deus foret intellectivus, & nō foret volitivus, adhuc posset producere verbū. At hanc repræsentationem productam non agnoscit P. Suar. in Verbo, ergo in illius sententia nequit verificari quod ipsi ex vi processions communicetur formaliter Verbo intellectio essentialis potius quam volitio. Consulatur quæ dixi disp. 4. sect. 1.

28 Nec exemplum adductū à P. Suar. de actione creativa & educativa opportunum est ad rem hanc explicandam: nam actio creativa, & generativa non possunt simul exerceri ab eodē agente respectu eiusdem termini, cum implicet eundem terminum esse simul productum independentem, & dependentem à subiecto, & quamvis possent simul exerceri, essent tamen actiones essentialiter diversæ, & inter se separabiles: at in nostro casu per eandē indivisibilem actionem Pater communicat Verbo intellectiōnē, & volitionem simul; quin in mente divina vel in intentione practica ipsius Patris communicativa divinarū perfectionū datur vel possit dari practico vlla dividens formalitatem intellectiōnis à formalitate volitionis: ergo vtrāque æque primo comunicat, neque est vllum fundamentū ad asserendum Patrem generantem Verbum respicere intellectiōnem ut rationem formalem sub qua, potius quam volitionem.

29 Deinde dum dicimus creationē attingere suum terminum sub ratione entis, & non sub ratione talis entis, nolumus significare Deum per actionem creativā particularem, producere magis per se rationem entis in communi, quā rationem talis entis; hoc enim esset falsissimū, quia agēs eatenus producit prædicata communia generica, quatenus producit prædicata specificā & individualia: sed solum volumus significare Deum posse producere per creationem quodlibet ens, & non esse alligatum ad creaturam hanc vel illud particulare ens creatū: sicut cū dicimus visum tendere sub ratione coloris, & non sub ratione albi, vel nigri, solū volumus significare potentiā visivam extendi ad videndum quæcumque colorem in specie, & cum per actionem generativā non possit agens naturale producere quodlibet ens, vel quamlibet formā, ideo dicitur agens naturale per actionē generativā non tendere sub ratione entis, vel sub ratione formæ ut sic, sed sub ratione talis formæ. Cū ergo nulla sit productio ad intra, per quam Deus non comunicet intellectiōnē & volitionē, tanquā vna indivisibilem formalitatem, non potest Deus tendere in Verbum per suā essentiam quatenus est intellectio, & non quatenus est volitio, & è contra in Spiritum Sanctum.

Dein-

30 Deinde distinctio illa rationum formalium sub qua est propria intellectus creati comparantis potentiam ad rationes communes, quas præscindit à singularibus; quando enim dicimus potentiam creativam Dei tendere sub ratione entis abstrahimus rationem communem ab omni ente creato, ad quod potest terminari actio creativa Dei: & dum dicimus visum tendere sub ratione coloris abstrahimus rationem communem ab omni colore particulari, & sic dum dicimus visum videre albedinem sub ratione coloris, comparamus visum non solum cum albedine, sed cum alijs coloribus, quos omnes comprehendimus sub ratione communi coloris. Cum ergo Deus generet filium, & producat Spiritum Sanctum independentem à nostris conceptibus & præcisionibus, & Pater dum generat Verbum nullo modo comparat suam potentiam cum alio termino, non potest dici quod generatio Verbi respiciat intellectum communicandam Verbo potiusquam volitionem ut rationem formalem sub qua; cum utraque sit eadem formalitas, & utraque communicetur Verbo.

SECTIO V.

Ostenditur non ideo Verbum potiusquam Spiritum Sanctum esse Filium quia procedit per primam potentiam naturæ divinæ.

31 **P.** M. Franc. Maldonatus nobilis è nostris Recentior & in hac Salmanticensi Academia Vespertinus Antecessor, d. 6. de Tr. s. vltima, & post ipsum alij Recentiores extra Societatem hanc reddunt rationem cur processio Verbi sit generatio. Pro conficienda breviter ratione, notat, naturam divinam habere duas potentias ad agendum ad intra, nempe intellectum & voluntatem; & harum primam esse intellectum, & secundam esse voluntatem: non quia intellectus & voluntas in Deo distinguantur: sed quia substantia divina, quæ indivisibiliter est intellectus & voluntas, se exercet per duplicem productionem realiter distinctam quarum vna supponit aliam: non enim voluntas divina producit impulsivum & amorem in bonum infinitum, nisi quatenus illud bonum prius supponitur representatum per Verbum mentis, quod Deus producit: ex terminis enim productio affectus, & impulsus supponit productionem Verbi, vi cuius bonum illud representatur.

32 Hoc supposito contendunt processio Verbi potiusquam Spiritus Sancti esse generationem, quia cum intellectus sit prima potentia, & processio Verbi sit prima operatio ad intra, Pater generans Verbum inten-

dit primo & per se illi communicare naturam: cum enim natura sit illud quod præcipuum est in Patre, illam primo & per se intendere debet communicare per primam operationem; & secundario attributum amoris: per secundariam autem operationem, quæ est operatio voluntatis, quæ iam supponit communicatam naturam Verbo, non intendit primo & per se communicare eandem naturam, sed amorem, qui est terminus formalis correspondens voluntati. Unde Verbum formaliter & ex vi suæ processiois ex primaria intentione producentis procedit vires à vivente, & in similitudinem naturæ, quia ex vi processiois communicatur ipsi naturæ; ac proinde procedit ut Filius. At Spiritus Sanctus non ita, quia ex vi processiois suæ iam supponens intellectus naturam non accipit formaliter & directe naturam, sed amorem; & ideo ex vi processiois non evadit similis; & propterea non est filius: quia in divinis illa solum persona est Filius, quæ formaliter & ex vi processiois oritur similis in natura producenti.

33 Quam sententiam illustrare possumus. Nam Verbum habet duos conceptus ratione nostra distinctos, nempe esse Verbum, & esse Filium: quatenus Verbum procedit per intellectum ut intellectus est; quatenus filius procedit per intellectum, ut est prima potentia: quia quamvis intellectus sit prima potentia, tamen in illo possumus considerare munus primæ potentie, & munus intellectus, sub munere potentie primæ habet communicare formaliter naturam divinam subconceptu naturæ, & primæ radice omnium attributorum, sub qua ratione est prima Dei formalitas, & habet producere imaginem naturalem Patris, seu filium, sub conceptu filij: sub munere intellectus habet communicare intellectum sub conceptu intellectiois, & habet producere imaginem intentionalem Patris, seu Verbum sub conceptu Verbi. Quare si per impossibile intellectus in Deo non foret prima potentia, per illum produceretur Verbum, & non produceretur Filius. Si autem per impossibile daretur in Deo alia potentia immanens priori intellectu, per illam produceretur Filius & non Verbum. Quia vero defecto & in vera suppositione prima potentia & intellectus non sunt due formalitates, sed unica, ideo terminus productus per intellectum in Deo & est Verbum, & est filius, imago naturalis, & imago intentionalis Patris; quatenus est filius & imago naturalis correspondet intellectui ut primæ potentie: quatenus est Verbum & imago, intentionalis correspondet intellectui ut intellectus est.

34 Hæc sententia reipsa non distinguitur à sententiâ gravium Theologorum antiquorum, afferentium

Verbum divinum esse filium, quia procedit per modum naturæ, Spiritum autem Sanctum non esse filium, quia procedit per modum voluntatis. Pro qua P. Suarez lib. 31. de Trinit. cap. 6. num. 19. citat Alexandrum Alensem, D. Bonaventuram, & Richardum. Vt enim inquit D. Thomas q. 10. de potentia art. 2. corp. & ad 7. illa processio per modum naturæ intelligitur in divinis, quæ nullam aliam præsupponit, illa vero per modum voluntatis, quæ ex supposita processione principium petit. Quæ sententiam videri tueri Sanctus Doctor in 1. dist. 13. artic. 3. ad 4. ubi ait: *Natura non est principium Spiritus Sancti sub ratione naturæ, sed sub ratione voluntatis, à qua procedit amor, & ideo sua processio non dicitur natiuitas, cum natiuitas à natura dicatur.* Et pro hac sententia citat supresso nomine aliquos Theologos, nimirum, Alensem, Bonaventuram, & Albertum Magnum (in summa parte tract. 7. q. 30 memb. 3. art. 2.) quos laudat eaq. 10. de potentia art. 2. in fine corporis ijs verbis: *Convenienter dixerunt, qui posuerunt unam processionem per modum naturæ & intellectus, aliam per modum voluntatis: quantum ad id quod processio, quæ est secundum naturam non præexigit aliam processionem, processio vero, quæ est per modum voluntatis aliam processionem præexigit: nam amor alicuius rei non potest à voluntate procedere, nisi intelligatur processisse ab intellectu illius rei verbum conceptum: bonum enim intellectum est obiectum voluntatis.* Qui tamen legerit titulum illius articuli comperiet ibi non agere Sanctum Thomam cur vna processio potius quam alia sit generatio; sed solum disputare, an dentur in divinis plures processionem, hic enim est titulus articuli, *Verum in divinis sit vna tantum processio vel plures.* Et ad probandum hanc pluralitatem, ratio illa est manifesta; quia si vna processio supponit aliam, ergo dantur plures processionem in divinis.

35 Sed quidquid sit an merito vel immerito possit citari D. Thomas pro illa sententia; illa impugnatur primo, quia illi recentiores non penum. in Verbo aliquod prædicatum relativum, quod sit de genere repræsentativo; vi cuius verbum postulet produci per intellectum tanquam per principium quo potius quàm per amorem. Sed totam rationem repræsentationis & imaginis intentionalis allumant ex prædicato absoluto, communicato, & non producto. At hoc ipso inexplicabile est cur Pater per primam operationem intendat communicare primario naturam, & non intendat communicare primario amorem: siquidem cum natura & amor non sit duplex formalitas; sed unica indivisibilis, sane si relatio Verbi non po-

rius explicat illam formalitatem quatenus est natura, quam quatenus est amor, participando ab illa tanquam à principio quo prædicatum representationis potius quam amoris, ita vt ipsa relatio quatenus est formalitas producta, sit potius sapientia producta, quam impulsus productus; nequit explicari in quo vero sensu dicatur Pater communicare illam formalitatem potius quatenus est natura & intellectio, quam quatenus est amor. Circa quod videantur quæ diximus disp. 2. sect. 1.

36 Impugnatur præterea, quia quod Pater communicaverit primo & per se naturam divinam Verbo, non tollit quod primo & per se iterum eandem communicet Spiritui Sancto per secundam operationem. Nato Pater post productam primam personam intendit producere tertiam, quia natura divina exigit esse in tribus personis; persona autem divina formaliter includit naturam; ergo Pater postquam communicavit naturam Verbo, intendit iterum illam communicare Spiritui Sancto. Rursus Spiritus Sanctus formaliter quatenus est Spiritus Sanctus est Deus de Deo, & quidquid est & habet accipit à suo principio, prædicata absoluta vt communicata, prædicata relativa vt producta. Falsissimumque mihi apparet quod affirmat Godoy tom. 3. in 1. p. pag. 104. num. 95. nempe Spiritum Sanctum ex vi suæ processionis non procedere formaliter vt personam divinam & nã Spiritus Sanctus, formaliter est persona divina producta; & habet personalitatem, quam spirator ex formali & directa intentione produxit; personalitas autem divina producta ex conceptu suo formali habet terminare naturam; & consequenter naturam accipere. Nec dici potest; quamvis personalitas Spiritus Sancti termine naturam divinam, & simul amorem; intendi principaliter à suo principio quatenus terminat amorem, quam quatenus terminat naturam. Cui enim natura & amor sit unica formalitas in se omnino indivisibilis, & personalitas sit etiam unica formalitas indivisibilis producta ab spiratore ex primaria intentione, iterum identificans formalitatem illam, quæ est natura & amor, imperceptibile est, quod potest fieri intendi quatenus terminat amorem principaliter quam quatenus terminat naturam; quia nec intellectus divinus, nec intentio practica spiratoris potest illam præcisionem facere.

37 Deinde cum in Spiritu Sancto, si ratione distinguamus naturam ab amore, potior sit natura, quam amor, esset inordinata intentio spiratoris, si produceret personalitatem Spiritus Sancti ex primaria intentione vt terminaret amorem, & non vt terminaret naturam. Præterea si distinguamus inter naturam & amorem, amor est proprietas supponens naturam,

nam, ergo non potest amor communicari, nisi per prius communicetur natura. Nec satisfacies si dixeris amorem esse quidem posteriorem ordine executionis, priore tamen ordine intentionis: tum quia cum respectu Dei communicantis naturam & amorem Spiritui Sancto non distinguatur natura ab amore, quia Deus concipit ut vnicam indivisibilem formalitatem naturam & amorem, nec inter illa distinguit sicut nos distinguimus, nequit communicare naturam ut medium & amorem ut finem; nam ubicumque aliquid est prius in intentione, & posterius in executione, datur finis distinctus à medijs, & iste ab illis vere causatur in esse rei: quare transferre ad præsentem materiam illud axioma de fine & medijs, est solum dare verba pro solutione: tum quia cum natura non sit propter amorem, sed potius amor sit propter naturam, ad quam perficiendam per se ordinatur, nequit spirator communicans Spiritui Sancto naturam & amorem ordinare naturam ad amorem tanquam ad finem, sed potius deberet è contra ordinare amorem ad naturam, si semel inter illa distingueret, & sua prædicata conciperet Deus ad instar creatorum, ut nos facimus. Quare cum spirator communicet amorem Spiritui Sancto, ut ille sit amans, debet ordinare amorem communicatum ad naturam perficiendam in Spiritu Sancto, siquidem ratione naturæ redditur Spiritus Sanctus amans, siquidem à natura amante denominatur suppositum amans: ergo etiam si spirator conciperet naturam & amorem ut distinctas formalitates non ordinaret naturam tanquam medium ad amorem, neque communicaret naturam, ut communicet amorem, sed potius communicaret amorem ut natura principaliter communicata Spiritui Sancto, in illo redderetur amans.

38 Dices forsam, ideo spiratorem non communicare naturam Spiritui Sancto directe & formaliter, sed solum identice & materialiter, quatenus natura est identificata cum amore, quem directe communicat: quia natura supponitur infinite & adæquate communicata per primam processionem Filio, & ideo secunda processio non tendit primo & directe ad illam communicandam. Sed contra primo, quia etiam amor supponitur directe & formaliter communicatus Filio: Pater enim generans filium non intendit illi communicare naturam nudam, sed naturam amantem & omnipotentem & ornatam omnibus attributis. Sicut ergo hoc non obstante, nihilominus communicat per secundam productionem amorem Spiritui Sancto: ita quamvis natura supponatur infinite communicata Filio per primam productionem, poterit iterum per se communicari Spiritui Sancto per secundam

productionem, quia ipsa postulat esse in rebus personis. Contra secundo, quia quamvis per impossibile amor distingueretur ex natura rei à natura, deberet natura communicari formaliter Spiritui Sancto, quia amor non communicatur Spiritui Sancto, nisi ut per illum amet, & amare nequit nisi per naturam & ratione naturæ; ergo debet adhuc in illa suppositione communicari natura: ergo non communicatur solum identice natura, quatenus est identificata cum amore, qui nequit descendere ad Spiritum Sanctum, quin afferat secum omnia absoluta secum realiter identificata. Sic quamvis attributa distinguerentur ex natura rei à natura, Pater generans filium, communicaret illi formaliter naturam & attributa: sicut in creatis pater communicans naturam, communicat cum illa omnes proprietates. Solum ergo redduntur pro solutione verba, nihil reipsa significantia, dum ex prædicatis absolutis vnum dicitur communicari solum identice & materialiter, aliud vero formaliter. Peccatque ista sententia, quia transfert ad Deum nostros modos concipiendi, & quia nos prius concipimus naturam quam attributa, vult ut principium producens ad intra prius communicet naturam quam attributa, & diversitatem illarum processionum desumit ex vario nostro modo distinguendi interpretata divina omnino identificata formaliter formalitate obiectiva.

39 Impugnatur præterea principaliter illa sententia, quia intellectus divinus sub conceptu intellectus habet producere terminum, qui sit imago intentionalis Patris per se subsistens, & titulo representandi infinita cum perfectione Patrem, exigens identitatem realem cum natura ipsius: unde terminus productus per intellectum infinitum, quatenus talis est imago intentionalis substantialis Patris: ac proinde filius; ut dicam sect. 7. dum propriam sententiam proposuero. Quare si per impossibile daretur in Deo duplex productio per intellectum, quarum una supponeret aliam, utraque esset generatio: quia utraque produceret terminum, qui ratione suæ proprietatis personalis esset Verbum representans naturam & omnes perfectiones principij producentis, & Verbum per se subsistens & consubstantiale principio producenti, in hoc autem consistit formaliter ratio filij producti à patre, qui sit substantia spiritualis intellectiva & infinita, ut dicemus sect. 7. è contra autem quamvis per impossibile voluntas foret prima potentia in Deo, terminus substantialis productus per voluntatem non esset Filius; sed tunc se haberet ad primam personam, sicut se habet modo Spiritus Sanctus ad primam & secundam, quatenus sunt vnus spirator, quia terminus ille ratione suæ proprietatis per

personalis. Nō esset similitudo expressa ad representandas perfectiones sui principij, sed esset impulsus & pondus, & inclinatio, in bonitatem infinitam principij producentis: & se haberet tunc sicut se habet modo Spiritus Sanctus, qui idcirco non est filius, quia quamvis procedat ut persona divina, & sit similis principio producenti in natura, vel potius sit unum cum principio producente in natura; tamen hoc non habet ratione proprietatis personalis, seu ratione formalitatis productæ, sed ratione naturæ, seu ratione formalitatis communicatæ; quod in divinis non sufficit ad rationem filij; liquidem, de fide est Spiritum Sanctum non esse Filium, & tamen certum est esse Deū de Deo, & ratione sui esse personam divinam productam, & consequenter habentem vī suæ processions eandem naturam cum principio producentē. Quod magis constabit ex sect. 7. ergo secunda persona ideo formaliter est filius, quia procedit per intellectum, seu quia est terminus intellectus infinitæ, de cuius conceptu est esse similitudinem expressam substantialem & per se subsistentem principij producentis; ac proinde intellectus divinus non habet producere filium sub munere primæ potentia, sed sub munere intellectus infiniti, quo Deus se comprehendit, & comprehendendo se producit sui imaginem & Verbum, quod non habet Deus quatenus amans se, quia ut sic non producit sui similitudinem & imaginem, sed impulsivum & amorem; idque ipsum faceret, quamvis per impossibile operatio voluntatis foret prima operatio ad intra.

40 Quare falsa est illa distinctio in Deo inter Verbum & Filium: nam ut ex Aug. probabimus postea, secunda persona eo Filius quo Verbum, & eo Verbum, quo Filius. Unde falsum est, quod si Verbum procederet per secundam operationem intelligendi, nimirum si Deus se comprehenderet duplici comprehensione, & terminus productus per unam supponeret terminum productum per aliam, sicut defactio terminus productus per amorem supponit terminum productum per cognitionem: falsum inquam, est, quod Verbum secundum tunc non esset Filius. Nec potest poni cū fundamento in re distinctio rationis inter Verbum & Filium comparando Verbum cum Patre dicente, & Filium cum eodem Patre generante: nam ex parte Patris per eandem productionem adivam, per quam generat Filium, dicit Verbum: & ex parte Filij per eandem relationem refertur ad Patrem ut dicentem, & ut generantem: hæc enim generatio est per modum intelligibilis actionis, ut inquit D. Thom. q. 27. art. 1. ac proinde per eandem productionem passivam refertur secunda persona ad primam ut di-

centem, & ut generantem, nec possunt distincti qui ex parte formæ communicari: nam Verbo quatenus Verbo communicatur intellectio infinita Patris, quæ est intellectio per se subsistens, seu intellectio intelligens, ac proinde communicatur natura intellectiva divina: & communicatur etiam sub conceptu radicis, tum quia hic conceptus est indistinctus virtualiter intrinsece à conceptu intellectiois; tum quia intellectio divina prout communicata Verbo etiam in ipso radicat volitionem necessariam, & de qua libera; neque quod nos possimus concipere intellectioem divinam sub conceptu intellectiois præscindendo à conceptu radicis: probat quod Pater dicendo Verbum per ipsum actum dicendi non communicet intellectioem sub conceptu intellectiois, & sub conceptu radicis. Distinctio enim divina non præscindit communicationem intellectiois à communicatione radicis.

SECTIO SEXTA

Propositur sententia P. Vazquez, & quid in ea a nobis desideretur.

41 **H**IC Author disp. 113. cap. 7. cum Canariensi, affirmat, ideo processioem Verbi esse generationem, non autem processioem Spiritus Sancti; quia Verbum ratione ratione suæ processiois procedit nō solū simile in natura, hoc est eiusdem naturæ cum Patre, sed etiam ut imago Patris; at Spiritus Sanctus procedit quidem ut similis in natura, Patri & Filio, à quibus oritur, non autem ut imago illorum: in huius autem sententiæ confirmationem, duo probat; primum in illo capite, nempe de ratione filij quatenus filius est, non solum esse produci similem in natura, sed etiam ut imaginem producentis, idque arbitratu denotari in definitione generationis per illam particulam in similitudinem naturæ, quia significatur, illud solum vivens procedens à vivente principio intrinseco esse filium, quod procedit ad representandam & exprimendam patrem tanquā imago illius. Quasi diceretur in similitudinem naturæ, id est in imaginem substantialem eiusdem naturæ, inquit Vazq. ibi num. 45. secundam vero disp. 145. ex professo, videlicet in Deo solum Verbum esse imaginem eius, à quo procedit.

42 Ego sententiam P. Vazq. veratim existimo: illud autem in ea desidero, quod non explicat an ratio imaginis conveniens filio & non Spiritui Sancto, sit tantum intentionalis, an sit naturalis; & quamvis ea disp. 145. n. 152. dicat rationem imaginis non convenire filio ratione solius essentia, neque ratione solius pro-

proprietatis personalis, sed ratione vtriusque; non tamen explicat, an relatio seu proprietates personalis filij prout virtualiter distincta ab essentia, & quatenus est formalitas producta sit representatio illa & similitudo producta, quam importat ratio imaginis, an ratio representationis proveniat à prædicato absoluto, & sola relatio producti proveniat à prædicato relativo, & hoc secundum innuere videtur disput. 112. num. 10. ubi ait, intelligere essentialiter imbibitur in intelligere notionali, sicut essentia imbibitur in ratione personæ.

SECTIO VII.

Redditur vera ratio cur Verbum potius, quam Spiritus Sanctus sit filius, eiusque processio sit generatio.

43 **E**GO rationem discriminis inter processionem Verbi, & Spiritus Sancti, cur una sit generatio, & non alia, vnicè petendam esse censeo ex formalitate producta, & non ex formalitate communicata: nam sit attendamus ad formalitatem communicatam, certe Spiritui Sancto ex vi processionis formaliter communicatur natura, & procedit formaliter ut persona divina & ut Deus, non minus quam Verbum. Vnde ex hoc capite non potest summi discrimen, ut enim inquit eruditissimus Falsolus in evoluendis Antiquorum, & Recentium Theologorum scriptis. nulli secundus 1. part. quest. 27. art. 2. dub. 8. num. 7. *Certè apud omnes esse debet Spiritum Sanctum procedere simpliciter similem in natura divina Patri & Filio, sicut certum est ipsum esse verum Deum de Deo Patre, & de Deo Filio. Vnde oritur, ut quanta certitudine verum est, Spiritum Sanctum non esse genitum, tanta etiam verum sit, ad essentiam & conceptum generationis non satis esse procedere simpliciter similem in natura.* Hinc Thomistæ existimantes integram illam definitionem generationis traditam ab Aristotele, *origo viventis à vivente principio coniuncto in similitudinem naturæ*, ut iacet, convenire Spiritui Sancto, addiderunt novam particulam definitioni Aristotelicæ, ut nimirum processioque sit generatio, non sit vicumque origo viventis à vivente principio coniuncto in similitudinem naturæ, sed ex vi processionis formaliter, ut scilicet terminus genitus, non aliunde, sed formaliter ex vi processionis evadat similis principio producenti. Quam particulam D. Thomas non addidit. Hinc autem P. Vazquez, merito eorum sententiam

impugnat disput. 113. numer. 31. nam cum ex creaturis videatur desumpta definitio: eodem modo (seclusis in imperfectionibus) Deo est accommodanda, neque nova aliqua pars addenda. Quare addere aliquam particulam definitioni, quam inhumanis non erat necesse addere; videtur esse effugium inane & inutile: nam si licet particulam aliquam addere propter illam difficultatē, unusquisque poterit particulam fabricare, vi cuius definitio generationis soli processionī verbi conveniat. Deinde quamvis illa particula ex vi processionis addatur; integra definitio convenit Spiritui Sancto; si attendamus precise ad similitudinem provenientem ex formalitate communicata: nam etiam Spiritus Sanctus ex vi processionis accipit naturam divinam, ut satis ostendimus in tota hac disputatione.

44 Dico ergo ideo Verbum potius quam Spiritum Sanctum esse Filium, quia ratione suæ proprietatis personalis Verbum & non Spiritus Sanctus est similitudo per se subsistens producta ad representandam essentiam, & perfectiones sui principij producentis: ac proinde solum Verbum procedit vivens à vivente in similitudinem naturæ, id est ad representandam naturam sui principij: quamvis enim Spiritus Sanctus sit vivens à vivente similis in natura suo principio, vel potius unum in natura cum suo principio, non tamen est vivens à vivente in similitudinem naturæ; id est vivens, quod quatenus procedens, ut quod à vivente, & quatenus suppositum distinctum à suo principio exprimat & representet perfectiones sui principij, nam personalitas Verbi est formaliter ratione sui species expressa & similitudo Patris producta & expressa à Patre ad representandas & manifestandas suas perfectiones, ut probat in disput. 2. sect. 10. At personalitas Spiritus Sancti non est ratione sui similitudo producta & species expressa sui principij; sed potius est impulsus, inclinatio, & pondus in bonitatem sui principij, ac proinde Spiritus Sanctus non procedit in similitudinem naturæ sui principij, quia non procedit ad representandum & manifestandum naturam sui principij.

45 Pro maiori intelligentia nostræ sententia sciendum est, personam increatam importare in recto naturam, & de obliquo substantiam, seu personalitatem, quæ iuxta communio rem sententiam est modus quidam substantialis, vi cuius natura redditer per se existens: vnde hic homo, nihil aliud est (loquendo de puro homine) quam hæc humanitas per se existens; nam hic homo sig-

significat *hoc habens* hanc humanitatem; deno-
 minatio autem habentis humanitatem non
 cadit supra illum modum, qui potius habe-
 tur ab hac humanitate, quam illam habeat.
 Deinde hic homo est id cui tribuuntur ope-
 rationes huius humanitatis; illæ autem ope-
 rationes tribuuntur ipsi humanitati, dum
 ipsa per se existit, & non tribuitur illi mo-
 do. Constatque id ipsum ex definitione per-
 sonæ; quæ iuxta Boetium nihil aliud est, *quæ
 rationalis naturæ individua substantia*, id est
 substantia completa singularis, & per se exi-
 stens; quæ de vno solo prædicatur, ut enim
 inquit D. Thomas quæst. 8. de potentia arr.
 3. *Hoc nomen hypostasis* (id est persona) im-
 portat *substantiam individuum, id est, quæ non
 potest de pluribus prædicari*. Et iuxta defini-
 tionem Richardi Victorini ab omnibus ad-
 missam, *persona est rationalis naturæ incom-
 municabilis subsistens, id est incommunicabi-
 le subsistens*, ut exponit P. Vazquez, cum
 communi Theologor. 1. part. disp. 126. &
 constat ex D. Thom. 3. part. quæst. 2. art. 3.
 Duo itaque sunt de conceptu personæ, nem-
 pe esse substantiam completam omnino in-
 dividuam, quæ scilicet non potest de pluri-
 bus realiter distinctis prædicari, & esse per
 se existentem; id est non existentem in alio
 digniori se, cui tribuatur eius operationes.
 Dum enim persona dicitur incommunica-
 bile subsistens, *ly, incommunicabile*, non est
 accipiendum de incommunicabili per vni-
 onem alteri; cum quia vniõ physica ad aliud,
 in quo res sit tanquam in aliquo digniori se
 excluditur per illam particulam *subsistens*.
 Ut enim inquit D. Thom. 1. part. quæst. 29.
 art. 2. *Ea subsistere dicimus, quæ non in alio,
 sed in se existunt*. Tunc quia Verbum divinum
 est persona, & tamen communicatur alteri
 per vniõnem, nempe humanitati. Nec dici
 potest *ly, incommunicabile*, idem esse, ac in-
 communicabile alteri ut supposito: sic enim
 hic numero Deus foret persona; cum sit sub-
 stantia completa per se existens, & in-
 communicabilis alteri ut supposito: repugnat
 enim ut hic numero Deus vniatur tanquam
 supposito alicui enti à se realiter distincto.
 Quare incommunicabilitas posita in defi-
 nitione personæ est incommunicabilitas per
 prædicationem: ut enim inquit S. Thomas
 3. part. quæst. 5. art. 1. ad secundum: *Persona
 dicitur incommunicabilis in quantum non po-
 test de pluribus prædicari*. Et ideo hic nume-
 ro Deus, & spirator non est persona, quan-
 vis sit aliquid per se subsistens; quia non est
 aliquid incommunicabile pluribus realiter
 distinctis. E contra vero humanitas Christi
 non est persona, quia licet sit substantia in-

dividua, quæ de vno solo potest prædicari,
 non est tamen subsistens, cum non existat in
 se, sed in alio digniori se, nempe in Christo.

46 Ex his deducitur personam crea-
 tam importare in recto naturam, & de obli-
 quo modum perfectioris, seu substantiæ, quia
 humanitas ipsa est subiectum supra quod ca-
 dit denominatio substantiæ individua, seu
 denominatio subsistentis, & incommunica-
 bilis, è contra vero deducitur personam divi-
 nam importare in recto personalitatem, seu
 subsistentiam relativam, & de obliquo na-
 turam, quia nimirum Personalitas divina
 non est entitas modalis, sed est entitas per se
 subsistens, dantur enim in Deo tres substan-
 tiæ individua, seu tria subsistentia incom-
 municabilia; & denominatio incommuni-
 cabilis cadit supra substantiam relativam,
 & non supra essentiam, quæ per Paternitatem
 non redditur incommunicabilis; cum pot-
 tius ut paternitatis fiat communicabilis Fil-
 io: Pater itaque est subsistens incommuni-
 cabile, & similiter Filius, & Spiritus Sanctus
 non autem hic numero Deus.

47 Hoc supposito explicatur no-
 stra sententia, nam nomen filij est nomen
 suppositi, & personæ, quando sermo est de
 viventi rationali, unde quando in definitio-
 ne filij dicitur, quod debet esse vivens à vi-
 vente in similitudinem naturæ, illud su-
 pra quod cadit in recto denominatio per-
 sonæ debet esse similitudo subsistens produ-
 cta ad representandam naturam patris. Quare
 cum in creatis persona importet in recto
 naturam, ista in creatis est similitudo, quam
 pater producit ad representandam suam na-
 turam. At in Deo cum natura non produca-
 tur, quia Pater in Deo non generat extenden-
 do naturam, & multiplicando, sed commu-
 nicando eandem numero, quam ipse habet;
 denominatio similitudinis per se subsisten-
 tis producta ad representandum Patrem est
 ipsa Personalitas & subsistentia relativa Fil-
 ij. Idque confirmatur; nam relatio similitu-
 dinis inter divinas personas fundata in vni-
 tate naturæ non est realis, sed rationis tan-
 tum, ut recte probat P. Vazquez 1. part. disp.
 167. At relatio similitudinis filij ad Patrem
 non est rationis tantum, sed realis, quia est
 relatio imaginis producta ad representan-
 dum Patrem, & exprimendas eius perfectio-
 nes. *Imago enim est similitudo ad represen-
 tandum expressa*, ut docent Theologi cum
 D. August. lib. imperfecto de Genesi ad lit-
 teram cap. 16. & lib. 5. question. super Deu-
 teronom. quæst. 4. & lib. 83. quæstion. 9. 74.
 ubi ait, imaginem non esse quancumque si-
 militudinem, sed eam solum, quæ est expressa

ad representandum. Et ideo putat imaginē habere originem ab eo quod repræsentat, & cuius est imago: & ob hanc rationem dicit unum ovum esse alteri simile, non tamen eius imaginem. Cum ergo filius, quatenus est imago Patris sit similitudo producta ad exprimendas perfectiones patris, debet similitudo ista fundari in formalitate producta, nempe in ipsa personalitate Verbi; quæ ratione sui est similitudo intentionalis perfectissima, comprehensive repræsentans omnes perfectiones Patris. Ergo ideo secunda persona potius quam tertia est Filius, quia secunda potius quam tertia est similitudo per se subsistens producta ad exprimendam naturam Patris; & omnes eius perfectiones, & similitudo habens eandem naturam cum Patre. Hanc rationem discriminis inter generationes creatas, & divinam; non obscure tradit D. Bonavent. in primū dist. 3. quæst. 2. in resolutione quæstionis, s. *Ad illud*, ijs verbis: *Differt emanatio in his inferioribus & in Deo quia in ijs inferioribus terminatur ad essentiam, vel substantiam, quæ multiplicatur, sed in divinis terminatur ad hypostases: quoniam ergo hypostasis ad quam terminatur processio est amor, & hypostasis ad quam terminatur generatio est imago; & amoris & nexus est spirari, non generari: & converso imaginis est generari, non spirari; idcirco processio secundæ personæ est generatio, & processio tertiæ est spiratio: Sentit ergo Verbum ratione proprietatis personalis esse similitudinem, & imaginem, & proprie terea esse filium.*

48 Probo 2. meam sententiam: quia ut inquit D. Thom. 4. contragentes capit. 11. *Hæc est vera generationis ratio in rebus visibilibus, quod id quod generatur, a generante procedat ut similitudo eius, & eiusdem nature cum ipso.* Ecce D. Thomas duo requirit ad rationem generationis, & quod generans procedat a generante, tanquam *vera similitudo eius*; & præterea, quod sit eiusdem nature cum ipso. At solum verbum, & non Spiritus Sanctus hoc utrumque habet: nam Spiritus Sanctus etsi procedat eiusdem nature cum Patre & Filio; non tamen procedit ut similitudo Patris & Filii, quia Spiritus Sanctus non est similitudo producta, sed alio modo productus; Verbum vero utrumque habet, quia ex conceptu verbi est species expressa Patris, & similitudo producta ad exprimendam essentiam, & perfectiones Patris, idque habet ratione proprietatis personalis, seu ratione formalitatis productæ; ut ostendi disput. 2. aliunde vero est eiusdem nature cum principio producente: ergo Verbum potius quam

Spiritus Sanctus est Filius, quia est similitudo producta.

49 Tertio, suadent nostra sententia: nam iuxta eundem D. Thom. 1. p. q. 35. art. 2. corpore, ideo Filius & non Spiritus Sanctus dicitur imago; *Licet Spiritus Sanctus accipiat speciem similem Patris, quia Filius procedit ut Verbum; de cuius ratione est similitudo speciei ad id a quo procedit, non autem de ratione amoris.* Ergo iuxta D. Thom. ideo secunda persona potius quam tertia est imago, quia secunda potius quam tertia procedit ut Verbum; & tanquam similitudo intentionalis specifica producta ad representandum Patrem: ergo ideo secunda potius quam tertia est Filius, quia secunda potius quam tertia est similitudo & imago producta ad representandum Patrem. Probo consequentiam; nam esse Filium & esse imaginem in divinis sunt omnino idem; illaque persona procedit ut Filius; quæ procedit ut imago. Dicitur autem Verbum a D. Thom. habere similitudinem speciei ad id a quo procedit, seu similitudinem specificam cum principio obiectivo; a quo procedit; quia cum perfecte repræsentet quidditatem, & essentiam obiecti est ipsum obiectum in esse repræsentato secundum rationem specificam; cum enim Verbum divinum in representando comprehendat essentiam Patris, est univoca quædam species & similitudo illius essentia; sicut imago materialis perfecte repræsentans & exprimens suum exemplar, est ipsum exemplar, quo ad figuram & delineamentum exteriora, in quibus ipsi perfecte assimilatur.

50. Quod autem in Deo idem sit esse Filium & esse imaginem probatur primo ex Augustinib. 6. de Trinitat. cap. 2. dicente: *Filius eo imago quo filius*: Secundo ex Basilio orat. 16. in illud Ioann. *In principio erat Verbum.* &c. dicente: *Cur verbum? quoniam imago est genitoris, totam in se monstrans genitorem.* Tertio ex Athanasio in epistola de decretis Nicæne Synodi; ubi ita scribit: *Quemadmodum unus est Deus, necessarium quoque est unum esse Dei imaginem, quæ ipsius est Filius.* Et probat post: *Si enim imaginem nominis filii a hoc ipso esse induceris, quid enim simile Deo, nisi suavis progeneris.* Quarto ex Nazianzeno orat. 4. Theologie, quæ est 36. in ordine, ubi hæc habet: *Brevis & compediola, facilisque paternæ nature declaratio est filius, omne enim quod generatum est, genitorem suum tactu quadam voce definit.* Quinto ex D. Anselmo in Monologio cap. 33. Vbi cum pro possibiliter rationem urgentissimam dubitandi, an Spiritus Sanctus sit Filius, cum procedat similis in

Natura Patri & Filio, à quibus procedit, sit
 statim subiungit: *Sed sicut Verbum mox ut
 consideratur, se prolem esse eius, à quo proce-
 dit, evidētissime probat, promptam præfere-
 do parentis imaginem, sic amor apertè se pro-
 lem negat.* Nimirum quia Verbum ratione
 suæ proprietatis personalis est similitudo
 producta ad exprimendam naturam Patris;
 Spiritus vero Sanctus non est similitudo, sed
 amor, & impulsus productus. Sicut ex S. C.
 Clemente Papa epist. 1. ad Iacobum, qui lo-
 quens de verbo, inquit: *Est & speculum, &
 character & imago Patris, in omnibus Patri
 similis.*

Probatur quinto nostra sen-
 tentia ex D. Thoma quæst. 27. art. 2. vbi pro-
 bat, Verbum in Deo esse Filium, quia verbum
 est conceptio intellectus; conceptio autem in-
 tellectus est similitudo rei intellectæ; Et insu-
 per, est in eadem natura existens. Ergo secun-
 dum D. Thomam, ideo Verbum est Filius,
 quia est similitudo producta à Patre intelli-
 gente seipsum ad exprimendas suas perfe-
 ctiones, & est similitudo subsistens in natura
 divina, seu similitudo habens identitatem
 cum natura divina, quæ est ipsissima nostra
 ratio. Confir. nam ibidem ad secundum, do-
 cet propterea Verbum, in nobis non perfe-
 ctè participare rationem generationis, quia
 cum in nobis intelligere non sit ipsa sub-
 stantia intellectus; *Verbum quod secundum
 intelligibilem actionem procedit in nobis, non
 est eiusdem naturæ cum eo, à quo procedit.*
 Unde non proprie & completè competit sibi
 ratio generationis. *Intelligere autem divinum
 est ipsa substantia intelligentis: Unde Verbum
 procedens, procedit eiusdem naturæ subsistens,
 & propterea hoc proprie dicitur genitus & Fi-
 lius, itaque iuxta D. Thomam propterea Ver-
 bum mentis quod homo format de seipso,
 dum seipsum intelligit, non est Filius, quam-
 vis sit imago quædam hominis, quia cum sit
 imago realiter distincta à substantia homi-
 nis, non est homo, & e contra ideo Verbum
 productum à Patre intelligente seipsum est
 Filius, quia est imago producta à Patre ad
 exprimendas suas perfectiones, & imago sub-
 stantialis exigens ratione suâ infinite per-
 fectionis in representando realem identita-
 tem cum natura quam representat summe
 perfectè. Ergo sententia D. Thomæ eadem
 est cum nostra.*

Probatur sexto nostra senten-
 tia eadem D. Thoma 4. contragent. cap.
 1. vbi probat Verbum divinum esse Filium
 Dei, quia est imago producta à Patre ad ex-
 primendas suas perfectiones, & insuper est
 imago habens eandem naturam cum Patre;

quæ est ipsissima nostra sententia. Assump-
 tum patet; nam cum S. Doctor dixisset: *Ver-
 bum Dei comparari ad res alias intellectas à
 Deo sicut exemplar; ad Deum vero cuius est
 Verbum, comparari ut eius imaginem.* Siquidè
 ut paulo antea dixerat; *Verbum interius cõ-
 ceptum est quædam ratio & similitudo rei
 intellectæ: similitudo autem alicuius in alie-
 ro existens, vel habet rationem exemplaris, se
 se habet ut principium: vel habet potius ratio-
 nē imaginis, si se habet ad id, cuius est simi-
 litudo, sicut ad principium.* Cum hoc, in quâ
 dixisset, exactè explicat, quomodo Verbum
 hoc ipso quod sit imago ipsius essentiæ &
 substantiæ Patris sit quoque filius, hoc præ-
 claro discursu: Est differentia inter intel-
 lectum & sensum: nam sensus apprehendit
 rem quantum ad exteriora eius acciden-
 tia, quæ sunt color, sapor, quantitas & alia
 huiusmodi; sed intellectus ingreditur ad
 interiora rei: & quia omnis cognitio per-
 fitur secundum similitudinem; quæ est
 inter cognoscens, & cognitum, oportet
 quod in sensu sit similitudo rei sensibi-
 lis quantum ad eius accidentia: in intelle-
 ctu vero sit similitudo rei intellectæ quan-
 tum ad eius essentiã. Verbum igitur in-
 tellectu conceptum, est imago vel exem-
 plar substantiæ rei intellectæ. Cum ergo
 Verbum Dei sit imago Dei, necesse est quod
 sit imago Dei quantum ad eius essentiã.
 Hinc est quod Apostolus dicit ad Hebr. 1.
 quod est figura substantiæ Dei. Imago au-
 tem alicuius rei est duplex: est enim aliqua
 imago, quæ non communicat in natura
 cū eo, cuius est imago, sive sit imago eius
 quantum ad exteriora accidentia, sicut
 statua ænea est imago hominis, nec tamen
 est homo: sive sit imago quantum ad sub-
 stantiam rei; ratio enim hominis in intel-
 lectu non est homo. Imago autem alicuius
 rei, quæ eandem naturam habet cum re,
 cuius est imago, est sicut filius regis, in
 quo imago patris apparet: & est eiusdem
 naturæ cum ipso. Ostemum est autè, quod
 Verbum Dei est imago dicentis quantum
 ad ipsam eius essentiã: & quod in eadem
 natura cum dicente communicat. Relin-
 quitur ergo, quod Verbum Dei non solum
 sit imago, sed etiam filius, non enim sic est
 se imaginem alicuius, ut eiusdem naturæ
 cum ille sit, in aliquo invenitur, qui filius
 dici non possit, dummodo hoc in viven-
 tibus accipiatur, nam quod procedit ex
 aliquo viventi in similitudinem speciei
 dicitur filius eius: hinc est, quod in Psal-
 mo 2. dicitur: *Dominus dixit ad me, filius
 meus es tu.*

53 Et post modum probans processionem verbi à Patre esse naturalem, nostram sententiam manifestissime docet. *Manifestum est* (inquit) *quod Deus seipsum naturaliter intelligit, sicut naturaliter est: suum enim intelligere est suum esse. Verbum igitur Dei seipsum intelligentis naturaliter ab ipso procedit: & cum Verbum Dei sit eiusdem naturæ cum Deo dicente, & sit similitudo ipsius, sequitur quod hic naturalis processus sit in similitudinem eius, à quo est processio, cum identitate naturæ. Hac est autem vera generationis ratio in rebus viventibus, quod id, quod generatur, à generante procedat ut similitudo ipsius, & eiusdem naturæ cum ipso: est ergo Verbum Dei genitum vere à Deo dicente, & eius processio generatio, vel natiuitas dici potest.* Hinc est quod in Psalmo dicitur: *Ego hodie genui te*, id est, *in æternitate, quæ semper est præsens, & nulla est in eo ratio præteriti, & futuri.*

54 Itaque D. Thomas constanter docet, ideo Verbum esse filium, quia hoc ipso quod sit Verbum Dei intelligentis seipsum, est similitudo & imago producta à Patre ad exprimendas suas perfectiones; & cum sit eiusdem naturæ cum patre est imago substantialis, quæ est Deus sicut ipse Pater. Ergo secundum Div. Thomam specialis similitudo propter quam Verbum potius, quam Spiritus Sanctus est filius, est similitudo intensionalis producta, conveniens Verbo ratione formalitatis productæ: ut enim inquit Sanctus Doctor in eo capite: *Est de ratione Verbi, quod est intentio intellecta, quod procedat ab intelligente secundum suum intelligere; cum sit quasi terminus intellectualis operationis: intellectus enim intelligendo concipit & format intentionem, siue rationem intellectam, quæ est interius Verbum.* Ergo Verbum quatenus Verbum includit formalitatem productam per actum intelligenti, ratione cuius Verbum est similitudo rei intellectæ, producta ad exprimendas eius perfectiones. Ergo similitudo specialis cum principio producente propter quam Verbum potius quam Spiritus Sanctus dicitur procedere in similitudinem naturæ, non sumitur ex formalitate communicata, nempe ex natura divina; ut contendunt Thomistæ; sed ex formalitate producta; quæ in Verbo est similitudo, & species expressa, in Spiritu autem Sancto, non est similitudo, sed impulsus seu amor. Ac proinde esse eiusdem naturæ cum principio producente, eamque naturam accipere ex vi suæ processionis, non sufficit in Deo ad rationem filij; quia totum hoc convenit Spiritui Sancto; sed ulterius requiritur, quod ipsum vivens procedens ab alio, secundum formalitatem productam,

quàm importat in recto, sit similitudo expressa ad representandas perfectiones principij. In creatis autem sufficit quod vivens accipiat ab alio vivente tanquam principio intrinseco eadem naturam specificam, ut sit filius; quia in creatis vivens productum importat in recto naturam; & in ipso eadem est formalitas producta & communicata; ac proinde ipsa natura cum sit producta in creatis, & producta ad representandam essentiam patris, ipsa est fundamentum relationis imaginis: in Deo autem fundamentum hoc, non est natura, sed relatio, nam similitudo fundata in natura inter divinas personas, est communis omnibus personis, & non fundat relationem imaginis, quæ debet esse realis, & soli convenit Verbo respectu Patris.

55 Denique mens D. Thomæ satis constat ex modo, quo in eo cap. 11. & in compendio Theologiæ cap. 37. probat in Deo dari Verbum mentis, nimirum, quia cum necesse sit Deum seipsum intelligere, necesse est ut Deus intellectus sit in seipso; ut intelligente; *Intellectum autem in intelligente est intentio intellecta & Verbum. Est igitur in Deo intelligente seipsum Verbum. Dei quasi Deus intellectus; sicut Verbum lapidis in intelligente est lapis intellectus.* Et ut paulo post. addit: *Oportet, quod in homine intelligente seipsum Verbum interius conceptum non sit verus homo, naturale hominis esse habens; sed sit homo intellectus tantum, quasi quadam similitudo hominis vera ab intellectu apprehensa seu formata: ipsum vero Verbum Dei ex hoc ipso quod est Deus intellectus, est verus Deus habens naturaliter esse divinum; eo quod non est aliud naturale esse Dei, & eius intelligere.* Ergo iuxta D. Thomam ideo secunda potius persona quam tertia est Verbum & Filius, quia ratione suæ proprietatis personalis est Deus; intellectus, id est similitudo Dei formata ab intellectu Patris ad representandas infinite perfecte suas perfectiones, quæ similitudo est Deus verus, quia cum sit similitudo per se subsistens & substantialis exigit identitatem realem cum essentia Patris.

56 Denique & quidem principaliter probatur nostra sententia ex Augustino lib. 7. de Trinit. cap. 2. dicente: *Eo Filius quo Verbum, & eo Verbum quo Filius.* Quod prius docuerat Athanasius Orat. 2. contra Arrianos ijs verbis: *Eo ipso, quo Verbum Patris sui est Filius, & Filius est Verbum Patris, eiusque sapientia.* Quod Augustini assertum apud probant omnes Theologi post S. Thomam 1. p. q. 34. art. 2. ad tertium. Ergo ideo secunda persona potius quam tertia est filius, quia secunda potius quam tertia est Verbum. At ideo

secunda persona potius quam tertia est Verbum, quia secunda secundum suam proprietatem personalem, qua distinguitur ab Spiritu Sancto est similitudo producta ad exprimendas perfectiones patris; Spiritus Sanctus vero non est similitudo producta ad exprimendas perfectiones sui principij, sed pondus, inclinatio, & impulsus in bonitatem Patris & filij, qui ipsi producant; ut ostensum fuit disp. 2. sect. 2. & 10. Ergo ideo secunda persona potius quam tertia est filius, quia secunda potius quam tertia ratione suae proprietatis personalis est similitudo intentionalis producta ad exprimendas perfectiones sui principij, seu quia est imago intentionalis infinita cum perfectione representans essentiam & personam Patris; ex qua infinita perfectione provenit ut sit imago per se subsistens, & identificata realiter cum natura divina. Tertia vero quamvis ratione suae proprietatis personalis sit impulsus quidam productus tendens infinita cum perfectione in bonitatem Dei, ratione cuius perfectionis est amor quidam productus per se subsistens, & exigens identitatem realem cum natura divina: ac proinde quavis ex vi processio nis communicetur ipsi formaliter natura divina; tamen non est filius, quia ratione suae proprietatis personalis non est similitudo producta, seu imago, sui principij. Itaque personam productam accipere vi suae processio nis naturam divinam est quidem necessarium ad rationem filij in Deo, non tamen sufficit; sed ulterius requiritur, quod persona producta secundum id quod importat in recto sit similitudo producta & imago.

57 Si autem quaeras, an aliquo pacto distinguantur Filius & Verbum in Deo, respondeo non distingui virtualiter intrinsece, nec ratione nostra tanquam duas formalitates diversas, sicut distinguuntur misericordia & iustitia: quia cum generatio in divinis fiat per intelligibilem actionem, terminus productus per actum intelligendi in Deo quatenus sic productus est Filius. & quatenus sic productus est Verbum; nam Verbum est terminus productus per actionem intellectus: *Vnde in nomine Verbi esse proprietates importatur, quae in nomine Filij, ut inquit D. Thom. q. 34. art. 2 ad tertium id probans ex Augustino. Tamen, ut optime inquit P. Vazq. 1. p. q. 145. quamvis eadem sit proprietates Filiationis, imaginis & Verbi, differunt ex modo significandi, quatenus aliquid connotatur in vna, quod non connotatur in alia; filius enim solum significat relationem procedentis ab aliquo per generationem: Verbum autem praeter hanc, quam expresse & speciatim non significat, connotat etiam respectu rationis ad creaturas, quas representat,*

eum vero non connotat imago, quae solum dicitur respectum ad id cuius est imago.

Et ut inquit S. Thomas loco nuper citato; *natiuitas Filij, quae est proprietates personalis eius, diversis nominibus significatur, quae filio attribuuntur ad exprimendam diversitatem, de perfectionem eius: nam ut ostendatur connotatur Patri, dicitur Filius; ut ostendatur coeternus, dicitur splendor ut ostendatur omnino similis dicitur imago; ut ostendatur immateria; licet genus dicitur Verbum. Non potuit autem unum nomen inveniri, per quod omnia ista designarentur.*

58 Godoy r. 3. in 1. p. pag. 95. num. 68. ait, licet Verbum & Filius conveniant re & ratione in eo, quod dicunt in recto, nempe in relatione; differre tamen in eo, quod importat de connotato & obliquo: nam filius importat naturam sub conceptu naturae, seu radicis attributorum; Verbum vero non importat naturam sub conceptu naturae & radicis, sed sub conceptu representantis actualiter primo divinam essentiam, & secundo alia, quae per divinum intellectum necessario attinguntur. Sed haec ad modum loquendi spectant, & non probant Verbum importare aliam formalitatem sive productam, sive communicatam, quam non importet Filius; licet nos ob nostrum modum imperfectum concipiendi eandem formalitatem virtualiter intrinsece indivisibilem, possimus in ordine ad diversam connotata distinguere a seipsa. In eo tamen vehementer displicet hic auctor, quod nullam rationem representationis agnoscit in Verbo, quae ei non conveniat ratione praedicti absoluti: quod revera nihil aliud est, quam auferre rationem cur secunda persona potius quam tertia sit Verbum; ut constat ex dictis disp. 2. sect. 1. Nostram sententiam praeter Patres citatos, defendit aperte acutissimus Aureolus in 1. dist. 27. ubi docet, hoc quod est repraesentare creaturas convenire Verbo ratione relativi, & non per se ratione absoluti; quia nimirum ratione relativi est similitudo producta creaturatum, in qua tanquam in exemplari & aere illae representantur. Et ut testatur Failolus q. 27. art. 2. dub. 6 n. 60. Aureolus in 1. dist. 94 p. 1. art. 2. 3. & 4. docet non esse in divinis generationem, quae sit productio terminata ad substantiam, sed solum terminata ad imaginem sive similitudinem, sive speciem, sive apparentiam, sive relucientiam obiectivam. Sentit ergo formalitatem productam in Filio, esse similitudinem, seu imaginem obiectivam, in qua Pater seipsum & omnia cognoscit; & ideo docet secundam personam potius quam tertiam esse filium, quia secunda potius quam tertia est imago, & similitudo obiectiva ratione formalitatis productae.

SECTIO VLTIMA.

Soluantur obiectiones.

Arguuntur, quibus impugnari solet sententia P. Vaz. magna ex parte militanti contra nostram sententiam. Obijciens ergo primo argumentum, quo Godoy p. 761. n. 13. impugnat P. Vaz. nam ratio imaginis ad generationem terminanda, & ad rationem Filij sufficientis, est imago naturalis, ut patet in Filio creato, qui non est imago intentionalis Patris; sed imago naturalis; hæc cõpetit Spiritui S. eo ipso quod procedat ut similis in natura ex vi processions: non enim alia ratione Filius in creatis est imago naturalis sui genitoris, nisi quia per generationem accipit naturam formaliter, in qua assimilatur illi; quin ad hoc requiratur quod per intellectum procedat, ergo si Spiritus S. accipit ex vi processions naturam divinam erit imago sufficienti ratione ut sit Filius, & eius processio sit generatio. Resp. tamẽ ad conceptum filij sufficere quod sit imago naturalis Patris; ceterum rationem imaginis naturalis ut opponitur imagini intentionali, quæ est opus potestatis intellectivæ, esse ex terminis suis imperfectam, & solum convenire posse supposito creato; ac proinde minime convenire Spiritui S. quavis huic ex vi processions comunicetur formaliter natura divina, & procedat ut Deus, & ut persona divina. Ratio est, quia ut definit Aug. l. 83. quæst. q. 74. *imago est perfecta similitudo ad suum prototypum representandum expressa*: si sit imago artificialis, est similitudo in figura externa: si sit imago naturalis substantialis, est similitudo fundata in productione naturæ substantialis; vivens enim, quod procedit ab alio tanquam filius; debet procedere ut similitudo eius: ac proinde debet dari similitudo naturalis producta, & cum similitudo naturalis, prout cõtra distinguitur ab intentionali, fundetur in ipsa natura, debet natura procedentis esse producta, ad hoc ut procedens sit imago naturalis sui principij: ut cum inquit D. Th. 4. contrag. c. 11. *Hæc est vera ratio generationis in rebus viventibus, quod id, quod generatur, a generante procedat ut similitudo ipsius. Et eisdem naturæ cum ipso.* Quod verificari non potest ubi natura procedentis est eadem numero cum natura principij, nisi persona procedens in recto dicat aliquam formalitatem productam, quæ sit similitudo principij, seu similitudo representans principium, quod neutiquam convenit Spiritui Sancto.

61 Quod confirmo: certum est in divinis rationem imaginis solum filio convenire, ut probat S. Th. q. 3. a. 2. ex cõmuni consensu P. Lat. Ergo ad rationem imaginis proprie sumptam non sufficit unitas eiusdem numero naturæ: ergo non sufficit quod aliqua persona procedat ab alia, ab eaque accipiat eandem naturam, ut sit imago naturalis talis personæ à qua procedit: ergo requiri-

tur ad rationem imaginis naturalis, quod deus natura producta ad representandam naturam Patris, ut enim constat ex definitione Aug. imago est similitudo expressa ad representandum prototypum, id est producta in illum scopum. Imago ergo ut sic, importat in recto similitudinem productam: ergo ratio imaginis non convenit Spiritui S. nam iste non importat in recto formalitatem, quæ sit similitudo producta ad representandum, suum principium, sed quæ sit pondus, & inclinatio affectiva in bonitatem infinitam Patris & Filij, à quibus producitur. Natura autem divina, quæ accipit Spiritus S. ex vi processions quavis sit representatio formalis, quatenus est intellectio, & sapientia, à qua Spiritus S. denominatur intelligens & sapiens, non est tamen representatio producta; eum predicata absoluta in divinis non producitur. Imago ergo pure naturalis ex terminis suis dicitur imperfectam, quia significat similitudinem fundatam in natura producta ad representandum suum principium: nam relatio imaginis debet fundari in vera productione. Cum ergo relatio imaginis pure naturalis non fundetur in representatione intellectuali producta, debet fundari in natura producta, ac proinde in natura distincta realiter à natura sui principij, & consequenter in natura finita & limitata. Quare licet Spiritus S. evadat ex vi suæ processions eiusdem naturæ cum principio suo, utque ex vi suæ processions Deus de Deo & persona divina; non tamẽ est formaliter vivens à vivente in similitudinem naturæ; quia formalitas producta, quam importat in recto, non est similitudo producta ad representandum suum principium.

62 Sed obijciens secundo: ergo Verbum notum est imago naturalis Patris, sed imago pure intentionalis: ac hoc est falsum. Verbum enim est filius; de conceptu autem filij est esse imaginem naturalem patris. Resp. primo neg. primam consuetudinem ex concessis non sequitur: non enim dixi imaginem naturalem ut sic ex terminis suis dicere imperfectionem; sed imaginem pure naturalem: nam imago pure naturalis excludit rationem imaginis intellectualis, petirque ut terminus productus per generationem non producatur per actum intelligendi; proindeque petir ut Filius non sit Verbum patris productum ad representandum intentionaliter perfectiones sui principij: ac proinde petir ut terminus productus per generationem habeat naturam productam, in cuius productione fundetur relatio imaginis: nam relatio imaginis debet fundari in productione similitudinis: unde si similitudo illa non sit representativa, qualis est, quæ convenit Verbo ratione suæ proprietatis personalis, debet esse fundata in productione naturæ. At imago naturalis ut sic prout præscindit à pure naturali, & à naturali & intentionali simul solum dicit similitudinem perfectam productam ad representandum suum prototypum. Si ratio illa con-

trahatur ad imaginē purē naturalem, exprimitur imperfectionē, quia perit similitudinem fundatam in productione naturæ. Si autem contrahatur ad imaginē naturalem & intentionalem simul, nullā imperfectionem dicit, quia dicit similitudinem productam ad representandam naturam Patris, & simul exigentem identitatem cum illa. Et iuxta hunc sensum imago intentionalis ut sic præscindit ab imperfectione: nam imago intentionalis ut sic importat Verbum mentis productum ad representandam naturam sui principij, si imago sit pure intentionalis excludit identitatem realem Verbi cum natura sui principij, & ideo imago intentionalis, quam Angelus vel homo format de se ipso, dum seipsum intelligit, vel quam format de Deo, dum Deū intelligit, est imperfecta, quia est pure intentionalis, & excludit identitatem realem cum natura obiecti representati, per cuius influxū producitur. At ubi imago intentionalis non est pure intentionalis, ita est similitudo producta ad representandam naturam sui principij, ut ratione sue perfectionis in representando exigat identitatem realem cum illa natura: unde terminus productus est similitudo producta ad representandum suum principium & simul est eiusdem naturæ cum illo, ac proinde est Verbum & simul filius. Resp. secundo distinguendo illam propositionem: *Ergo Verbum non est imago naturalis Patris, sed pure intentionalis*, si ly *pure intentionalis* excludat identitatem realem cum natura Patris, vel ab illa identitate præscindat; ergo Verbum esse imaginem pure intentionalem Patris; nam Verbum divinum importat in recto representationem naturæ Patris ita perfectā, ut titulo infinite perfectionis in representando naturā Patris exigat identitatem realem cum natura Patris: si ly *pure intentionalis*, excludat rationem imaginis fundatam in productione naturæ; concedo Verbum esse imaginem pure intentionalem, quia licet sit similitudo producta ad representandam naturā, & perfectiones Patris; similitudo producta non est natura ipsius Verbi, sed personalitas virtualiter intrinsicè distincta à natura; quā personalitatem importat in recto persona divina; cum tamen persona creata importet in recto naturā; ob quā causam persona creata nequit esse similitudo producta quin eius natura sit producta. Et licet Verbum sit imago pure intentionalis in hoc sensu, est tamen imago infinite perfecta in illa linea; quia est representatio producta per se subsistēs, & ex conceptu representandi cum infinita perfectione naturā & attributa Patris, exigit identitatem realem cum natura Patris & eius attributis, ut enim docet D. Th. q. 27. a. 1. ad secundū: *Manifestū est, quod quanto aliquid magis intelligitur, tanto conceptio intellectus est magis intima intelligenti. & magis unūquam intellectus se-*

cundū hoc quod actu intelligit, secundū hoc sic magis unūquam intellectu. Unde cum divinum intelligere sit in ultimo perfectionis, necesse est quod Verbum divinum sit perfecte unūquam eo, à quo procedit absque omni diversitate. Quare quia Pater producit Verbum per actū intelligendi infinite perfectū in linea intelligenti, & idem significatū cum sua essentia; producit Verbum, quod titulo representandi est infinite perfectione essentia & attributa Patris perit identificari, realiter cum essentia Patris; ac proinde producitur Verbum, quod per eandem formalitatem sit Verbum & sit filius, & eo sit Verbum, quo est filius, & eo filius, quo est Verbum; quia iste filius est productus per intelligibilem actionem.

63. Iuxta hunc discurrendi modum imago pure intentionalis præscindit ab eo, quod sit perfecta, vel imperfecta. Si imago intentionalis procedat ab intellectu non intelligente per suā substantiā, sed per actū à se realiter distinctum; illa imago pure intentionalis erit imperfecta, quia erit accidens intelligentis ab eius natura distinctū; si autē imago intentionalis procedat ab intellectu intelligente per suā substantiam, qualis est solus intellectus divinus, illa imago pure intentionalis erit ab omni imperfectione libera; quia erit imago per se subsistēs infinita cum puritate & limpiditate representans perfectiones substantiæ intelligentis, & titulo huius perfectionis representativæ exigens identitatem cum essentia intelligentis. Quāvis autē Verbum divinum dicatur imago pure intentionalis in hoc sensu, quia non est imago naturalis, de cuius conceptu est, ut relatio imaginis fundetur in productione naturæ, in qua genitū assimilatur generanti; tamen ista imago pure intentionalis dicitur naturalis in alio sensu, quatenus producit ex determinatione naturæ; quo pacto naturaliter intelligimus prima principia, ad quorum cognitionem determinamur à natura, & non intelligimus naturaliter conclusiones, quarum notitiam studio & labore adquirimus; prout notavit D. Th. 4. contrag. c. 11. explicans enim quo pacto Verbum Dei naturaliter generetur, ut sit similitudine intellectus creati, qui dicitur intelligere naturaliter prima principia; non autē conclusiones, quas cum studio querit & cum labore invenit. Verbum ergo Dei quāvis sit imago pure intentionalis, erit imago naturalis in eo sensu, in quo Verbum quod formatus de primis principijs dicitur imago naturalis: quatenus naturaliter procedit ab intellectu. Absolute vero potest etiā in alio sensu dici imago intentionalis, & naturalis simul, quatenus non solum procedit naturaliter ab intellectu divino; sed quatenus hæc imago Dei naturaliter procedēs ab intellectu divino exigit identitatem in essentia cum suo principio producente; quod non habet ullum Verbum mentis creatum.

DISPUTATIO QUINTA

AN VERBUM PER SE PROCEDAT EX COGNITIONE SOLIVS ESSENTIAE, ET ATTRIBVTORVM, AN TOTIVS TRINITATIS?

CVM ex superioribus constat Verbum esse terminu productum per actu intelligedi, inquirimus in presenti quina sit ille actus intelligedi, an sit cognitio solius essentiae & attributoru, an totius Trinitatis?

SECTIO PRIMA.

Status quaestionis, Authorum placita: & Veterioris sententiae propositio.

DVBU esseio potest, an realiter & idem vice, vel concomitantet omnis omnino, & omnis prorsus obiecti divina cognitio sit principium Verbi, eo siquide pacto ut vnica sit quest. locus no relinquitur. Dubitatio igitur reduplicatiue procedit de cognitione quatenus per se requiritur ad productione Verbi, siue quatenus est principium, aut productio Verbi. Non enim omnia, quae in aliquo principio inveniuntur, se habent per se ad omnes illius productiones, vt animalitas licet sit in homine, per accidens se habet ad discursum humanu: & sicut no formaliter per natura, sed per substantia Verbu terminat natura humana, & sicut in presenti, vt comunior sententia tenet, Verbu per se non procedit ex cognitione futuroru: & vt alij opinantur, creaturae non procedunt per se a Deo vt Trino. Simili ergo ratione quaestio in presenti est, quae obiecta representare debeat divina cognitio, non vt divina, vel vt in se, & adaequate supra, sed vt productio, vel vt productiua Verbi est.

3 Sed enim de praedicatis necessarijs, & absolutis, ta essentialibus, qua attributalibus, omnique aded perfectione divina, que relatiua no sit, nulla est inter Theologos conuentionis, omnibus scilicet vnanimi consensu affirmantibus per se Verbu a cognitione eoru omniu procedere. Cuius sententiae vel potius certissime suppositionis fundamentu a fortiori constabit ex sequentibus, tota igitur difficultas reuocatur ad cognitionem personarum: quibus positis.

4 Prima sententia est Scoti existimantis Verbu non procedere ex cognitione vllius personae. Ita explicant Scoti sententia Suarez. Vazquez. Ruiz, & alij mox citandi. Secunda sententia est Verbum procedere ex cognitione primae personae, sed non Filij, nec Spiritus S. Ita Ioan. Puteanus q. 34. a. 3. n. 2. Acharius apud Praepositu infra & alij nonnulli apud Arrub. & Fall infra: tertia docet procedere ex cognitione Patris, &

Filij, sed non Spiritus S. Ita Vaz. d. 1. 4. c. 3. & 4. & d. 1. 43. c. 2. & 3. quem sequitur Gamach. apud Praep. Aegy. Lufit. 1. de Beat. q. 4. a. 2. 4. §. 5. Aloysius Tur. d. 1. 8. dub. 2. & Alarc. tr. 5. d. 8. c. 7. quarta nonnullorum apud Alarc. docet, procedere ex cognitione Patris, & Spiritus Sanct. sed non ex cognitione sui ipsius. Vltima denique & communis tam inter Thomistas, qua inter nostros sententia est, Verbu per se procedere ex cognitione omniu personaru. Ita cum Aug. 1. 5. de Tr. c. 14. S. Th. 1. p. q. 34. a. 1. ad 3. Exim. Doct. l. 9. de Tr. c. 4. & 5. Mol. Valenc. Zuñ. Gran. Ruiz, Bonay. Gabriel, Rich. & alij apud Amicum illis subscribentem 1. p. d. 76. n. 86.

5 Quae sententia efficaciter suaderet in huc modum Verbu per se procedit vt infinite perfecta in ratione Verbi: ergo per se procedit ex cognitione infinite perfecta; sola autem cognitio exacte coprehensiva diuinae essentiae est infinite perfecta; ergo procedit ex cognitione exacte coprehensiva diuinae essentiae. At eiusmodi cognitio necessario debet comprehendere tota Trinitate; ergo per se procedit ex cognitione coprehensiva totius Trinitatis. Minor suaderetur quia essentia diuina est prima radix adaequate, & perfectissime continens omnes diuinas relationes: implicat autem exacte coprehendere radicem sic continentem proprietates, & has non coprehendere: tu quia essentia diuina ratione sui formaliter exigit identitate reale cum relationibus; imo ratione sui formaliter est identificatio actiua cum illis: nequit autem exacte coprehendi illa exigentia, & identificatio, quin terminus exigentiae, & passiva identificatio comprehendatur.

6 Confirmatur Primo, quia Verbum per se procedit ex illa cognitione, quam Pater per se formaliter comunicat ipsi, Pater autem per se comunicat formaliter Filio cognitionem coprehensiuam totius Trinitatis: ergo, &c. Probo minor; quia Pater per se comunicat formaliter Filio suam essentiam: essentia autem diuina consistit in perfectissima cognitione obiecti perfectissimi, ac proinde in cognitione perfecte penetrante myst. Trinit. ergo per se comunicat illi cognitionem coprehensiuam Trinitatis. Confirm. secundo Pater generat Verbu, dum se ipsum comprehensive contempletur: vt enim inquit Eximius Doct. l. 9. de Tr. c. 4. n. 14. certissimum est, Patrem producere Verbu vt sui ipsius imaginem.

Et ut se in illa. Et per illud intellectus aliter representet: quomodo autem potest ut sui imaginem Verbum producere, nisi se ipsum ut exemplar inspiciat? ergo procedit Verbum ex cognitione comprehensiva Patris: ergo ex cognitione comprehensiva reliquarum personarum: implicat enim Patrem se ipsum comprehendere, quin suam fecunditatem ad producendum per intellectum, & voluntatem comprehendat, sive quin comprehendat vim generativam, & spirativam; has autem nequit comprehendere, quin cognoscat earum terminos, quos sane nequit cognoscere solus, inadequate, & non comprehensive: ergo implicat, Patrem se ipsum comprehendere, quin comprehendat Filium & Spiritum S. ergo, &c.

SECTIO SECUNDA:

Soluntur obiectiones.

7 **O**bjicies primo de conceptu cognitionis comprehensivæ divinæ essentia non esse quod pro quolibet signo attingat omnia, quæ sunt formaliter in Deo; nam Pater pro priori ad generationem Verbi comprehendit essentiam divinam, quoniam tamen pro illo priori cognoscat decreta libera: in illo namque signo nequit existere scientia contingens, qualis est scientia decretorum; cum omnis formalitas contingens supponat personas iam constitutas: ergo quavis Verbum procedat ex cognitione comprehendente essentiam divinam pro illo priori, non tamen ex scientia pro illo priori attingente Filium, & Spiritum S. & ratio a priori videtur esse, quod scientia divina cognoscens res, prout sunt in se, nequit terminari ad obiectum, antequam obiectum detur; & ideo non terminatur pro illo priori ad decreta, quia hæc pro illo priori non existunt; ergo cum pro illo priori nec Filius, nec Spiritus S. existat, pro tunc ad illos non terminatur.

8 Sed contra est, quia cognitio illa nequit præscindere pro illo primo signo ab illo presentato tunc existenti, alioqui foret inadæquate, & imperfecta: ergo cognoscit essentiam divinam ut radicem perfecte continentem omnes relationes, siquidem illa continentia est prædicatum virtualiter indistinctum ab essentia: hoc autem prædicatum cognoscere nequit adæquate, quin relationes attingat: ergo, &c. quare licet relationes non existant in se ipsis pro illo priori, nihilominus pro illo priori existunt in essentia, & ratione illius sunt pro illo priori cognoscibiles. Ex quo patet, non esse eandem rationem de decretis liberis; hæc enim non sunt cognoscibilia pro illo signo; siquidem essentia existens pro illo primo signo non habet connexionem cum existentia alicuius decreti determinate sumpti. Adde in decretis liberis dati in super aliam rationem, ne sint cognoscibilia pro illo primo signo, quæ non militat in relationibus: nam quatenus libera postulatur, ut nihil præcedat origine vel natura ha-

bens infallibile connexionem cum ipsorum existentia: ac proinde postulant cognosci potius per cognitionem se habentem pro posteriori: relationes vero eam necessario dimaneant ab essentia, postulant cognosci cum primum ipsa cognoscitur. Objicies secundo ex nostra sententia sequi, Verbum procedere à se ipso, & ab Spiritu S. siquidem ab illo obiecto procedit, ex cuius cognitione oritur. Nego sequela, & eius rationem: nam tunc solum actus notionalis procedens à cognitione obiecti, ab hoc quoque procedere dicitur, quando obiectum movet ad cognitionem, vel per se ipsum immediate, vel mediante specie à se producta; non autem quando est pure terminativa cognitionis; ut contingit in personis. Nam nec personarum procedentes, nec Pater ipse sunt obiectum motivum illius cognitionis, per quam Verbum procedit: intellectus namque divinus, cum sit ex se in omni linea completus ad intelligendum, habet ratione sui omnem complementum, quod intellectus creatus caput ab obiecto. Unde ipse est facultas intellectiva, & species intelligibilis, & intellectio actualis omnium intelligibilium, ac proinde illi repugnat, per aliquid à se virtualiter distinctum compleri. A cognitione autem Spiritus S. recte potest Verbum procedere, quia cum hæc existat pro priori ab Verbo, recte potest suo modo in illud influere; at Spiritus S. cum sit pro posteriori, nequit hoc præstare.

9 Quod si ut plures volunt, inter quos est P. Vaz. 1. p. d. 112. c. 2. & 3. productio Verbi sit actus intelligendi, ita ut deus duplex intellectio, altera essentialis communis tribus personis, altera notionalis, & propria Patris, per quam intelligendo producat, & producendo intelligat: hæc notionalis intellectio nequit pro obiecto motivo respicere personas procedentes vi potestate originis posteriores, ac proinde incapaces complendi intellectum paternum ad illam intellectioem, sed ad summum respiciet Patrem secum virtualiter identificatum: si enim intellectio essentialis nequit respicere pro obiecto motivo aliquod virtualiter à se distinctum, & origine virtuali posteriorius; multo minus intellectio notionalis poterit respicere aliquid origine reali posteriorius.

10 Nec video, quã vim habeat ratio, quam videtur P. Vaz. illa d. 142. n. 25; nam si formaliter (inquit) Verbum procedit cognitione, qua cognoscitur Spiritus S. sequitur in illo priori, quo formaliter intelligitur Filius procedere, esse etiam Spiritum S. cognitum, & ita ut obiectum movere, & esse obiective principium. Non, inquam, video, quã vim habeat hæc ratio: nam ex eo, quod pro illo priori intelligatur Spiritus S. cognitus, solum sequitur, pro illo priori terminare cognitionem quasi extrinsecè; stat autem obiectum terminare cognitionem: & minime ad illam movere.

12 Objicies tertio cognitio Spiritus S. vel Filii, ex qua Verbum procederet, deberet esse

Intuitivata intuitiva esse nequit, quia cognitio intuitiva supponit existentiam sui obiecti: cognitio autem, ex qua Verbum procedit, nequit supponere existentiam illius, vel Spiritus S. ut patet; ergo, &c. Propter hoc argumentum aliqui dixerunt, cognitionem, quam habet Pater de reliquis personis pro priori ad generationem Verbi, esse abstractivam: falso tamen, quia ut recte docet Exim. Dod. l. 9. de Tr. c. 5. n. 8. omnis cognitio abstractiva, aut in obiecto supponit imperfectionem, quantumvis istud de se abstrahit ab existentia, & est indifferens; ut existat, vel non existat; in quo sensu abstractiva dicitur cognitio divina de creatis possibilibus, vel imperfectionem supponit in cognoscente, quatenus iste non attingit rem illam per proprias species, & prout est in se; in quo abstractiva nuncupatur omnis nostra cognitio, quam de Deo in hac vita habemus.

13 Quapropter dicendum est illam cognitionem esse intuitivam, quia respicit rem vel existentem, & sibi coexistentem, illam attingendo per propriam speciem; & prout est in se, quod enim personae procedentes sunt posteriores origine Patre, non tollit, quominus sint ei praesentes, & existant in eodem signo in quo, licet prodistant in eo signo a quo; hoc enim nihil aliud est, quam illas esse principiatas & non esse principium, quod non tollit, quod sint in eodem signo rationis, ut enim optime animadvertit P. Vazq. ubi supra n. 2. prioritas originis ita est inter personae constituenda, ut sint simul natura, & cognitione; nam Pater ut Pater est prior origine Filio ut Filio, ut probat idem Vaz. d. 167. c. 2. & tamen ut sic sunt simul natura, & cognitione, quod si sunt simul cognitione, profecto existunt in eodem signo rationis in quo: tunc enim unum non existit in eodem signo rationis cum alio, quando cognoscitur cognitione praescedente ab existentia alterius. Et ideo in creatis causa, & effectus non existunt in eodem signo rationis in quo, secus vero actio, & terminus. Hinc constat, falsum esse quod assumitur, nepe cognitionem intuitivam supponere existentiam sui obiecti. Quod vel inde patet, nam essentia divina se ipsam intuitive cognoscit, quin ad se ipsam praesupponatur; & intuitive cognoscit existentias creaturarum, quas tota aeternitate antevertit.

14 Hinc infero, falsum esse, quod aliqui dicunt Patrem quidem intuitive cognoscere pro illo priori Personas procedentes, sed tamen non cognoscere illas ut productas, sed ut producendas, non ut existentes, sed ut extituras. Constat enim hoc respectu intellectus divini attingentis res, prout sunt in se, falsum esse, quod eodem Patre videat, se esse producentem, & Filium v. g. esse productum, non sufficit, ut hunc cognoscat ut futurum: licet a nobis imperfecte res concipiatur, quod est origine posterius, appre-

hendit soleat ut futurum respectu sui principii; 15 Dices cognitionem illam non posse esse intuitivam personarum, quia non cognoscit illas in se ipsis, sed in essentia tanquam in medio. Respondedo ad intuitionem non requirit, quod res cognoscatur in se ipsa movet, sed satis esse, quod cognoscatur in se ipsa terminative; dummodo cognitio illa clare attingat rem vel existentem; imo quando medium est perfectius, quam res ipsa, perfectior est intuitio rei in medio, quam in se ipsa, quia medium illud gerit minus species; & quanto perfectior est species, perfectior evadit cognitio. Hinc perfectior est cognitio, quam Beati cognoscunt creaturas in Verbo, quam sit cognitio scientiae infusa, per quam illas cognoscant in se ipsis.

16 Obijcies quarto: scientia visionis non est causa rerum sibi obiectarum: ergo nec visio Verbi potest esse principium, ex quo illud procedat. Nego consequentiam propterea ante est verum, quia scientia divina, quae est rerum consingentium causa, debet dirigere ad volitionem liberam per quam Deus omnia ad extra operatur: ac proinde debet proponere obiectum cum indifferencia ad existendum, vel non existendum, quod praestare nequit scientia visionis representans obiectum ut determinate existens: unde sola scientia simplicis intelligentiae illud representans ut possibile potest eo munere fungi. Quae ratio cessat in productione Verbi, ut considerari poterit.

SECTIO TERTIA.

Expenditur sententia P. Vazquez.

17 NON negat hic Author, Patrem pro priori ad generationem Verbi cognoscere Spiritum S. per cognitionem essentialem; imo asserit illum attingere per cognitionem notionalem, qua Verbum generat tanquam actione: va illa dif. 143. n. 18. supponit, Patrem unico simplicissimo intuitu cognitionis notionalis intelligere se, Verbum, & Spiritum S. sed ait cognitionem illam ut terminatam ad Spiritum S. patre concomitantem se habere, ac proinde Spiritum S. non esse per se requisitum per modum obiecti cogniti ad Generationem Verbi.

18 Probat autem hanc sententiam a priori n. 21. quia illud dicitur, inquit, per se principium altius operationis, quo positio ponitur, & quo ablato auferitur in nostra intellectione, ablato autem Spiritu S. hoc est non considerato a nobis, intelligimus nihilominus Verbum integre productum a Patre virtute sui intellectus, perfectum Dei, omnipotentem, & cum alijs perfectionibus, quae divinae naturae tribuntur. Hoc autem ita esse probatur; nam generatio Verbi, quae simul est actio, & cognitio, quae producendo cognoscit, & cognoscendo producit; quatenus productio solum terminatur ad Filium, quatenus cognitio autem

insuper terminatur ad aliud correlativum, nempe Patrem, non autem ad Spiritum S. ad quem Filius, ut Filius, relationem non dicit. Verum cum in Filio prater proprietatem personalem, qua per se constituitur ut Filius (inquit ille n. 24.) sit etiam ratio spiratoris, quæ nostro modo intelligendi concipitur ut concomitans personam Filij secundum rationem Filij; ideo per cognitionem Patris, quatenus terminatur ad notionem spiratoris, & ad personam Spiritus Sancti procedit Filius secundum quod spirator, est.

19. Secundò probat eandem à posteriori n. 16. quia si Spiritus S. compararetur ut obiectum, per se requisitum ad generationem Verbi, istud foret illius imago, cum enim sit Verbum, & similitudo Spiritus S. eum perfecte representans, nihil ipsi de esset ad rationem imaginis, si ab illo ut obiecto cognito per se procederet; hoc enim ad rationem imaginis sufficit: nam imagines depictæ imagines sicut rerum, quas representant, cum tamen ab eis, ut obiecto motivo intelligibiliter solum procedant.

20. Impugnatur primo, hæc sententia, nam eadè ratione, qua hic Author n. 12. probat Verbum per se procedere ex cognitione Patris, & Filij; nimirum quia eius productio cum sit simul cognitio, sicut habet Verbum pro termino producto, ita habere debet pro obiecto cognito; & tunc repugnet, attingi unum correlativum sine alio debet simul cum Filio Patre representare: eadè inquam, ratione possumus nos probare per se procedere ex cognitione Spiritus S. quia Verbum non minus per essentiam, quàm per relationem constituitur, ac proinde cognitio illa non minus essentiam, quàm relationem debet comprehendere; at qui non minus repugnat cognoscere essentiam comprehensivè, non cognitio Spiritui S. quam cognoscere filiationem, non cognitio Paternitate; ergo, &c. adde non minus repugnare Patri cognoscere per productionem Verbi filiationem quàm cognoscere virtutem spirandi illi annexam, ac quin cognoscat eius correlativum formale.

21. Secundo impugnatur ad hominem eadè ratione, qua ipse n. 10. ut manifestum supponit, Verbum per se procedere ex cognitione attributorum, Ratio enim, qua vititur, est huiusmodi: quia omnibus, inquit, compertum est in eo primo signo rationis, in quo prima persona intelligitur fecunda ad generandum, non solum concipi Deum ipsa essentia divina constitutum, verum etiam perfectum omni attributo, & perfectione quæ essentia divina convenit, & omnibus personis communis est: æterna enim generatio sicut communica Filio naturam, communicat etiam ea, quæ propria illius sunt, ut sicut producit Deum, producat quoque omnipotentem, &c. cumque generatio, & Verbi productio sit intellectio, sit, ut intellectio, qua Pater intelligit essentiam, & attributa, producat Filium suum. Hæc ille. Tum

sic, atqui inter perfecti omnes absolutas, quæ conveniunt essentia divina, & sunt communes toti Trinitati, numerari debet cognitio comprehensiva totius Trinitatis, ut pater; ergo Deus concipitur in illo signo, ut cognoscens per hanc scientiam; ergo cum generatio Verbi sit intellectio, sit, ut intellectio, qua Pater intelligit comprehensionem Trinitatis, ut perfectionem essentia, producat Filium suum: hoc autem stare nequit, quin per illam intellectioem notionalem ipsam Trinitatem attingat.

22. Tertio, quia bifariam possumus secundam personam, & quatenus Filium, & quatenus Verbum, considerare. Sub prima consideratione debet procedere per naturam tanquam per principium, ac proinde illa quatenus talis est per se requisita ad generationem Verbi; sed natura consistit in actuali cognitione, quæ per eandem formalitatem etiam ratione nostra imprescindibile essentia tanquam obiectum primum & in illa relationes attingat tanquam obiectum secundum; ergo cognitio relationum est per se requisita ad generationem Verbi, quatenus Filius est. Deinde sub posteriori etiam consideratione debet procedere ex cognitione Spiritus S. nam hæc in Patre præcedit, & prout talis non est minus fecunda ad productionem Verbi, quia cognitio alterius predicati necessarii; ergo illi debet per modum termini correspondere Verbum. Quare falsum est, quod P. Yaz. assumit, nempe ablata per intellectum cognitione Spiritui S. adhuc Verbum per mansurum: non enim permaneret hoc, sed aliud imperfectum, & inadæquatum.

23. Ad rationem à posteriori resp. illud absurdum non sequi, quia ut similitudo expressa obiecti sit eius imago, requiritur, ut ab illo, vel tanquam ab exemplari, vel tanquam à principio efficiendi aut motivo procedat, ut ostendunt P. Suarez l. 9. de Tr. c. 8. & P. Ruiz d. 64. f. 2. sicut non sufficit, unam rem esse alteri perfecte similem, ut sit imago eius naturalis, sed ulterius requiritur, ut ab illa procedat. Et ideo Verbum nec sui ipsius, nec à se nascentis spiritus est imago; nam ut loquitur Anf. in Mon. c. 60. prope finem: *Nec ex se ipso, nec ex procedente à se nascitur.* Imagines ergo depictæ non ideo præcise sunt proprie imagines rerum, quas representant, quia procedunt ex illarum noticia existente in mente artificis, sed quia ab ipsis oriuntur tanquam à causa exemplari, vel tanquam à motivo remote saltem.

24. Aliam rationem addit P. Suarez l. & c. 9. de Tr. n. 8. nimirum, quia Verbum non procedit ex vi suæ processions primario ad representandum Spiritum S. sed quasi secundario, quatenus scilicet non potest representare essentiam Patris, quin etiam Spiritum Sanctum representet; quod non sufficit ad rationem imaginis, quæ primario debet esse ordinata ad representandum prototypum. Et iuxta hunc dicendi modum

licet Verbum per se procedat ex cognitione Spiritus Sancti, non tamen primario, sed quasi secundario. Advertendum autem est cum eodem Suar. lib. 9. c. 5. n. 4. illud *Primario*, & *Secundario*, sumendum esse ex parte obiecti, non autem ex parte actus: nam ex parte actus primario, & per se producitur per cognitionem personarum, quia videlicet ille actus per se primo habet, quod sit cognitio, non solum essentiae, sed personarum: unde non concomitanter, sed per se procedit Verbum ex illo actu, ut respiciente Spiritum Sanctum.

25 Dices ad rationem imaginis non requiri quod procedat à re, cuius est imago. Nam cognitiones Angelorum sunt imagines rerum inferiorum, quas representant; cum tamen ab ipsis non procedant, sed ab speciebus à Deo inditis. Resp. species illas Angelis inditas esse vicarias obiectorum, ac nomine illorum agere, & ad ipsa representanda primario ordinari: imo iuxta valde probabilem sententiam nunquam influere naturaliter in cognitionem, nisi prius existente obiecto, & exigente, ut nomine ipsius non po-

tentis concurrere ad sui cognitionem ille concurrant. Quae sufficient, ut cognitiones ab illis actibus eorum obiectorum proprie dicantur imaginis: nihil autem horum militat in Deo. Nam licet essentia divina gerat quasi munus speciei respectu relationum, non tamen agit illarum nomine, cum enim sit formaliter à se, debet omnino à se agere, nec minus ei repugnat nomine alterius agere, quàm ab alio esse, ac proinde nequit primario destinata esse ad representandas relationes. Hic obiter nota, quumvis Verbum non procedat à Paternitate ut obiecto motivo; nihilominus satis esse, quod absolute procedat à Patre, ut sit non solum imago naturalis, sed intentionalis illius: satis enim est P. absolute distinguatur ratione paternitatis, & movere ratione essentiae ad Verbum, ut istud dicatur imago intentionalis ipsius. Haec autem omnia, qua hucusque de processione Verbi disputavimus, pariter probant, Spiritum Sanctum per se procedere ex amore totius Trinitatis, quia debet per se procedere ex amore comprehensivo essentiae.

DISPUTATIO SEXTA.

AN VERBUM PER SE PROCEDAT EX COGNITIONE POSSIBILIVM?

1 **B**isariam potest hae quaestio disputari, vel praescindendo ab eo, quod Deus habeat essentialem connexionem cum creaturi possibilibus, id est cum eo, quod creaturae sint possibiles: vel supponendo, non habere illam connexionem, & in utroque sensu ea disputabimus, praesertim in primo; nam ad secundum necessarium est supponere, creaturas habere ex se quandam non repugnantiam necessariam distinctam à Deo, qua deficiente, maneret adhuc Deus, quae tamen non repugnantia in explicabilis mihi semper visa est, & chymaeris plena, ut constat ex 1. tom. disp. 35.

SECTIO PRIMÆ.

Eligitur, & probatur sententia affirmans.

2 **N**egativam partem defendunt Scotista cum Scoto, & P. Arrabal, Turrianus, Alarcon, & alij cum P. Vazq. 1. p. d. 143. c. 3. Partem vero affirmantem tenent communiter Thomista cum D. Thom. 1. p. q. 34. a. 1. ad 3. & cum Caiet. ibidem a. 3. Item nostri cum Eximio Doct. lib. 9. de Trin. cap. 6. quos refert, & sequitur P. Amicus disp. 26. n. 126.

3 Quam sententiam ego verissimam puto, eamque sequenti ratione suadeo. Verbum per se procedit ex cognitione comprehensiva divi-

nae essentiae: at cognitio comprehensiva divinae essentiae, quatenus talis, est cognitio creaturarum possibilium: ergo per se procedit ex cognitione creaturarum possibilium. Minor probatur, quia cognitio comprehensiva divinae essentiae, illam ut absolute potentem producere creaturas cognoscit, nam Deum esse absolute potentem, est denominatio ipsi adaequate intrinseca, quia est denominatio omnino necessaria: nulla autem denominatio omnino necessaria potest constitui per aliquid creatum: siquidem omne creatum sicut ex conceptu suo est ab alio, ita ex conceptu suo est contingens: atqui cognitio divina Deum ut absolute potentem representans est cognitio creaturarum possibilium, ut patet: ergo & caetera. Dices Deum solum quantum est ex se, esse potentem producere creaturas, & in ratione absolute potentis constitui per possibilitatem quandam se tenentem ex parte ipsarum. Sed contra, quia vel illa possibilitas est identificata cum ipsis rebus, quae dicantur possibiles, vel distincta: si primus, ergo sicut illa possibilitas est ens necessarium & aeterno datur, ita homo, v. g. qui ab illa denominatur possibilis, erit ens necessarium & aeterno dabitur. Quis autem non videat, quam hoc sit absurdum: ecce P. Suar. disp. 31. Metaph. sect. 2. principium

secundum fidem certum statuit, creaturam de se, & antequam à Deo in tempore fiat, nullum habere in se prædicatum reale, sed esse purum nihil. Si secundum: ergo hominem esse ab æterno possibilem est denominatio extrinseca ipsi. Hoc autem posito nulla est ratio, cur non sit denominatio desumpta ab omnipotentia, tanquam à forma; si enim aliquid creatum habet ex se denominare potius hominem, quam Hircocervum possibilem, cur hoc omnipotentia ex se non habeat?

Confirmatur primo, quia vel illa possibilitas existit, vel saltem existere potest. Nam si neutrum ei convenit, profecto chymæra erit. Si existit, ergo aliquid creatum existit ab æterno, quod est contra fidem: si existere potest, utique per existentiam illius rei, cuius est possibilitas, v.g. possibilitas hominis per existentiam hominis; at solus homo potest naturaliter per existentiam hominis existere: ergo possibilitas hominis est homo; ergo hic debet ab æterno dari sicut illa.

6 Confirmatur secundo, quia vel illa possibilitas est aliquid positivum vel negativum. Primum nefas esset admittere, & ut loquitur P. Suarez ubi supra n. 3. non potuit in mentem alicuius Authoris Catholici venire; quia vel est à se, & hoc ex ipsis terminis apparet repugnans, nempe aliquid finitum pariter esse cum Deo independentiæ; vel à Deo, illam necessario causante, & non minori necessitate se illi communicante quam se ad intra communicet, quod æqualis est absurditatis; & præterea sententiam contrariorum evertit: nam si Deus necessario causat illam possibilitatem: ergo ex se est necessarius ad illam causandam & consequenter de se est absolute potens illam causare, nam si ad hoc expectare deberet aliam illius possibilitatis possibilitatem, daretur processus in infinitum. Secundum etiam dici non potest, nempe illam possibilitatem esse puram negationem consistentem in quadam non repugnantia creaturæ. Nam ad hoc deberet forma, quam negat, esse aliquid positivum, ne alioqui foret negatio negationis, ac proinde quid positivum: forma autem, quam negat, non est aliquid positivum: etenim non repugnantia hominis: v.g. negat eiusdem hominis repugnantiam; hæc autem non est aliquid positivum, quia omne positivum vel existit, vel existere potest, veramque essentiam habet: illa autem repugnantia nec existit, nec existere potest, nec ullam essentiam habet; cum sit chymæra de cuius conceptu est nullam essentiam habere, ut notat P. Vazquez 1. p. disput. 104. n. 17.

7 Secundo probō nostram sententiam, evertendo fundamentum à priori contrariæ: nam ut Deus possit producere hominem,

v.g. non debet præsupponi ex parte istius aliquid quod prædicatum complens Deum in ratione absolute potens; nam si ante actionem Dei præsupponitur aliquid: ergo præsupponuntur omnia; quia, quæ realiter identificantur, nequeunt ad invicem separari: unde Deus non producit simpliciter hominem, sed homini à se habenti omnia sua prædicata dabit modum existentiam, quod non sufficit, ut ipsum dicatur producere; sicut dare albedinem parieti, non sufficit, ut quis parietem simpliciter producat. Quod si illud prædicatum præsuppositum ex parte hominis non est illi intrinsecum, frustra præsupponitur, si enim semel homo ex se non est intrinsece non repugnans ab æterno, nullum erit fundamentum ad asserendum reddi ab æterno non repugnantem per aliquid distinctum à Deo. Deinde inquiram, cur homo potius, quam Hircocervus habeat illud prædicatum, & quam reddiderit adversarij rationem, eandem nos dabimus. ut possit Deus potius hominem, quam Hircocervum producere.

8 Quapropter extra Deum nulla potest dari ratio, cur ipse sit absolute potens operari: nam cum omnis ratio, quæ Deus non est, à Deo sit, iam si ponit Deum absolute potentem, ac proinde nequit illum in ratione talis constituere. Igitur intra Deum talis ratio querenda est. Dicimus itaque ideo Deum posse hominem & non Hircocervum producere, quia primum est perfectio, & omnis perfectio in Deo debet poni; secundum vero est imperfectio, & omnis imperfectio à Deo debet removeri. Si autem ulterius queratur, cur possibile sit perfectio & possibile alterum sit imperfectio? Respondendum est de hoc non posse reddi rationem à priori, nec enim de omni prædicato possumus illam reddere. Sic recte dicimus Deum non posse peccare, quia potentia peccandi est imperfectio, de hoc autem non oportet ulterius rationem à priori assignare, ne alioqui abeamus in infinitum. Sicut autem colligimus à posteriori, potentiam peccandi esse imperfectam, quia peccare est imperfectio; ita à posteriori recte deducimus, Deum posse producere hominem, quia ipse homo nullum in se involvit contradictionem: cæterum hominem non involvere in se intrinsece contradictionem quatenus est quadam veritas creata, nequit esse ratio, cur Deus sit potens ipsum producere. Rem itaque non repugnare in se ipsa, est ratio, cur nos iudicemus, Deum posse illam producere, non tamen est ratio cur ipse possit.

9 Deinde ratio cur Deus nequeat producere creaturas; nam cum omnis chymæra consistat in distinctione prædicatorum identificatorum, vel in identitate prædicatorum distin-

horum, ipsa met ratio, cur Deus potest prædicata inter se identificata producere, est ratio cur non possit illam inter se distincta efficere, & ratio cur potest prædicata distincta efficere, est ratio cur non possit illa identificare; unde ideo, y. g. Deus non poterit producere Hircocervum; quia potest producere Hircum, & potest producere cervum.

9 Probatur præterea principaliter nostra sententia: quia si Deus non esset de se absolute potens producere creaturas, esset potens illas producere sub conditione, quod ipsa non repugnarent; ergo Deus comprehendens essentiam suam necessario per illam comprehensionem cognosceret se posse producere hominem sub conditione, quod homo non repugnet; ergo in mente sua conciperet hominem, quin conciperet eius non repugnantiam; ergo conciperet hominem, quin conciperet hominem, quia tam essentialiale est homini non repugnare, quam esse hominem. Rursus: ergo simul conciperet hominem, ut indifferentem ad repugnantiam, & non repugnantiam, si enim non conciperet ut indifferentem, ergo conciperet, ut determinatum ad non repugnantiam: ergo quando quidem comprehendendo suam potentiam debet per illam cognitionem attingere hominem sub aliquo conceptu; consequens est, ut per comprehensionem suæ essentia attingeret hominem, ut possibilem; ac proinde cum Deus sit essentialiter connexus cum comprehensione suæ essentia, erit essentialiter connexus cum possibilitate hominis per illam affirmata: ergo vel dicendum est, Deum posse cognoscere hominem, ut indifferentem ad repugnantiam, vel non repugnantiam, vel asserendum est, habere essentialiam connexionem cum possibilitate hominis: ergo cum primum dici non possit, necessario debet admitti secundum.

10 Deinde suadetur nostra sententia: Deus est impossibilitas chymæ: ergo & possibilitas creaturæ: ergo Verbum per se procedens ex cognitione comprehensiva Dei, procedit ex cognitione ipsius possibilitatis; ac proinde ipsorum possibilem. Primum antecedens ad quod tota revocatur difficultas, probatur in hunc modum: nam in primis cum chymæa necessario sit repugnans, eius repugnantia aliquid necessarium debet esse: deinde hoc necessarium nequit esse distinctum à Deo; quia vel esset identificatum cum chymæa, vel distinctum à chymæa. Primum dici non valet, quia quod identificatur cum chymæa, chymæricum est; chymæram autem repugnare

non est aliquid chymæricum, sed potius verum, & reale: secundum vero si dicatur, inquiri, an illa repugnantia computetur intra ambitum creaturæ, vel extra illum, si intra illum; ergo cum illa repugnantia sit necessaria, & æterna, aliquid creaturæ erit necessarium, & æternum; si extra illum, vel inter chymæras computatur, quod modo impugnantum est, vel inter negationes, quod facti rejicitur; primo, quia inexplicabile est, quid neget illa negatio; secundo, quia repugnantia chymææ contradictorie opponitur, cum non repugnantia eiusdem, quæ daretur, si per impossibile chymæa foret non repugnans: at hæc non repugnantia tunc esset aliquid negativum iuxta Adversarios asserentes esse aliquid negativum non repugnantiam æternam creaturarum: ergo ipsa repugnantia chymææ est aliquid positivum; ergo de primo ad ultimum sequitur repugnantiam chymææ esse aliquid identificatum cum Deo.

SECTIO II:

Solvuntur objectiones:

11 **O** Bicies primo cum Smilingo disp. 3. de Trinitate num. 288. fundamentum à priori pro sententia Scoti. Quia essentia finita, & possibile esse, ac non esse, qualis est omnis essentia creata, nequit esse prior naturæ, ente infinito, & necessario in essendo; nec potest essentia divina prius naturæ movere intellectum Dei ad intelligendam essentiam finitam; quam ad productionem personæ infinitæ; cum enim sit obiectum primarium intellectus divini; & primum motivum ad se, & alia intelligenda, prius debet movere ad se intelligendum, quam ad alia; prius ergo Deus intelligit suam essentiam, quam creaturas; in illo autem priori debet concurrere ad generationem filij, ergo & cætera.

12 Verum falso supponit hic Author, creaturam secundum esse essentia fore prioris naturæ generatione Verbi; si istud ex illius cognitione procederet. Etenim esse essentia non distinguitur ab esse existentia; nec essentia creata dicitur indifferens ad existendum, & non existendum per aliquam indifferentiam sibi intrinsicè convenientem; antequam à Deo producat, sed pure denominative ab indifferentia, quæ habet causam ut ipsam producat, vel non producat. Quare Verbum non procedit ex cognitione re, præsentante essentiam; quam creaturæ æterno habeant; sed quam possunt in tempo-

re habere si Deus velit ipsas producere. Ad hanc autem cognitionem potest, ac debet essentia movere, antequam concurrat ad productionem personarum; quia antequam sic concurrat debet movere ad perfectam sui cognitionem: *Si autem aliquid perfecte cognoscitur necesse est, ut virtus eius perfecte cognoscatur: virtus autem alicuius perfecte cognoscitur nisi cognoscantur ea, ad qua virtus se extendit.* Ut loquitur Divus Thomas 1. part. quest. 14. articulo 5. in corpore. Ex quo patet non ideo essentiam divinam dici primum obiectum, quia prius movere debeat ad sui, quam ad creaturarum cognitionem; sed quia est ratio cognoscendi creaturas; tanquam medium *in quo.*

13 Obijcit secundo cum Patre Arrub. disput. 225. num. 23. fundamentum à priori Parris Vazquez; quia origo, & cognitio obiecti; per quam procedit Verbum; tam necessaria debet esse in existendo, quam ipsum Verbum: at nullius creaturæ cognitio potest esse, tam necessaria, quam Verbum. Siquidem creaturæ adhuc secundum esse possibile habent minorem necessitatem, aut minus perfectam, quam Verbum; ergo Verbum non procedit per se ex cognitione creaturarum, ut tali. Cõfirmatur ex Patre Vazq; illa disput. 143. num. 20. quia & si per impossibile una, aut altera, aut etiam omnes essent impossibiles, non sequeretur, inquit, per locum intrinsecum, aut Verbum divinum non producendum, aut alterius proprietatis, aut naturæ futurum; ergo nullo modo per se pertinent creaturæ ad productionem Verbi, nam si necessario pertineat, sequeretur per locum intrinsecum non futurum Verbum eodem modo; ablato enim eo, quod per se expectat ad productionem alicuius, aut eius productio de mediõ tollitur, aut alterius omnino rationis res illa producitur.

14 Respondeo ad argumentum, negando minorem, & eius probationem; que ad summum haberet locum contra eum, qui diceret, creaturam secundum esse possibile, seu possibilitatem creaturæ esse distinctam ab omnipotentia; at contra nos, qui efficaciter ostendimus illam possibilitatem debere identificari cum omnipotentia, nullam vim habere. Ad confirmationem respondeo, qualibet creatura repugnante, per locum intrinsecum sequi, Verbum vel non permanens, vel non eiusdem rationis: quia qualibet creatura repugnante, deficit aliquod prædicatum necessarium, nempe creaturam illam non repugnare, quod prædicatum est idem realiter cum omnipotentia; deficiente autem aliqua perfectione omnipotentia per

locum intrinsecum sequitur, deficere Verbum, vel non manere eiusdem rationis.

Sed clamat Pater Vazquez numer. 22. hoc esse manifeste absurdum. Primo, quia non ex eo, quod lapis non esset possibilis, de esset Deo aliqua perfectio intrinseca; cum enim sit primum ens, ita in se perfectus absolute est, ut nulla re possibili indigeat. Secundo, quia licet aliqua creatura repugneret ex his, quas supponimus esse posibles; adhuc Deus maneret omnipotens; quia non ideo dicitur omnipotens, quia possit hanc, & hanc creaturam simul cum alijs; sed quia in se ita perfectus est, ut quidquid non implicet contradictionem, ab eo fieri possit.

15 Hæc tamen parum urgent. Ad primam rationem licet Deus nulla re possibili specificative sumptis, indigeat; quia nimirum potuit existere, quin vlla creatura daretur; indiget tamen qualibet creatura, ut possibili, seu possibilitate cuiuslibet creaturæ, quod nihil aliud est, quàm indigere perfectione aliqua suæ omnipotentia. Ad secundam respondeo, non ideo à nobis dici Deum omnipotentem, quia potest hanc, & illam creaturam imparticulari producere; sed quia potest quidquid non implicat contradictionem, cum enim numerare non possimus omnes eius terminos sigillatim; debemus omnipotentiam definire in ordine ad aliquam rationem communem omnes illos sub se ambivalentem; nulla autem invenitur amplior, quam ratio illa communissima termini non implicantis contradictionem. Cæterum ex parte obiecti Deum esse omnipotentem idem est ac Deum posse absolute producere hanc & illam creaturam imparticulari & sic de reliquis, seu idem ac esse possibilitatem cuiuslibet entis imparticulari.

16 Dum ergo omnipotentia definitur, *Virtus producendi, quidquid non implicat contradictionem*, non denotatur prius esse ex parte obiecti aliquid in se non implicare contradictionem, quam Deum posse illud producere; sed solum per illos terminos explicatur in cõmuni, id, quod re ipsa Deus potest imparticulari. Vnde hæc causalis *ideo Deus potest producere aliquid, quia ipsam in se non repugnat*, est falsa, si sit à priori, in esse rei, est tamen vera si sit à priori in cognoscendo solum, quatenus scilicet ut iudicemus Deum posse producere aliquid, prius iudicare debemus, illud non involvere in se contradictionem. Qui autem videret omnipotentiam in se ipsa, non prius deberet unum iudicare quam aliud, sed ipse intuitus omnipotentia esset intuitus illius absolute potestatis.

17 Hinc constat, nullam inferre vim

exclamationem illam, qua Pater Vazquez disp. 104. num. 26. Suario infultrat, suppresso ipsius nomine; quoniam, ut Deus sit (inquit ille) nihil refert, simiam esse possibilem, talis figuræ, & proprietatis. Quis enim audeat dicere (addit disp. 143. num. 23.) ideo Deum esse Deum, & summe perfectum, quia homo, aut simia talis naturæ fieri possibilem sint? Non inquam, hæc ullam vim inferunt Theologo recte callenti, simiam esse possibilem esse aliquod prædicatum Dei, nõ minus quam ipsum esse Trinum.

18 Obijcies tertio, ex eodem Patre Vazquez illa disputatione 143. num. 15. si Verbum per se procederet ex cognitione creaturarum, ideo foret; quia divina essentia secundum suam rationem haberet realem ordinem, & connexionem cum illis, essetque in ea intrinseca quædam perfectio, representare creaturas, secundum formalem rationem relativam, quæ nomine representationis significamus; at nulla est in Deo perfectio præter illam, quam in se habet, quatenus est ad se absolute; ergo & cætera. Probat minor ex his, quibus ipse late contentus dedit. disp. 104. cap. 6. nullam esse in Deo relationem realem, hoc est intrinsecam; & ex natura rei ad creaturas; sed essentiam divinam ad se absolutam sine representatione creaturarum infinite perfectam intelligi. In illa autem disputatione numero 25. probat intentum ex eo, quod omnis natura, quæ se ipsa ad aliam refertur, ita est cum illa connexa eamque secum postulat eo modo, quo ad illam refertur, ut sine illa esse contradictionem implicet; Deus autem ut sit, inquit, nullam creaturam etiam possibilem suæ nature postulat, nec vlla est æqualis necessitatis cum ipso, nec aliqua ablata, tollitur Deus per locum intrinsecum; ergo ad nullam se ipsa refertur.

19 Itaque Pater Vazquez arbitratur, divinam cognitionem, quantumvis secundum se sumptam perfectissimam, & sufficientissimam ad representandas creaturas posibles, nihilominus ex se non magis terminari ad illas ut posibles, quam ut impossibiles, nec vnum potius, quam aliud postulare, sed supposita creaturarum possibilitate, eas representare, ut posibles, eadem representatura ut impossibiles; si illarum impossibilitas supponeretur, quemadmodum ex se non magis eas representat, ut futuras, quam ut non futuras; sed supposita futuritione terminatur ad eas ut futuras; ad eandem terminanda, ut non futuras, si non futuritio supponeretur. Hoc autem fit, inquit ille disput. 143. num. 16. quia essentia divina in se,

& absolute considerata talis perfectionis est, ut etiam si nihil esset futurum, vel possibile extra illam, eadem esset omnino, possibile autem, aut futuro, aut possibili, singulla mutatione, aut perfectione relativa, quæ adveniat, per solam relationem rationis comparatur ut representans & intelligens.

20 Quam doctrinam impugnat Pater Suarez lib. 9. de Trinitate cap. 6. num. 5. ex eo, quod vix intelligi queat, scientiam divinam post representationem ipsius Dei, tamquam objecti intelligibilis, representare vere, & realiter omnes creaturas posibles, non propter connexionem cum essentia, sed per se propter perfectionem suam, & tamen hoc nihil perfectionis realis dicere in illa essentia; cum ex genere suo scientia cuiuscumque objecti scibilis dicat perfectionem. Nec in hoc est simile, inquit, quod asportur de scientia visionis; nam hæc supponit scientiam simplicis intelligentiæ eardem omnino rerum, ut possibilem, & ideo mirum non est, quod illæ eadem res, hoc ipso quod futuræ sint, represententur per illam scientiam immutatam.

21 Qua ratione probat Eximius Doctor, essentiam divinam essentialiter connexam esse cum cognitione, ut representante in actu secundo possibilem, quia licet cognitio, ut actu representans futura non addat perfectionem supra cognitionem representantem illa futura, ut possibilem, proindeque solum sit perfectio in divina cognitione esse formam de se sufficientem representare futura, ut talia; at cognitio ut actu representans quidditates creaturarum perfectionem addit supra cognitionem illam ut præcise representantem prædicata Dei: proindeque repugnabit, manere totam perfectionem divinæ cognitionis; casu quo creaturæ repugnarent. Quod si essentia divina, sit essentialiter connexa cum cognitione possibilem, non erit necesse admittere duplicem cognitionem virtualiter, vel ratione distinctam, quarum altera representet essentiam divinam, altera vero creaturas extra essentiam; sed potius eademmet formalitas representabit essentiam divinam, & in illa tanquam in medio creaturas posibles; hic enim proculdubio est altissimus cognoscendi modus, ut enim ait Eximius Doctor illo lib. 9. de Trinitate cap. 6. num. 8. tanto perfectius & simplicius effectus cognoscuntur, quanto ex vi unius formalissimi actus re, & ratione eiusdem, quo causa comprehenditur, manifestantur omnes effectus in illa eminenter contenti.

22 Iam directe ad argumentum Paris

ris Vazquez respondet disp. cap. 6. num. 9. negando, sequi ex sua sententia, Deum referri relatione reali ad creaturas, quamvis enim censet omnipotentiam non minus repugnaturam, repugnante qualibet creatura, quæ repugnet potentia creatæ, repugnante effectu; adhuc contendit hanc dicere habitudinem transcendentalem ad obiectum, quia ab eo speciem sumit; non autem illam; quia non oportet, inquit, connexionem inter obiectum, & potentiam, quoad cognosci ex eadem ratione oriri, sed quod in creaturis facit habitudo potentia ad obiectum, in Deo potest efficere eminentialis continentia effectuum in potentia, & essentialis dependentia creaturarum possibilium à creatrice essentia. Quam doctrinam etiam sequitur Amicus disp. 26. num. 139. putans omnem ordinem, & respectum realem aliquam importare dependentiam, præsertim quando est ad terminum diversæ naturæ; proindeque ait Deum esse absolutum ab omni ordine reali ad creaturas, licet non sit absolutus ab omni connexionem cum creaturis.

23 Melius respondetur cum Patre Ruiz disp. 62. de Trinitate nihil absurdum continere respectum transcendentalem Dei ad creaturas posibles: nam respectus transcendentis, qui ab antiquis appellabatur relatio habitualis, sive secundum dici, aliquid absolute est; & omnia prædicamenta transcendens. Consistit autem in eo, inquit, ille, quod aliquid non possit intelligi, nisi alia re intellecta in obliquo: quemadmodum nec materia sine forma, nec accidens sine subiecto, nec intellectus sine intelligentia potest perfecte cognosci. Cum ergo nequeat omnipotentia perfecte attingi, quin attingatur de obliquo creaturæ posibles; consequens est, & cætera.

24 Quare id, quod fidenter pronuntiat Pater Vazquez 1. parte disput. 104. num. 22. nempe rem esse inter Scholasticos Scriptores extra controversiam; nullam in Deo esse relationem ex natura rei intrinsecam ad creaturas, sed solum rationis; vel intelligendum est de relatione prædicamentali; quæ definitur; cuius totum esse est ad aliud se habere, ut explicat Iac. Ruiz disputatione 9. de Trinitate sect. 3. & sequentibus, de hæc enim intelligendos esse Scholasticos Doctores recte ostendit idem Author disp. 62. sect. 1. vel intelligendum est de relatione transcendentali alterente connexionem cum entitate intrinseca sui termini, qualis est relatio actionis ad terminum: hanc autem relationem non habet Deus ad creaturas posibles, quia cum nullo prædicato intrinseco earum connectitur.

25 Hinc falsum omnino iudico, quod paulo ante aiebat Amicus, nempe Deum absolutum esse ab omni respectu reali ad creaturas; sed non ab omni connexionem: oppositum enim potius dicendum erat. Si enim Deus secundum suam perfectionem non est absolutus à connexionem cum creaturis; ergo cum istæ à suis existentibus non distinguantur, connexa erit aliqua perfectio divina cum existentia creaturarum; proindeque Deus ut habeat illam perfectionem indigebit aliqua creatura; rursus cum omnis creatura sit defectibilis; defectibilis quoque erit aliqua perfectio divina. Quod autem Deus secundum suam perfectionem non sit absolutus ab omni respectu ad creaturas, non probat ipsum indigere aliquo prædicato creativo; sed solum evincit illum ob sui eminentiam per quam est possibilitas omnium possibilium, non posse perfecte cognosci, quin attingatur creaturæ. Ex quo nulla sequitur connexionem cum eis specificative sumptis, sed cum eis, ut possibilibus, seu cum ipsorum æterna possibilitate indistincta ab omnipotentia; arbitrorque totam rationem ob quam P. Vazquez absurdam reputavit relationem transcendentalem Dei ad creaturas, fuisse; quia existimavit importare connexionem cum aliquo prædicato creativo; ut constat ex modo proponendi hanc tertiam objectionem, cui proinde negamus sequelam. Totaque deceptionis occasio fuit existimare creaturas habere esse aliquam non repugnantiam æternam. Si enim extra Deum illa non repugnantia daretur, absurdum quoque ego existimarem Deum cum illa essentialiter connecti.

Hinc infero connexionem Dei esse cum creaturis, ut possibilibus, relationem vero esse ad creaturas posibles specificative sumptas secundum esse ipsas intrinsecum ab existentia indistinctum, quia ad id refertur omnipotentia, quod potest producere; at non potest producere æternam rerum possibilitatem; sed præcisè existentiam; ergo ad istam refertur. Ad eum sane modum, quo scientia simplicis intelligentiæ respicit existentias, easque vere repræsentat, non quidem affirmando datis, sed affirmando posse dari.

SECTIO TERTIA.

An negata relatione transcendentali Verbum per se procederet ex cognitione possibilium?

Fundamenta sententiæ affirmantis.

26 **Q**uam tenet P. Coninch. disputatione 12. de Trinitate; nam
nume,

numero 22. asserit nullam fore mutationem in Deo, quamvis omnes creature repugnent, & numero 57. affirmat Verbum de se & procedere ex cognitione reru[m] possibilium, qua[m] taliam; Zamiga disp. 9. dub. 6. numer. 7; P. Aldrete disp. 11. de Trinit. sect. 3. in eamque non obscure inclinat. P. Suarez lib. 9. de Trinitate cap. 6. num. 20. & cap. 7. num. 2. Fundamenta autem huius sententiae possunt esse, quae sequuntur;

27 Primum: nam in sententia negante relationem transcendentalem, necessario dicendum est creaturas habere a seipsis quandam non repugnantiam aeternam; nam si illa foret a Deo, foret a Deo, necessario illam inferente, ac proinde exigente; omnis enim causa ab intrinseco agens necessario postulat actionem, qua agit. Si autem illa non repugnantia est a se, ergo est parisi necessitatis cum ipso Deo, ut enim, inquit, Eximius Doctor illo capite 6. numero 19. illa non repugnantia, se tenens ex parte creaturarum plane est tam necessaria in sua negatione, sicut Verbum in suo esse actuali; quia est sine dependentia ab alio in illa non repugnantia; tota autem necessitas Dei est necessitas independentiae; ergo in hoc est aequalitas. Nec hoc est inconueniens, inquit, quia non est in repositiua aequalitas, sed in negatione quadam. At si illa non repugnantia sit aequalis necessitatis cum Verbo, nulla est ratio, cur istud non possit ex illius cognitione procedere.

28 Secundum: quia cum intellectus diuinus sit de se completissimus ad cognoscendum omne cognoscibile; cum primum intelligitur obiectum, debet in illud ferri. At qui illa non repugnantia creaturarum intelligatur pro priori ad generationem Verbi; ergo pro illo priori debet Deus illam cognoscere. Sed Verbum per se procedere debet ex omni cognitione existente pro priori ad sui generationem; ergo, &c. Quod autem illa non repugnantia intelligatur pro priori ad generationem Verbi, suadet, tum quia cum illa sit formaliter a se, non minus quam essentia diuina, debet concomitantur cum illa se habere pro eodem signo; sed essentia diuina existit pro priori ad generationem Verbi; ergo & illa non repugnantia. Tum quia illud, quod est formaliter a se, cum nihil expectet, ut sit, debet esse prius ratione eo, quod non est formaliter a se, & aliquid expectat, ut fiat illa non repugnantia est formaliter a se, Verbum autem est ab alio, nempe a Patre, ergo, &c.

29 Tertium; quia licet daremus illam non repugnantiam esse minus necessa-

riam quam Verbum, quatenus scilicet postulat de se, posse existere dependere a Deo, ac proinde huius non repugnantiam expectaret; Deus vero minime postulare illam non repugnantiam creaturae; licet, inquam, hoc daremus, illud dumtaxat probat Verbum non processurum determinate ex cognitione possibilium; non probat autem non processurum in determinate, nihilum vel ex cognitione creaturarum possibilium, vel ex cognitione earundem ut impossibile. Quare in illa sententia Verbum postulat, ut principium quo sui alteram ex illis scientiis. Ita rem hanc explicat Pater Aldrete ubi supra n. 8. & P. Ruiz disp. 63. de Trinit. sect. 2. n. 6.

30 Quartum; quia ut inquit Pater Suarez lib. 9. cap. 7. numer. 2. ut Verbum dicatur procedere ex aliqua scientia sub aliquo respectu, non oportet, ut totum suum esse habeat per illam scientiam, ut spectatam sub illo respectu, sed satis est, ut sub aliquo etiam respectu suo sit per illam cum proportionem, & accommodando singula singulis; ergo licet Verbum, quatenus est Verbum diuinae essentiae, & trium Personarum, non procedat a scientia diuina, ut terminata ad possibile; nihilominus quatenus est Verbum ipsorum possibilium debet ex illorum cognitione procedere.

31 Quintum; quia si Deus non habet connexionem cum creaturis possibilibus; ergo est de essentia Dei illam connexionem non habere; ergo Pater pro priori ad generationem Verbi suam essentiam comprehendens, cognoscit se non habere connexionem cum creaturis possibilibus: hoc autem cognoscere nequit, quin cognoscat ipsa possibilis; tam enim repugnat cognoscere inconnexionem, vnus cum alio non cognito termino eius, quam cognoscere connexionem, non cognito eius termino; ergo &c. Confirmatur, quia si daretur illa aeterna rerum non repugnantia distincta a Deo, profecto Deus suam essentiam comprehendens cognosceret, se esse distinctum ab illa non repugnantia, & infinite excellentiorem; quomodo autem hoc praestare posset, quin attingeret illam non repugnantiam? ergo cum Verbum per se procedat ex cognitione comprehendente diuinam essentiam, debet procedere ex cognitione non repugnantiae creaturarum, adhuc negata relatione transcendentali.

32 Sextum; Verbum per se procedere debet ex cognitione comprehensiva omnipotentiae, ut talis licet omnipotentia non referatur ad creaturas posibles, adhuc cognitio comprehensiva illius debet crea-

tas comprehendere; ergo & cetera. Probat
tur minor, quia licet omnipotentia sit solum
virtus conditionata ad producendum crea-
turas, Deus tamen non dicitur illam com-
prehendere donec sciat, quid absolute pos-
sit producere. Sicut licet propositio in ra-
tione verè constituitur per aliquid extrin-
secum, nemo dicitur proprie propositionem
comprehendere, donec sciat an absolute sit
vera, vel falsa, & quemadmodum esto decre-
ta libera compleantur per actionem Dei ad
extra, quin ullam addant perfectionem; ut
tamen Deus se stricte comprehendat, debet
cognoscere sua decreta libera; similiter ergo
quanyis denominatio absolute potentis com-
pletur, per aliquid Deo extrinsecum, non
poterit Deus seipsum comprehendere, do-
net, & cetera.

SECTIO QUINTA

Probat. Vera sententia.

33. **H**IS tamen non obstantibus dicen-
dum est, Verbum per se non pro-
ceditur ex cognitione possibili-
um, seu ex scientia affirmante creaturarum
possibilitatem, si Deus cum illa essentialiter
connexus non foret, ac proinde quoad hoc
veram esse sententiam P. Vazquez, quam in-
hinc modum suadeo.

Omnis effectus, vel quasi effectus pro-
cedens ab aliquo principio per se, ab eoque
in esse, & conservari dependens, suapte na-
tura postulat eius existentiam, vel determi-
nate, vel saltem vage: at Verbum nec deter-
minate, nec vage postulat scientiam possibi-
lium in sententia negante relatione trans-
cendentem; ergo in tali sententia Verbum per
se non procedit ex scientia possibilium, nec
ab illa in suo esse, & conservari dependet.
Maior constat, quia: sicut vnumquodque de
sua existentia gaudet, & sui conservationem
postulat, ita postulare debet existentiam prin-
cipij, à quo per se dependet, nec fieri potest,
ut non magis appetat eius existentiam, quam
alterius rei, à qua oriri non potest. Minor
suadetur, in primis enim dici non potest
Verbum determinare postulare cognitionem
possibilium, ut principium per se suae exi-
stentiae; si enim eam hoc modo postularer,
profecto ea repugnante, & ipsum repugna-
ret, ut enim sapienter aiebat Pater Vazquez
disp. 143. num. 20. *Ablato eo, quod per se spe-
ctat ad productionem alicuius, aut eius produ-
ctio omnino tollitur, aut alterius omnino ra-
tionis res illa producitur.* At cognitio possi-
bilium repugnat illis repugnantibus; ergo

ergo repugnantibus possibilibus, Verbum repug-
nabit; ergo cum hoc nequeat admitti in
sententia negante relationem transcenden-
talem, non poterit in illa sententia, Verbum
per se postulare cognitionem possibilium
determinate. Sed nec dici potest, eam postu-
lare indeterminate, videlicet exigendo, pro-
cedere à cognitione creaturarum ut possi-
bilium, vel à cognitione earumdem, ut im-
possibilium, quia implicat, ut Verbum etiam
per se postulet procedere etiam vage à cog-
nitione chymericæ entitas enim vera, præ-
sertim summe perfectæ, nequit vilo pacto
postulare, ut sui principium, aliquam chy-
mericam; a cui cognitio creaturarum, ut im-
possibilium, est omnino chymera: implicat
ergo Verbum etiam vage postulare existen-
tiam eiusmodi cognitionis.

34. Argumentor secundo, vel cog-
nitio possibilium, ut talis, seu quatenus ad
possibilia terminatur, est perfectio, vel non;
si primum; ergo cum Deus, exigit identifi-
care secum omnem perfectionem sine im-
perfectioe, exigit identificare secum cog-
nitionem possibilium, ut talem. At illa cog-
nitio ut talis nequit dari, quid datur possi-
bilitas creaturarum, quia essentialiter est illi
vere affirmare, creaturas esse posibles,
quod præstare non posset, eis repugnantibus;
ergo Deus exigit essentialiter, ut datur possi-
bilitas creaturarum, quod est contra suppo-
sitionem questionis, si autem illa cognitio
ut talis perfectionem non dicit, prout asserit
Pater Vazquez, & asserere debent omnes qui
negant relationem transcendentem; hoc
ipso quatenus talis nequit esse principium
quo Verbi; hoc enim, ut tale habet infinitam
perfectionem relativam, implicat autem, ut
quod non habet ullam perfectionem, sit prin-
cipium quo termini habentis perfectionem
infinitam. Quod si cognitio possibilium ne-
quit esse principium quo Verbi, non potest
salvari, Verbum ex illa procedere, tum quia
Verbum procedere per intellectum, seu per
intellectionem, & procedere ex intellectu, o-
ne idem sunt; illud autem primum denotat
efficientiam per modum principij quo; ergo,
& secundum; tum quia licet daretur cog-
nitionem aliquam concurrere solum directive
ad productionem Verbi, certe hoc munere
fungi non posset cognitio possibilium, quia
nulla cognitio potest dirigere ad produ-
ctionem termini, quem non representat.

Confirmatur, & explicatur, nam tribus
modis potest intelligi, Deum cognoscere
possibilia; primo attingendo illa in essentia
tamquam in medio per eandem indivisibi-
lem etiam ratione nostra formalitatem, qua

se ipsum comprehendit, cui sit essenziale non minus attingere possibilium, quia ipsum Deum. Secundo attingendo illa in se ipsis per eandem quidem formalitatem, qua se ipsum cognoscit, cui tamen non sit essenziale, sed quibus per accidens terminari ad possibilium. Tertio, per novam formalitatem representatam creaturas in se ipsis, cui sit essenziale ad illas terminari. Ex his autem tribus modis secundum debent eligere adversarij, ut facit Pater Vazquez, nam primus in eorum sententia, locum non habet ut est manifestum. Tertius vero absurdissime assignaretur, nam, cum illa nova formalitas sit nova entitas necessaria, novaque vitalis representatio, est nova perfectio, cum qua absurdum foret, Deum non connecti. Atqui illa cognitio assignata in secundo modo dicendi, ut terminatur ad possibilium nullam dicit perfectionem; ergo si ex illa procederet Verbum, procederet ex cognitione, quatenus nullam diceret perfectionem.

35 Argumentor tertio, hoc ipso, quod Deus non connectatur cum non repugnantia creaturarum, hac deficiente maneret processio Verbi solum per cognitionem divinorum: ergo negata connectione Verbum non debet per se procedere, nisi per cognitionem divinorum. Consequentia est legitima; nam si in illo eventu salvaretur integer conceptus Verbi absque processione per cognitionem alicuius obiecti non divini; ergo Verbum ex conceptu suo non postulat, procedere per cognitionem alicuius obiecti non divini; ergo solum postulat procedere per cognitionem divinorum: at non debet procedere per se, nisi per eam cognitionem per quam postulat procedere; ergo & cetera. Antecedens vero suadetur, nam si in illo eventu procederet ex cognitione alicuius obiecti, maxime ex cognitione impossibilium; at tunc non posset procedere ex cognitione impossibilium; ergo & cetera.

36 Probat minor, primo, quia ut ostendi t. I. disp. 9. ens rationis, seu impossibile non est aliquod obiectum distinctum ab omni ente reali; sed aliquod ens reale, v. g. aliqua vera identitas; dicitur chymera, quatenus per actum essentialiter falsum applicatur ex rebus quibus convenire non potest; quo supposito patet in illo eventu Deum non posse cognoscere impossibilia, cum enim Deum affirmare aliquid esse impossibile, nihil aliud sit quam penetrare meum actum fingentem, & eius obiectum reale, & consequenter atterere illud obiectum non posse existere, prout affirmatur per actum; tunc in illo eventu in quo Deus nullum obiectum reale

creatum cognosceret, nec etiam cognosceret aliquid impossibile.

37 Secundo probatur eadem minor; nam etiam si admittimus dari illud ens rationis, id est nostros actus fingentes, respicere obiectum distinctum ab omni ente reali, adhuc in illo eventu non posset Deus cognoscere eiusmodi figmentum, ut enim ex communi sententia docent P. Fallor. quest. 14. art. 9. dubio 2. num. 8. Pater Ruiz disputatione 17. de scientia sect. 2. Pater Suarez disputat. 34. Methaph. sect. 2. a numer. 131 & lib. 1. de attributis cap. 13. num. 7. P. Arrub. disputat. 24. cap. 4. P. Bekenus disputat. 172 num. 26. Deus nequit immediate, & directe cognoscere entia rationis, sed solum indirecte, & per habitudinem ad modum, quo cognoscuntur, & finguntur ab intellectu creato, quatenus scilicet comprehendit actus nostros fingentes, & sic cognoscit, ad quod obiectum terminentur. Et ratio est, quia cum proprium sit intellectus divini non posse cognoscere res nisi prout sunt, & secundum esse, quod habent vel habere possunt, & cum ens rationis eatenus habeat esse, vel habere possit, quatenus fingitur, vel fingi potest, & cum nequeat fingi, nisi ab intellectu creato, consequens est, ut Deus non possit cognoscere ens rationis, nisi ut fictum, vel fingibile ab intellectu creato. Atqui in illo eventu in quo deficeret omnis possibilitas creaturæ, non posset Deus cognoscere ens rationis per ordinem ad intellectum creatum; ergo nullo pacto tunc illud posset cognoscere.

Denique probatur eadem minor, quia Deus non aliter potest cognoscere impossibilia, si tamen potest, quam per dissensum, nimirum affirmando illa non posse existere: non ergo aliter potest cognoscere, v. g. hanc chymeram hominem esse equum, quam affirmando hominem non posse esse equum, & hanc hominem non esse animal rationale, quam affirmando hominem non posse non esse animal rationale; ergo non potest cognoscere chymeram, nisi ubi dentur extrema realia, quæ vere repugnent identificari, vel distinguui. Atqui in illo eventu, in quo nulla daretur possibilitas creaturæ non darentur eiusmodi extrema; ergo tunc nullam posset cognoscere chymeram ex ijs cum quorum repugnantia non connoscitur. Quamvis ergo darcmus eiusmodi chymeras de facto cognoscere, id non potest dici in illo eventu.

38 Confirmatur, non potest Deus cognoscere chymeram, nisi affirmando illam repugnare; at in illo eventu non posset affirmare repugnantiam de eiusmodi chymeris; ergo non posset illas cognoscere; probatur

maior: nam deficiente omni possibilitate creaturarum, necessario deficeret omnis repugnancia chymære extra Deū posita, quia cū chymæra nequeat esse eiusmodi repugnancia, necessario debet identificari cum aliqua creatura in statu possibilitatis: ergo si deficeret omnis status possibilitatis, deficeret omnis status repugnantie chymære; ergo sicut in illo eveni nō posset Deus affirmare creaturas esse posibles. v. g. hominem, & equum, ita nō posset affirmare chymæras esse impossibiles, v. g. hominem equum.

43. Dices in illo eventu deficeret nō repugnancia creaturarum; sed hanc deficiente est dari repugnanciam creaturarum; quia deficere vnum contradietorium est dari alterum: ergo & cætera. Respondeo negando minorem. Quia licet deficeret vnum contradietorium, idem sit in vera suppositione, ac dari alterum; nō tamen in suppositione chymærica; & ratio est manifesta, quia repugnantia chymære. V. g. ex conceptu suo importat possibilitatem extremorum realium, quæ invicem repugnant; quid enim est chymæra, nisi identitas prædicatorum distinctorum, vel distinctio prædicatorum identificatorum: ergo ubi nulla sunt possible prædicata realia, nulla est habilis repugnancia chymæra.

44. Sed replicabis, non dari possibilitatem creaturarum est chymæra: at in casu in quo deficeret omnis possibilitas creaturæ, daretur hoc, quod est, non dari possibilitatem creaturarum; ergo daretur aliqua chymæra; hanc ergo tunc cognosceret Deus. Distinguo maiorem, est chymæra in suppositione vera, concedo maiorem; foret in illo eventu, nego maiorem: & admissa minori, nego consequentiā, & ratio est, quia aliquid esse chymæram nihil aliud est, quam dari veram repugnanciam, ut existat; in vera autem suppositione datur vera repugnancia, ut existat defectus possibilitatis creaturarū; ac proinde in vera suppositione talis defectus est chymæra. At hoc ipso quod deficeret possibilitas creaturæ non daretur eiusmodi repugnancia, utpote consistēs in ipsa met possibilitate: ergo tunc ille defectus nō foret chymæra, idque supponimus dum supponimus dari; quia hoc ipso, quod concipimus aliquid existere, concipimus non esse chymæra. Quare ineptum est explicare conceptum chymære per hoc, quod si existeret, involveret prædicata contradietoria, nam potius si existeret, illa non involveret, & involvere contradietoria idem est formalissime, ac dari veram repugnanciam, ut non existat in re, quod existit objective in cognitione fugiente.

41. Tandem dices; saltem in illo eventu Deum cognosciturum repugnanciam chymærarum, quas ipse reddidit repugnantes, v. g. mortis Dei, & simillium; ac Deus cognoscens repugnanciam istarum chymærarū, aliquid cognosceret, quod Deus nō est, nempe illas chymæras ergo & cætera. Respondeo negando minorem: nam Deum cognoscere repugnanciam istarum chymærarum, nihil aliud est, quam se ipsum perfecte comprehendere; ut autem se ipsum perfecte comprehendat, non debet figmentū aliquod mente sua concipere, nempe mortem divinam, & similia monstra, hoc enim proprium est intellectus valde imperfecti, qui nequit aliquando cognoscere veritatem, quin fingat, vel saltem apprehendat id, quod nec est nec esse potest.

42. Denique argumentor pro nostra sententia, quia si Verbum procederet ex cognitione possibilem, utique procederet non essentialiter sumptum, seu quatenus est Verbum essentia divine, & personarum, ut sic enim duntaxat procedit ex cognitione essentia; & personarum, sed quasi accidentaliter sumptum, & quatenus est Verbum possibilem, quod ei convenit, quasi per accidens in sententia negatæ connexionem; ac ne hoc quidem modo potest procedere ex cognitione possibilem; ergo & cætera. Probatum minor, quia sub illa reduplicatione incapax est, Verbum procedendi ab aliqua scientia in illa sententia; vel enim sic sumptum reduplicat aliquid relativum distinctum à filiatione, & scientia possibilem, vel nihil distinctum reduplicat; primum dici non potest, tum quia alias non essent quatuor tantum relationes in divinis contra id, quod sancti omnes Theologi cum dico Thoma 1. parte, quæst. 28. Tum quia explicari nequit munus illius formalitatis: non enim desideratur, ut per illam subsistat scientia possibilem, & quia hæc sufficientissime subsistit per subsistentiam absolutam naturæ, vel saltē per subsistentias personales; & quia cum scientia illa ut terminata ad possiblem nihil intrinsecum addat supra se ipsam, ut terminatam ad Deum, non indiget aliquo prædicato relativo, quo terminetur, præter illud, quo terminatur, quatenus respicit Deum. Denique quia disputata sequenti late in simili impugnavimus eiusmodi formalitates relativas. Si autem dicatur secundum, nempe Verbum, ut est Verbum possibilem, nihil reduplicat præter filiationem, & illam scientiā, nequit sub illa reduplicatione à tali scientia oriri; nam, scientia possibilem, ut existens in Patre, nec potest esse principium sui ipsius, ut

existentis in filio secundum absolutam quod dicit, nec secundum relativum, quia videlicet filiarum non est capax oriri ab illa scientia possibilium ut tali, quando quidem illam nullo modo ex se petit, nec supponit.

SECTIO QUINTA.

Solvantur fundamenta sententiae affirmantis.

44 **A**D primum admittimus, illam non repugnantiam fore equalis necessitatis cum Verbo, quod tamen à multis magno cum fundamento negatur; quia nequit esse tanta, nec tam perfecta necessitas fundata in negatione, ac necessitas fundata in summa perfectione. Negamus tamen, quod subinde inferitur, nempe hoc ipso posse Verbum per se procedere ex illius cognitione. Primo quia hæc nullius foret perfectionis, ut talis. Secundo, quia Verbum nec determinate ne vage postulare valet illam scientiam, prout opus erat, ut ab illa per se procederet.

44 Ad secundum concedo, cum primum intelligitur illa non repugnantia, cognosci à Deo possibile; nego tamen eam intelligi propriam ad generationem Verbi. Etenim intelligi propriam nihil aliud est, quam esse principium, vel conditionem ex parte prioritatem in subsistendi consequentia, alia non datur in divinis præter prioritatem originis realis vel virtualis. Prioritas autem in subsistendi consequentia hic locum non habet, nam potius in subsistendi consequentia prior est generatio Verbi, quam cognitio possibilium: *Valeret enim Deus cognoscere possibilea: ergo generat Verbum: non valet autem: generat Verbum: ergo cognoscere possibilea*, in sententia quam supponimus; illud autem, à quo non valet consequentia ad aliud, dicitur prius illo in subsistendi consequentia, ergo ut adversarij ostendant cognitionem possibilem intelligi pro priori ad generationem Verbi, prius probare debent illam cognitionem esse prærequisitam ad ipsam. Ad id vero, quod dicunt illam non repugnantiam se habere concomitantem cum essentia, verum est in hoc sensu, quatenus, nec essentia divina pender ab illa non repugnantia, nec illa non repugnantia ab essentia. Si autem velit adversarius, concomitantem se habere in ordine ad productionem Verbi, falsum assumit, & probandum.

45 Ex eo autem, quod illa non repugnantia sit à se, & filius sit ab alio, non recte inferatur cognitionem illius non repugnantia debere esse priorem Verbo, quia potest filius esse ab alio quin sit ab illa cognitione, quod tamen erat necessarium, ut cognitio diceretur prior. Quod si aliquid probaret argumentum, evinceret, illam non repugnantiam esse priorem Verbo ipso, quod tamen est absurdum; nec enim ideo existit Verbum, quia illa possibilitas datur: ex quo sequitur nec ideo existere, quia existit cognitio talis possibilitatis, quia illa possibilitas est ratio à priori cognitionis, unde si hæc foret ratio à priori Verbi, etiam foret illa: implicat autem, ut aliquid creatum sit ratio à priori, cur existat Verbum, quod est talis naturæ; ut deficiente quolibet creato maneret.

46 Ad tertium patet ex prima nostra conclusionis probatione absurdum esse, quod Verbum indeterminate exigat procedere ex cognitione chymarica creaturarum, ut impossibile. Doctrinaque ibi data iterum confirmatur, ex eo, quod vel cognitio essentia & personarum est virtus sufficiens, ut se sola producat, ut quo Verbum præcise dendo ab omni alia cognitione, vel non? Si primum; ergo cum illa virtus sufficiens necessario operetur, quantum potest, necessario se sola produceret, quin consortium alterius virtutis admittat; si secundum; ergo virtus illa indiget alia virtute partiali eamque exigit, sicut exigit terminum: ergo vel determinate exigit cognitionem possibilem, vel vage. Neutrum autem potest dici; quia si exigit vage cognitionem creaturarum, ut possibilem, vel cognitionem earundem, ut impossibilem, exigeret vage possibilitatem creaturarum, vel impossibilitatem: hoc autem est falsum; tum quia nequit exigi etiam vage aliquid impossibile, quia exigi vage est proprie exigi sicut amare vage, & vage affirmari, est proprie amari, & cognosci: repugnat autem Deo aliquid impossibile proprie exigere: tum quia illud disjunctum non est magis necessarium, quam alterum extremum seorsum: coniunctum enim ex duplici extremo, altero omnino necessario, & altero impossibili, nequit esse magis necessarium, quam extremum necessarium: si ergo possibilitatem non exigit non obstante eius necessitate, nec exigit disjunctum. Denique: quia cum per impossibile Deus nihil extra se cognosceret, eodem modo procederet Verbum ex cognitione divinarum: sicut iuxta Adversarios procederet, &

si non cognosceret possible.

47 Ad quartum liquet ex vltima probatione nostræ sententiæ, Verbum, vt expressivum possibile, nihil importare ob quod possit à cognitione possibile oriri, quod magis confirmabitur disputatione sequenti.

48 Ad quintum respondeo, in sententia negante connexionem non posse dici, Deum comprehendentem seipsum necessario per illam cognitionem debere attingere creaturas possibile, nam cum non possit illas attingere, nisi affirmando earum possibilitatem, sequeretur Deum habere connexionem cum illa possibilitate, quia habet connexionem cum sui comprehensione, & hæc habet connexionem cum illa possibilitate; quare illud argumentum si efficax est ad probandum, Deum non posse cognoscere se esse inconnexum, cum possibilitate creaturarum, quin cognoscat creaturas esse possibile, efficax est ad probandum, Deum non posse esse connexum, quin simul sit connexus, ac proinde ad evincendum, chymaram esse illam inconnexionem. Ea autem supposita dicendum est Deum comprehendentem suam entitatem non debere attingere creaturas: ratio est, quia Deum non esse connexum cum possibilitate creaturarum, non est aliquod prædicatum speciale dicens ordinem transcendentalem ad creaturas, & ratione nostrâ distinctum ab immensitate, & alijs perfectionibus omnino absolutis, & nullum distinctibus respectum ad creaturas: vnde non debet Deus cognoscere illam inconnexionem relative ad aliquod extrinsecum, sicut nos facimus ob nostrum imperfectum cognoscendi modum; hoc pacto Deus cognoscit Petrum non esse Paulum penetrando perfecte per simplicem intuitum virtusque entitatem, quin unam referat ad aliam, cum tamen nos non possimus concipere hanc distinctionem, quin concipiamus relationem unius ad alterum.

49 Ad confirmationem respondeo Deum per comprehensionem sui non concipere se esse distinctum ab illa possibilitate per cognitionem correspondentem his vocibus, sed per illam cognitionem præcisè attingere sua prædicata absoluta, quatenus sunt ad se: per hæc enim sic sumpta distinguitur ab omni ente creato: per illam autem cognitionem non penetrat distinctionem sui à possibilitate secundum totum, quod illa distinctio importat, sed præcisè secundum id, quod importat ex parte Dei: secundum autem id, quod importat ex parte creaturæ

eam cognoscit per novam formalitatem cognitionis, vel per novam terminationem eiusdem formalitatis.

50 Deinde respondeo Deum eodem prorsus modo debere cognoscere, se non esse connexum cum possibilitate in sententia negante connexionem, sicut in omnium sententia cognoscit se non esse connexum cum existentia creaturarum. Vnde sicut hoc vltimum cognoscit, quin affirmet, creaturas esse existentes, ita illud primum cognoscere debet, quin affirmet creaturas esse possibile: ac proinde in illa sententia non debet Verbum per se procedere ex cognitione affirmante, creaturas esse possibile. Iam vero si ex illo cognoscendi modo sequitur, Deum cognoscere creaturas vt indifferentes ad possibilitatem, vel non possibilitatem, sicut illas cognoscit, vt indifferentes ad existendum, vel non existendum, totum hoc supponit illa sententia, dum supponit, Deum non esse connexum cum possibilitate creaturarum.

51 Ad vltimum responderi potest primo iuxta doctrinam Augustini Epistola 113. *Asserentem illud comprehendere, quod ita videtur, vt nihil illius lateat videntem.* Ad comprehensionem omnipotentiam in sententia negante connexionem non requiritur cognitionem possibilitatis creaturarum, quia hæc non est aliquid omnipotentiam, nec cognoscere deseruit ad detegendum aliquod prædicatum ipsi intrinsecum, proindeque potest ita videri omnipotentiam vt nihil illius lateat pro priori ad cognitionem possibilitatis. Et idem dici debet de cognitione actuum liberorum in sententia asserente, illos non importare aliquam formalitatem contingentem Deo intrinsecam, nempe ad Dei comprehensionem eiusmodi cognitionem non requiritur & idem est de comprehensione propositionis, de qua in argumento. Videatur Pater Suarez libro 2. de attribut. capite 29. numero 9. vbi contra Patrem Vazquez asserentem disputatione 53. numero 15. ad comprehensionem Dei requiritur cognitionem possibile omnium, etiam in sententia negante relationem transcendentalem, eo quod tunc res aliqua comprehenditur, quando non tantum cognoscitur, quidquid in ea est formaliter, sed etiam quidquid ab ea pendere potest, quia id omne ad ipsam aliquomodo pertinet: optime ostendit, tunc ad comprehensionem rei necessarium esse cognoscere omnia, quæ ab illa manere possunt, quando hæc in re, vel ex re comprehensa cognosci valent. Si enim cognitio effectuum non est in causa, nec ex causa, nullo modo pertinet per se ad perfectam cognitionem cause

ac proinde nec ad eius comprehensionem. At in sententia negante connexionem, nec in Deo tanquam in causa cognoscuntur possibilia, nec ex cognitione Dei necessario infertur eorum cognitio: ergo in illa sententia cognitio possibilium non confert ad comprehensionem Dei.

52 Quod si obijcias hinc sequi, quemlibet beatum defacto comprehendere Deum, quia nihil later ipsum ex his, quæ sunt formaliter in Deo (siquidem iuxta communem Theologorum cum Divo Thoma 1. parte questione 12. articulo 1. ad 2. omnes beati vident cuncta, quæ sunt formaliter in Deo) nec ex ijs, quæ in Deo cognosci possunt, siquidem possibilia, quæ latent nequeunt in Deo, videri. Respondeo id plane sequi ex illa duplici sententia; si enim beatus nequit præscindere vnum prædicatum divinum ab alio, & aliunde possibilia in Deo videri non possunt; certe ita quilibet videt Deum; ut nihil illius lateat videntem: ergo si standum sit definitioni Augustini, quilibet comprehendit Deum, id, quod affirmant Nominales apud Patrem Suarez libro 2. de attributis cap. 29. numero 4. asserentes, Deum non esse incomprehensibilem, si comprehensio vsurpetur secundum definitionem Augustini. Unde ut salvent Dei incomprehensibilitatem, recurrunt ad alios modos explicandi comprehensionem; quod etiam faciunt omnes qui dicunt non sequi comprehensionem ex cognitione omnium possibilium in Verbo, & facere debent omnes, qui negant relationem transcendentem.

Responderi potest secundo admittendo etiam in sententia negante connexionem, requiri ad comprehensionem causæ cognitionem omnium, quæ ab illa manere possunt, eo quod ista ad eam quodammodo pertinent, & aliquid illius sunt. Hoc autem admissio dicendum est Verbum quidem debere procedere ex cognitione comprehensiva divinæ essentiae, id est, potente attingere omnia possibilia: non tamen ut comprehensiva, seu potius ut comprehendente, id est, ut attingente omnia quæ à Deo fieri possunt: id enim Verbum non postulat; & ratio est quia licet in cognitione divina sit summa perfectio, posse terminari ad possibilia, proindeque Verbum procedens à cognitione quatenus summe perfecta debeat procedere ab illa, ut sic potente terminari. Cæterum actu terminari ad possibilitatem, non est perfectio cognitionis illius, ac proinde Verbum non debet procedere ab illa, ut sic terminata: imo licet foret perfectio, esset tamen

perfectio solum extensiva: Verbum autem licet debeat procedere à cognitione divina, ut dicente summam perfectionem intensivam, non tamen ut dicente summam perfectionem extensivam. Hinc optime Pater Vazquez disputatione 53. numero 17. docuit à beatis non comprehensum iri Deum, quamvis per revelationem cognoscerent omnia possibilia, quia nimirum ad comprehensionem requiritur, veritas sit perfecta visio obiecti, ut ex se sit sufficiens ad manifestandum, quidquid ab eo derivari potest per hoc præcisè quod supponatur possibilitas effectus: quod nulli visio, si creatæ convenit.

SECTIO SEXTA.

An Verbum per se procedat ex cognitione possibilium in se ipsis.

53 **T**RIBVS modis, ut observat Pater Suarez libro 3. de attributis capite 2. numero 2. potest intelligi, Deum cognoscere possibilium per suam essentiam. Primo cognoscendo illa in sua essentia, tanquam in causa: ita ut essentia sit veluti medium cognitum per quod creaturæ possibiles quo ad suas entitates possibiles representantur. Secundo cognoscendo illa immediate ex vi essentiae determinantis, & completis divinum intellectum, per modum speciei intelligibilis, ad eas cognoscendas, non quidem indirecte, & in alio, sed directe, & in se ipsis. Tertio per reflexionem, nimirum ut intellectus divinus reflectens supra cognitionem, quam de creaturis habet, illas hoc pacto quasi iterum attingat. Dubitatur ergo an Verbum procedat per se ex cognitione tendenti directe, & primario ad creaturas. Et quidem Deum cognoscere creaturas in se ipsis, negant Thomistæ, cum Divo Thoma, & plures ex nostris cum Pateruario Molina, & Valentia, affirmant vero quam plures cum Scoto, Nominalibus, & Patre Vazquez, quos refert & sequitur Pater Rivadeneyra, disputat. 9. de scientia capite 1. Quamvis autem hæc ex professo disputare, ad tractatum de scientia pertineat, breviter tamen pro præsentis instituto aliquid nobis dicendum est.

54 Igitur existimo Verbum per se non procedere ex cognitione possibilium in se ipsis; quia probabilius iudico, Deum eo pacto illa non cognoscere. Ratio est, quia cum Deo repugnet cognitio pure apprehensiva, utpote de se imperfectionem dicens, nequit cognoscere possibilium in se ipsis; nisi per

cognitionem iudicativam aliquid, scilicet affirmantem, vel negantem: hoc autem modo nequit cognoscere possibilia in se ipsis. Quæro enim quid de possibilibus affirmet? In primis enim affirmare non potest æternam aliquam eorum non repugnantiam distinctam à Deo, quam in se ipsa intrinsecus sit, ut capite primo probatum manet; deinde nec de illis potest affirmare, vel negare existentiam per scientiam necessariam, & simplicis intelligentiæ de qua loquimur, quia hoc attinet ad scientiam visionis. Præterea nequit affirmare prædicata essentialia sub conditione existentiae, quasi illa scientia nihil aliud sit quam cognitio, qua affirmet, hominem, verbi gratia esse animal rationale sub conditione, quod existat: omnis enim cognitio conditionata assumens conditionem identificatam cum conditionato est imperfecta, quia vel obscure attingit conditionem, vel omnino ridicule si attingat clare; nam attingendo clare conditionem, idem esset dicere: *Homo erit animal rationale sub conditione, quod existat, ac dicere homo erit animal rationale sub conditione, quod sit animal rationale.* Restat ergo, ut scientia simplicis intelligentiæ quam Deus habet de homine, verbi gratia, affirmet hominem posse existere: ergo per illam scientiam videt Deus directe illud prædicatum, quod affirmat: at illud prædicatum non distinguitur ab ipso Deo, nam hominem posse existere idem est ac Deum posse producere hominem: ergo scientia simplicis intelligentiæ representans hominem necessario debet attingere directe ipsum Deum, & in illo hominem: ergo nequit Deus creatoris in se ipsis cognoscere per scientiam simplicis intelligentiæ. Quare non aliter cognoscit, quod quidditas hominis, est animal rationale, nisi quia videt potentiam productivam hominis, esse formaliter productivam animalis rationalis.

§ 56. Confirmatur, quia obiectum cognitum à Deo in se ipso debet habere aliquam prioritatem respectu divini cognitionis saltem per modum rationis à priori & conditionis obiectivæ eo pacto quo futura contingentia libera, quæ in nostra sententia cognoscuntur in se ipsis, habent aliquam prioritatem respectu cognitionis divini; & ratio est, quia intellectus summe verus nequit cognoscere, nisi aliquo modo præsupponatur cognoscibilitas passiva obiecti; unde si hoc cognoscitur in alio, debet præsupponi cognoscibilitas in alio: si autem cognoscitur in se, debet præsupponi in se: at possibilia nequeunt habere prioritatem aliquam respectu cognitionis divini ne-

cessariæ secundum esse ipsius intrinsecum, cum nullum esse habeant distinctum ab existentia, secundum quam nequeunt habere prioritatem respectu illius scientiæ: ergo nequeunt quatenus possibilia cognosci in se ipsis.

§ 56. Sed inquit, quid dicendum foret, si Deus cognosceret possibilia in se ipsis? probabilius puto Verbum non processurum ex eiusmodi cognitione, & ratio est, quia Pater quatenus seipsum contemplatur imaginem sui producit, nempe Verbum; si enim ipse, & filius producant Spiritum Sanctum dum se amant: ergo ad productionem Verbi solum comparatur per se eiusmodi cognitio: at illa, ut talis non cognoscit possibilia in se ipsis, sed dumtaxat in essentia Patris tanquam in medio: ergo, &c. Quare habere fecunditatem ad producendum Verbum non convenit divini cognitioni, nisi ut respicienti obiectum increatum: ac proinde cognitio possibilium non concurrat per se ad productionem Verbi, quatenus possibilia ipsa representat; sed quatenus representat perfectius divinam essentiam, quæ nequit cognosci cognitione in se finite perfecta intensivè, quin illa cognitio attingat ipsa possibilia. Quod si cognitio posset esse infinite perfecta intensivè circa essentiam, quin attingeret possibilia, illa sola sufficeret ad Verbi generationem, proindeque cognitio possibilium ad illam non concurreret.

§ 57. Quapropter cognitio possibilium in se ipsis non posset concurrere ad generationem Verbi, nisi per modum obiecti, sicut immensitas, & alia attributa quatenus scilicet cognitio, quæ pater se comprehendit necessario attingit omnem perfectionem essentiæ; ac proinde cognitionem possibilium in se ipsis, si hæc foret eius perfectio. Non potest autem per modum principij quasi effective magis concurrere, quam volitio necessaria, quæ in nulla sententia est principium quo Verbi.

SECTIO ULTIMA.

An sicut Verbum procedit ex cognitione possibilium, ita, & Spiritus Sanctus ex amore eorum?

§ 58. **P**ARTIATEM negare debent omnes qui asserunt, Deum non amare necessario creaturas possibiles. Hi autem sunt Ang. & Exim. Doct.

Ille i. parte quaestione 19. articulo 3. iste disputat. 30. Metaph. & lib. 11. de Trinitate capit. 2. in fine, item apud Ruiz disputat. 6. de voluntate sect. 1. Albertus, Bonaventura, item Alexander, Richardus, Bañez, Zumel, Molina, Valentia, & Pater Coninch, disputat. 14. de Trinitate num. 59. & alij non pauci, quos referunt, & sequuntur Carmelitæ tractatu 1. disputat. 5. num. 13. contra Patrem Vazquez & alios quam plures, quos referunt, & sequuntur Amicus i. parte disputatione 14. & Rivadeneyra disputatione 13. de voluntate num. 2. omnes tamen Authores, quos ego viderim, paritatem concedunt ex hypothesi quod Deus necessario amaret possibilium, sicut illa necessario cognoscit. Ita Pater Suarez libro 11. de Trinitate capite 2. numero 10. Coninch. disputatione 14. dubio 2. numero 25. Carmelitæ tractatu 2. disputatione 15. dubio 6. numero 89. Zuniga disputatione 14. dubio 3. numero 28. Bekenus disputatione 37. numero 21. Ruiz disputatione 63. de Trinitate sectione 5. numero 2.

S. I.

*Proponitur sententia affirmans Spiritum
Sanctum non procedere per se ex amore
possibilium, licet Verbum
procedat ex cognitione
eorum.*

SENTENTIA illa sic potest probari; Deus non amat necessario possibilium, licet ea necessario cognoscit: ergo, &c. Probatur antecedens: implicat Deum amare possibilium, quin eis velit aliquod bonum: nam iuxta definitionem Philosophi, amare est velle alicui bonum, implicat autem, ut velit necessario aliquod bonum possibilibus; nam cum primum cuiusque rei bonum, & reliquorum fundamentum sit existentia, nequit Deus amare necessario Petrum, verbi gratia, nisi necessario velit ei bonum existentiae: repugnat autem ut Deus necessario velit Petro hoc bonum: ergo, &c. Probatur minor, quia hæc necessitas, nec provenire potest ab obiecto cognito, nec à subiecto amante. Non ab obiecto cognito: nam cum Petrus possibilis, quem Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiæ, sit bonum finitum, & imperfectum, nequit divinam voluntatem rapere ad sui amorem eique necessitatem imponere, ut sibi velit bonum existentiae adhuc per simplicem amorem; alioqui non video, cur non posset etiam rapere, ut per amorem efficacem illud sibi veller. Nec à subiecto amante: nam

Deus ea solum debet necessario amare, ad quorum amorem ipsum necessitat infinitus amor, quo seipsum diligit; hic autem amor sui nequit Deum necessitare, ut Petri existentiam diligit; cum enim illa Deus non indigeat ut seipsum perfecte possideat summeque Beatus sit, non potest ex sui amore ad illam amandam necessitari, ut enim inquit Divus Thomas i. parte quaestione 19. articulo 3. in corpore rationem reddens, cur alia à se Deus non amet necessario: *Alia à se vult Deus in quantum ordinantur in suam bonitatem; ut in finem, ea autem, quæ sunt ad finem non ex necessitate volumus volentes finem, nisi sint alia. sine quibus finis esse non potest.* Idem docet libro 1. contra gentes capit. 81.

60 Confirmatur, Deum diligere creaturas posibles non est præcisè diligere suam omnipotentiam, cum creaturæ posibles non sint omnipotentia: ergo est diligere aliud quod prædicatum creaturis intrinsecum, & cum eis identificatum: at nullum prædicatum identificatur cum creaturis, quod non sit idem cum ipsarum existentia; quandoquidem essentialia, & existentia non distinguuntur: ergo Deum diligere necessario creaturas posibles affectu simplicis complacentiæ est Deum diligere illo affectu creaturarum existentias: atqui affectus Dei erga existentias nequit esse necessarius. Quæro enim in quo complacere Deo dum dicitur ferri necessario in existentias creaturarum? Vel enim complacet in eo, quod existentia sit possibilis possibilitate æterna, & necessaria, & hoc non est complacere in existentia creaturæ; sed in Dei omnipotentia, quæ est eius æterna possibilitas, & hoc pacto etiam complacet Deus in æterna possibilitate peccati, quin in peccato complacere, imò efficaciter amat possibilitatem proximam peccati, dum amat proximam expeditionem potentiæ ad peccandum, quin illo peccato amet peccatum. Vel complacet in eo, quod existat creatura illa, quæ denominatur possibilis, & hoc dici nequit, quia cum existere creaturam sit bonum finitum, ex nullo capite potest Deus necessitari ut in eo complacere, vel denique complacet conditionate in ipsis creaturis sub conditione existentia, nimirum in eo, quod Angelus, v. g. sub conditione, quod existat, habiturus sit talem, vel tal perfectionem, & hoc pacto explicat huiusmodi complacentiam. P. Ruiz disp. 6. de voluntate. 2. n. 4. & sect. 3. n. 10. & 11. asserens illum affectum eo dirigi, ut res illa si existeret esset actu bona, quiescendo in tali bonitate, quæ tunc illi competeret. Hoc autem dici non potest, quia eiusmodi complacentia Deo videtur indigna; perinde enim est ac com-

placere in eo, quod res sit bona sub conditione, quod sit bona.

61 Dices cum Patre Quirós disputatione 66. número 9. & 14. illam complacentiam non esse volitionem adhuc inefficacem existentiae, nec villo modo in existentiam inclinare; sed esse actum voluntatis acquiescentem intellectui proponenti, obiectum esse bonum, & pure approbantem creaturæ bonitatem. Sed contra primo: quia vt recte docet Caietanus ex mente D. Thomæ 1. parte quaestione 82. articulo 3. *Ad cuius evidentiam, nulla res amatur, nisi, vt sit, vel quia est, vt enim inquit ibi Angelicus Præceptor: Actio intellectus consistit in eo, quod ratio rei intellectæ est in intelligente, actus vero voluntatis perficitur ex eo, quod voluntas inclinatur in ipsam rem prout in se est.* Non potest autem voluntas inclinari in ipsam rem, prout in se est, nisi per actum contententem, vt res sit, vel supponentem iam esse, & approbantem eius bonitatem; ergo cum Deus nequeat amare bonitatem creaturæ possibilis, quia est, seu per actum supponentem illam bonitatem esse, debet profecto amare illam, vt sit, seu per actum contententem, vt existat, & consequenter inclinantem in eius existentiam. Contra secundo; quia amor Dei erga possibilia dirigitur per scientiam simplicis intelligentiæ: hæc autem rem non repræsentat, creaturas habere actu bonitatem, sed posse habere: ergo actus voluntatis est acquiescens, vel inclinans, vt dicitur bonitas repræsentata vt possibilis, vel si est pure approbatus, non amat ipsas existentias; sed æternam possibilitatem, quam approbat. Nec enim approbat, creaturas existere, siquidem hoc non supponit; ergo solum approbat, creaturas posse existere.

62 Denique vt alia omittam, sic arguuntur. Si Deus necessario complacet in existentibus creaturarum repræsentatis vt possibilibus, simul etiam necessario complacet in non existentibus eorundem repræsentatis vt possibilibus, quia sicut potest esse bonum creaturas existere: ita potest esse bonum, idest conueniens Deo, creaturas non existere: ergo simul Deus necessario complacet in existentia, & non existentia Petri v. g. ac proinde necessitatus erit ad agendum (contra propriam inclinationem: si enim decernat existentiam, operabitur contra inclinationem, quam habet ad non existentiam: si autem illam decernat, operabitur contra inclinationem quam habet ad illam. Vnde quodcumque eligat sibi ipsi vim inferet, & nunquam cum voluntario perfectissimo operabitur. Quam rationem colligo ex Divo Thoma primo contragentes cap. 18 numero 2. in fine, vbi probat, Deum non velle necessario alia

à se, quia potest velle, non esse quodcumque rem aliam præter se; eo quod ipsum non esse potest habere rationem boni, & conuenientis ratione alicuius adiuncti.

63 Afferro secundo; etiam si Deus amaret necessario possibilia, non propterea Spiritus Sanctus per se procederet ex eorum amore, sicut diximus, Verbum procedere ex cognitione: ratio est, quia ideo Verbum per se procedit ex cognitione possibilium, quia cognitio comprehensiva essentiae, à qua sola oriatur Verbum, necessario debet quatenus comprehensiva essentiae attingere possibilia: ac amor comprehensivus divinæ essentiae, ex quo solo per se procedere debet Spiritus Sanctus, non debet attingere possibilia: ergo &c. Probat minor: ideo enim cognitio comprehensiva essentiae debet attingere possibilia, quia necessario comprehendit eorum possibilitatem, vt ipse identificatam cum omnipotentia, non stat autem comprehendendi possibilitatem termini, quin terminus cognoscatur, ac licet amor comprehensivus divinæ essentiae, id est ipsam amans, quantum amabilis est, debeat necessario amare possibilitatem creaturarum; stat tamen possibilitatem termini amari, quin terminus ipse ametur; ergo, &c. Minor suadet primo à posteriori, nam Deus necessario amat æternam possibilitatem peccati, imò possibilitatem proximam temporalem consistentem in voluntate habente omnia prærequisita ad peccandum, quin villo pacto amet peccatum.

64 Et quidem diversam esse rationem amoris, & cognitionis; vel inde patet primo, quod Deus nequeat permissionem peccati cognoscere, quin cognoscat peccatum; possit autem permissionem amare, quin amet peccatum. Patet secundo; ex eo quod potest res perfectissime à Deo cognosci, quin existat, evidens enim est, non clarius à Deo cognosci rem existentem, quam possibilem: non potest tamen perfecte amari à Deo res quin existat; quamvis enim concedatur, Deum amare creaturas posibles, certum tamen est plus amare existentes: & ratio à priori est; quia perfectio, & magnitudo cognitionis attenditur secundum perfectionem obiecti, quam cognoscens ad se trahit: media cognitione, cum autem intellectus divinus se solo iam perfectus sit, quam ipse simul cum obiecto creato, non potest eius perfectio crescere per creaturarum existentiam; ac proinde nec cognitio creaturarum existentium perfectior esset, quam creaturarum possibilium; at vero perfectio seu potius magnitudo, & vehementia amoris consideratur secundum id, quod amans communicat amato, & secundum

efficaciam, qua vult illi communicari bonum: hæc autem efficacia saltim minor est erga creaturas posibles, quam circa existentes; sicut ergo adversarij fateri debent, Deum minus amare creaturas posibles, quam existentes, licet non minus cognoscat; ita nos dicere possumus eas necessario non amare, quamvis necessario cognoscat, quia nec illis communicat actum aliquod bonum, nec potest esse necessario inclinatus ad hoc bonum illis communicandum.

65 Secundo suaderetur à priori eadem detur minor, quia ut inquit Divus Thomas 1. p. q. 19. art. 3. ad 6. reddens rationem, cur Deus necessario cognoscat, non tamen necessario amet creaturas: *Scientia habetur de rebus secundum quod sunt in sciente, voluntas vero comparatur ad res secundum, quod sunt in se ipsis.* Et ut repetit articulo 6. ad 2. *Actus cognoscitivus virtutis est, secundum quod cognoscitur est incognoscens, actus autem appetitivus virtutis est ordinatus ad res, secundum, quod in se ipsis sunt.* Itaque proprium est intellectus trahere ad se obiectum, voluntatis vero ad obiectum ferri, siquidem ut inquit Dionysius cap. 4. de divinis nominibus: *Amor amantem extra se ponit; & eum quodammodo in amatum transfert.* Ideo Deus necessario cognoscit omnia, non tamen necessario amat omnia; maxima enim Dei perfectio est omnia ad se trahere, & sibi obiective presentia facere; maxima vero foret imperfectio ab omni obiecto trahi, & ad illius esse necessario inclinari. Rursus ut sapienter animadvertit P. Ruiz disput. 6. de voluntate sect. 5. n. 113. quæcumque scientia Dei dirigitur ad perficiendum ipsum Deum, non vero ad perficiendas res in se ipsis, amor autem creaturarum dirigitur ad perficiendas creaturas in se ipsis: cum ergo absurdum sit Deum necessario aliquid creatum perficere, ad idque necessario rapi: maxima vero perfectio sit seipsum perficere: maxima profecto perfectio erit, omnia necessario cognoscere; maxima vero imperfectio foret omnia necessario amare.


66 Confirmatur: nequit Deus afficere, creaturas eminenter contineri in sua omnipotentia, quin creaturas ipsas cognoscat, ut enim inquit D. Thomas 2. contragentes cap. 6. num. 2. *Virtus non potest cognosci perfecte*

nisi cognoscantur omnia in qua potest, cum secundum ea quantitas virtutis quodammodo attendatur. At potest velle, creaturas contineri in sua omnipotentia, quin creaturas amare, nam cum actus appetitivus virtutis, ut nuper aiebat Divus Thomas, ordinetur ad res, scilicet dum quod sunt in se ipsis, nequit Deus creaturas amare; quin velit, ut sint in se ipsis; ergo &c. Ratio itaque à priori est, quod intellectus divinus potest intelligere creaturas, quin afficere, eas existere, voluntas vero non potest illas amare, quin velit illas existere: ratioque discriminis est illa, quam reddit Divus Thomas 1. p. q. 82. art. 3. inter intellectum, & voluntatem, quod intellectus versatur circa quidditatem prescindendo illam ab actuali existentia; voluntas vero semper tendit in bonum in ordine ad actuale esse.

67 Dices, omnipotentiam existere est bonum creature: ergo Deus necessario amat suam omnipotentiam, necessario vult creaturam bonum: ac proinde illas necessario amat. Respondeo non sufficere ad amandum aliquem, vel le illi bonum extrinsecum nisi amor boni extrinseci ortum ducat ex complacentia subiecti: sic potest subditus prelatum nullo modo amare, debitum culum illi exhibere propter honestatem ipsum observandi, quin illum amet; sed pure observet; quia licet cultus in ratione talis sit bonum prelati non exhibetur ex complacentia illius.

68 Sed quæres, si Deus non amet necessario creaturas, quatenus earum æternam possibilitatem amat, quo pacto dici possit in sententia contraria, eas necessario amare? Respondeo in illa sententia hoc ideo esse; quia dum Deus necessario cognoscit possibilitatem creaturarum, ipsas creaturas earumque bonitatem, & pulchritudinem cognoscit, in eamque sic cognitam necessario afficitur. Hic adverte meditare. Disputationes in Salmanticensi Academia anno 1657. postea vero eodem anno 1670. ibidem tractatum de voluntate Dei traherem, multasse sententiam, & docuisse Deum amare necessario creaturas posibles; ut constat ex dictis 1. p. disp. 26. sect. 5. ideo autem nolui hanc doctrinam ab hac disputatione præcidere; quia forsam ardebit eis, quibus placuerit

hanc partem defendere.



DISPUTATIO SEPTIMA AN VERBUM PER SE PROCE- DAT EX COGNITIONE FUTVRORVM CONTIN- gentium, & Spiritus Sanctus ex eorum amore.

VERBUM per se procedere ex cog-
nitione futurorum contingentium tā
absoluta, quam conditionata, do-
cuit Pater Zuñiga disp. 9. de Trinitate, dub. 7.
§. Respondeo, igitur, nihil valet, ubi illā egre-
gie fundavit pro ea adducens P. Valencia q. 8.
de Trinit. punto 2. §. Respondeo igitur, & ex
PP. Divum Augustinum, Anselmum, & Sanctū
Thomam; Zuñigam sequitur, P. Ariaga 1. p.
disp. 2. sect. 4. subf. 3. pro eadem adducens P.
Ruiz disput. 63. de Trinit. sect. 4. communis
vero Scholasticorum sententiā negat, ex aliqua
cognitione contingentī, Verbum procedere
Media via, incedit P. Molina 1. p. q. 34. art. 3.
existens, procedere ex scientiā media; non
autem ex scientiā visionis, cuius sententiā
sequitur, & plurimum illustrat P. Aldrete disp.
12. de Trin. sect. 3.

SECTIO PRIMA.

*Evocatur fundamentum, quo aliqui probant
Verbum non procedere ex scientiā visionis,
ubi an decreta libera supponant per-
sonas constitutas.*

VERBUM per se non procedere ex
scientiā visionis, probant nonnul-
li apud Zuñigā dubio 7. memb. 3.
num. 2. quia omnis scientiā visionis per se sup-
ponit aliquod libertatū Dei decretum, vel effi-
cacter præstans existentiam futuri, vel saltem
existentiam causatam; at omne decretum libe-
ratū per se supponit personā iam constitutā;
ergo omnis scientiā visionis supponit perso-
nā iam constitutā; at Verbum procedere ne-
quit ex scientiā supponente personā, ut patet;
ergo, &c. Prima minor, in qua sola est diffi-
cultas, probatur à P. Con. disp. 3. de Trinit.
à num. 109. & disput. 14. à num. 28. & à P.
Aldrete disp. 13. de Trinit. sect. 1. num. 13.
& sect. 4. quia si decreta libera non suppone-
rent personā iam constitutā, prius utique exi-
stirent in Patre, quam in filio: hoc autem esse
absurdum, probatur quia hoc ipso Filius &
Spiritus Sanctus nō amarent libere; quia ut ali-
quis amet libere, debet se ab intrinseco deter-

minare, ita ut in eius potestate sit impedire
amorem; ac in illa sententiā Filius, & Spiritus
Sanctus non se determinarent, sed determina-
rentur à Patre, nec possent impedire amorem;
quia ex suppositione, quod iste existat in Patre,
necesse est, ut existat in ipso; illi autem facere
nequeunt, ne existat in Patre; quia antequam
intelligantur existentes, iam intelligitur exi-
stere decretum in Patre; nullum autem agens
potest impedire existentiam formæ; quæ in-
telligitur existens ante ipsum.

Hoc tamen fundamentum ineffi-
cax mihi videtur. Sicut enim Filius vivit pro-
prie per cognitionem, & volitionem necessa-
rias à Patre acceptas, quamvis vivere sic ab in-
trinseco se movere; ita poterit amare libere per
volitionem acceptam à Patre, quamvis amare
libere sic libere se determinare. Par enim est
utrobique ratio; ideo enim Filius, & Spiritus
Sanctus proprie vivunt per illos actus acceptos
à Patre, licet homo vivere non possit per actum
sibi ab extrinseco communicatum; quia nimirum
illos actus non accipiunt, nisi accipiendo
naturam, cui conveniunt ab intrinseco. Unde
stat, Filium habere à Patre intellectiōnem nec-
cessariam, & tamen per illam se ab intrinseco
movere; quia habet à Patre naturam ab intrin-
seco se moventem, & ille non potest aliō mo-
do se movere, quam ratione naturæ; non stat
autem, hominem habere ab alio intellectiōnem
& tamen per illam ab intrinseco se movere. Quæ
ratio etiā militat in nostro casu; nam Filius,
& Spiritus Sanctus non aliter accipiunt à Pa-
tre volitiōnem liberam, nisi quatenus accipiunt
naturam libere amantem; implicat autem ac-
cipere naturam libere amantem, & tamen nec-
cessario amare; quia denominatiō amantis non
convenit divinis personis, nisi ratione naturæ;
ubi ergo hanc libere amantem habent, libere
amant.

Quare licet volitiō libera ex suppositio-
ne, quod existat in Patre, necessario trahatur
ad Filium; illa tamen suppositiō est libera Fi-
lio, quia est libera naturæ divinæ, quæ tenus na-
tura divina est, & consequenter quatenus est
natura Filij, nimirum filiatiōnem suapte natu-

ra vendicans per identitatem : quod autem liberum est naturæ alicuius, quatenus natura eius est, liberum ipsi est. Hinc falsum est, Filium in illa sententia non se determinare ad amandum, quia hoc ipso quod natura divina se determinat, Filius etiam se determinat, non quidem ratione filiationis, sed ratione naturæ. Quod autem decretum liberum intelligatur in Patre prius origine quam existat Filius, probat quidem, illud decretum non esse liberum Filio ratione filiationis, non probat autem ipsi absolute liberum non esse.

4 Dices cum Patre Aldrore disp. 13. de Trinitate sect. 3. n. 7. ut persona denominetur libere amans, non sufficere quod natura ipsius libere amet; nam si Verbum, ut ponitur, assumpsisset humanitatem, cui data esset facultas merendi unionem hypostaticam per actum præceptum, & demerendi per eius omissionem, tunc illa humanitas esset potens peccare; & tamen denominatio illa non derivaretur in hominem resultantem ex humanitate & Verbo. Rursus licet humanitas Christi pro priori ad unionem aliquid de congruo meruisset, non propterea Christus denominaretur merens de congruo.

5 Respondet, ut persona denominetur amans libere, satis esse, quod natura ipsius, quatenus ipsius libere amet; hoc autem haberet natura divina, quæ priori ad filiationem amatet, quatenus natura Filij, quia amaret quatenus natura divina; quatenus talis autem est natura Filij, & reliquarum personarum. At natura humana potens peccare pro priori ad unionem cum Verbo, non esset potens peccare, quatenus est natura Verbi: unde illa denominatio non posset in ipsum refundi. Ad personam Verbi esse incapacem suscipiendi denominationem peccantis, & merentis de congruo denominationes enim convenientes naturæ non derivari in personam, nisi quando hæc capax illarum est.

6 Alia etiam ratione illud fundamentum inefficax est, nimirum quatenus ex eo quod decreta libera non supponerent personas constitutas, deducit; fore, ut existerent prius origine in Patre, quam in alijs personis; stat enim decreta libera ex conceptu suo nec supponere personas, nec ad illas supponi, sed mere concomitanter se habere: esto aliqua decreta ob peculiarem rationem illas supponant, verbi gratia decretum remunerandi merita Christi, vel Beatæ Virginis elicita ex fide Incarnationis peractæ, & similia; idque ego absolute verum existimo, & in primis non supponi pro priori originis facile probatur, quia non sunt per se requisita, ut Pater, verbi gratia generet Verbum, quod magis constabit ex dicendis se-

gione sequenti. Nō supponere autē probatur, quia decretum solum per se supponit id quod est prærequisitum ex parte principij ut talis ad sui existentiam. At hoc modo non est prærequisita Trinitas personarum ad existentiam decreti: ergo, &c. Probatur minor; quia nec est prærequisita per modum principij quod; siquidem principium quod est divina voluntas: nec per modum principij quod; quia hic numero Deus realiter communis tribus personis est principium quod per se primo volentis: non enim hic numero Deus vult, quia est Pater, aut Filius, sed quia est Deus: è contra vero Pater nō vult, quia est Pater, sed quia est Deus, & sic de alijs personis; nec per modum conditionis requisita ex parte principij ad eliciendum, vel quasi eliciendum actum liberum; cum enim hic numero Deus, qui præintelligitur ad personarum litates, sit infinite perfectus; habeatque obiectum sibi applicatum per cognitionem; nihil amplius desiderari valet, ut libere se exercent; ergo, &c.

7 Confirmatur primo: hic numero Deus, quatenus talis nō includit relationes, sed ad ipsas præsupponitur, ut docet Exim. Doctor lib. 4. de Trinitate cap. 14. num. 5. & 6. cum S. Tho. 1. p. q. 39. art. 4. ad 3. & eūdem in 1. distinct. 47. q. 2. §. sed pro quo, & est sententia eorum, qui ponunt substantiam absolutam in divinis; hi autem simplicissimi, quos refert, & sequitur P. Passolus quæst. 30. art. 2. quorum sententiam verissimam puto; & pro tunc suppono, hanc dūtaxat pro ea breviter modo rationem consiciens: natura divina ratione sui formaliter debet includere omnem perfectionem simpliciter simplicem; ergo debet ratione sui esse Deus; quando quidem esse Deum est perfectio simpliciter simplex, cum in vno quoque melior sit ipsa, quam non ipsa. Tum sic: at hic numero Deus includit omnia, quæ per se necessaria sunt ad aliquid libere decernendum; cum enim ut talis sit perfectissimus in linea essendi, debet esse quoque in linea operandi. Nec relationes asserre possunt aliquid necessarium ad operandum ad extra, sed solum ad esse communicandum ad intra: quia distinctio, quæ requiritur inter producens, & productum, non convenit Deo respectu creaturarum per relationes, sed per essentiam, quæ si cui per se ipsam est incerta, ita est distincta ab omni creato, licet distinctio, quæ reperitur ad intra, conveniat per relationes, & ideo istæ per se necessarie sunt ad operandum ad intra.

8 Confirmatur secundo, quia quod non est per se necessarium, ut Deus ad extra opereatur, non est per se necessarium, ut libere veli operari, ut pater, maxime si decreta libe-

sa complebitur per operationem ad extra, ut fert communis sententia. At Trinitas personarum non est per se necessaria, ut Deus ad extra operetur; ergo, &c. Minor est communis sententia Theologorum, quos refert P. Ruiz disp. 109. de Trinitate sect. 2. num. 7. inter eos numerans Suarez, Vazquez, Molinam, & Bellarminum; licet ipse oppositam sententiam tueretur. Eisdem refert, & sequitur P. Falsolus q. 44. art. 6. nihil decretis auctoritatibus Patrum adductis à Ruizio, asserens, eos dimittere voluisse, Trinitatem personarum esse necessariam ex parte Dei creatoris, non quatenus formaliter creator est, sed quatenus formaliter Deus est, ac proinde solum docuisse, personalitates esse condiciones per se requisitas materialiter, non formaliter ad creandum. Nostram autem sententiam explicat per hanc conditionalem: quia si per impossibile separaretur Deus ab omnibus personalitatibus, maneret quidem natura divina ensitativa, & quasi materialiter imperfecta; maneret tamen omnino perfecta in ratione formali principij operativi ad extra, ita ut nihil illi deesset, nec ut conditio, nec ut ratio formalis ad actu operandum. Id quod expressis Verbis docet etiam D. Thom. in 1. dist. 1. q. 1. art. 4. ad 2.

2. Probatum autem illa minor primo: quia inde ostendi solet à Theologis cum Divo Thoma 1. p. q. 32. art. 1. non posse ex effectibus creatis demonstrari existentiam Trinitatis; quia omnes effectus creati procedunt à Deo, ut unus est, non autem ut trinus: ergo personarum Trinitas non est per se requisita ad operandum ad extra. Secundo, quia quod non est necessarium, ut causa perfecte existat, & habeat omnem virtutem, & applicationem, non est necessarium ad productionem effectus: ac relationes non sunt necessariae, ut hic numero Deus perfecte existat: hoc enim habet pro priori ad ipsas; nam ut fert commune axioma Theologorum cum Nazianzeno, necessitas divinarum productionum non ex indigentia oritur, sed ex opulencia: oriuntur autem ex indigentia, si natura divina pro priori ad relationes non esset perfecte existens: nam hoc ipso necessariae forent, ut per ipsas excluderetur per se primo à natura divina defectus perfecte existendi, unumquodque autem ens indiget illa forma, per quam ab ipso excludenda est per se primo aliqua imperfectio. Rursus non sunt necessariae, ut hic numero Deus habeat totam virtutem operandi ad extra, cum hac virtus adaequate in omnipotentia consistat. Nec ut habeat applicationem; quia per illas nec cognoscit, nec existit in loco, nulla autem alia applicatio requiritur ad operandum ad extra, praeter cognitionem, & existentiam in omni loco; ergo, &c.

10. Obijcies primo, in creatis subsistentia intelligitur pro priori ad actum liberum, ergo & in divinis debent intelligi personalitates ante decretum. Respondeo, in mea sententia subsistentiam non addere aliquid positivum increatis supra naturam, ut late probavi in metaphisica, & constabit sequenti selectarum disputationum in tertiam parte disp. 21. quod si adderet modum aliquem, eius munus foret, facere ut natura non existat in alio digniori, cui tribuantur ipsius operationes: per hoc enim praecise quod humanitas, verbi gratia, non existat in alio digniore, intelligitur esse homo, & per se existere. Unde in creatis subsistentia non tam est necessaria, ut naturaliter eliciat operationem, quam ut haec ipsi primario tribuatur: ac proinde non debet intelligi pro priori ad operationem, ut eliciendam, sed ut tribuendam naturae tanquam principio quod illa enim per hoc praecise, quod non existat in alio digniori est principium quod suarum operationum: quod si subsistentia foret necessaria ad operationes eliciendas, & per consequens deberet intelligi pro priori causalitatis, hoc ideo esset, quia natura creata per illam constituitur in ratione perfecte, & complete existentis, quod prius debet esse, quam operari: quae ratio non militat in natura divina, quae per se ipsam perfectissime existit pro priori ad relationes.

11. Obijcies secundo: *Necessaria sunt priora liberis*, ut fert commune proloquium: ergo productiones ad intra sunt priorae quam decreta libera. Respondeo illud axioma universaliter sumptum solum esse verum de prioritate rationis in quo, quatenus scilicet concipimus personas divinas, quin concipiamus illas ut volentes libere, è converso autem non concipimus illas ut volentes libere quin praedicata earum necessaria concipiamus; non autem de prioritate à quo seu originis; vel solum esse verum de prioritate in subsistendi consequentia; nam ex existentia decreti saltem mediate inferitur existentia Trinitatis, quia decretum est conexum cum hoc numero Deo, & hic numero Deus cum Trinitate; licet ex existentia Trinitatis non inferatur existentia decreti. Vel dicendum intelligendum esse de prioritate dignitatis.

12. Omitto obiectiones petitas ab auctoritate; ad eas enim optime respondet Falsolus vbi supra, & Martinon tract. 1. disp. 32. sect. 4. nobis vero in eis explicandis per tempus innumerari non licet.

13. Sed quaeres, quomodo dicantur opera ad extra communia toti Trinitati; si haec non est requisita ad illorum productionem? Respondeo, propterea quod sicut à Deo quatenus Deus

Deus est; quæ autem sic sunt, omnibus debent, convenire, tribus personis propter identitatem, quam habent cum hoc numero Deo. Ad differentiam productionum ad intra, quæ quia non proveniunt à Deo, quatenus Deus; sed à Patre quatenus Pater est, vel à Patre, & Filio, quatenus sunt vnus Spirator, non dicuntur communia toti Trinitati.

SECTIO SECVNDA.

Ostenditur Verbum ex nulla scientia contingenti per se procedere.

14 **H**ÆC est communis, & vera sententia, quam hunc in modum suadeo; primo, nequit assignari productio activa, per quam scientia contingens per se influat in Verbum; si hoc autem ex illa per se procederet, posset talis productio assignari; ergo &c. Probatur maior, illa productio activa in primis nequit consistere in ipsamet scientia contingenti; primo, quia scientia illa non distinguitur à productione passiva Verbi; in divinis autem debent distinguui realiter productio activa, & passiva; ut dilucide ostendit autoritate Patrum, & Conciliorum noster Ruiz. disp. 84. de Trinitate, quod adeo certum putat, ut section. 3. num. 12. oppositum appellat temerarium. Et ratio est, quia cum principium producens in divinis sit summe perfectum, debet in ratione principij habere summam actualitatem; ac proinde identificare secum productionem activam termini; quia hæc est ultima actualitas principij in ratione principij; & cum identificare nequeat productionem passivam eiusdem termini, virtute indistinctam à termino, debet productio activa realiter distinguui à passiva. Secundo, quia productio realis in divinis, quatenus talis, aliquid relativum debet esse, sicut & passiva; scientia autem non est aliquid relativum; ergo &c.

15 Deinde nequit illa productio activa consistere in paternitate; nam actio separari nequit à principio, cuius est actio; paternitas autem separari potest à scientia contingenti; ergo paternitas non est actio, per quam illa scientia influat in Verbum. Item actio nequit existere, quin sit ultima determinatio principij ad influendum, ac paternitas potuit existere, quia esset determinatio huius scientiæ contingenti, quia potuit existere, quin existeret hæc scientia contingens; ergo &c. Denique nequit esse formalitas aliqua contingens relativa distincta virtualiter à paternitate; etenim eiusmodi formalitatem gratis conungi, & contra me-

tem Concilij Florentini, paulo post constabit.

16 Probatur secundo nostra sententia, nam Verbum essentialiter sumptum, & quatenus Verbum est necessarium; nequit procedere à scientia contingentium; quia sic sumptum adæquate, & sufficienter procedit ex scientia necessarium; sed ne quatenus est Verbum contingentium, procedere potest ab illa scientia; ergo nullo modo. Probatur minor, quia quatenus est Verbum contingentium, nihil includit præter scientiam contingentem, & filiationem, sicut quatenus Verbum necessarium nihil includit præter scientiam necessariam, & filiationem; ergo quatenus Verbum contingentium non includit aliquam formalitatem, quæ possit esse terminus formalis quo productus à scientia contingenti, ut à principio quo, & consequenter quatenus Verbum contingentium nequit ex illa scientia procedere. Probatur consequentia, quia nulla ex his formalitatibus potest esse terminus formalis productus à scientia; non quidem scientia ipsa, quia illa à se virtualiter non distinguitur; inter principium autem quo, & terminum formalem saltem distinctio virtualis debet reperiri; nec filiatio, quia hæc sufficienter, & adæquate procedit à scientia necessaria, nec vilius habet prædicatum, quod correspondere possit scientiæ contingenti, ut principio; ergo &c.

17 Dices cum quibusdam Recentioribus, quorum meminit Pater Aldrete disput. 13. de Trinit. sectione 3. Verbum Divinum quatenus est Verbum futurorum includere substantiam relativam contingentem, & ipsam scientiam. Pro cuius intelligentia sciendum est hos Authores asserere, admittendas esse substantias relativas inter se virtualiter distinctas, sicut admittuntur scientiæ in vnàquaque persona; ac proinde sicut scientia necessaria virtualiter distinguitur à contingenti, ita substantiam, qua terminatur scientia contingens; Hinc asserunt, Verbum non procedere simul secundum omnes suas formalitates, sed prius origine procedere ut Verbum necessarium, quam ut Verbum futurorum, quia prius origine producit substantiam terminans scientiam necessariam, nempe filiatio, quam substantiam terminans scientiam contingentem. Post productionem autem necessariam arbitrantur, advenire scientiam contingentem, & hanc prius existere in Patre, quam in Filio, eo quod in Patre terminatur per substantiam contingentem

se habentem per modum principij respectu substantiæ contingentis existentis in Filio; sicut paternitas se habet in eorum sententia, ut principium quo respectu filiationis.

18 Sed contra primo: quia ut constat ex dictis disput. precedenti capite 4. illa substantiæ relativæ superflua omnino sunt. Secundo; quia hi Authores salvare, nequeunt, quod definit Florentinum in decreto. fidei, nempe Patrem gignendo dedisse Filio *omnia præter esse Patrem*, ex quo principio deducit Concilium communicasse Filio virtutem spirandi, cum hæc non sit formaliter esse Patrem. Etenim in illorum sententia Pater non dedit Filio substantiam relativam existentem in ipso Patre, cum tamen illa non sit, formaliter esse Patrem. Tertio: quia substantiæ contingens existens in solo Patre distinguere:ur realiter non solum à substantia contingentis existenti in solo Filio, cum qua relativè opponitur; sed à substantia necessaria Filij, cum qua non habet oppositionem relativam: hoc autem est absurdum; quia in Divinis omnia sunt unum, ubi non obstat relationis oppositio. Quarto: illa nova substantiæ contingens ideo ponitur in Filio, ut per illius productionem Pater intelligatur communicare scientiam contingentem Filio; & illi loquere de futuris, sicut communicat scientiam necessariam; & loquitur de possibilibus per productione substantiæ necessariæ, ut contendit Arriaga disput. 32. numero 40. At ad id mundis superflua est; quia ante quam adveniat illa nova substantiæ contingens, iam Filius intelligitur formaliter cognoscens futura; & consequenter ea audiens à Patre: siquidem cum primum scientia libera existit; intelligitur in natura Divina, ut terminata per substantias necessarias; quando quidem iuxta hanc Authorem prius est, illam terminari per substantias necessarias; quam habere scientiam liberam: ergo intelligitur in omnibus personis, easque cognoscentes denominat pro priori ad substantiam contingentem Filij.

19 Confirmatur, scientiam contingentem communicari Filio nihil aliud est quam identificari filiationis: ut pro priori ad substantiam contingentem illa scientia intelligitur identificata filiationis: nam pro illo priori intelligitur ipsa existens, & intelligitur existens filiationis: ergo intelligitur ut distinctæ, vel ut identificatæ; nec enim potest dari præscissio, siquidem identitas, vel distinctio inter duas formalitates illis convenit per se ipsas, ac proinde ubi ab illis non præscinditur, nec præscindi potest ab

earum distinctione, vel identitate: ac non intelligitur ut distinctæ: ergo ut identificatæ; ac proinde substantia contingens Filij superveniens pro posteriori ad scientiam, & filiationem, nequit esse necessaria, ut illa communicetur illi.

20 Tertio, quia implicat, ut aliquid contingens ut tale sit principium per se influens in aliquid necessarium; cum necessitas essendi nequeat contineri, nisi in necessitate essendi: ergo nulla scientia contingens potest esse principium quo. Verbi gratia Nec satis est, si respondeas, hanc, vel illam scientiam contingentem vage sumptam esse necessariam, quia nequit Deus omnia contingenti carere. Etenim necessitas illa non est prædicatum imbibitum in ipsa scientijs contingentibus, quatenus scientiæ contingentes sunt; sed est prædicatum intellectus divini de se necessitati ad habendam aliquam scientiam. Principium autem quo per se influens in terminum necessarium debet imbibere in se ipso formaliter necessitatem essendi; quod inde suadetur, quia si illa necessitas vaga sufficeret, posset, intelligi aliqua formalitas necessaria producta, quin aliquod ipsius principium esset quid necessarium: satis enim esset, quod daretur necessitas, ut existeret aliqua formalitas contingens, quæ esset principium illius formalitatis necessariae.

21 Confirmatur, quia si scientia contingens simul cum necessaria influit in filiationem: ergo aliqua formalitas ipsius filiationis correspondet ipsi; nempe posset terminare scientiam contingentem: hoc autem esset falsum; quia cum illa formalitas, ut talis sit necessaria, nequit correspondere principio contingentis.

Denique suadetur conclusio; quia scientia contingens, ut talis nullam deficit perfectionem; alioqui posset aliqua perfectio Deo deesse: ergo ut talis nequit esse principium generationis dicentis infinitam perfectionem.

SECTIO TERTIA;

Solvantur obiectiones;

22 Argumentantur primo Adversarij ab autoritate Augustini; nam libro 15. de Trin. c. 14. ait: *Quidquid est in scientia; de qua natum est Verbum; in ipso esse, quod autem in ea non est, nec in ipso esse.* Itaque; *Verbum esse de omnibus; quæ sunt scientia Patris.* Quod proinde videtur esse; ac procedere de omni scientia.

scientia, quæ est in Patre; ac proinde de scientia futurorum. Rursus ibidem cap. 15. initio docet: *Verbum verum non esse, nisi quod de re, quæ scitur, gignitur*: id est de scientia rei, cuius est Verbum. Unde sequitur procedere ex scientia futurorum, quando quidem futura exprimit, & est illorum Verbum. Denique tractatu 2. 1. in Ioann. ad illa verba: *Pater diligit Filium, & omnia deus monstrat ei, asserit; Patrem dicendo in Filio; quod facturus erat per Filium, ipsum Filium genuisse, per quem faceret omnia.*

Ad primam auctoritatem respondeo; Augustinum ibi solum docere; Verbum esse per omnia simile Patri, ac proinde nihil esse in scientia Patris, quod Verbum non exprimat, nec aliquid exprimere, quod non sit in scientia Patris: *Non enim seipsum integre, perfecteque dixisset, si aliquid minus aut amplius esset in eius Verbo, quam in ipso*; ut ibidem inquit Augustinus; aliud autem est, omnem scientiam existentem in Patre existere etiam in Verbo; & aliud Verbum procedere ex omni scientia existenti in Patre. Primum intendit ibi Augustinus, & nos fatemur, secundum vero nec August. docet; nec nos admittimus; quod autem ibi affirmat, Verbum esse de omnibus, quæ sunt in scientia Patris, non est perinde, ac esse de omni scientia existente in Patre, sed perinde ac esse Verbum omnium, id est exprimens omnia, quæ sunt in scientia Patris; quæ duo valde diversa sunt; solum ergo per illa verba Augustinus intendit, quod per priora, nempe Verbum esse sapientiam genitam eorum omnium, quorum Pater est sapientia ingenita, & habere à Patre notitiam omnem quam Pater habet à se: *Est enim Verbum Dei Patris per omnia Patri similis, & æqualis*; inquit ibi Augustinus.

23. Ad secundam respondeo; ibi Augustinum comparare Verbum divinum cum nostro, & hanc dissimilitudinem vnius ab alio inter alias ponere, quod nos sæpe dicimus plura, quæ nescimus; sæpeque decipimur, ac proinde sæpe Verbum nostrum est falsum, quia *Verbum verum non est, nisi quod de re, quæ scitur, gignitur*: Verbum autem divinum falsum esse nequit; quia est de re, quæ scitur. Aliud autem est, esse de re, quæ scitur, aliud esse de scientia rei; cuius est Verbum. Nam ad primum sufficit, quod ipsum Verbum involvat scientiam rei; cuius est Verbum, quod non sufficit ad secundum, & primum intenditur ad Augustinum; non autem secundum.

24. Ad tertiam respondeo; aliud esse Patrem dicere id, quod facturus est, aliud

dicere, se aliquid facturum. Primum salvatur per scientiam simplicis intelligentiæ; quæ hoc ipso quod repræsentat res omnes factibiles, repræsentat eas, quæ de facto faciendæ sunt, licet non verificandæ. Secundum vero spectat ad scientiam visionis: Pater ergo iuxta Augustinum genuit Filium dicendo id, quod facturus erat; quod spectat ad scientiam simplicis intelligentiæ; non autem dicendo, se aliquid facturum; quod spectat ad scientiam visionis; hanc autem fuisse Augustini mentem constat ex libro 6. de Trinitate capite 10. ubi docet, res omnes repræsentari in Verbo, tanquam in arte, & sic in eo videri; in arte autem videntur proprie ut factibiles, non autem ut factæ, seu faciendæ.

Ad hunc etiam sensum intelligendus est Divus Thomas dum 1. part. quæst. 34. art. 1. ad 3. inquit; *Patrem intelligendo se, & Filium, & Spiritum Sanctum, & alia, quæ eius scientia continentur, dicere Verbum*; solum enim docet, Patrem genuisse Verbum intelligendo res omnes; & consequenter etiam intelligendo res futuras; non tamen intelligendo illas ut futuras. Deinde argumentantur à ratione: Pater loquitur cum Filio; omnia enim dicit Verbo suo, id est omnia; quæ cognoscit; ac proinde de his omnibus loquitur cum illo; ac nequit loqui de futuris, nisi pro priori ad loquendum futura veralia cognoscant; nemo enim potest loqui de incognitis; ergo pro priori ad loquendum cum Filio cognoscit Pater futura; ergo cum illum generet dicendo sed per dictionem; & loquutionem; pro priori ad generationem Verbi iam cognoscit futura; ergo ex hac cognitione Verbum procedit.

26. Responderi potest primo, Patrem non loqui formaliter cum Filio de futuris, ut tenet Amicus disput. 26. numero. 178. sed solum radicaliter; quia non communicat Filio per generationem scientiam futurorum; sed solum radicaliter; quare non communicat ei omnia; quæ ex parte scientis sunt necessaria ad cognoscenda futura. Ad loquendum vero hoc modo de futuris non opus est, ut præcedat in Patre cognitio eorum; ut talium. Et vero si ad loquendum formaliter de futuris necesse sit; ut præ existat in Patre eiusmodi cognitio; ab omnibus dicendum erit; Patrem non loqui formaliter cum Filio de omnibus futuris; cum sint aliqua, quæ supponunt Verbi generationem; nempe illa, quæ supponunt mysteriū incarnationis executioni mandatū; hæc enim non dignoscuntur à Patre, nisi pro posteriori ad generationem Verbi.

27. **S**ecundo responderetur admittendo, Patrem loqui formaliter de futuris cum Filio, quod magis consonat Verbis Christi Ioan. 3. *ego. quae audiui à Patre, haec loquor in mundo.* Et Ioan. 12. *sicut dixit mihi Pater, sic loquor.* item rationi, quia Pater non debet esse impotens loqui ea omnia, quae scit. Verum ad id muneris non esse necessarium, ut Verbum procedat ex cognitione futurorum, quia licet nemo vere possit loqui de rebus à se incognitis, non est tamen opus, ut ante loquendi voluntatem procedat in loquente ea rei notitia, quae communicatur audientibus, satis est, quod procedat ea rei notitia, quae sufficiens sit ad dirigendam intentionem manifestandi alteri aliquam eiusdem rei notitiam, & ratio à priori est, quia, ut inquit Divus Thomas 1. parte quaest. 107. articulo 1. in fine corporis, *nihil aliud est loqui ad alterum, quam conceptum mentis alteri manifestare,* ut quis autem alteri manifestet conceptum suae mentis, non est opus, ut ille procedat in ipso pro priori ad intentionem eum manifestandi, ad hoc autem satis est cognoscere illum ut possibilem; ergo ut Pater loquatur cum Verbo de futuris, non est opus, ut pro priori ad generationem praestet, ita in ipso cognitio futurorum ut talium.

28. **I**taque Pater loquitur formaliter cum Filio de futuris, quia pro priori ad generationem cognoscit infallibiliter, se habiturum, vel cognitionem huius eventus, vel cognitionem eventus oppositi, quae scientia est sufficiens, ut Pater generet Verbum cum intentione, ut illi communicetur ea determinate notitia eventus futuri, quae existet in intellectu Divino. Unde productio activa Verbi est locutio activa conditionata de futuritione mundi, verbi gratia, nimirum sub conditione, quod existat in Deo scientia re, praesentans mundum, ut futurum, & productio passiva est locutio passiva, seu auditio sub eadem conditione; ac proinde Pater in ratione loquentis absolute de futuris, ut talibus, constituitur per Paternitatem, & per scientiam contingentem; & Filius in ratione audientis absolute constituitur per filiationem, & per eandem scientiam; nam paternitas est manifestatio activa conditionata illius scientiae, & filiationis manifestatio passiva; unde cum primum intelligitur scientia futurorum, intelligitur Pater absolute manifestans Filio futura, & hic intelligitur illa audiens à Patre.

29. **A**rgumentantur tertio: de ratione Verbi est procedere ex scientia eorum, quae Verbo dicuntur; ac proinde quorum est Verbum: cum de ratione illius sit, esse à cog-

noscente ea, quae Verbo exprimuntur, quatenus cognoscente, atque adeo à cognitione eorum, sive in actu primo, ut in creaturis, ubi Verbum est à cognoscente in actu primo per speciem impressam, eo quod producatur ex indigentia ad intelligendum; sive in actu secundo, ut in Deo, ubi est à cognoscente actualiter, eo quod producatur ex fecunditate intelligendi; at Verbum Dei est Verbum futurorum, quo illa sempiternè dicuntur, cum enim sit Verbum adequatum scientiae Paternae, debet in ipso, & per ipsum exprimi, quicquid est in illa scientia; ergo &c.

30. **C**onfirmatur primo, ideo Verbum procedit ex cognitione essentiae, & Personarum; quia est Verbum earum; ergo si est Verbum futurorum debet ex cognitione illorum procedere. Confirmatur secundo, ideo Spiritus Sanctus nullius obiecti est Verbum, quia ex nullius scientia procedit, est omnium scientia illi communicatur; ergo si Verbum non procedit ex cognitione futurorum, nec erit illorum Verbum. Tertio, de ratione Verbi est produci; ergo Verbum, quatenus est Verbum futurorum producit ab aliquo principio suo, nempe ab aliqua scientia, non autem ab alia, quam à scientia futurorum; quia ut sic nequit produci à scientia possibilium, siquidem ab illa dumtaxat procedit, quatenus est Verbum possibilium; ergo &c.

31. **R**espondeo ad argumentum, non esse de conceptu Verbi Divini procedere ex scientia formali omnium, quorum est expressivum, sed vel à scientia formali, vel à scientia, quasi radicali, & habituali, quamvis enim de conceptu illius sit produci ex fecunditate intelligendi, & non ex indigentia ad intelligendum; hinc minime sequitur, debere, & procedere ex scientia formali omnium veritatum, quae per ipsum exprimuntur; sed dumtaxat ex scientia formali earum veritatum, quae representantur per comprehensionem Paternam ut talem; siquidem ideo procedit ex fecunditate intelligendi, quia procedit ex cognitione, quae Pater seipsum comprehendit; per hanc autem cognitionem non representantur veritates futurae ut tales; ergo, &c. Nec vero propterea Pater producit Verbum ex indigentia, ut formaliter per ipsum cognoscat futura; ea enim cognoscit, vel per formalitatem absolutam scientiae contingentis secundum se, vel per ipsam scientiam necessariam contingentem terminatam ad futura; non autem per hanc ut terminatam filiatione, sub qua ratione est Verbum futurorum.

32. **E**t vero quod non requiratur;

Ver.

Verbum procedere ex scientia futurorum, ut sit eorum Verbum; facile suaderur; quia Verbum mentis nihil aliud est, quam imago, vel similitudo obiecti intentionalis expressa ab intellectu, & manens in intelligente: in quo conceptu duo involuntur, nempe ratio representationis, & ratio termini producti. Primum convenit Verbo ratione scientiæ communis tribus Personis; secundum vero ratione proprietatis personalis, nempe filiationis, ut fert communis sententia, & probat Pater Suarez lib. 9. de Trinit. cap. 6. numero 22. ex his vero duobus neutrum debet procedere à scientia contingenti, ut patet ex secunda probatione nostræ sententiæ: ergo ut sit Verbum futurorum non opus est, ut oriatur à scientia futurorum, est tamen opus, ut oriatur à scientia necessaria, ut sit Verbum necessariorum, quia filiatio, quam simul cum scientia necessaria ut tali includit, cum fecunditate intelligendi producat, & sit necessaria, debet provenire à scientia necessaria, tanquam à principio quo.

33 Hinc ad primam confirmationem respondeo, causalem illam esse, veram ratione materiæ, sed non ratione formæ; ideo enim nequit esse Verbum essentiæ, & personarum, quin ex illorum cognitione procedat, quia cum sit Verbum ex fecunditate intelligendi productum à Patre, debet procedere à cognitione, qua ille seipsum comprehendit; nequit autem ex ea cognitione procedere; quin procedat ex cognitione eorum omnium, de quibus in argumento sit mentio; potest autem, quin procedat ex cognitione contingentium, quia Pater cognitione, qua se ipsum comprehendit ut talem, non attingit formaliter futura.

34 Ad secundam potest, concessio antecedenti, negati consequentia, quia de ratione Verbi ex fecunditate producti est includere formalitatem productam ab intelligente, quatenus intelligens est. Unde cum spiratio passiva non sit producta ab intelligente, quatenus intelligens est, sed quatenus amans, nequit Spiritus Sanctus esse Verbum; at cum filiatio, quam includit Verbum futurorum ut tale, sit producta ab intelligente, quatenus intelligens est futura specifica;

ut per scientiam necessariam, licet non quatenus intelligens est futura reduplicative ut talia, potest Filius esse Verbum futurorum. Secundo; potest distingui antecedens; nam Spiritus Sanctus non ideo præscire potest Verbum, quia non procedit à scientia formali, sed quia nec à formali, nec à radicali, sed tantum à voluntate procedit.

35 Ad tertiam respondeo, Verbum futurorum produci ab aliqua scientia, non ratione representationis absolute, quam includit, sed ratione relationis; illa autem scientia est cognitio comprehensiva Patris, quæ res ipsas futuras repræsentat, licet quatenus comprehensiva non repræsentet pro illo priori eas ut futuras; unde illa scientia influit in filiationem, ut potentem constituere Verbum futurorum, & non solum ut constituentem Verbum necessariorum.

36 Omitto alia, quæ ex dictis disputat. præcedenti sect. 4. & 5. facile solvi possunt. Tantumque addo, non rectè ab aliis quibus probari Verbum per se procedere ex Scientia Media, eo quod procedat, ut ars, & sapientia Patris, per quam Deus dicitur omnia creasse; ut docent Patres: ex quo ipsi inferunt, per se procedere ex omni scientia requisita ad creandum, in quibus numeratur Scientia Media; siquidem Deus antequam decerneret creationem Angeli, v. g. debet perspecta habere commoda omnia, vel incommoda, quæ sequuntur ex eiusmodi creatione. Etenim quod Verbum procedat ut ars, solum probat procedere ut repræsentans prædictæ omnia factibilia; quod habet formaliter per scientiam simplicis intelligentiæ Deus vero non dicitur, omnia Verbo suo creasse propter rationem assignatam, sed duplici ex causa adducta à Divo Thoma 1. parte quest. 45. articulo 6. in corp. Prima; quia Deus Pater communicavit Verbo potentiam creandi. Secunda; quia Filio appropriatur sapientia, per quam agens per intellectum, qualis est Deus, operatur, & ideo dicitur de Filio, per quem omnia facta sunt, inquit D. Thomas.

Ex dictis in tota hac disput. infero, Spiritum Sanctum non procedere ex amore libero creaturarum.



DISPVATIO OCTAVA AN SI SPIRITVS SANCTVS NON PROCEDERET A FILIO DISTIN- GVERETVR AB ILLO.

SECTIO PRIMA.

*Premittuntur aliqua certa, & proponitur
utilitas, & status questionis.*

§. I.

*Premittuntur certa circa processionem Spi-
ritus Sancti.*

IN primis certum est, Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio, ut definitum est in capite *Firmiter de summa Trinitate* contra Græcos, qui defendentes Divinitatem Spiritus Sancti adversus Macedonium asseruerunt, illum habere totam suam originem à solo Patre, non autem à Filio; ideoque per fœdum schisma descisciverunt ab Ecclesia Latina, in suo etiam symbolo contrarium profitente. Ad cuius quidem communionem eiurato errore sunt reversi sub Gregorio Decimo in Concilio Lugdunensi, & sub Eugenio Quarto in Concilio Florentino. Verum non multo post pace cum Latinis rupta memoratum iam errorem denuo amplexi sunt, ut accuratè narrat Petavius de Trinitate lib. 7. cap. 1. Quæ conclusio probari solet ex simplicitate Divina; quæ omnia Deo identificat, inter quæ non intercedit oppositio relativa.

2 Certum est secundo, Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio, tanquam ab unico principio; nam in Concilio Lugdunensi, uti refertur capite *Fideli de summa Trinitate*, definitum est, *Spiritum Sanctum æternaliter ex Patre, & Filio, non tanquam ex duobus principijs, sed tanquam ex vno principio, non duabus spirationibus, sed vna spiratione procedere.* Quod postea sancivit Synodus Florent. in decreto unionis.

3 Ex quo inferitur, principium quo spirandi debere esse aliquid commune Patri, & Filio, sive consistat in aliquo absolute, nempe in amore necessario, sive in aliquo relativo, videlicet in spiratione activa: non possent enim Pater, & Filius, esse unum principium, si virtus spirandi consisteret in

Paternitate, & Filiatione. Inde etiam communiter inferunt Theologi, Patrem, & Filium esse unum principium quod, quia principium absolute prolatum non sumitur tantum in abstracto, sive ut quod, sed in concreto, sive ut quod. Et quia nomen *Spirator* est nomen principij quod; constat autem, Patrem, & Filium esse unicum Spiratorem: ergo sunt unum principium quod. Et id putat ad fidem Catholicam pertinere Pater Molina 1. parte quæst. 36. articulo 4. disput. 2. §. *quo loco.*

4 Certum est tertio, Spiritum Sanctum duplici titulo procedere à Patre, & immediate, & mediate, quatenus simul oritur immediate à Filio procedente à Patre. Hinc conciliandi sunt Patres, quos congerit Petavius libro 7. capite 2. quorum aliqui adferunt, procedere mediate, alij vero procedere immediate. Certum est quarto in vero sensu concedi posse, ac debere, Spiritum Sanctum procedere à Patre per Filium; duo enim illa phrasi significantur, & Spiritum Sanctum non à solo Patre spirari, sed etiam à Filio, & hæc vim spirandi non habere Filium à se ipso, sed accepisse à Patre; & utrumque verissimum est.

§. II.

utilitas, & status questionis.

5 **Q**uestionem hæc esse inutilem censent nonnulli Theologum cum Godfredo, cuius sententiam refert, & optime impugnat Scotus in 1. distinct. 11. quæst. 2. fundamentum autem Godfredi erat quia illa quæstio inutilis est, in qua nulla pars contradictionis potest determinate sustineri, seu propugnanda suscipi; talis est autem omnis quæstio procedens ex hypothese impossibili; quia statim sustinens posset redargui, quod est inconveniens ultimum, ad quod respondens reduci valet; tali enim hypothese admitta, non potest regula recte disputationis salvari, scilicet ex positis concedendo sequens, & negando repugnans: quia cum ex impossibili sequatur quodlibet, nempe utrumque contradictio-

his extremum, statim oportet concedere contradictoria. Confirmatur, quia illa inutilis est questio, in qua non potest magis deduci una pars contradictionis, quam alia, cum omnis disputatio eo tendat, ut unam partem ponat, quam aliam eruat ad persuadendam veritatem: talis autem est omnis questio procedens ex hypothesi impossibili, ex qua necesse est, ut utrumque sequatur.

6 Hanc tamē questionē, & plures alias similes vitiles esse, tenet reliqui omnes Scholastici; eius autē utilitas vel inde elucet, quod deserviat, ut contra Græcos concludamus, vel ab ipsis negandum, Spiritum S. distinguere à Filio, vel facendum, ab ipso procedere; sic enim formatur argumentum: si Spiritus S. non procederet à Filio, non distingueretur realiter ab illo, sed per vos distinguitur realiter à Filio; ergo procedit ab illo: vel si non procedit: ergo nec distinguitur.

7 Falsissimumque est, vitile non esse sumere hypothesim impossibilem ad probandam veritatem. Primo, quia S. Patres ea sepe utuntur: nam Aug. lib. 5. de Trin. c. 6. in initio: *non hoc esse, dicere ingenuū, quod est Patrem dicere*, probat ex ista hypothesi impossibili: *quia est Filiū non genuisset, nihil prohiberet, eum dicere ingenuum*. Et Richardus Viā. lib. 3. de Trin. c. 16. *plenitudinē sapientie in Deo non provenire ex Trinitate personarum, sed ex absoluta natura divina perfectione*, probat ex hac hypothesi: *nam etiā si sola una persona in divinitate esset, nihilominus plenitudinem sapientie habere potuisset*. Secundo, quia sepe Philosophus eiusmodi questionibus utitur, ut enim alia exempla omittā; relata ab Amico in presenti 4. phys. querit, an si esset aliquod spatium non habēs corpus sensibile, sed dumtaxat sonū, vel colorem, illud foret vacuum? Et respondet fore; si aatum esset recipere corpus, secus si non.

8 Tertio, quia Theologi vitilissime assumunt eiusmodi conditionales ad indagandos rerum conceptus; nam ad indagandā coniunctionem, quam actio cum suo agente postulat, inquit, an si per impossibile Deus in cælo tantum existeret, posset adhuc in terra operari? Et ad examinandum, an Trinitas personarum sit per se requisita ad creandū, querunt, an si per impossibile Deus non esset trinus, posset nihilominus ad extra operari? Et ad probandum, decreta libera non esse rationem unicam cognoscendi futura, vitiliter assumetur hæc conditionalis *si per impossibile Deus non concurreret ad actus nostros liberos, & consequenter non haberet decreta libera circa illos, vel si per impossibile inciperet velle in tempore, adhuc ex æternitate cognosceret actus illos ut existentes pro sua differentia temporis*.

9 Quare vi sapienter scripsit P. Vazquez 1. p. disp. 143. n. 22. *Ut inter ea, quæ in productione, aut distinctione alicuius rei actus conveniunt, discernamus, quæ sint per se pertinentia, quæ vero accidentarie, & concomitantè, seu consequenter se habeant, ad hoc utilissimū est ex suppositionibus impossibilibus argumentari*. Ut igitur investigemus, quæ sit ratio formalis distinguens Filium ab Spiritu S. vitiliter querimus, an si per impossibile non foret eius principium, ab illo distingueretur? Nam si in illa hypothesi distingueretur: ergo oppositio relativa non est unica ratio distinguendi illū ab Spiritu S. sed filiatio quatenus præcise respicit Patrem, ipsum sufficiens ter distinguit ab utroque: si vero non distingueretur: ergo oppositio relativa est unica ratio distinguendi. Et quidem si fundamentum Gostredi aliquid valeret, ut optime argumentatur P. Ruiz disp. 6. sect. 1. n. 3. convinceret, inutiles, & sophisticas esse plurimas probationes Theologicas divertentium dogmatum ducentes ad impossibile, ut illā, qua probatur, Deum non agere ex necessitate nature; quia alioqui operatus fuisset ab æterno secundum ultimum potentie; vel nihil unquam produxisset; & illam, qua ostenditur, cognoscere creaturas posibles; & existentes, quia si non cognosceret, non posset eas producere, & gubernare.

10 Ad fundamentum autem contrariū respondet bene Scotus, licet positio, quæ ex conceptu suo involvit contradictoria; non possit admitti, posse tamen admitti illā, quæ in conceptu suo unum tantum contradictorium involvit formaliter. & aliud non nisi per consequentiā accidentalem, vel per locū extrinsecum. Potest enim concedi, inquit, sequens consequentia essentiali, & negari repugnans. Si autem inferatur aliud repugnans sequens per locum extrinsecum, vel consequentia accidentali; negandum est illud sequens, quia propositio illa, per quā talis consequentia teneret, destrueretur ex positione, seu hypothesi; talis autem, inquit, est positio præfens, quia spiratio activa non est de intellectu Filij, ut persona est, sed quasi passio communis Patri, & Filio; igitur circūscripta illa, ponendo Filium in esse Filij, non ponitur contradictoria ex primo intellectu positi, sed tantum alterum, scilicet, quod Filius sit Filius, & reliquum non nisi ex consequentia accidentali, & per locum extrinsecum, ex remotione, quasi passionis, removendo, quasi subiectum.

11 Eandem solutionem præbet Aureolus in 1. dist. 11. art. 2. dicens omnem suppositionem relinquente[m] rationem formalem subiecti relinquere locum, ut possit for-

pari quaestio de illo. Si enim ponamus, inquit, hominem non esse, nisi hominē, adhuc possumus, quaerere, an illa in hypothesi esset animal, vel substantia; si autem ponamus non esse rationalem, nō possumus quaerere, an in illa hypothesi esset substantia; quia hypothesis tollit totaliter rationē hominis. Porro praesentem suppositionem relinquere rationem formalem subiecti, probat quia suppositio non tollit, quod Spiritus Sanctus esset Spiritus Sanctus, cum perfecte, & complete, & secundum totam suam rationem procedat à Patre.

13. Ex qua doctrina respondeo, in illa hypothesi non sequi utramque partem contradictionis per locum intrinsecum: quæstio enim praesens, ut docet P. Vazq. n. 2. procedit ex hypothese semper perseverante, ex qua solum licet inferre; & hoc est, inquit, per locum intrinsecum ex suppositione acquiritur; ex hypothese autem perseverante nō potest inferri, nisi alterum extremum contradictionis; vel enim filium praecise quatenus refertur ad Patrem praescindendo à ratione principij Spiritus S. est ratio sufficiens ad distinguendum Filium ab Spiritu S. vel non: si primū, solum potest deduci, adhuc Filium distinguendum, ut vult Scotus; si secundū, solum potest deduci, non distinguendum, ut vult S. Thom. Si autem quis veller, probare Spiritum S. in illo eventu non distinguendum propter rationem D. Th. & simul distinguendum, quia esset idem Spiritus S. qui modo est, de cuius conceptu est, distingui à Filio; respondendum esset, non fore eundem quo ad omnia praedicata, quæ modo habet, sed solum quo ad rationem formalem, quæ est subiectum hypothesis; nam in ista praescinditur ratio Spiritus à ratione procedentis à Filio, & supponitur, non procedere à Filio, & inquiritur, quid sequatur attendendo praecise ad praedicata remanentia in illa hypothese.

14. Et vero quamvis attendendo ad existentiam Spiritus S. tunc manentis inferretur, adhuc distinguendum à Filio; quia adhuc esset terminus productus per voluntatē, qui ex conceptu suo petit distingui à termino producto per intellectum, quatenus postulat ab illo procedere, hoc non tollit, utilitatem quaestionis; ut enim recte observat P. Ruiz in praesenti lect. 3. n. 4. praesentis quaestionis scopus est, investigare, quid sequatur ex negata processione Spiritus S. à Filio, parum curando, quid sequatur ex affirmata existentia Filij, & affirmata processione Spiritus S. per voluntatem; & tamen si ex negata processione recte inferretur carentia distinctionis, constat rationem univocam distinguendi esse oppositionem relativam.

15. Ut hæc autem melius intelligantur, observandum est cum P. Vekeno in praesenti, ut quaestiones conditionales de obiecto impossibili non nugatorie, sed utiliter insistantur, non debere praedicatum, quod inquiritur, referri ad utramque partem hypothesis, ita ut tota illa assumatur pro medio ad investigandam veritatem, cum enim involvat contradictionem, quidquid ex illa efficeretur, contradictorium foret; sed unam tantum partem esse spectandam, nempe illam, quæ ponitur ut praedicatum hypothesis, cuius natura investigatur. Unde cum in praesenti examinetur natura processions, & oppositionis relative, an scilicet sit ratio univoca distinguendi personas, solum inspicendum est, quid sequatur ex hac parte hypothesis, nempe quod Spiritus non procederet à Filio, sed haberet praecise illam praedicata, quæ illi tribuebant Graeci. Addit insuper Aviculus aliam regulam ad discernendum, quando quaestio de hypothese impossibili sit utilis, & disputabilis, aliterque tunc esse disputandam, quando ei correspondet per modum equipollentis quaestio categorica utilis, & disputabilis; hæc enim quaestio, inquit, rationalis est, an asinus volaret, si haberet alas, quia categorica, & equipollens dubitabilis est, videlicet utrum omne habens alas possit volare? iam vero nostræ quaestioni hypothetica correspondet categorica utilis, & disputabilis; scilicet, an univoca ratio distinguendi Filium ab Spiritu Sancto sit oppositio relativa procedentis, & producti.

16. Dices, ex hac eadē regula sequi, nostram quaestionem esse inutilem, si enim habet absolutam sibi equipollentem, per hanc debuit veritas investigari; nāque veritas illius conditionalis pōder ex veritate huius absolutæ. Non enim ideo univoca ratio distinguendi est oppositio relativa, quia Spiritus non distingueretur à Filio, si non procederet ab illo, sed potius è converso, ideo non distingueretur, si non procederet, quia univoca ratio, &c. Resp. negata sequela, primo, quia aliud est, quaestionē hanc non esse absolute necessariam, aliud, non esse utilem; secundo, quia eius utilitas ex eo satis comprobatur, quod deserviat ad directe concludendum Spiritum S. procedere à Filio, ut praestitū est in Florentino, modo supra explicato. Denique, quia licet à priori potius conditionalis probanda sit per absolutam, quam è converso; à posteriori tamen absoluta apprimè declaratur per illam conditionalem; & unde oritur quod Filius & Spiritus Sanctus realiter distinguantur, ex hac hypothese acute dignoscitur, ut ait Pat. Faustus in praesenti numero 27.

§. III.

Quid sit aliquid sequi per locum intrinsecum?

18 **Q**uoniam in hac & similibus questionibus frequenter occurrunt hi termini *per locum intrinsecum*, & *per locum extrinsecum*, opere præriorem erit eorum usum exponere. Observandum igitur est, non esse semper eundem horum terminorum usum apud Rethores, & Dialecticos, ac apud Theologos. Suprema illa capita, & sedes, unde argumenta petuntur, loci appellantur; & dividuntur in intrinsecos, & extrinsecos. Intrinseci à Dialecticis nuncupantur illi, qui ad substantiam rei pertinent, vel eam committantur, extrinseci vero, qui non sunt in ipsa re, nec ab ea procedunt, sed ab aliquo extrinseco sumuntur, ut explicat Pater Rubius ad finem Logicæ in Selectis Topicorum. Novem autem assignantur loci intrinseci: *Definitio, genus, differentia, species, totum, descriptio, proprium, accidens, & subiectum*, & argumenta ab eis petita, in se, & per locum intrinsecum appellantur: reliqui autem omnes sunt extrinseci, & argumenta ab eis petita, remota & per locum extrinsecum nuncupantur, ut argumenta ab autoritate, à simili, à contrario, à causis, & effectibus extrinsecis.

19 Apud Theologos autem non idem est horum terminorum usus. Nam per locum extrinsecum solet dici argumentum probans defectum subiecti ex defectu proprietatis quantumvis cum illo identificatæ, ut constare potest ex Scotio supra relato, qui appellat consequentiam accidentalem, & per locum extrinsecum illam quæ inferit defectum: sicut filiationis ex defectu spirationis activæ. E contra vero solet dici per locum intrinsecum argumentum inferens defectum subiecti ex defectu alicuius extrinseci, ad quod subiectum ut tale refertur eadem connexionione. Quo pacto P. Vazquez 1. p. disp. 143. n. 20. aiebat, ex sententia admittente connexionem essentialem Dei cum non repugnantia creaturarum per locum intrinsecum sequi Verbum non fore idem si creature repugnant.

20 Quantum autem observare potui, terminum illi in duplici, vel triplici usurpari solent sensu. Primo, & maxime proprie, tunc consequentia dicitur *per locum intrinsecum*, quando concludit aliquid de subiecto per aliquid essentiali illius, vel removei removendo aliquid essentiali, ut quando arguitur à definitione ad definitum, à forma ad effectum formalem, vel à defectu constitutivi formalis ad defectum constituti. Dicitur vero *per locum extrinsecum*, quando illud, quod concluditur de aliquo, non concluditur per aliquid essentiali illius, nec

removetur per remotionem alicuius essentialis, ut explicat Lycherus in 1. distinct. 11. quæst. 2. & talis est omnis consequentia inferens defectum subiecti ex defectu alicuius prædicati non imbibiti in conceptu formali illius, ut defectum hominis ex defectu risibilis. Unde locus extrinsecus hic potius logicæ, quam phisicæ usurpatur.

21 Secundo dicitur *per locum intrinsecum* consequentia illa, quæ inferit non existentiam effectus ex defectu illius prædicati, quod in causa rationis sui est necessarium ad existentiam effectus, ut illa, quæ inferit non existentiam creaturæ ex defectu omnipotentia: *per locum vero extrinsecum* dicitur illa, quæ inferit non existentiam effectus ex defectu alicuius prædicati necessario quidem existentis in causa, non tamen ratione sui formaliter prærequisiti ad effectus productionem, ut illa, quæ inferit non existentiam creaturæ ex defectu Trinitatis. Tertio, quod in idem recidit, illud dicitur *per locum intrinsecum sequi*, quod per consequentiam immediatam legitime inferitur, ut non existentia creaturæ ex non existentia omnipotentia, & non existentia Petri ex defectu virtutis productivæ ipsius: *per locum vero extrinsecum* id, quod non nisi per consequentiam remota colligitur, ut non existentia creaturæ ex defectu Trinitatis, & non existentia Petri ex defectu virtutis productivæ formicæ, quatenus ex defectu Trinitatis arguitur defectus omnipotentia, & huius numero Dei, & ex defectu virtutis productivæ formicæ defectus virtutis productivæ Petri in Deo. In hoc sensu dixit Amicus disp. 27. n. 47. ablata spiratione activa non tolli immediate & per locum intrinsecum filiationem, cum una formalitas expresse concepta non sit alia, sed tantummediate, & per locum extrinsecum, quia cum una essentialiter connectatur cum alia, implicat, unam tolli, non sublata alia.

22 Iam vero in nostra questione per locum intrinsecum primo modo sumptum sequitur in sententia D. Thomæ, Spiritum Sanctum non distinguendum, si non procederet à Filio, quia deficeret ratio formalis unica distinguendi unum ab alio in divinis, nempe oppositio relativa. In sententia autem Scoti, in qua productio per voluntatem ex conceptu suo distinguitur à productione per intellectum secluso omni ordine inter ipsas, sequitur per locum intrinsecum adhuc distinguendos; quia adhuc maneret sufficiens ratio formalis distinguendi, à ratione autem formali ad effectum formalem per locum intrinsecum arguitur.

S. IV.

Resolvitur duplex dubium circa questionis intelligentiam.

23 **P**rimum, an in hac questione debeat supponi, Spiritum Sanctum manere? P. Valencia q. 10. de Trinit. punct. 3. probat, Spiritum in illo eventu non distinguendum à Filio, quia si non procederet, non esset omnino; quod autem non est, non distinguitur; ac proinde asserit, questionem solum procedere, data præcisè illa hypothesi, quod Spiritus Sanctus non procederet à Filio; non vero insuper data alia, quod scilicet adhuc maneret. Nā si hoc etiam supponitur, omnis hæc disputatio levissima erit; nam cum constet, Spiritum Sanctum per illud ipsum, quo est talis persona, realiter distingui à Filio, si supposito, quod non procederet à Filio, & quod nihilominus esset, quaeretur, an distingueretur à Filio; perinde esset, ac si quaereres, an supposito, quod non procederet à Filio, & quod distingueretur ab eo; distingueretur ab ipso? quem modum disputandi questionem, laudat, & sequitur M. Albiz disp. 9. de Trin. sect. 6.

24 Sed contra: quia scopus huius questionis est, investigare, quamnam sit ratio formalis distinguendi Filium ab Spiritu Sancto; ad quem inutilis foret, si eatenus deduceretur, non distinguendum Spiritum à Filio, quatenus in ea hypothesi non existeret. Hinc enim minime constare posset, an Filius per filiationem, ut filius est, an per filiationem ut est virtus spirandi distinguatur ab Spiritu Sancto: siquidem in eo sensu etiam sequeretur, Spiritum non distinctum iri à Filio, si per impossibile non esset immensus; quin tamen inde alicui h. ceteri inferre, ab eo distingui per immensitatem.

25 Dicedum ergo est, sensum questionis esse, an si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, sed à solo Patre, ut volebant Greci, adhuc distingueretur ab illo; id est, an si retineret præcisè conceptum Filij, seu tantum producti à Patre per intellectum, & Spiritus conceptum tantum producti per voluntatem absque ullo ordine producentis, & producti inter ipsos, adhuc invicem distinguerentur realiter. Ex quo patet, Spiritum debere supponi, manere quoad aliquid sui, non tamen quoad omnia, quæ de facto habet. Et inde nullo negotio evanescit fundamentum P. Valencia.

26 Secundum dubium, an questio hæc intelligenda sit de personis de facto existentibus, an de alijs chymericis? Hoc secundum tenet Pater Zuniga disput. 11. dubio 3. membro 1. cui favet Pater Suarez libro 10. capit. 2.

num. 11. & Passolus in præsentī num. 27. Illud primum defendit Albiz ubi supra num. 7. cum alijs pluribus. Mihi dicendum videretur, questionem quidem agitari de his personis, quæ de facto existunt, cæterum eas non fore easdem; si una non procederet ab alia. Hoc secundam suaderetur; quia si Spiritus non procederet à Filio: ergo nec posset, quia cum in necessarijs idem sit posse, ac esse, ubi negatur unum, hoc ipso negatur aliud: ergo Filius in illo eventu non haberet ratione sui existentiam producendi Spiritum. At illam habet de facto: nam licet potentiam proximam spirandi habeat per spirationem activam, existentiam tamen habendi istam, & per illam spirandi habet per se ipsum formaliter: ergo in illo eventu non esset, idem qui modo est. Primum vero probatur; quia cū hæc questio dirigitur, ad investigandum, per quid personæ existentes distinguantur, de his interrogari debet, an distinguerentur, si per impossibile una ab alia non procederet. Et quidem Divus Thomas de hoc numero Spiritu probat, procedere à Filio, quia si non procederet, non distingueretur: ergo de illo, & non de alio chymérico procedit questio.

SECTIO SECUNDA.

Eligitur, & probatur sententia communis.

27 **V**era, & communis sententia Theologorum cum D. Thoma 1. p. q. 9. articulo 2. tenet, Spiritum Sanctum non distinctum iri à Filio, si ab illo non procederet contra Scotum; Henricum, Vaccañum, Aureolum, Okamum, Gabrielem; & Carthusianum; quæ probatur primo auctoritate Concilij Toletani secundi in confessione fidei, ubi cum docuisset, personas solis relationibus distinguī, subdit: *Ergo hoc solo numerum insinuant, quod invicem sunt, & in hoc numero carent, quod ad se sunt.* Atqui non sunt ad invicem nisi per relationem producentis, & producti: ergo non distinguuntur, nisi per hanc relationem, ac proinde ea sublata non distinguerentur. Secundo auctoritate Ioannis Theologi, qui nomine Patrum Latinorum in Concilio Florentino disputans contra Grægos sess. 18. s. dixi quidem, docuit, personas non alia ratione multiplicari, aut differre, quam per relationes, quibus conveniunt, à quo, & ad quod. Tertio, auctoritate Belarionis Archiepiscopi in oratione, quam habuit in eodem Concilio, & ab eo fuit approbata, quæ ponitur post sess. 26. ubi cap. 6. ante medium expresse docet, fore, ut Filius, & Spiritus Sanctus non sufficienter ad invicem distinguerentur, nisi alter per alterum, sive ab altero esset. Consulatur Pater Coninch, disputatione 12. de Trinitate, lib. 3. ubi has

authoritates optime expendit, & numero 55. advertit, Ioannis, & Bessarionis auctoritatem non esse reiiciendam, vt particularium hominum, quia ab his dictas, inquit, fuerunt à toto Concilio approbata; & eorum rationes ad conclusionem fidei inferendam ipsam Concilium permouerunt: ibidem numero 53. expendit auctoritatem Niseni, qui in libro, quod non sint tres Dei circa finem aperte dicit, personas non distingui, nisi quia vna procedit ab alia.

28 Secundo probatur ex illo principio: in diuinis omnia sunt vnum vbi non obuiat relationis oppositio, quod commune esse, & Theologis satis probatum, testatur P. Vazq. 1. p. disp. 143, n. 22. quodque P. Ruiz disp. 68: sect. 6. contendit esse Anselmi, & alij ex Boetio colligunt; atqui si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, non daretur inter ipsos relationis oppositio: ergo, &c. Veritas autem illius principij probatur primo à priori; quia summa Dei simplicitas postulat, vt in ipso reperiantur identificata perfectiones omnes, quæ inter se non habent oppositionem relativam hinc enim fit; vt cognitio, & amor, vbiatio, & duratio, quæ in creatis non nisi distincta, in Deo reperiantur identificata; cum enim quodlibet prædicatum sit ex parte obiecti simpliciter infinitum, petit secum identificare omnem perfectionem; nisi cum ea oppositionem relativam habeat, vnde distinctio realis sine oppositione relativa necessario oritur ex limitatione perfectionis, & finitudinis essendi: Quapropter si Spiritus Sanctus non procederet à Filio hoc ideo foret, quia ei virtus spirandi repugnaret. Non posset autem ei repugnare, nisi quia in se haberet simul cum filiatione spirationem passivam activæ oppositam; quia si ex alio capite ei repugnaret, hoc non posset esse nisi ex limitatione essendi: in illo ergo eventu necessario forent idem Verbum, & amor productus. Et quidem si terminus productus per voluntatem non esset à termino producto per intellectum, non magis inter se deberent distinguui, quam intellectus, & voluntas.

29 Probatur secundo à posteriori ratione adducta à D. Th. Quia Pater habet, inquit, duas relationes, quarum vna refertur ad Filium, & alia ad Spiritum Sanctum, quæ tamen, quia non sunt oppositæ, non constituunt duas personas, sed ad vnam personam Patris tantum pertinet si ergo in Filio, & in Spiritu Sancto non esset inuenire nisi duas relationes, quibus vterque refertur ad Patrem, illæ non essent adinuicem oppositæ, sicut nec duæ relationes, quibus Pater refertur ad illos. Vnde sicut persona Patris est vna, ita sequeretur quod persona Filij, & Spiritus Sancti esset vna habens duas relationes oppositas duabus rela-

tionibus Patris: hæc ille. Et quidem nulla apparet ratio, cur magis in illo eventu spiratio passiva, & filiatione deberent esse distinctæ, & in composibiles in eodem supposito, quam de facto spiratio activa, & Paternitas.

30 Negat Scotus paritatem, non enim oportet, inquit, tantam esse distinctionem, vel in composibilitatem productionum activarum quanta est productionum passivarum, quia impossibile est idem duabus productionibus oppositis produci: non autem est impossibile, idem duabus productionibus activis communicare esse distinctis personis. Sed contra; quia licet ab eodem principio possint termini realiter distincti prodire: nulla tamen est ratio, cur productiones passivæ disparatæ debeant esse realiter distinctæ, & sufficientes ad constituendas personas distinctas, si semel productiones activæ disparatæ realiter distinctæ non sunt, nec sufficientes constituere personas distinctas, vt generatio, & spiratio activa. Quod enim aliæ sint activæ, aliæ passivæ, parum refert, si inter passivas nulla maior oppositio, quàm inter activas reperitur, nec loquendo de suppositis, quæ continentur per relationem producentis, & producti, potest assignari ratio propter quam relationes producti multiplicent supposita, & non relationes producentis, si inter illas non reperitur maior oppositio, quam inter istas. Contra secundo; quia Scotus petit principium, dum supponit, in illo eventu fore duas productiones oppositas. Vnde enim haberent hanc oppositionem? quare nec forent duæ productiones adæquatæ, quia non essent nisi ratione distinctæ, sicut nec earum termini; vnde vna actio esset spiratio, & generatio, & vnus terminus esset Verbum, & amor, ad illamque vt Verbum terminaretur actio, quatenus generatio, ad eundem vero quatenus amor terminaretur, quare vnus spiratio.

31 Dices spirationem activam non constituere personam, & ideo posse supervenire personæ iam constitutæ. At spirationem passivam esse constitutivam personæ, ac proinde non posse advenire personæ iam constitutæ; sed debere aliam personam constituere. Sed contra primo; quia licet de facto spiratio passiva sit constitutiva personæ; in illo tamen eventu non videtur hoc posse habere, quia nec constitueret personam distinctam à persona Filij, nec ipsam personam filij formaliter, vt potest integre constituta essentialiter per filiationem, quapropter vt Fall. docet in presenti n. 46. videtur dictam spirationem passivam fore in illo eventu proprietatem personæ productæ; sicut modo est proprietatem personæ productæ. Contra secundo; quia licet spiratio activa de facto sit proprietatem Patris, secus foret in illo eventu: in quo esset

eadem formalitas cum paternitate, mere concomitanter cum illa se habens, ac proinde ad constitutionem Patris pertineret; & spiratio passiva ad constitutionem Filij.

SECTIO QUARTA:
Soluntur Scoti fundamenta:

32 **P** Ræcipuum est huiusmodi, per illud principium, quo res aliqua constituitur, debet distingui ab omni alia quæ eodem principio non constituitur; nam cum res constituitur sub ratione entis, constituitur etiam sub ratione unius; ac proinde sub ratione indistinctæ à se, & distinctæ à quolibet alio; atqui filius constituitur filiatione, qua Spiritus Sanctus non constituitur: ergo distinguitur ab illo filiatione: ergo hæc est sufficiens ratio distinguendi filium ab Spiritu Sancto: at hæc maneret in illa hypothesis: ergo, &c.

33 Cui argumento aliquas adijciam confirmationes eisdem pene Scoti verbis acumen spirantibus. Prima; quodlibet habens aliud quod esse distinguitur distinctione convenienti illi esse per aliquid, quod est de ratione eius in quantum habet tale esse: Filius igitur personaliter distinguitur per aliquid quod est de ratione eius in quantum persona. At spiratio activa non est de ratione eius, in quantum persona; cum sit proprietas adveniens personæ iam constitutæ: ergo per illam non distinguitur personaliter ab Spiritu: ergo præcise per filiationem; hæc autem maneret in illa hypothesis: ergo, &c.

34 Secunda quodcumque distinguitur ab alio per se in quantum tale, distinguitur per aliquid, quod est de ratione illius, in quantum tale: at Filius per se distinguitur à non-Filio: ergo per aliquid, quod est de essentia illius ut talis: sed hæc non est vis spirativa: ergo filiatione: hæc autem maneret in illo évétu: ergo, &c.

35 Tertia; per formale constitutum, distinguitur constitutum ab omni alio, etiã si per impossibile quodcumque aliud ab ipso circumferibatur, quia per illud distinguitur ab omni non-tali, quodcumque autem non habens illam formam constitutivam est non-tale; at Filius formaliter constituitur per filiationem, per quã non constituitur Spiritus Sanctus: ergo, &c.

36 Quarta; sola Paternitas, qua Pater constituitur, sufficienter ipsum distinguit ab Spiritu Sancto, ita ut si à Patre non procederet, nihilominus distingueretur ab eo: ergo sola filiatio, qua filius constituitur, ipsum sufficienter distinguit ab Spiritu Sancto, ita ut si à Filio non procederet, nihilominus distingueretur ab illo.

37 Hoc Scoti principium, quod

scilicet idem debeat esse constitutum, & distinctum, nostri communiter tenentur Authores: ut videre est apud Falsolum in præsentium. 38. ubi ait; illud esse evidens univèrsaliter cum proportionali ratione, ut nimirum principium constituens essentialiter; sit etiam principium distinguens essentialiter; & principium constituens accidentaliter, sit etiam distinguens accidentaliter; & principium constituens personaliter; distinguens personaliter; & apud Eximium Doctorem lib. 7. de Trinitate. cap. 4. n. 7. ubi ait; vix intelligi posse, quod una entitas distinguatur realiter ab altera, nisi per illud, quod formaliter facit, illam esse talem entitatem. Item apud Vazq. in præsentem existimantem illud principium hoc syllogismo demonstrari: omne, quod constituit aliquid in ratione entis, qualecumque illud sit, constituet etiam idem in ratione unius, ac proinde in ratione indistinctæ à se; & distinctæ à quovis alio, quod illo non constituitur: sed Filiatione constituit Filium in ratione personæ; ergo in ratione unius indistinctæ à se, & distinctæ à qualibet alia, quæ filiatione non constituitur, qualis est persona Spiritus Sancti. Denique apud Coninch disp. 4. de Trinitate à n. 1657 ubi late propugnat illud principium.

38 Respondetur nihilominus Thomistæ cum Caietano 1. parte questione 364 articulo 2. §. Ad evidentiam 1. eo principio, quo res constituitur, eodem etiam distinguitur; quod si principium constituens non est relatio: si autem sit relatio, solum distinguere ab opposito: inter rem enim absolutam, & relativam hoc interest discriminis, inquit Caietanus, quod res absoluta constituit rem in se; relatio vero constituit rem ad aliam, & quoniam unumquodque, sicut est ens, ita unum, & distinctum; constitutum absolutum sicut constituit ens in se, ita distinguit illud secundum se, & consequenter ab univèrsis alijs; constitutum vero in esse relativo, quia constituit ens ad aliud unum, correlativum scilicet, ita illud distinguit ab illo uno tantum; alioqui diversitas, seu distinctio non esset proportionata passio entis. Quam solutionem probat etiam Ferracienus 4. contra gent. capit. 24. §. Considerandum.

39 Hæc Caietani solutio impugnari solet ex eo, quod relatio etiam secundum rationem propriam potest distinguere ab alio, quam ab opposita relatione, tum quia predicamentum relationis distinguitur ab alijs novem per modum intrinsecum ad sibi proprium; illis autem non opponitur, sed quasi per disparatam rationem ab alijs distinguitur: tum quia intra predicamentum non tantum differunt, quæ sunt opposita, sed etiam alia multa: pa-

ternitas enim non solum differt à filiatione, sed à relatione similitudinis, & alijs. Denique, quia relatio secundum propriam rationem relationis terminatur ad absolutum in creatis: ac proinde secundum rationem propriam, non tantum distinguit à relatione opposita, sed etiam ab absoluto.

40 Hæc tamen parum vrgent Caietanum contendentem, relativum vt sic solum distinguere relative à suo opposito, omnem autem aliam distinctionem non facere, quatenus relativum, sed ex conceptu communi sibi cum rebus absolutis. Constitutivum enim, inquit, alicuius in esse relativo non est distinctivum eius in esse relativo, nisi à correlativo, propter ipsam relationis naturam; à cæteris autem distinguit quovis alio modo; puta distinctione disparata, vel privativa. Duplum enim, vt tale, quia non est, nisi ad dimidium, non distinguitur relative, nisi à dimidio: a triplo autem, & quadruplo, & reliquis entibus distinguitur quidem duplicitate, in quantum est hoc ens, non autem relative. Hinc recte infert, Filium, vt Filium, non distingui relative nisi à suo correlativo, nempe à Patre, ac proinde nec realiter, cum in divinis non sit distinctio realis; nisi relativa. Vnde dicit, hæc propositionem esse falsam: Filius distinguitur realiter ab Spiritu, filiatione; quia hæc est falsa: Filius filiatione distinguitur relative ab Spiritu, cum tamè in divinis idem sit distingui realiter, ac distingui relative. Hinc concedit, Filium distingui ab Spiritu filiatione, nimirum distinctione disparata, optime tamen negat, hinc inferri, distingui realiter, quia licet distinctio disparata in creatis propter limitationem extremorum sit realis, nõ tamen in divinis, vt patet in Patre, & Spiratore. Nec vero Caietanus dicit, relationem solùm distinguere ab opposita relatione in abstracto, quasi ipsa distinctio solum versetur inter formas, sed dicit, vnum relativum distingui ab alio per relationem, tanquam per rationem formalem distinguendi.

41 Melius impugnatur Caiet. primo; quia licet correlativum Patris sit solus Filius, ille tamen per Paternitatem non distinguitur à solo Filio, sed etiam ab Spiritu: ergo relativum in divinis non distinguit realiter præcisè à suo correlativo: ergo Filius per filiationem poterit distingui ab Spiritu, quamvis correlativum ipsius sit solus Pater. Antecedens patet; quia si per impossibile virtus spirandi existeret in solo Filio, adhuc Pater distingueretur realiter ab Spiritu, alioqui iste identificaretur cum Patre & existeret pro priori ad Filium, à quo procederet, quod est in terminis repugnans. Secundo, quia vel filiatione secundum se, & quatenus antecedit spirationem activam, habet repugnanti-

am, vt identificetur spirationi passivæ, vel non? Si secundum: ergo cum illa necessario identificatur; quod enim identificetur cum spiratione activa nequit impedire illius identitatem cum passivæ, si semel huius identitatis per se incapax non est, vt patet exemplo naturæ divinæ. Si primum; ergo per se ipsam distinguitur ab illa: quod enim per se ipsum habet repugnantiam, vt identificetur cum alio, per se ipsum distinguitur ab alio.

42 P. Vazq. in præsentis n. 3. s. respondet illud principium Scoti solum esse verum; vbi constitutio est realis, quia tunc principium constituens distinguit ab omni alio, quod eo principio non constituitur, sicut animal distinguit hominem ab equo, & ab alijs, quæ ipso nõ constituantur. Non autem vbi constitutio est solum rationis, qualis est in præsentis, vbi constitutiva sola ratione distinguuntur inter se, & à constituto: non enim oportet, vt eo principio, quo res constituitur secundum rationem tantum, distinguatur realiter à quocunque alio. Verum hæc responsio, vt inquit Eximius Doctor lib. 7. de Trinitate. 4. n. 5. solum est inventa ad fugiendam vim argumenti, non tamen satisfacit. Licet enim hæc constitutio non sit realis, quoad distinctionem extremorum, est tamen realis, quo ad realitatem constitutivi, & constitutivorum, iam vero realis distinctio constitui ab omni alio, quod non est illud, non oritur ex reali distinctione constituentis, & constituti, sed ex realitate utriusque, vt expendenti patebit.

43 Solidius discurreret P. Vazq. si diceret illud principium Scoti debere intelligi de constitutione reali in hoc sensu; vt non intelligatur de re præcisive considerata, sed prout est in se: quia loquendo de illa secundum omnia, quæ realiter secum identificat, implicat distingui ab alia, nisi ratione alicuius constitutivi, quod realiter includit. At vero loquendo de illa secundum aliquam præcisionem, non oportet, vt secundum eam includat formaliter aliquid, per quod distinguatur ab omni eo, quod non constituitur per illud constitutivum: sic homo realiter sumptus debet includere aliquid, ratione cuius repugnet illi esse equum: at consideratus præcisive, quatenus est animal, non debet hoc habere: sic ergo in præsentis potest dici, secundam personam præcisive consideratam, quatenus Filium, non debere includere aliquid, per quod distinguatur ab Spiritu, sed satis esse, quod realiter sumpta hoc includat, quatenus realiter sumpta est virtus spirandi, & per illam denominatur spirans, quod sufficit, vt ei relative opponatur; vt magis patebit ex nuper dicendis.

44 Igitur cum P. Suarez Fast. Ruizio, & alijs ad argumentum Scoti respondeo, Filium

quidem distinguitur Filiatione ab Spiritu; nego tamen inde sequi, distinguendum casu, quo Spiritus ab illo non procederet. Ratio est, quia Filiatio defecto existens ratione sui exigit spirationem activam, per quam producat Spiritum sanctum, & hæc exigentia non est proprietas, sed formale constitutum illius. Hoc autem sufficit, ut per se ipsam formaliter distinguatur ab Spiritu, cum ex terminis implicet, aliquid exigere producere aliud, & non distingui per se ipsum ab illo: at in illa hypothese non exigeret producere Spiritum sanctum, imò exigeret non producere, quia tunc Spiritus exigeret produci à solo Patre: unde in illo eventu non esset eadem Filiatio, quæ modo est, nec haberet illud prædicatum, ratione cuius modo distinguitur: quia modo non distinguitur ab Spiritu præcisè, quia respicit Patrem, sed quia exigit producere Spiritum.

45 Contra hæc responsionem ita dicitur Smilisingus disp. 4. de Trin. n. 32. dicens: eam tollere hypothese[m] quæstionis, ut enim inquit R. Vazq. d. 147. n. 35. præsens quæstio procedit supposito, quod idem Filius, qui nunc est, & spirat, non spiraret, sicut Græci supponunt maneret tamen idem Filius, an scilicet haberet principium sufficiens, quo distingueretur ab Spiritu, retenta soluta eadem Filiatione. Fallitur tamen uterque: quia quæstio præsens debet supponere, Filium non spirare, ac proinde nec posse, ut asserunt Græci, qui profecto non negarent actum spirandi, si concederent potentiam. Vnde cum filiatio ratione sui formaliter habeat potentiam illam radicalem, si supponeretur manere eadem, supponeretur manere cum exigentia spirandi: ac proinde non supponeretur manere talis, qualem illam adstuebant Græci: ut ergo talis supponatur, debet supponi manere eadem præcisè, quo ad respectum ad Patrem, non autem quoad respectum principij radicalis Spiritus Sancti.

46 Dices: Filius, ut Filius, & secundum quod referunt ad Patrem præscindendo à virtute radicali spirandi, exprimit prædicatum, quod non reperitur realiter in Spiritu Sancto: ergo per illud prædicatum ut tale distinguitur ab Spiritu Sancto: at illud maneret in illa hypothese: ergo, &c. Ante responsionem adverto, Filium divinum ut talem non præscindere perfecte à virtute radicali spirandi; quia de conceptu Filij divini est esse hunc, & de conceptu huius est exigere vim spirandi: solum ergo præscindit secundum explicitum, quatenus scilicet illa cognitio non exprimit eam exigentiam, quam tamen imbibit in suo conceptu obiectivo filiatio ut distincta ab spiratione activa.

47 Iam ad argumentum in forma di-

stinguo antecedens, exprimit prædicatum, quod non reperitur, ac proinde, quod repugnat reperiri in Spiritu Sancto, repugnantia proveniente ex illo prædicato secundum id, quod explicat, nego; secundum id, quod implicat, concedo. Propterea enim ille conceptus explicitus filiationis non reperitur in Spiritu Sancto, quia est in se virtus radicalis spirandi formaliter formalitate obiecti: unde solum sequitur distingui per filiationem, ut est principium radicale spirandi, sub quo conceptu non maneret in illa hypothese.

48 Hinc inferes verum esse, quod supra diximus, nempe axioma illud Scoti, quod scilicet principium constituendi rem debeat esse principium illam distinguendi ab omni alia, quæ eo non constituitur, intelligendum esse de constitutione rei secundum se, non autem de constitutione rei, prout est in nostra cognitione inadæquatam: nam sic sumpta potest exprimitere aliquid, quod non reperitur in alia, quin per illud, ut sic expressum distinguatur ab illa. Ex qua doctrina facile erit respondere in forma ad argumentum Scoti, eiusque tres priores confirmationes. Dicimus enim ad primam Filium distingui quidem personam ab Spiritu, per aliquid, quod est de conceptu illius, in quantum est persona, nempe per filiationem, ut radicaliter exigentem spirare; nam filiatio non constituit Filium in ratione personæ præcisè secundum respectum, quem explicat ad Patrem, sed insuper secundum respectum, quem implicat ad Spiritum. Cum enim persona sit rationalis naturæ individua substantia, debet Filius, quatenus est hæc persona includere omnè id, quod importat hæc filiatio, quatenus hæc, in illo tamen eventu, in quo Spiritus non procederet ab illo, constitueretur per filiationem, præcisè ut dicentem respectum ad Patrem, & excludentem respectum principij radicalis ad Spiritum Sanctum, quia tunc filiatio in individuo haberet præcisè priorem respectum, & per illud intelligeretur constituta in ratione substantiæ cõpleræ.

39 Ad secundam respondeo, id, quod in quantum tale distinguitur ab alio, debere distinguari per aliquid, quod est de conceptu eius; in quantum tale; cæterum dico de conceptu Filij inadæquate sumpti præcisè secundum respectum ad Patrem non esse distinguari realiter ab Spiritu, sed conceptu eius adæquate sumpti; quatenus scilicet est hæc numero persona radicaliter potens spirare; unde Filius per filiationem quidem distinguitur ab Spiritu Sancto, non tamen priori, sed posteriori modo sumptam, quatenus scilicet exigit spirationem activam, ut proprietatem. Ad tertiam dico, per formale constitutum adæquate sumptum distinguari constitutum ab omni alio, non tamen per il-

Iud solum in adæquate sumptum.

50 Ad quartam, neganda est consequentia, quia licet Spiritus procederet immediate à solo Filio, opponeretur relative cum Patre, quia ab illo realiter mediate procederet: cæterum si procederet immediate à solo Patre, nullam cum Filio oppositionem haberet, quia nullo modo ab illo realiter procederet.

51 Sed objicit P. Vazq. filiatio nec est ipsa potentia spirandi formaliter, nec conditio voluntatis; ut eam constituat sub potentia spirandi, alioqui enim existeret in Patre integræ potentia spirandi: ergo secundum se non habet nec peculiarem rationem, ob quam distinguat Filium ab Spiritu, quam non haberet, si Spiritus à Filio non procederet. Sed contra; quia cum de fide sit, Filius vere, & proprie producere Spiritum Sanctum, licet potentia spirandi non constituatur per filiationem, sed per voluntatem id recto, & relationem Spiratoris de connotato, ut vult ipse Vazq. disputat. 174. num. 12. Filius tamen secundum se est capax ut per illam potentiam denominetur potens spirare, quam capacitatem non haberet in illa hypothese; quod sufficit, ut modo opponatur relative Spiritui Sancto, licet tunc non opponeretur. Adde iuxta P. Vazq. disp. 149. num. 9. Spiratore directe significare naturam ipsam, seu virtutem spirandi, connotare autem supposita habentia talem virtutem vage hoc, vel illud, ac proinde iuxta hunc Authorem Filius est ratione sui principium quod immediatum Spiritus Sancti, quod sufficit, ut ei opponatur relative, licet filiatio non constituat potentiam spirandi.

52 Si autem cum Molina, Scoto & Nominalibus apud ipsum dicamus, Spiratorem prout est principium quod non includere formaliter paternitatem, aut filiationem, sed esse quid subsistens commune Patri, & Filio resultans ex natura divina, & spiratione activa; sicut Spiritus Sanctus ex natura, & spiratione passiva; adhuc Filius opponitur Spiritui, quia cum Spirator coparetur cum illo, tanquam commune cum particulari, debet suscipere omnem denominationem illi convenientem; quia quod prædicatur de communi, prædicari debet de particulari; quo pacto tres divinæ Personæ denominantur creatæ, hoc ipso, quod hic numero Deus creetur: unde per se primo Spirator opponitur Spiritui Sancto, quia opponeretur, licet per impossibile non esset Filius; Filius autem non opponeretur nisi secundo, quia non opponeretur, si non esset Spirator, id est, si non exigeret identificari cum Spiratore.

53 Alterum fundamentum Scoti. Processio per intellectum ex conceptu suo est generatio, non vero processio per voluntatem; ergo distinguuntur. Præterea, generatio est actio adæquata, similiter processio per voluntatem; at in illo eventu retinerent eodem conceptus generationis, & processio; ergo essent actiones adæquate, ac proinde producerent terminos distinctos, cum saltem naturaliter repugnet, duas actiones totales versari circa eundem terminum. Confirmatur primo; in illa hypothese generatio ut talis esset perfectissima productio; ergo adæquata; nam actio partialis ex conceptu suo est imperfecta; ergo generatio ut talis produceret terminum, quem non produceret spiratio; & consequenter realiter distinctum à termino spirationis. Confirmatur secundo; in illo eventu Pater per generationem ut talem produceret personam, quia produceret Filium, de cuius conceptu est esse suppositum, cum sit vivens à vivente in similitudine naturæ; suppositum vero rationalis nature est persona: at hoc ipso Pater per generationem ut talem produceret terminum realiter distinctum à termino producto per voluntatem; nam personalitas producta per generationem deberet esse incommunicabilis alteri personalitati, est enim contra conceptum personalitatis, quod alteri communicetur; ideoque spiratio activa non est personalitas.

54 Respondeo processionem per intellectum de facto existentem ex conceptu suo distingui realiter à processione per voluntatem, quia ex conceptu suo est processio termini exigentis producere Spiritum Sanctum; at in illo eventu processio per intellectum identificaretur realiter cum processione per voluntatem, & non alio distinctionis genere distinguerentur, quam modo intellectus, & voluntas divina. Si vero processio per intellectum accipiatur secundum conceptum communem processioni, que de facto datur, & ei, que daretur, ex conceptu suo nec erit compossibilis, nec incompossibilis cum processione per voluntatem, sed præscindet ab utroque; sic enim præscindet ab oppositione, & consequenter à distinctione: hæc in illo eventu processio per intellectum non est adæquata productio, quia non produceret terminum realiter distinctum à termino producto per voluntatem; nec tamen esset imperfecta; nam actio partialis tunc est imperfecta, cum ex parte obiecti, & realiter talis est; at in nostro casu solum ratione nostra esset partialis; esset enim generatio simul spiratio, & ex parte obiecti actio adæquata termini, qui simul esset Filius, & Spiritus.

Ad

55 Ad primam confirmationem respondeo, satis est ad perfectionem illius productionis, quod quatenus generatio respiciat Filium infinitum, & ex parte obiecti sit adæquata, licet non prodest generatio præcise. Ad secundam respondeo, negando, quod sit de conceptu personalitatis non posse communicari alteri personalitati; quia licet de conceptu personæ sit esse incommunicabilem; illa tamen incommunicabilitas non est ita explicanda ut volunt avertarij, quasi sit contra conceptum personalitatis communicari personalitati, sed est intelligenda, quatenus in communicabile opponitur communi, ut scilicet de conceptu personæ sit esse aliquid omnino particulare, & minime commune pluribus: in communicabilibus enim ponitur in definitione personæ ut excludatur à ratione personæ natura divina, Spirator, & quævis ratio communis, quæ in pluribus reperitur. Cum ergo licet in illa hypothese Filiatio communicaretur Spirationi passivæ, adhuc neutra esset pluribus communis, quælibet retineret conceptum personalitatis. Unde constat, cur Spiratio activa personalitatis non sit, nõ quia communicatur personalitati, sed quia est pluribus communis, quæ inter se distinguuntur itaque in illo eventu Filius ut talis esset persona, similiter & Spiritus Sanctus, non tamẽ Filius distincta persona ab Spiritu Sancto.

56 Secundo responderi potest: in illo eventu, neque Filium ut talem fore personam, neque Spiritum Sanctum, sed totum illud, quod esset simul Filius, & Spiritus Sanctus; ratio est: quia conceptus personæ est conceptus substantiæ completæ; unde anima neque in statu separationis est persona; in illo autem eventu ex Filio, & Spiritu Sancto resultaret aliquid completum; sicut, neque in eadem hypothese pater ut talis esset persona; nec Spirator ut talis, sed totum illud, quod esset simul Pater, & Spirator.

57 Dicest ergo neque de facto Pater ut Pater est persona, quia ut talis non est substantia completa, nam ut Pater non includit Spirationem activam, quæ est complementum substantiale ipsius. Consequens est absurdum, quia pro priori ad generationem Verbi intelligitur iam constitutum in ratione personæ; & tamen in illo priori non habet Spirationem activam. Respondeo disparere esse rationem, quia de facto Spiratio distinguitur virtualiter a paternitate, cum hæc sit solius Patris propria, illa vero Patri & Filio communis, & advenit Patri ut producenti; quidem prius est Patre generate Filium, quam habere Spirationem

activam; quod autem advenit Patri ut producenti, nõ constituit ipsum in ratione suppositi, ac personæ; ac vero in illo eventu Spiratio passiva non distingueretur virtualiter intrinsece à Filiatione, nec enim tunc illis prædicata contradictoria convenirent, sicut in veriore, sententiã de facto, non distinguuntur intellectio, & volitio necessaria, unde concomitanter se haberent, & una non posset esse proprietas alterius, sed unaquæque seorsim concepta esset inadæquata ingenere substantiæ: quod si Spiratio passiva virtualiter tunc distingueretur à filiatione, & virtualiter ab ipsa manaret, certe ex secunditate, & non ex exigentia dimanaret; adeoque supponeret illam completam in ratione substantiæ, proindeque in ratione personæ; unde tunc Spiratio passiva esset proprietas quedam filiationis, sicut modo activa Spiratio; ac per consequens Filius, ut Filius esset persona, sed Spiritus Sanctus non foret persona, sed terminus quidam substantialis, qui esset proprietas Filij. Vel dici potest, tunc adhuc fore personam Spiritum Sanctum, qui esset quid subsistens individuum, & pluribus incommunicabile, quæ realiter distinguuntur; ac proinde in illa hypothese, unam personam virtualiter dimanare ab alia.

SECTIO QUINTA.

Nobilis Recentioris opinio examinatur.

58 **P**ALDRETE Disp. 13. de Trinitate probabile existimat, in illa hypothese Spiritum Sanctum distinctum iri à Filio, idque probat hoc fundamento: in illo eventu adhuc virtus Spirandi maneret in Filio, in fecunda tamen, & quin illum denominaret Spirantem, vel potentem Spirare: ac hoc sufficit, ut distingueretur realiter Filius ab Spiritu: ergo &c. Maiorem probat, primo quia ex Florentino Pater communicat Filio per generationem omnia præteresse Patrem; virtus vero Spirandi, ut talis, non constituit Patrem in ratione Patris. Secundo principaliter, quia si tunc existeret in solo Patre virtus Spirandi, daretur distinctio realis in Divinis absque oppositione relativa (quod ab impugnantibus Scorum dici nequit) quia virtus Spirandi in solo Patre existens distingueretur realiter non solum ab Spiratione passiva, cui opponitur relative, sed etiam à filiatione, cum qua talis oppositionem non habet, virtus enim Spirandi ut talis solum respicit terminum Spirandi.

59 Minorem vero probat quia persona Spirata sicut patet non esse idem cum

virtute Spirandi, ita neque cum persona identificante secum virtutem Spirandi; persona enim Spirata est producta per virtutem Spirandi, persona vero identificans secum virtutem Spirandi nequit esse producta per illam; ergo neque cum huiusmodi persone inter se identificari, alioquin eadem persona esset producta, & improducta per virtutem Spirandi; ergo hoc ipso, quod Filius identificaret sibi virtutem Spirandi, non posset esse idem cum Spiritu Sancto. Confirmatur; quia si in tali casu Filius esset idem cum Spiritu Sancto, terminus productus ut quod, scilicet persona, quæ simul esset Filius, & Spiritus Sanctus, identificaretur cum virtute productiva sui: quod non minus repugnat, quam personam productam identificari cum producente.

50 Multa ex dictis rejiciemus; in primis dico in illo eventu virtutem Spirandi futuram in solo Patre, quia cum ipse solus generaret, & Spiraret, ipse solus haberet relationem generantis, & Spirantis; & cum virtus Spirandi in illa sententia constitueret illam in relativo (qualis est sententia huius Authoris) non distinguitur virtualiter intrinsece à relatione Spiratoris, & Spiratione actuali; solus Pater haberet tunc virtutem Spirandi, quia solus haberet relationem Spirantis. Rursus si hæc virtus consistat in relativo, non habet nisi unicum munus, nempe fecundare personam ad Spirandum; quare ex conceptu suo est determinata ad non existendum in Persona, quam non potest ad Spirandum fecundare; an in illa hypothese non fecundaret Filium; ergo esset in solo Patre. Unde in hypothese, in qua Filius supponitur non potens spirare, hoc etiam supponitur. Quod si virtus spirandi in voluntate consisteret, posset vixque esse in Filio, quin denominaretur potens spirare, sed amans, ratione alterius muneris, quod voluntas habet, non autem illa virtus sibi relativo consistat.

61 Neque Pater in illa hypothese deberet communicare Filio virtutem Spirandi; nam etiam Patres, & Concilia doceant, Patrem gignendo dedisse Filio omnia præter esse Patrem; inde tamen non inferunt, idè dicendum in illa hypothese; imò per locum intrinsecum ex illa sequitur oppositum; tunc enim præter esse Patrem haberet esse Spiratorem; & tamen non communicaret Filio esse Spiratorem; ergo non omnia præter esse Patrem. Quod si dicas: in illa hypothese primam personam constituendam in ratione spiratoris per relationem paternitatis, quæ est proprietas personalis Patris, & eadè formalitas obiectiva sine distinctione intrinseca virtuali esset indivisibiliter paternitas, &

spiratio solum ratione nostrâ distincta; ac proinde ex eo, quod non communicaret Filio denominationem Spiratoris, non fieri, quod non communicaret omnia præter esse Patrem. Idem ego respondebo, quia adhuc Pater communicaret Filio omnia præter esse Patrem, licet non communicaret virtutem spirandi; quæ in Paternitate consisteret.

62 Ad absurdum vero, scilicet fore, ut daretur distinctio realis sine oppositione relativa, si virtus spirandi existeret in solo Patre, primo respondeo, si id sequatur, ab omnibus esse admittendum; quia saltem denominatio spirantis tunc esset in solo Patre, quæ distingueretur à Filio, sine oppositione cum illo. Et vero si ex illa hypothese sequitur distinctio absque oppositione, non propterea sequitur, sententiam Scoti esse veram, sed illam suppositionem, ex qua id sequitur, esse impossibile. Scotus de facto admittit distinctionem realem independentem à titulo oppositionis relativæ, & in hoc eius sententia est falsa. Qui vero Scotum impugnat, solum tenetur ostendere vnicum caput distinctionis realis in Divinis esse oppositionem producens, & producti; ac proinde de hac deficienter deficere distinctionem; quidquid sit, an data illa hypothese impossibile sequatur, tunc admittenda distinctio realis absque oppositione: quod enim hoc sequatur solum videtur, sententiam Gregoriana esse falsam duplici ex capite, & quia admittit distinctionem absque oppositione inter Filium, & Spiritum Sanctum; & inter virtutem spirandi, & Filium.

63 Verum absolute respondeo, illud absurdum non sequi, quia in illa hypothese virtus spirandi opponeretur Filiationi; esset enim virtualiter idem cum paternitate (propterea enim de facto paternitas ab spiratione virtualiter intrinsece distinguitur, quia est propria solius Patris, Spiratio autè cõmunis Patri, & Filio, in illa vero hypothese utraque esset propria solius Patris) unde haberet oppositionem cum omni formalitate, cui paternitas opponitur: quare licet cognita præscisse sub conceptu spirationis non exprimeret oppositionem, illam tamen haberet ex parte obiecti. Adde virtutem spirandi opponi spirationi passivæ: hæc verò tunc ex parte obiecti non distingueretur virtualiter à Filiatione, non enim aliam distinctionem inter se haberent, quam modo intellectus, & voluntas divina habent: tunc ergo virtus spirandi opponeretur Filiationi ex parte obiecti, licet non ex parte modi, scilicet in illa cognitione inadaquata.

64. Sed age demus adversario in illa hypothese virtutem spirandi fore in Filio materialiter, & sine fecunditate: an propterea fiet, Spiritum Sanctum distinctum iri à Filio? Minime gentium; etenim in illa hypothese virtus spirandi opponeretur Spiritui Sancto, quia esset principium quo illius; Pater etiam ratione talis virtutis esset principium, quod, a deo que opponeretur; at Filius neutro modo esset principium, unde nec oppositus, nec distinctus: quare sicut Filius esset incapax, ut à virtute spirandi denominaretur spirans, seu potens spirare, ita esset incapax oppositionis relative, & per consequens distinctionis vnice in illa fundata; sicut natura divina est incapax oppositionis relative cum Spiritu Sancto, quia licet fecundificet virtutem spirandi, est tamen incapax, ut denominetur ab illa.

65. Ad probationem, & absurdum respondeo, in illo eventu distinguendam esse virtualiter Filiationem ab Spirazione passiva, sicut virtus spirandi à Paternitate, quæ distinctio virtualis sufficeret; ut virtus spirandi produceret Spirationem passivam, & non Filiationem. Unde terminus ille productus ut quod, qui simul esset Filius, & Spiritus Sanctus, diceretur productus à virtute spirandi, quatenus Spiritus est, non quatenus Filius; nec tamē diceretur productus, & improductus simpliciter per virtutem spirandi, sed productus simpliciter, ad hoc enim satis est, quod ratione alicuius constitutivi produceretur vere; improductus vero tantum secundum quid, ut enim talis simpliciter diceretur opus esset, ut secundum nullum sui constitutum produceretur. Hinc terminus ille identificaretur cum virtute productiva sui, non secundum formalitatem, ratione cuius ab illa producitur, sed ratione alterius; sic de facto persona producta quoad essentiam identificatur cum persona producen-

te, eo quod secundum essentiam non producitur.

66. Obijciens in illa hypothese Filius adhuc retineret conceptum personæ; esset enim vivens à vivente in similitudine naturæ, & filiatio retineret conceptum personalitatis: at hoc ipso non posset identificari cum spiratione activa, quin realiter distingueretur à passiva, & consequenter ab Spiritu Sancto: ergo &c. Probatum minor; quia implicat Filiationem retinere conceptum personalitatis, & identificari cum spiratione activa, & passiva inter se realiter distinctis; est enim contra conceptum personæ, quod sit quid commune pluribus; hac enim ratione excluditur Spirator à ratione personæ, & Spiratio activa à ratione personalitatis: ergo hoc ipso, quod filiatio retineret conceptum personalitatis, & identificaretur cum spiratione activa, non posset identificari cum passiva; sed ab ea distingui realiter.

67. Respondeo in dicta hypothese Filium non retenturum conceptum personæ; quia non denominaretur à virtute spirandi, & proinde non opponeretur relative Spiritui Sancto; proptereaque non distingueretur ab eo, implicat autem personam esse pluribus communicabilem est enim rationalis naturæ individua substantia, sive incommunicabilis substantia: esset ergo tunc Filius ut talis aliquid per se subsistens; sicut Spirator de facto: ex eo autem, quod esset vivens à vivente, non sequitur, fore personam; sicut enim de facto datur vivens producens, quin sit persona, scilicet Spirator, ita tunc vivens productus, licet enim de facto, omne vivens à vivente procedens sit suppositum, hoc non est, quia id postulat formalis conceptus Filii, sed quia de facto omne eiusmodi vivens est incommunicabile pluribus per identitatem.



DISPUTATIO NONA.

AN DENTVR IN DEO POTENTIAE NOTIONALES, SEV POTENTIAE, QVAE SINT virtus agendi ad intra?

I Supta probabimus Verbum per se procedere ex cognitione comprehensiva divinae essentiae; & consequenter ex cognitione omnium praedicatorum necessariorum Dei, & omnium possibilium. Nunc examinandum est, an ideo Verbum dicatur procedere ex cognitione, & Spiritus Sanctus ex amore, quia cognitio illa, seu intellectus divinus sit virtus producendi Filium, & quasi ratio agendi; & amor seu voluntas sit virtus producendi Spiritum S. Cū enim omne principium quod agit per virtutē agendi, sicut ignis calefacit per calorem tanquā per virtutē agendi, & sol illuminat per lucē & cum Pater sit principium quod Verbi; & Pater & Filius per modum vnius spiratoris sint principium quod Spiritus Sancti, examinandum est, quid in Patre sit virtus agendi, & principium quo, an aliquid absolutum, nempe intellectus seu intellectio; an aliquid relativum, scilicet Paternitas; & similiter respectu Spiritus Sancti, an virtus agendi, seu principium quo sit voluntas seu volitio; an spiratio activa, quae ad spirationem passivam comparatur sicut Paternitas ad Filiationem. Haec autem quaestio supponit dari in Deo veram potentiam activam respectu personarum procedentium, & ideo prius examinandum est, an illa suppositio sit vera.

SECTIO PRIMA:

Propositur, & rejicitur sententia negativa Aureoli.

A C in re habet sententiam singularem Aureolus in 1. d. 7. q. 1. art. 2. quam explicat duabus propositionibus: Prima est: quod potentia generandi non nominat aliquod principium productivum indivisum; secunda est: quod potentia generandi est, sicut potentia, qua Deus potest esse Deus, vel Pater esse Pater, vel Filius esse Filius. Et si sic liceret loqui non est aliud potentia generandi, quam potentia patris agendi: eodem enim modo Pater facit se Patrem, & potest semper Paternitatem, & facit se generantem, & potest

semper generare, & facit se Deum, & potest semper facere Deum. In omnibus istis namque non sumitur potentia pro principio productivo, sed pro necessitate, & affuali connectione terminorum. In hanc opinionem, vetere à communi reliquorum Theologorum abhorrentem, acriter invehuntur graves auctores P. Molina 1. p. q. 41. art. 4. vocat eam; non solum singularem; sed etiam parum consonam Scripturae Sacrae, Concilijs ac rationibus.

3 Ruiz vero disp. 99. sect. 2. n. 23. temerariam, periculosam, & errori proximam; Zumel sententiam negantem potentiam notionalem in Deo haereticam appellat, cum affirmativem testetur esse de fidei Bañez doctrinā Sarratorum minime consentaneam; Derkenis passivam improbabilem haberi; Amicus maxime temerariam; Tannerus merito ab omnibus explosam, Scripturis, Patribus atque sanctis omnibus contrariam; habet omnibus, vno excepto, tam veteribus, quam recentibus Theologis absque ulla dubitatione oppositam. P. Aldrete disp. 4. de Trinit. sect. 1. approbat censuram Patris Ruiz. Zuñiga tamen disputat. 16. dub. 4. rejiciens censuram Molinæ, asserit sententiam Aureoli non careere probabilitate. Eruuditissimus autem Falsolus eo art. 4. dub. 3. n. 9. Equidem, inquit, sicut eam non omnino damno, ut neque damnant Valentia, Suarez, Vazquez, & alij, ita probabilem esse minime dixerim. Videtur tamen illi sententiae Aureoli favere Petavius tom. 2. Theologicorum dogmatum de Trinit. lib. 6. cap. 8. n. 6. vbi inquit: Est quidem in Patre potentia quadam generandi, ratione dumtaxat pro captu intelligentia nostra eidem attributa, cum re ipsa potentia sit nulla, sed totum affectus occupavit. Verum omnipotens non ab interna illa, & naturali operatione, ac necessaria dicitur, sed ab ea, qua voluntate sua, & extrinsecus, & sic tanquam ex arte molitur aliquid.

4 Probatur vera & communis sententia Theologorum ratione, quam optime format Durandus in 1. dist. 7. q. 1. n. 4. quia ubique sunt plura realiter differentia, quorum unum est productivum alterius, ibi est vere &

Realiter potentia productiva; sed in divinis Patre & Filius differunt realiter, & Filius est à Patre productus per generationem: ergo in Patre est vere, & realiter potentia productiva Filij per generationem, sed hæc est potentia generandi: ergo, &c. Maior patet ex ratione potentia activæ, vel quasi activæ, quæ sola ponitur in divinis est enim potentia activa principii quo aliquid producitur, ut patet ex 5. metaph. & ideo omne quod producit aliud, producit ipsum per aliquam potentiam productivam. Minor vero constat ex principijs fidei. Secundo probatur ratione D. Thomæ: *Quia potentia generandi significat id, quo generans generat: omne autem generans generat aliquo. Vnde in omni generante oportet ponere potentiam generandi, & in spiranti potentiam spirandi.* Nec satisfacies, si respondeas, omne generans generat aliquo tanquam actione seu exercitio generandi, non autem tanquam potentia generandi. Quia implicat aliquid per se ipsum esse exercitium generandi aliud, sitque ipsum generare, quin sit virtus ipsa generandi: nam generari passivum, & terminus genitus, sicut ex terminis licet supponit principium quod à quo procedit; ita supponit virtutem agendi, à qua procedit, & per quam principium quod constituitur potens producere, Quare ut inquit Sanctus Thomas, *sicut ponuntur actus notionales in divinis; ita necesse est ibi ponere potentiam respectu huiusmodi actuum, cum potentia nihil aliud significet, quam principium aliquid actus.*

5. . . . Respondebis, ex eo quod Filius procedat à Patre solum probari in Deo dari productionem activam identificatam cum Patre, & productionem passivam identificatam cum Filio; inde tamen non inferri, quod detur vera potentia productiva. Sed contra; quia quod productio activa identificetur cum Patre, solum probat in Deo non dari veram potentiam activam respectu generationis activæ identificatam virtualiter cum Paternitate, non autem quod non detur respectu generationis passivæ virtualiter identificatæ cum Filiatione. Pater enim sicut vere generat & producit Filium, ita vere est potens generare & producere Filium, quod enim principii sit ex se in ultima actualitate producendi, solum probat illud principium non esse imperfectum & potenziale, seu capax alicuius actualitatis à se distinctæ per quam constituitur in ratione producentis actus; non autem probat, quod non sit vere potens producere: ex eo enim quod actu producat realiter terminum, legitime inferitur quod possit realiter terminum producere: & hæc potentia licet sit tantum Logica respectu productionis activæ; sicut potentia intelligendi in Deo est

solum Logica respectu actualis intellectiois; quia non producit intellectioem, sed illam habet à se, sicut habet seipsam à se, tamen non est Logica, sed vera & realis respectu termini, quem sicut realiter producit, ita potest realiter producere.

Nec argumenta Aureoli, amplius probant, quam Patrem, non habere potentiam generandi respectu ipsam generationem activam tanquam terminum; ut patet ex eorum solutione; non autem probant, quod non habeat veram potentiam generandi respectu generationis passivæ seu ipsius Filij. Et modo patet, in medium proferendo verba Aureoli, quibus inter alia probat suam primam propositionem: *Quod potentia generandi non nominat aliquod principium productivum.* sic enim argumentatur: *Potentia productiva non recipit intra se actum, sed actus egreditur ab ea; sed generare non egreditur à Patre, imo est Pater, & in Patre ergo potentia, quam habet Pater ad generare non est productiva; imo est magis identificativa: nihil enim aliud sonat Patrem posse generare, nisi Patrem posse esse ipsum generare, quod non pertinet ad potentiam productivam.* Hæc enim ratio, ut constat, solum probat non dari in Patre potentiam realem ad generare, seu ad generationem activam, nõ. probat autem quod non detur ad ipsum generari, seu ad generationem passivam, quæ non distinguitur à Filio. Vnde quamvis potentia generandi non sit aliud quam ipsummet generare, & actus generandi, ut ait Aureolus; inde non probatur, quod non detur potentia generandi respectu filij.

7. . . . Probat secundò hæc communis sententia, ex illo Psalm. 109. in quo Pater dicit ad Filium: *ex Vtero ante Luciferum genuites;* quæ verba exponens Athanasius Dialogo 1. de Sancta Trinitate, inquit: *Vteram audiens generandi vim intelligo.* Et post multa iterum: *Vteri nomine, quem scriptura Deo tribuit, genitricem vim hypostaseos ipsius intelligo.* Vnde Damascenus etiam potentiam generandi tribuit Patri, dum lib. de duabus Christi voluntatibus ait: *Ea omnia, quæ habet Pater, sunt Filij, sola gignendi vi excepta.* Vide multa alia Patrum testimonia apud Falsolum, & Ruizium. Vnum non prætermittam ex Augustino lib. 3. contra Maximinum hæreticum cap. 7. circa finem tom. 6. *Si Pater non potuit generare filium, sibi æqualem; ubi est omnipotentia Patris?* Ergo in Patre datur vera potentia generativa respectu Filij. Probat tertio, quia in Concilio Lugdunensi cap. *Fideli* de summa Trinitate & de Fide Catholica lib. 6. & in Florentino in Literis Sanctæ Unionis in decreto de productione Spiritu Sancto

Et definitum fuit, *Patrem & Filium esse unum principium Spiritus Sancti*. Vbi sermo est de principio reali; ergo non solum ibi reperitur non repugnantia terminorum, sed vera vis realis & potentia ad producendum Spiritum Sanctum.

8 Ex hac definitione sic arguit nobilis Recentior: de fide est Patrem & Filium esse unum principium Spiritus Sancti: sed hæc unitas stare non potest sine virtute, aut principio *quo spirativo*; datur ergo eiusmodi virtus: vel principium, & sic etiam generativum. Probatur minor, quia unitas illa principij trahi non potest ab ipsis suppositis Patris & Filij; quæ non unum, sed duo sunt: nec trahi potest ab aliqua suppositaitate vel personalitate communi Patri & Filio; quod apud omnes Theologos (ait Falsolus) certum esse debet: imo sine aperto errore (ait Molina) negari non potest, quia evidenter sequeretur in divinis esse quatuor supposita. Nec trahi potest ex una aliqua subsistentia vel personalitate ratione tantum distincta à tribus relativis: nam illa similiter esset relativa; unde quatuor essent huiusmodi subsistentiæ relativæ; quod ait Falsolus non esse minus inauditum, quam esse quatuor supposita. Et præterea, nam si ratione illius, Pater & Filius sunt vere unum principium: ergo ipsa ratione sui principium erit: sicut enim non possit refundere rationem unius nisi esset una, sic nec rationem principij nisi esset principium. Aut igitur erit principium *quo*, & sic habebimus intentum: aut principium *quod*, & sic non solum habebimus quatuor subsistentias, sed etiam quatuor subsistentes, vel quartam personam saltem ratione distinctam à reliquis.

9 Verum argumentum hoc sub hac forma, intentum non concludit. Nam ut late probo tom. 3. disput. 24. sect. 8. Spirator est individuum quoddam per se subsistens, resultans ex natura divina in obliquo, & spiratione activa in recto, & est principium *quod* Spiritus Sancti. Et ut inquit P. Molina 1. p. q. 39. art. 4. disp. 2. non videtur negandum, spiratorem esse unum per se subsistens ex essentia divina & relatione spirationis activæ constitutum, quod id circo individuum sit, & non persona, quod Patri & Filio sit commune. Dum autem dicitur esse unum per se subsistens, non sumit subsistens in ea acceptio, in qua subsistens, & suppositum idem sunt; sed in ea, in qua omnes, qui admittunt subsistentiam absolutam in Deo c. 1. D. Thom. 1. p. q. 36. art. 6. & cum Scoto in 1. dist. 4. q. 2. & cum P. Suarez lib. 4. de Trinitate, cap. 14. & cum alijs plurimis, quos citat & sequitur P. Falsolus q. 30. artic. 1. dub. 3. dicunt divinam essentiam esse quid subsistens, id est existens independentem ab omni alio, cui quasi

in existat, & constituere hoc concretum *Deus*. Quare ut docet ibi Molina §. *quo loco*, Ecclesia definiens, Patrem & Filium esse unum principium Spiritus Sancti, definit esse unum principium quod: sicut enim hic numero *Deus*, quatenus est individuum absolutum per se subsistens, est principium *quod* creaturarum; ita spirator, quatenus est unum individuum per se subsistens, est principium *quod* Spiritus Sancti. Neque inde inferatur esse personam, vel suppositum. Nam persona est rationalis natura in communicabile subsistens, id est subsistens particulare & ita singulare, ut non possit de pluribus prædicari, sed de uno solo, spirator autem est commune pluribus realiter distinctis, nempe Patri, & Filio, & ideo non est subsistens in communicabile, ac proinde nec persona. sicut hic numero *Deus* non est persona, quia de pluribus prædicatur.

10 Ex illa ergo definitione Concilij aliter nos formamus argumentum. Concilium definiens Patrem & Filium esse unum principium Spiritus Sancti, vel definit esse unum principium *quo*, vel esse unum principium *quod*: cum implicet aliquid esse principium, & non esse vel principium *quo*, vel principium *quod*. Si primum, habemus intentum, si secundum, etiam inde inferatur dari principium *quo* Spiritus Sancti; implicat enim Patrem & Filium esse unum principium *quod* Spiritus Sancti, quin possint spirare Spiritum Sanctum & quin habeant virtutem spirandi; sicut implicat aliquid suppositum esse intelligens ut *quod*, quin habeat virtutem intelligendi ut *quo*; & esse calefactivum ut *quod*, quin habeat virtutem calefaciendi. Valer enim consequentia: Pater & Filius spirant Spiritum Sanctum, ergo possunt spirare; posse autem spirare Spiritum Sanctum non est solum habere potentiam Logicam ad spirationem passivam, seu ad Spiritum Sanctum: nam sicut spirare est vere producere realiter Spiritum Sanctum; ita posse spirare est posse realiter producere: ergo est habere potentiam physicam; ergo in Patre & Filio datur vera potentia physica ad producendum Spiritum Sanctum.

11 Quare absurdum est, quod ait Aureolus non alio modo in Patre esse potentiam generativam, quam sit in Deo potentia ut sit *Deus*, & facere se possit *Deum*; & in Patre & Filio & Spiritu Sancto sit potentia, qua unusquisque possit facere id, quod est. Nam si res ita se haberet, æquè propriè Pater diceretur principium Patris, & Filius principium Filij, & Spiritus Sanctus principium Spiritus Sancti; ac Pater de facto dicitur principium Filij, & Pater & Filius dicuntur principium Spiritus Sancti. Cum ergo fide sanctum sit Patrem pro-

docere filium, & Patrem & filium producere Spiritum Sanctum; & lumine naturæ notum sit. neminem posse producere seipsum, consequens est, ut longe alia sit illa potentia, qua Pater potest generare filium ab illa qua Pater potest esse Pater. Nam prima est realis respectu terminum distinctum, secunda est duntaxat Logica, quatenus ab actu ad potentiam valeat consequentia.

SECTIO SECUNDA.

Soluntur Aureoli fundamenta.

12 **A**RGVIT pro sua sententia Aureolus primo: *Quia ubi productiones non sunt elicite, vanum est querere productivam potentiam, aut principium producendi, sed in divinis generare, & spirare non sunt productiones elicite; Pater enim nihil habet elicited, aut entitatem accipientis, & potissime illud, quo formaliter constituitur in esse suppositi, non potest esse aliunde, alias non esset suppositum improductum; ergo vanum est querere productivam potentiam, vel principium producendi respectu illarum duntaxat probare non dari in Deo potentias, seu principia respectu generationis activæ, & spirationis activæ; quod libenter fatemur; non autem respectu generationis & spirationis passivarum; istæ enim processiones passivæ sunt actus vitales vere producti, & quasi eliciti, & sunt virtualiter identificate cum Filiatione, & spiratione passiva; nam filius quatenus filius per se ipsum est genitus à Patre, sicut Pater per se ipsum est generans filium: & Spiritus sanctus per se ipsum est productus ab spiratore identificato realiter cum Patre & filio, sicut spirator per se ipsum est producens spiritum.*

13 Arguit secundo: *Posse esse Patrem, non est posse potentiam productivam, sed est posse connexionis necessariæ, eo modo quo homo potest esse animal, vel diametrum potest non commensurari costæ: si enim posse esse Patrem caderet sub aliqua potentia productiva, necessario Pater produceretur in divinis in esse Patris, quod est erroneum. Atqui eadem est potentia, qua potest generare, & qua potest esse Pater. Ergo impossibile est, quod potentia generandi sit productiva, nisi esset productiva huius quod est esse Patrem in divinis, quod esset erroneum.* Minorem subsumptam multis probat; quam nos fatemur esse verissimam, quia Patrem actu generare filium & esse Patrem non sunt duæ formalitates virtualiter distinctæ, sed unica, ac proinde generatio acti-

va, & Paternitas non distinguuntur virtualiter intrinsece.

14 Ad argumentum concessa maioris, nego minorem. Nam potentia, qua Pater potest esse Pater, refertur ad Patrem tanquam ad terminum, & est potentia purè Logica, cum Pater non distinguatur à se ipso. At potentia qua Pater potest generare refertur ad filium, qui est terminus realiter distinctus a Patre, unde potentia generativa est realiter productiva filij. In creatis quidem idem est patrem posse generare filium, ac patrem posse esse patrem; & utrumque est accidentale personæ patris; quia persona patris non est generatio activa & paternitas, sed est causa generationis activæ, & paternitatis in illa actione fundata; & sicut ab actione generativa realiter à se distincta denominatur generans, ita à paternitate à se distincta denominatur pater, & sicut pater est causa generationis activæ, ita est causa suæ paternitatis, seu formæ, à qua denominatur pater: ac proinde esse patrem in creatis cadit sub aliqua potentia productiva. At esse patrem in divinis non cadit sub aliqua potentia activæ, sed solum filius cadit sub potentia productiva Patris, & esse filium habet à Patre, Pater vero à se ipso habet esse Patrem.

15 Arguit tertio, quia si potentia generandi dicitur principium productivum & aliquam potentiam elicтивam: aliqua perfectio simpliciter est in Patre, quæ non est in filio: potentia enim productiva creaturæ importat perfectionem, ergo multo fortius potentia productiva Dei, & creatoris: hæc autem potentia generativa non ponitur in filio: ergo aliqua perfectio simpliciter erit in Patre, quæ non est in filio. Ergo filius non est simpliciter perfectus: hoc autem est erroneum: ergo poni non potest, quod potentia generandi dicat aliquod principium productivum.

16 Quod si Aureolo objicias, idem inconveniens sequi ex ipsius sententia, quia in Patre datur hoc quod est generare: quod est maxima perfectio: & hoc non datur in filio: responderet, negando sequelam: & redderet rationem disparitatis: quia productiones non dicuntur, (inquit) perfectionem simpliciter: posse autem producere, dicitur: ut posse creare pertinet ad omnipotentiam, & est perfectio simpliciter, creare autem non: alias autem pater ab æterno, cum non creaverit, non fuisse simpliciter perfectus. Quare autem potentia sunt perfectiones, actus vero non, satis pater, actus enim sunt transeuntes: potentia vero immutabiles: propter quod non est perfectum unum, quodque, cum generat sibi simile, sed cum potest sibi simile generare secundum Philosophum.

177. Verum hæc Aureoli solutio mihi nimè satisfacta: est etiam productiones transientes nobis dicantur perfectionem simpliciter, potentia autem ad illas perfectiones dicat perfectionem, quia productiones illæ sunt contingentes, & extra Deum existentes, potentia vero exercendi illas productiones est necessaria, & intra Deum formaliter existens. At productiones immanentes in Deo, sunt omnino necessariae, & cum Deo producere realiter identificata. Unde si potentia generandi in Patre existens potius quàm in Filio, & quatenus denominaret Patrem potentem generare, & non denominaret Filium, foret perfectio iuxta Aureolum etiam debet esse perfectio generatio activa, quatenus denominat Patrem generantem, seu etiam debet esse perfectio hoc quod est generare: cum enim in necessariis idem sit posse ac esse, implicat, ut sit perfectio hoc quod est, primam personam posse generare, secundam, & non sit perfectio hoc quod est actualiter generare: sicut implicat, quod sit perfectio Patrem posse intelligere, & non sit perfectio Patrem actualiter intelligere. Quia propter si iuxta Aureolum salvatur, Patrem generare Filium per seipsum tanquam per generationem activam, quin propterea sit perfectior Filius, cui non convenit perfectio generandi, ita poterit salvari, potentia generandi esse in Patre, quia propterea Pater sit perfectior Filius, cui non convenit potentia generandi, seu posse generare, in illa namque persona, cui essentia liter & necessario convenit actualiter generare, si semel est perfectio posse generare, seu potentia generandi; etiam debet esse perfectio, actualiter generare, seu actualis generatio activa, à qua denominatur realiter generans aliam personam. Idem ergo incongruens sequitur in sententia Aureoli, quod ipse objicit contra sententiam communem. Quod si ipse salvat, ex eo quod generet Pater, & non generet Filius, non sequi quod Pater sit perfectior Filius, ita nos salvabimus, ex eo quod Pater possit generare, & non possit generare Filius, non sequi, quod Pater sit perfectior Filius, sed solum sequi Patrem non esse Filium, & Filium exhaustire potentiam generativam Patris, seu in divinis non posse esse nisi unicum Filium.

18 Arguit quartò Aureolus ex Augustino libro tertio contra Maximinum cap. 7. ubi probat contra Arrianos, Filium esse æqualem Patri, & conficit hoc argumentum, quia si Pater non genuit Filium sibi æqualem, vel id, idem fuit, quia non potuit, vel quia noluit: *Si non potuit, infirmus; (inquit) si noluit, indignus invenitur.* Et cap. 12. initio, ut Arrianorum dictum refert, & multis

deinceps impugnat: *Quod ubi potuerit omnipotentem generare omnipotens.* Et in fine subiungit: *Absit autem, ut quomodo putas, ideo sit paternior Pater Filio, quia creatori genuit Patrem; Filius autem non genuit creatorem: nec enim non paruit, sed non oportuit.* Hinc arguit Aureolus: iuxta Augustinum Filius non genuit, non quia non potuit, sed quia non oportuit: aut ergo intellexit per non oportere quoniam congrua, re, non debere, & sic subtelatio formaliter, tam quia tales congruentia, ut necessitas assignari non debent, vnde persuasio habet contentam in necessariis, ut dicitur in philosopho dicitur, *Etia. cap. 3. ut quia si potuit, & fuit possibile Filium generare, vnde congruum retinisset, cum nihil in incongruum possit esse in Deo: aut intellexit Augustinus per non oportere id in possibile esse, & hæc fuit expressio in sententia sua, quasi dicere velle contra Maximinum, concludentem, Patrem potentiorum Filio, pro eo quod ille generare possit, iste vero non possit generare. Non est verum hæreticè, quod Filius non potuit, accipiendò, non posse pro negatione alicuius potentie, sed accipiendò, non posse pro non oportuitate, hoc est, impossibilitate: quidquid enim Pater potest, potest Filius, & e converso: sed non omnis possibilitas essendi, quæ est in Patre, est in Filio, & e converso, imò neque omnis possibilitas, quæ est in creatura, homo enim potest esse albus, Deus non potest, nec propter hoc impotentior homine: similiter Pater potest esse Pater, & potest esse generans, & esse ipsum generans, nec tamen propter hoc Filius est impotentior, quia ista impossibilia sibi sunt, nec Pater est impotens, quia repugnat sibi, quod idem Filius sit. Hoc usque Aureolus. Vult ergo Aureolus, Augustinum negasse potentiam generandi esse potentiam veram & propriam, quæ etiam videtur fuisse expositio Magistri, qui illa verba, *Non enim potuit, sed non oportuit,* sic explicat, id est, non ex impotentia sui fuit, quod Filius non genuit, sed ei non conveniebat: sicut Deus Filius non est Deus Pater, nec tamen hoc ex impotentia sui est: nam & Pater similiter non est Filius, & hoc non ex impotentia Patris. Sed quaerit Maximinus, vnde ergo est, quod Pater non potest esse Filius, vel Filius Pater, & respondet Magister: *Non utique ex impotentia, sed Pater proprietate generationis Pater est, quæ oportet eum non esse Filium: & Filius proprietate naturæ Filius est, quæ oportet eum non esse Patrem.**

19 Respondeo tamen ex verbis Augusti

Alini trinitate colligit. Patrem non habere veram & propriam potentiam generandi, sicut de eam expressè concedit eo lib. 3. cap. 7. ubi ex eo quod Pater non posset producere filium sibi omnino æqualem; arguit defectum potentie. *An for id dare non potuit & semper equalitatem? Ubi est omnipotentia Dei Patris?* dum ergo dixit, *Filium non genuisse creatorem & motum: nun potuit sed quia non potuit;* non significat, non dari potentiam Deo vel per se utramque ad intra produci. *Quia verba Aureolus;* sed significat, hoc quod est filius non potest generare, non provenire ipsi pro defectu potentie, ex imperfectio- ne, aut debilitate, ut potest cuiuslibet compo- nitiæ animalia: quia habet, præter ista natura, sed potest ex summa perfectione Filii cui congruit esse vniuersum, intra Deum; quod non haberet, si posset generare, & dicitur Arist. *hæc pars ex verbis;* si quæ sit mediæ dubium- ginis Augustinus: *Atque uerum non potuit sed non oportuit;* in quibus etiam efficitur de- ius generatio; *significatur filius non potest gignere Patrem: quia & ipsa nepos; nisi a vo- luntate potest gignere;* secundum *pestra- quibuslibet si potest a magis impotens dicitur. Similiter etiam ille si nepotem non gigne- ret a vo. suo;* & *pro nepotem pro a vo. suo non a vobis appellaretur omnipotens; nec im- pleretur generationis series si semper alter ex altero nasceretur; nec illam perficeret illis; si non sufficeret vnus omnipotens. Itaque omnipotentem genuit filium; quoniam quacumque facit Pater; hæc & Filius facit similiter: Filium quippe ipsum genuit utique Patris naturam; non fecit: Unde sen- sus Augustini est; non enim non potuit; hoc est, non genuit quidem filius; sed non ex defectu absolute potentie, quam habet Pater; sic enim non esset eiusdem nature cum Patre: quod Maximinus extorquere contendebar ab Augustino: sed quia non oportuit, id est, quia id non congruebat dignitati ipsius Filii, qui cum sit vniuersus, excludit possibilitatem alteri a Filii intra Deum.*

120 Itaque Augustinus utrumque docet, nempe quod Pater non foret omnipotens, si non posset gignere filium sibi omnino æqua- lem; & quod filius sit omnipotens; quamvis non possit generare; quia quod non possit generare, non oritur ex defectu potentie, aut debilitate, sed quia non congruit excellentie ipsius posse generare, quia ex conceptu suo est vniuersus, & adæquans & exhauriens vim generativam divinitatis: cum enim sit filius, quia Verbum, & sic Verbum comprehensivum Patris, est Verbum vniuersum, ac proinde filius vniuersus, cui ex conceptu filii divini repugnat

esse Pater aliterius filii; atque adeo non ideo Pater est potentior filio, quia ipse generat re, filius vero non potest, quia quod inæquale filius generare potest, et summa ipsius per- fectione, ut tunc est Verbum, ad quatuor & comprehensivum Patris, ad proinde est filius vniuersus. Dicitur autem adeo in Deo esse in- perfectio, quod nulla perfectio divina posset generare; quia hoc scripto natura est vniuersus infecunda; & si veris si ac quod, sola prima persona possit generare, est summa perfectio eius, summa item perfectio secundæ personæ non posse generare, & tunc in Deo non est perfectio. Nullum ergo est fundamentum ad asserendum Patrem non habere veram po- tentiam generandi, sed potius ex eo quod ter- tium sit, Patrem generare filium, legitimum in- ferat habere veram & propriam potentiam generandi, sicut, utiam non potest produci quod sine actione distincta vel indistincta pro- duceres, ita non potest producere sine priore pio quo, si distincto, si indistincto. Quod si Pater æternus est principium quod, & quod & actio productiva filii. Et sicut certum est Patrem generare, & filium non generare, quia inde arguatur colla imperfectione filii; ita sine inconvenienter debet esse Pater non habere potentiam generandi, & filium non habere

22 Arguit præterea Aristoteles ad Aristotelem 2. Metaph. text. 33 ubi expressè dicit. Quod quamvis videatur, quod omne agens habeat potentiam, quæ possit agere; non tamen est sic. Quod exponit Commentator, quod impossibile est, quod omnis motor & agens habeat potentiam agendi; & movendi, omne enim æternum est actio pura, & omne quod est actio pura non habet potentiam. Sed constat, quod Deus pro- ducens est Pater æternus, & est actio pri- ma in producendo; ergo non oportet, quod habeat potentiam productivam. Respondet B. Alberto; & D. Thoma, & Didaco De- za illos referente in 1. dist. 7. Aristotelem & Commentatorem solum docuisse, æternum motorem non esse in potentia ad movendum, ita ut potentia præcedat actum. Et ideo Commē- tator exponens videntiorem illam particulam Philosophi; *Oportet igitur esse principium tale, cuius substantia sit actus;* ait, *id est, quod in nulla hora est motor absque actu.* Arque adeo ut notat Bartholomæus Amicus, tract. 2. de celo, q. & dubit. 2. apud Aristotelem potentia vocatur, quæ est sub privatio- he actus; ergo Aristoteles non negavit in pri- mo motore potentiam identificatam cum actu, seu potentiam, quæ semper sit in actu.

SECTIO TERTIA

Explicatur amplius, quo pacto Pater non sit potentior Filio, quamvis in illo detur potentia generandi, non in isto.

PRÆCIPVVM Ergo fundamentum, quo videtur probari, non dari in Deo potentias notionales; quia alioqui Pater esset potentior Filio; ac proinde iste non esset omnipotens, nec Patri equalis in potentia, ac per consequens neque in natura: & sic Arrianus triumpharet, & fides nostra triumpharetur.

Et hoc argumentum vim habet, quomodoque explicetur potentia generativa; siue dicatur consistere in essentia connotata relatione; siue in relatione connotata essentia; siue in utraque ex æquo in recto. Quomodoque enim exponatur potentia generandi, & quavis dicatur consistere adæquate in essentia certissimum est, essentiam divinam solum Patrem denominare potentem generare. Ergo si admittatur potentia generandi, Pater erit potentior Filio.

In quocumque ex ijs sententijs explicandum nobis est, cur Pater non sit potentior Filio, quamvis Pater possit generare Filium, & Filius non possit generare, neque scriptum, neque alium Filium: & quidem hoc difficilius est explicari in sententia asserente potentiam proximam generandi consistere, in proprietate personali Patris, seu in paternitate, & non includere in recto & per modum virtutis proximæ agendi essentiam, sed solum illam connotare per modum radicis, & virtutis radicalis; & per modum formalitatis communicandæ Filio, unde si hoc rectè exponatur, admissa illa sententia, facilius exponetur in reliquis sententijs. Respondeo ergo, ideo Patrem non esse potentiorē Filio, quia comparando utrumque cum omni termino ab ipsis distincto, nullum terminum potest producere Pater, quem non possit producere Filius: quia omnis terminus distinctus à Patre & Filio, nihil est aliud quam Spiritus Sanctus, & creaturæ omnes; & Filius non minus quam Pater producit Spiritum Sanctum, & eius potentia se extendit ad omnem creaturam, ad quam se extendit potentia Patris. Et aliunde quod Filius nequeat generare, non oritur ex aliqua eius imperfectione, aut limitatione; sed potius ex eo quod sit infinite perfectus, & exhaustiens vim generativam Patris; ideo enim non potest generare alium Filium, quia Filius eo

est Filius, quod est Verbum; ut vidimus ex Augustino d. 4. sect. 7. Est autem Verbum productum à Patre per cognitionem comprehensivam sui, ac proinde adæquat cognitionem, qua Pater suam essentiam comprehendit: Unde sicut impossibile est Deo duplex cognitio comprehensiva sui, ita est impossibile Deo duplex Verbum, ac proinde duplex Filius: unde potentia generativa in Deo est perfectio in Patre, & in Filio foret imperfectio, & argueret imperfectionem in Patre, si enim imperfectio Patris, quod possit generare Filium, & non possit generare Filium sibi per omnia æqualem, & qui non accipiat à Patre omnia, quæ sunt in Patre præter esse Patrem. Quapropter ex eo, quod Pater possit generare, & Filius non possit generare, non sequitur Patrem esse potentiorē Filio, sed solum sequitur, Patrem generare Filium infinitum, & sibi per omnia æqualem, & illi communitate suam essentiam, & omnes perfectiones suas præter hoc quod est esse Patrem, qui est conceptus relativus omnino necessarius ad conceptum generantis, qui debet esse persona distincta à genito. Tantaque perfectio est in Filio posse generari, sicut est in Patre posse generare: divina enim essentia ob suam infinitam fecunditatem postulat esse cum omnibus suis perfectionibus absolutis in Patre tanquam in dante, & in Filio tanquam accipiente omnes illas perfectiones à Patre.

Unde cum Augustinus dixit, Filium non idecirca alium Filium genuisse, quia non potuit, sed quia non oportuit, solum significare voluit, Filium non ex imperfectione, aut ex defectu potentie omnino, non genuisse. Habet enim (explicat P. Valentia) potentiam Patris, quatenus illi identificatur in ratione absoluta essentia; ac proinde non omnino potentia generandi caret, quanquam ut opponitur Patri relative, non illam habeat sicut Pater. Neque tamen hinc sequitur, Filium non esse omnipotentem, id quod solum volebat Augustinus defendere contra objectionem Maximini. Quæ admodum enim ad hoc, ut persona Filij sit infinita satis est, illum habere entitatem omnem Patris in ratione absoluta; ita ut sit omnipotens, æquæque Pater, satis est, ut habeat omnem potentiam Patris in ratione absoluta. Quod autem ut talis persona, non habeat potentiam Patris relativam, argumentum id est non imperfectionis, sed distinctionis eius à Patre. Sicut etiam, quod Pater ut talis persona, non habeat potentiam ut generetur, quam habet Filius, non est argumentum imperfectionis Patris, sed distinctionis eius à Filio.

latis enim est, quod illam habeat in essentia, in qua Filio identificatur.

26. Sensus ergo eius, quod Augustinus dicit, Filium potuisse generare, est, illum in essentia quidem habere potentiam generandi. Sensus autem eius, quod addit, non oportuisse tamen ut generaret, est, non oportuisse ut Filius etiam haberet potentiam & actionem generandi, ut talis persona est, licet aliqui habeat in essentia. Nam perfectio Sanctissima Trinitatis talis est, ut potius oporteat Filium, quatenus talis persona est, generari duntaxat, non autem habere, etiam ut opponitur Patri, potentiam generandi, aut generare. Hactenus P. Valentia.

27. Ad quam solutionem recurrere debent omnes, qui cum Magistro in 1. dist. 7. lit. E. cum S. Thoma, ibidem q. 1. art. 3. & q. 2. de potentia art. 5. initio corporis, & 1. p. q. 42. art. 6. dicitur, potentiam dici univocè de potentia generandi, & de potentia creandi; & quod potentia generandi pertinet ad omnipotentiam Patris, & consequenter sub omnipotentia comprehenditur potentia generandi & spirandi. Quam ulterius explicare possumus, asserendo, de conceptu personæ omnipotentis esse, quod habeat in sua essentia potentiam, quæ possit produci quidquid non implicat contradictionem; sive talis persona denominetur per illam potentiam potens, sive non denominetur; quando hoc quod est non denominari, non provenit ex imperfectione talis personæ, sed potius ex summa perfectione; & hoc pacto Filius est omnipotens, quamvis non possit generare, sicut potest Pater; & similiter Spiritus Sanctus est omnipotens, quamvis non possit spirare, sicut possunt Pater & Filius; quia licet Filius non possit generare, habet tamen in sua essentia per summam identitatem potentiam, quæ ipse generatur, quia habet in sua essentia substantiam Patris, & omnia constitutiva, quibus constituitur Pater potens generare; & quod ipse non possit denominari generans ab hac potentia, nascitur ex eo, quod sit genitus à Patre cum summa perfectione, tanquam terminus adæquatus potentia generativa. Similiter licet Spiritus Sanctus non possit spirare, habet tamen in sua essentia potentiam, quæ spiratur; & quod ipse non possit spirare, nascitur ex eo, quod sit centrum, in quo ultimo quiescit amor divinus; quam perfectionem non haberet, si ipse posset spirare aliam personam.

28. Quam solutionem tetigit S. Thomas 1. p. q. 41. art. 6. ad 1. ubi dixit, potentiam generandi esse in Filio, si ly ge-

nerandi sit gerundium verbi impersonalis, ut sit sensus: *Potentia generandi, quæ ab aliqua persona generatur*, id est, quæ aliqua persona identificans sibi eandem naturam Filij, generat. Et magis placet, quam alia ad quam recurrit Sanctus Doctor q. 42. ar. 6. ad 2. & cum illo Ferrara 4. contrag. cap. 13. qui ut defendant tres personæ esse æquales in potentia, concedunt, potentiam, quæ est in Patre, esse in Filio, sed sub diverso respectu: nã in Patre est, ut generet in Filio verò ut generetur, & dicit hoc satis esse ut dicantur æqualis potentia: ut enim inquit P. Vazquez disp. 166. n. 3. cum difficultas proposita sit de potentia ad agendum, vel producendum, quæ dicitur activa, non passiva, ut producat aliquid, non videtur eo modo sufficienter ponderari. Nam si aliqua potentia activa non est in Filio, sequitur omnes personas non esse æquales in potentia ad agendum.

29. Quapropter ut aliqua persona sit omnipotens, satis est, quod vel possit producere omnia, quæ non implicat contradictionem, vel saltem habeat essentiam, quæ essentialiter habeat secum identificatam potentiam ad producendum omnia, quæ non repugnat absolute produci, licet illam potentiam non habeat, neque exerceat in omni supposito, in quo est, sed in aliquo vel aliquibus dummodo hæc incapitas ut illa potentia exerceatur per omnia supposita illius naturæ, non proveniat ex imperfectione, sed potius ex perfectione illius suppositi, quod nequit denominari potens ab illa potentia: sicut Filius non potest denominari potens generare à potentia generativa, quam infinita fecunditas naturæ divinæ postulat in aliquo supposito, nempe in illo, cui necessario convenit communicare naturam divinam per viam generationis, producendo Filium, qui sit perfectissima imago sui principij, quod habere non potest, quin sit unigenitus exhaustiens vim generativam, quæ est proprietas naturæ divinæ, quæ hoc ipso quod sit summè intellectiva, & volitiva, exigit essentialiter proprietatem, ut cuius communicetur per intellectum producendo Verbum, quod sit perfectissima imago principij producentis, & consequenter Filius; & aliam ab illa virtualiter distinctam, ut cuius per spirationem communicetur per voluntatem, producendo personam, quæ sit ex sua proprietate personali vinculum amatorium, & quasi centrum, in quo quiescit amor, quo Pater & Filius se mutuo infinite amant.

30. Quocirca ut merito observavit D. Thomas q. 2. de pot. art. 5. initio corporis: *Potentia generativa pertinet ad omni-*
poten-

potentiam Patris, non autem ad omnipotentiam simpliciter. Quia nimirum, ut Pater sit omnipotens, necesse est ut possit generare Filium sibi perfecte æqualem; quia si non posset generare, non haberet naturam infinite fecundam ad se communicandam, ac proinde non foret omnipotens; ut docent Patres apud Fasolum tom. 3. pag. 576. & ideo Agustinus dicebat supra: *Vbi est omnipotentia Patris; si æqualem sibi gignere Filium non potuit?* At potentia generativa non pertinet ad omnipotentiam simpliciter; quia non est necesse ut omnis persona omnipotens; sit etiã potens generare; alioqui Filius & Spiritus Sanctus non forent omnipotentes; tunc neuter posset generare. Sunt autem omnipotentes æquæ ac Pater; quia comparando has duas personas cum omnibus rebus possibilibus distinctis ab ipis & à Patre, omnia possunt, quæ potest Pater. Et quod ad intra non possint generare, non provenit ex imperfectione, sed potius ex summa perfectione; quia enim Filius est imago perfectissima Patris, est Verbum per se subsistens omnino adæquans infinitam vim intellectivam Patris, ac proinde reddens impossibile aliud Verbum, & consequenter alium Filium. Et quia Spiritus Sanctus est amor productus adæquans vim amatoriam Patris & Filij, reddit impossibile alium amorem ad intra productum. Vnde ad omnipotentiam Patris spectat, quod ipse solus possit generare, & ad omnipotentiam Patris & Filij spectat, quod ipsi soli possint spirare, & spirando producere per modum unius principij Spiritum Sanctum: iste vero nequit alium Spiritum Sanctum producere; quia hoc ipso non foret infinitus in ratione amoris producti, quia non foret centrum, in quo ultimo quiesceret Spirator, id est Pater & Filius spirantes per modum unius principij. Tantumque abest, ut ad omnipotentiam Filij pertineat potentia generativa quatenus generativa; ut potius non foret Filius omnipotens, & infinitus, si posset generare; quia si posset generare, non haberet essentiam postulantem tanquam proprietatem sui virtutem, per quam una persona posset producere Filium æqualem genitori, & exhaustentem vim eius generativam: ac proinde non haberet essentiam omnipotentem. Est enim de conceptu essentia omnipotentis, quod possit esse in tribus personis, quarum una ge-

neret; alia generetur; & per generationem accipiat omnes perfectiones Patris præter esse Patrem; sitque imago adæquata infinita vi intelligendi, ac proinde sit impotens producere aliam imaginem ad intra: & quarum duæ mutuo se amantes amore infinito, producant tertiam quasi centrum ultimum, in quo tanquam in termino amor ille quiescat; ac proinde quæ sit impotens spirare aliam personam.

31. Alia via difficultatem hanc expediri. Vazquez disp. 166. cap. 2. aliter cum Scotto, Aureoso, Ochamo, Durando, Gabriele, Majore, & alijs, ideo tres divinas personas esse æquales in omnipotentia, sed æquæ omnipotentes; quia dum in Symbolo Athanasij dicitur, *Omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus S.* & tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens, sumitur attributum omnipotentia non pro quavis potentia, quæ intra Deum etiam potest producere, sed respectu creaturarum extra Deum; sicut accepit Fulgentius lib. de fide ad Petrum cap. 3. ubi sic ait: *In eo intelligitur omnipotentia Dei; quia omnem creaturam visibilem de nihilo fecit.* Rationem reddit Vazquez; nam eodem modo Deus nunc dicitur omnipotens, sicut dicebatur ante quam revelaretur mysterium Trinitatis; sed antè huius revelationem solum dicebatur omnipotens respectu creaturarum, & nulla cognoscebatur potentia respectu actuus notionalis; ergo nunc eodem modo dicitur. Addit Vazquez: *Quod si omnipotentia acciperetur pro potentia producendi aliquid, tam ad intra, quam ad extra, ego non video, quâ ratione possemus dicere, omnipotentiam esse in tribus personis.* Quare omnipotentiam ego non usurparem pro quacumque potentia, sed pro potentia omnium, quæ extra Deum produci possunt, sicut antiqui ante revelationem tui mysterium Trinitatis acceperunt.

32. Verum quia multi Patres ac Theologi apud Fasolum q. 41. ar. 5. à nu. 36. expressè sub omnipotentia comprehendunt potentiam generandi, & spirandi, recurrentum est ad solutionem hucusque traditam, quæ locum habet, quamvis dicamus, virtutem proximam generandi in recto importare formalitatem relativam propriam solius Patris.



DISPUTATIO DECIMA

AN PRINCIPIVM QVO DIVINARVM PRO-
CESSIONVM, SEV POTENTIA, ET VIRTVS PROXIMA

producendi ad intra consistat in absoluto, vel in relativo,
vel in utroque.

CVM De fide sit Patrem generare Filium; & Patrem & Filium per modum unius principij producere Spiritum Sanctum; & evidens sit, principium quod non posse agere, quin habeat potentiam & virtutem proximam agendi; inquiritur, an potentia hæc; & virtus generandi in Patre sit de linea absoluta, an de relativa; id est, an sit essentia ipsa divina; vel intellectus, aut intellectio absoluta; an potius sit ipsa proprietas personalis Patris, seu formalitas relativa, quæ non transit ad Filium, nepe paternitas, quæ habeat hæc munera, nepe constituendi personam, quæ est potens generare ut quod, & exercendi munus potentiam, & virtutis proximæ, per quam Pater constituatur potens generare; & simul munus generationis activæ constituentis Patrem in ratione actualiter generantis, & simul munus relationis, quæ quasi contigitur resultare ex actuali generatione; in tractatis enim propterea aliquis persona est Pater, quia generat, vel genuit Filium; & non generat, quia est Pater. Et similiter inquiritur, an Pater & Filius producant Spiritum Sanctum per voluntatem & amorem absolutum, tanquam per virtutem agendi, an vero per spirationem activam; ita ut hæc non solum sit actio, sed principium quo, seu virtus proxima agendi.

SECTIO PRIMA.

Referuntur Doctorum sententiæ, in quo consistat potentia notionalis.

PRIMA Sententia affirmat, naturam divinam esse principium remotum ac radicale divinarum processionum; principium autem proximum quo, per modum virtutis & potentiam proximam esse intellectum & voluntatem; illum respectu Verbi, quod procedit per intellectum; istam respectu Spiritus Sancti, qui procedit per voluntatem; ac proinde dicunt, intellectum divinum esse totam rationem producendi Verbum, seu totam formam, à qua Pater denominatur potens generare; & voluntatem esse totam rationem producendi Spiritum Sanctum, seu totam formam, à qua Pater & Filius redduntur poten-

tes sperare. Ita Scotista cum Scotis in 1. dist. 6. q. unica; & Thomista communiter cum S. Thoma 1. p. q. 41. ar. 5. & nostris Suarez lib. 4. cap. 10. & lib. 6. cap. 5. Vazquez disp. 164. cap. 4. Molina q. 41. ar. 5. Luisius Turrianus disp. 28. Granadus tract. 13. disp. 3. Tannerus tom. 1. disp. 4. de Trinit. q. 2. dub. 5. Albertinus tom. 2. q. 11. dub. 2. Betanus p. 1. cap. 7. q. 3. Qui Authores inter se divisi sunt: aliqui enim requirunt relationem Patris de connotato; non quidem, ut intellectus sit potentia generandi, quia dicitur hoc habere essentialiter ex se; sed ut exerceat munus suum; quia scilicet intellectus nequit reddere potentem generare, nisi solum Patrem; ac proinde in solo Patre potest exercere munus potentiam generativam: etiam enim postulat intellectus esse in tribus personis, & omnes reddere intelligentes; tamen solum postulat exercere munus potentiam generativam in Patre, quia licet ex se sit potentia generativa; ex se est potentia generativa præcisè relatè ad Patrem, quia solus Pater est suppositum capax denominari potens generare.

Alij vero dicunt, relationem paternitatis non solum esse conditionem necessariam, ut potentia generet, sed ut sit potentia generativa, quia nimirum intellectus cum non sit potentia generativa in Filio, nec in Spiritu Sancto; solum est potentia generativa prout in Patre; ac proinde in ratione potentiam generativam imbibit de obliquo paternitatem; & hæc videtur fuisse sententia D. Thomæ, qui q. 41. art. 5. ad 3. hæc habet: *Cum dico potentiam generandi, potentia significatur in recto; & generatio in obliquo: sicut si dicerem essentiam Patris. Unde quantum ad essentiam, quæ significatur, potentia generandi communis est tribus personis; quantum autem ad notionem, quæ connotatur, propria est personæ Patris.* Item q. 2. de potentia ar. 2. in fine corporis sic loquitur: *In ratione potentiam includitur quodam modo paternitas; etiam quantum ad id, quod est generationis principium: & propter hoc dicendum est, quod potentia generandi simul essentiam & notionem significat.* Præterea in 1. dist. 7. q. 2. art. 1. initio,

no, sic ait: *Sicut supra dictum est, potentia generandi includit in se Paternitatem.*

4 Et in hoc sensu explicat sententiam S. Thomæ Caietanus ea q. 41. art. 5. *Ad evidentiam, & P. Vazquez ea disp. 164. cap. 3. ubi asserit, potentiam producendi intra Deum personam, esse essentiam connotata proprietate, quæ ipsam essentiam modificat, ut sit potentia.* Item Capreolus in 1. dist. 7. q. 1. art. 1. concl. 2. & 3. & Ferrariensis 4. contra gent. cap. 13. 5. *Considerandum etiam: Quo circa (inquit Vazquez) proprietates personæ non tantum erit conditio requisita potetia, ut producat, & exeat in actum, sed etiam ut sit potentia formaliter: nam quamvis ad conceptum illius non pertineat in recto, tamen in obliquo essentialiter nomine potentia connotatur, & in ipsius conceptu includitur.*

5 Et iuxta hunc discurrendi modum quamvis essentia potentia generativa sit in Filio, seu ipsa potentia generativa secundum id quod importat in recto, quia in Filio est intellectus, qui in Patre est potentia generativa, tamen simpliciter & absolute potentia generativa non est in Filio; quia in Filio non reperitur relatio, quam potentia generativa essentialiter & quidditative imbibit de obliquo, nempe proprietate personali inducta: non est autem potentia generativa simpliciter & absolute in eo supposito, in quo non existunt omnia ipsius constitutiva. Et hæc videtur esse expressa sententia D. Thomæ, qui ea q. 41. art. 6. ad 1. ait: *Quod quamvis simpliciter concedendum sit, quod potentia, quam habet Pater, habeat Filius; non tamen concedendum est, quod Filius habeat potentiam generandi, si, GENERANDI, sit gerundium verbi activi, ut sit sensus, quod Filius habeat potentiam ad generandum: sicut licet idem esse sit Patris & Filij, non tamen convenit Filio esse Patrem propter notionale adiunctum.*

Idque acurè explicat Caietanus ubi supra: nam divina natura solum est potentia generativa in Patre; ac proinde divina natura non secundum se nudè est potentia generativa, sed ut modificata Paternitate seu prout in Patre: *Divina autem natura (inquit) non solum ut Pater, sed ut in Patre solius est Patris, ipsa enim ut sic, id est ut in Patre, seu ut Patris, potentia est generativa. Et propterea in littera dicitur, quod potentia generandi includit Paternitatem, non in recto, sed in obliquo: Deitas enim non ut Paternitas, sed ut Patris, potentia est generandi, & Patris propria.*

6. At Scotus in 1. dist. 7. quæst. 1.

5: *Loquendo, tenet; quod potentia generativa consistit in solo absoluto: sic enim ait: Dico quod potentia generativa Patris non est relatio, sed aliquid absolutum.* Unde ut explicat P. Vazquez, subtilis Doctor, censet potentiam agendi ad intra in Deo: esse solam essentiam divinam in se absolutam; conditionem verò necessariam ut producat, esse proprietatem talis, aut talis personæ. Hæc videtur esse sententia Magistri in 1. dist. 7. quam sequitur Gabriel ibidem q. 1. 2. & 3. & videtur etiam esse sententia P. Suarez, qui lib. 6. cap. 5. n. 6. asserit, *potentiam seu principium formale producendi esse solam essentiam, postulare autem in persona producente relationem propriam, seu (quod idè est) quod habeat naturam sine tali productione.* Et lib. 4. cap. 10. n. 7. ait: *Potentiam productivam ad intra, quantum ad principium formale, seu per se productionis, esse quid absolutum, connotare autem aliquam relationem ut conditionem necessariam ad hoc, ut persona habens tale absolutum producere possit.* Verùm Eximius Doctor in eodem sensu videtur loqui, quo P. Vazquez, siquidem cap. 5. n. 8. docet, *potentiam generandi ut quæ non esse communem simpliciter loquendo, sed propriam Patris; ac proinde aliquo pacto includere proprietatem Patris, saltem ut conditionem necessariam ex parte personæ producentis.*

7 Verùm hæc duæ sententiæ, vel potius duo modi explicandi sententiam constituentem potentiam generandi per aliquid absolutum, in re non differunt, sed in modo loquendi: neutra enim ex illis requirit relationem tanquam virtutem adhuc partialiter influentem in terminum productum, sed vel tanquam connotatum, vel tanquam conditionem, & de obliquo: hoc autem posito, de nomine solum manet diferimen, an scilicet relatio compleat intrinsicè ipsam potentiam generandi, ita ut per ipsam minus principaliter constituatur virtus generandi, quatenus virtus generandi; an verò relatio se habeat extra conceptum potentia & principij quo, seu virtutis agendi, & solum sit requisita ex parte subiecti per modum conditionis ad hoc ut actu generet. Quanquam autem in re non differat, absolute falso asseritur, potentiam generandi esse solam essentiam, seu solum intellectum: quia si potentia generandi adæquatè consisteret in aliquo absoluto, absolute potentia generandi esset in Filio, & Spiritu Sancto: quia potentia generandi absolute & simpliciter existit, ubi existunt omnia eius constitutiva: ergo si omnia constitutiva potentia generandi sunt aliquid absolutum; potentia generandi

di existit in qualibet persona, cum in qualibet existant omnia absoluta: ergo qualibet persona erit potens generare: nam omnis illa persona est potens generare, in qua connaturaliter existit potentia generandi quoad omnia sui constitutiva.

8 Nec satisfacies, si responderis, in Filio esse quidem intellectum, qui in Patre est potentia generandi; non tamen idcirco absolute potentiam generandi esse in Filio. Non, inquam, satisfacies; nam si intellectus in Filio non est potentia generandi, & est potentia generandi in Patre; ergo in Patre aliquid habet per quod constituatur in ratione potentia generandi; quocirca in Filio: ergo potentia generandi non constituitur ex solo predicato absoluto; quia implicat non existere rem, ubi existunt omnia constitutiva ipsius: unde si sola predicata absoluta constituerent potentiam generandi; hæc necessario existeret: ubi cumque existerent illa predicata.

9 Neque iterum satisfacies; si respondeas, potentiam generandi existere quidem in Filio, caterum non denominare ipsum generantem, quia Filius est subiectum incapax denominari generans. Non, inquam, satisfacies: quia sicut implicat calorem, qui est virtus calefaciendi, connaturaliter existere in supposito aliquo, & illud suapte natura postulare, quin suppositum illud sit capax denominari calefaciens à calore; & intellectiōnem atque volitionem essentialiter postulare existere in subiecto incapaci denominari intelligens & volens; ita videtur omnino repugnans, quod potentia generandi, quatenus potentia generandi, id est, secundum omnia constitutiva intrinseca sui, essentialiter postulet existere in subiecto, vel quasi subiecto omnino incapaci denominari ab illa. Quare ex eo quod intellectus essentialiter postulet existere in Filio, illumque denominet necessario potentem proximè intelligere; & non denominet, neque denominare possit potentem generare: rectè inferitur, intellectum se solo non esse potentiam generandi, sicut se solo est potentia intelligendi. Unde relatio, seu predicatum relativum non est conditio necessaria, ut potentia generativa aliunde constituta generet; sed est constitutum ipsius potentia generativæ, quatenus potentia generativa est: & licet possit appellari connotatum, ut intellectus sit potentia generativa, non tamen est connotatum, sed constitutum potentia generativæ, ut talis.

10 Quare hi sunt termini omnino repugnantes: *Potentia generandi* adæquate fita est in aliquo absoluto; v.g. intellectu divino: & tamen relatio est conditio essentiali-

ter requisita ut intellectus sit potentia generandi ut enim optimè argumentatur P. Valentia: *Si quid non est conditio requisita, ut intrinseca entitas, atque ratio, aliterius per se constare, & esse possit; id neque potest esse conditio requisita ad hoc, ut aliquid de alio verificetur, quod formaliter non competit illi nisi secundum id, quod habet intrinsecè suapte entitate: & rationes ac conjunctio essentialis divinæ cum Paternitate non est conditio necessaria, ut entitas intrinseca & ratio essentialis, quatenus est quid absolutum, constare per se & esse possit: ergo neque ea conjunctio ceteri potest conditio requisita ad hoc ut essentialis sit potentia generandi: posito quod essentialis sit hæc potentia practice & formaliter secundum suam rationem intrinsecam & absolutam, ut illa opinio ponit. Minus constat, quia certum est de fide, essentialiter esse in Filio & Spiritu Sancto, in quibus non est Paternitas. Minor vero declaratur in omnibus alijs, in quibus aliqua conditio dicitur necessaria ad aliquid. Quia enim hoc quod est esse per se potentiam calefaciendi, v.g. competit formaliter calori secundum suam solam entitatem intrinsecè; ideo quod non est conditio, ut entitas caloris sit; non est conditio, ut entitas caloris sit potentia calefaciendi; & ita conjunctio calidi cum passio non est conditio ut calor sit potentia calefaciendi in calido, sed ut calefactio de facto sequatur, quæ, ut patet, non intrinsecè, sed extrinsecè pertinet ad calorem.*

11 Hinc inferit P. Valentia, non satis eos circumspicere sentire, qui concedunt illud predicatum, *potentia generandi*, verificari formaliter de sola ratione absoluta essentialis divinæ ac intellectus; & tamen aiunt, conjunctionem essentialis cum relatione Paternitatis esse conditionem requisitam ut essentialis sit potentia generandi.

12 Secunda sententia affirmat, potentiam generandi includere in recto relationem, & essentialiam, seu Paternitatem & intellectum; & potentiam spirandi includere spirationem activam, & essentialiam, seu voluntatem. Pro hac sententia refert P. Vazquez Hæreticum quodlib. 3. q. 3. quia ut ex ipso refert Scotus, Henricus docet, tam essentialiam, quam relationem esse per se & directe requisitam ad rationem potentia, ita ut utraque in recto ad eam pertineat, principaliter tamè proprietatis. Pro eadem Falolus q. 41. ar. 5. n. 13. in fine citat P. Arrubal; quia hic Author disp. 143. cap. 3. n. 17. dicit, *ad generandum concurrere essentialiam cum paternitate tanquam cum ratione partiali influendi*; & citat Zanigam disput. 16. dub. 6. memb. 2. & 3. ubi

clarius id docet P. Aldrete præter Henricum citat etiam pro hac sententia Richardum in r. dist. 7. art. 1. quæst. 1. in corpore. Citari etiam potest P. Valentia quæst. 13. punct. 2. ubi ponit tres assertiones: Prima assertio: *Potentia producendi in divinis omnino constat ex essentia divina; quamquam nam ex illa sola.* Nominè autem essentia in hoc loco vult intelligi etiam potentiam intellectus, & voluntatis, quæ sunt perfectiões essentielles, & absolute in divinis; ita ut potentia generandi ex essentia & intellectu spirandi verò ex essentia & voluntate constet. Secunda assertio: *Potentia notionalis adequatè & formaliter non continetur sola essentia divina, & intellectu, & voluntate, sed præterea etiam constat ex relatione.* Tertia assertio: *Potentia generandi adequatè & completè est essentia, & intellectus, & relatio paternitatis, quatenus hæc relatio est etiam vis quædam ultima, per quam in divinis est generatio. Similiter in potentia spirandi est essentia & voluntas, & relatio spiratoris, quatenus hæc relatio est etiam vis ultima, per quam est actio spirationis.* Ex istis tribus P. Valentia assertionibus constat, ipsum tribuere relationi virtutem partialem influendi: nam *vis ultima*, per quam est generatio, est virtus ultima per quam est generatio, ac proinde iuxta hunc Authorem, prædicatum absolutum completur tanquam per vim & virtutem activam inadæquatam per relationem in ratione potentia notionalis, seu principij quo formalis.

13 Ex hæc sententia videtur esse de mente D. Thomæ q. 2. de potentia ar. 2. post medium corporis; & in fine, ubi sic ait: *In ratione potentia includitur quodammodo paternitas, etiam quantum ad id, quod est generationis principium; & propterea cum alijs dicendum est, quod potentia generandi simul essentiam & relationem significat.* Ergo iuxta D. Thomam potentia generandi includit paternitatem etiam quantum ad id, quod est generandi principium formale; seu principium quo; ergo includit paternitatem quantum ad id, quod est virtus generandi: nam principium quo generandi, & virtus generandi sunt idem: ergo includit paternitatem ut virtutem inadæquatam influendi in generationem passivam Filij.

14 Tertia sententia docet, potentiam notionalem, seu principium quo, & virtutem producendi ad intra esse aliquid relativum; v.g. virtutem generandi in Patre esse ipsam paternitatem, quæ indivisibiliter sit substantia relativa constituens personam Patris simul cum essentia, & pariter sit virtus

generandi, & actualis generatio, & relatio paternitatis, quæ in creatis est quid resultans ex generatione. Pro hac sententia citat Fasolus q. 41. ar. 5. n. 1. Bonaventuram in 1. dist. 7. ar. unie. q. 1. Durandum ibidem quæst. 2. à num. 29. & Carthusianum q. 1. qui eandem tribuit Henrico, & Athodorenſi, & Petro de Tarantasia: item eandem secutus est Divus Thomas in 1. dist. 7. q. 1. art. 2. post medium ut sententur Capreolus ibidem q. 1. art. 1. fine, & Gaieranus 1. p. q. 41. art. 5. ante 5. Circa finem, qui dicunt, Sanctum Doctorem eam postea in Partibus retractasse: eandem fuisse tenentur P. Aldrete tomo de Trinitate, quem prælo paratum reliquit, disp. 5. sect. 5. qui præter allegatos citat pro hac sententia Richardum in 1. dist. 5. art. 1. q. 1. initio corporis dicentem: *Potentia generandi in divinis dicit aliquid, & ad aliquid simul, sed formaliter ad aliquid quàm quid.* Quod idem dixit, quia relationem importat per modum virtutis activæ, essentiam verò per modum formalitatis communicandæ, quia est prima exigentia relationis paternitatis, ut per illam tanquam per virtutem agendi communicetur Filio; & relationem spiratoris, ut per illam tanquam per virtutem agendi communicetur Spiritui Sancto: & in hoc sensu essentia est principium quo communicativum, ut postea explicabimus. Citat etiam Rubionem in 1. disp. 7. q. 2. art. 2. concl. 2. Aliacensem ibi q. 7. art. 2. concl. 2. & 3. Ariminensem q. unica art. 2. Maiorem q. unica initio, quatenus dicit: *Non est aliquid principium QVO productivum Filij distinctum a principio, quod producit.*

15 Ex nostris modernis hanc sententiam sequitur Martinus disp. 29. sect. 4. pro eadem citans Cardinalem de Lugo disp. 12. de Incarn. n. 96. & Patrem Herice disp. 13. de voluntate Dei, & alios, quorum meminuit Hemelman to. 1. tit. 4. disp. 1. num. 7. eandem latè defendit Amicus disp. 23. sect. 2. & in eandem relabitur Alarcon disp. 6. cap. 2. quamvis enim videatur sequi communem sententiam asserentem potentiam notionalem importare in recto essentiam, seu prædicatum essenziale & absolutum; postea se explicans n. 15. expressè admonet, quoties dixit, aliquid prædicatum absolutum pertinere ad potentiam generandi, seu principium quo, non esse intelligendum de potentia productiva ut quo, quia hæc debet distingui realiter a termino producto. Eandem breviter, sed nervosè defendit P. Iacobus Platel in synopsi Theologici cap. 5. §. 1. n. 140. ubi hæc habet: *Principium QVO, aut formale proximum divinarum processionum, seu im-*

mediate productivum ad intra, non est natura sine secundum se, sine subratione intellectus aut voluntatis, aliunde essentialis, aut absoluta; sed sola proprietas relativa.

Hanc sententiam tueri debent; quotquot dicunt, virtutem productivam Spiritus Sancti esse ipsam relationem spiratoris, qui alterius principij productivi non meminerit: Hic autem sunt Aletis r. p. q. 70. membro 3. à du. 3. & q. 68. memb. 3. art. unico S. unico, B. Albertus r. p. q. 31. membro 3. prope finem, & q. 39. memb. 2. particula 1. ad 1. Richardus in 1. dist. 11. art. unico q. 3. & 4. Carthusianus in 1. dist. 29. q. 4. Othamus in 1. dist. 2. q. 1. 5. Circa primum, Gabriel ibidem art. 2. Sed eandem tribuit Ruizius d. 60. lect. 9. n. 9. Patribus Molinae & Valentia. Sed expressissimè eam defendit Canariensis hic quest. 36. art. 4. in 3. parte commentarij, notabili 3. ubi inquit: *Notandum rursus est, quod sicut Deitas est communis Patri & Filio, sic quoque virtus spirandi, seu spiratio, quorum virumque est relatio, vel involuit relationem; & quoniam datur unum absolutum commune Patri & Filio, hoc est Deus communis, quod nihil aliud est, quam Deitas significata in concreto hoc nomine Deus: ita etiam datur unum relativum commune Patri & Filio, quod est principium spirandi, vel spiratoris & non est aliud quam forma, quae est virtus spirandi, seu spiratio in concreto significata per haec nomina. Quod statim hoc argumento confirmat: Pater nihil aliud est quam paternitas per se subsistens in concreto significata hoc nomine, Pater, & simile de Filio asserendum est: ergo spirator nihil aliud est, quam spiratio, seu virtus spirandi per se subsistens, & in concreto significata hoc nomine spirator, seu hoc nomine principium Spiritus Sancti, quod aequivalens est illi. Quod confirmat ex S. Thoma ea quest. 36. art. 4. ad 2. ubi haec habet: Cum dicitur Pater & Filius sunt unum principium Spiritus Sancti, designatur una proprietas, quae est forma significata per nomen. Et confirmari etiam potest ex ijs, quae Sanctus Doctor dicit in fine corporis illius articuli quarti, ubi ita loquitur: Sicut Pater & Filius sunt unus Deus propter unitatem formae significatae per hoc nomen Deus: ita sunt unum principium Spiritus Sancti propter unitatem proprietatis significatae per hoc nomen, Principium.*



SECTIO SECUNDA

Eligitur sententia affirmans principium formale QUO divinarum processuum, siue virtutem proximam producendi ad intra consistere adaequate in proprietate relativa: & primum caput illam probandi ab autoritate Patrum.

HANC sententiam reliquis probabiliorem semper existimavi, & nunc verissimam censeo: Quamvis enim essentia quatenus summè intellectiva & volitiva sit principium quo, communicativum sui, quatenus essentialiter postulat, & secum necessario affert virtutem proximam productivam, per quam communicetur per viam intellectus, & virtutem proximam productivam, per quam communicetur per viam voluntatis, quae virtutes sunt velut instrumentum ipsius essentiae, non quidem quo essentiae, quatenus essentia, generet, aut spiret, sed quo aliquid principium quod identificatum cum essentia generet, & spiret: ipsa tamen essentia nequit per modum principij quo, aut virtutis generare, vel spire. Est enim de conceptu virtutis agendi, à qua suppositum denominatur proximè potens influere in terminum, seu proximè potens producere terminum, distinguendo realiter ab illo: quia non minus repugnat quod aliquid sit virtus ad seipsum producendum, quam quod sit agens seipsum producens. Unde cum essentia postulet esse in persona communicante naturam per viam generationis, & in persona accipiente naturam per generationem: & in hac duplici persona communicante naturam per modum unius principij spirantis per viam amoris, postulat necessario proprietatem relativam ad producendum Verbum, quatenus est summè intellectiva, & consequenter ad generandum Filium, nam secunda persona est Verbum quod Filius, & est Filius quod Verbum, ut vidimus dispa. 4. n. 56. pag. 63. ex Augustino. Et postulat similiter proprietatem relativam communem duabus personis ad producendum Spiritum Sanctum, qui est amor productus, & centrū in quo Pater & Filius se mutuo amantes in finitè, ultimo quiescunt: unde proprietates personalis personae ingenitae est principium quo producendi Filium, id est paternitas ipsa. Spiratio autem activa, seu relatio spiratoris, est principium quo producendi Spiritum Sanctum. Essentia autem divina nec secundum se, neque quatenus est intellectus & voluntas, est virtus proxima producendi: sed solum est principium quo remotum, non quidem quia producat realiter principium quo proximum, sed

sed quia est prima ratio cur existat illud principium proximum, Pater enim ideo habet virtutem generandi, quia habet essentiam divinam infinite perfectam, ac proinde infinite fecundam, ac proinde essentialiter postulante virtutem generativam media qua producatur Filius; non quidem ab essentia, sed à Patre. Vnde essentia est principium pure communicativum sui ad Filium & Spiritum Sanctum, non autem productivum. Pater vero est principium productivum Filij, producendo Filium communicat ipsi naturam; nam in Filio filiatio est formalitas producta, & per productionem communicata ipsi à Patre; essentia vero est formalitas pure communicata, & non producta: & quia quatenus existit in Patre exigit communicari Filio, & secum necessario affert virtutem ad producendam filiationem, hinc cuius reali productione nequit ipsi communicari; ideo dicitur principium pure communicativum, non vero productivum, nec ut quod, nec ut quod.

18. Hanc autem sententiam probat primò autoritate Athanasij, qui Dialogo 1. de Trinit. inquit: *Pater hypostasi gignit, mandato creat.* Pater autem gignit potentia & virtute generandi: ergo hypostasis est virtus & potentia generandi. Secundo autoritate Ambrosij 4. de Fide ad Gratianum cap. 4. dicentis: *Generatio paternæ proprietatis est, non potentia:* ergo secundum Ambrosium virtus generandi Filium, non est aliquid prædicatum commune tribus personis, sed proprietas propria Patris. Similia verba citari solent ex Augustino de fide ad Petrum cap. 3. ubi inquit: *Generatio est opus paternæ proprietatis.* Tertio probatur autoritate Damasceni, qui lib. de duabus Christi voluntatibus inter principium & medium, inquit: *Omnia, quæ habet Pater, & sui Filij, sola gignendi sunt excepta.* Ergo vis gignendi est aliquid relativum: siquidem Pater omnes absolutas suas perfectiones communicat Filio, & non communicat illi vim gignendi; ergo vis gignendi est aliquid relativum. Quare ex Concilio Florentino in litteris univrsalis sententia: *Omnia quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito suo gignendo dedit; præter esse Patrem.* At Pater non dedit Filio virtutem generandi: ergo virtus gignendi includitur formaliter in paternitate, seu in hoc quod est esse Patrem, ergo est aliquid relativum.

19. Quinto ex Augustino libro 3. de Trinit. cap. 14. dicente: *Pater & Filius relative ad Spiritum Sanctum unum principium.* Ergo relatione constituitur Pater in ratione principij Spiritus Sancti, & similiter Filius. At non relatione paternitatis, & filij-

tionis: quia sic non forent unum principium, sed duplex saltem parziale: ergo Pater & Filius constituuntur relatione spiratoris in ratione unius principij. Ergo relatio spiratoris est principium quo Pater & Filius producant Spiritum Sanctum. Ergo pariter relatio paternitatis est principium quo Pater producit Filium. Ergo potentia & virtus agendi ad intra consistit adæquatè in relativo. Secundo ex Epiphania hæresi 73. propò medium, ubi sic habet: *Vox, Pater, plus est quàm nomen ingentis: in ingento enim non apparet potentia Patris, quæ scilicet apparet in Patre per id, quod Pater addit supra ingentium: cum igitur nihil aliud addat præter paternitatem dicendum necessario est, ex mente Epiphaniae potentiam proximam & vim generativam per modum virtutis agendi in Patre. non distingui à proprietate personali relativa, seu à relatione paternitatis; nam ut nuper vidimus ex Damasceno, Pater communicat Filio omnia quæ habet præter vim gignendi: at certum est, Patrem communicare Filio omnia, quæ habet præter paternitatem; ergo vis gignendi idem est cum paternitate.*

20. Quod non ideo dixerim, quia existimem potentiam generandi complerè sumptam non includere essentiam: includit enim; non quidem tanquam virtutem proximam producendi Filium, cui tanquam terminus formalis productus correspondeat filiatio; sed tanquam formalitatem exigentem communicari Filio, & consequenter tanquam principium quo communicativum sui. Pater enim dum est proximè potens generare, est proximè potens communicare Filio eandem naturam, quam ipse habet; vnde duo includit; nempe prædicatum relativum, quod est proxima virtus ad producendū Filium, producendo filiatione: & communicandā essentiam cum omnibus perfectionibus absolutis, quæ cum ob suā infinitatē postulerent per identitatem in personis distinctis, postulat transire ad Filium, & sic est principium communicativum, & non productivum. Pater vero est principium quod productivum Filij, & communicativum essentialiter; paternitas vero est principium quo productivum, & consequenter etiam communicativum: omne enim principium quo productivum est etiam communicativum; non tamen omne principium ut quo communicativum, est etiam productivum ut quo; sed est vel productivum, vel saltem postulans essentialiter principium productivum ut quo, & ut quod: nequit enim principium aliquid esse ut quo communicativum, nisi adsit principium productivum ut quo; & ut quod: quia non aliter potest communicari perfectio ab-

solera in divinis, quæ ut talis est incapax generare, & generari, spirare & spirari, nisi producendo realiter terminum, cum quo identificetur illa formalitas; ac proinde omne principium productivum in divinis est etiam communicativum perfectionis absolutæ, quæ nec producit, neque producitur: sed essentialiter identificat secum virtutē producendi & principium quod producendi; & insuper terminum productum: datur autem principium ut quo purè communicativum, quod non sit productivum, nempe essentia, quatenus est quid absolutum; quæ ut talis postulat communicari, ac proinde est prima ratio fundans possibilitatem productionum ad intra.

21 Et hoc sensu videtur locus Athanasius Dialogo .1. de Trinitate contra Arianos paulo post medium, dum explicans illud Psalmi 109. *Ex Vetro ante Luciferum genui te:* dixit: *Vteri nomine genitricem vim ipsius hyposthaseos intelligi; constat enim, Athanasium nomine hyposthaseos non intellexisse essentiam, sed personalitatem aut personam, ut testatur Nazianzenus in oratione de laudibus Athanasij: per vim autem genitricem propriam hyposthaseos, intelligit vim producendi Filium, & ipsi communicandi essentiam; quæ vis utrumque claudit, scilicet relationem tanquam virtutē producendi proximam, & essentiam tanquam formalitarem communicandam, quæ ratione sui est prima radix communicationum ad intra, non quidem tanquam principium verè influens, ut quod vel ut quo, sed tanquam prima ratio exigens principium influens, per quod communicetur ipsa, & fiat communis personis realiter inter se distinctis.*

22 Et in hoc sensu loquuntur Patres, dum contra Arianos dicunt, Patrem ex sua substantia gignere Filium; & Patrem & Filium ex sua substantia producere Spiritum Sanctum: non enim significare voluerunt, substantiam Patris, quatenus est quid absolutum, producere Filium, & substantiam Patris & Filij producere Spiritum Sanctum; sed ipsam significare voluerunt, Patrem non aliunde, vel ex aliena substantia genuisse Filium, sed illum genuisse, communicando ipsi propriam substantiam, eandemque numero divinitatem, & naturam, quam in se habet; & similiter Patrem & Filium respectu Spiritus Sancti; & insuper significare voluerunt, Filium verè procedere à Patre, & esse personam distinctam ab illo; & Spiritum Sanctum verè procedere à Patre & Filio. Id patet ex Sess. 18. & 19. Concilij Florétini, in quibus Ioannes Theologus personam Ecclesiæ Latine agens disputavit cum Marco Præsule Colocensi, patres

Ecclesiæ Græcæ agente; qui ad probandum Spiritum Sanctum procedere à solo Patre, & non à Filio, ut dicebant Græci, in medium produxit ea Sess. 18. §. *Melius obsecro*, auctoritatem Magni Basilij, qui in libro contra Eunomium de Spiritu Sancti processione loquens, inquit: *Generat Deus, non ut homo generat autem verè; & natum ex se Spiritum emittit per os, non quale est hominū, quando quidem Dei os non est corporeum; ex ipso autem Spiritus, non aliunde.* Ex quibus Basilij verbis arguebat Marcus: si secundum Magnum Basilium, Spiritus Sanctus ex Patre est; & non aliunde; sequitur Sanctum Spiritum ex sola Patris persona esse.

23 Hanc verò Marci interpretationem postquam Ioannes Theologus de falsitate convicit, producens in medium testimonium eiusdem Basilij lib. 3. contra Eunomium, in quo scriptum reliquit, *Sanctum Spiritum ex Filio esse;* postea veram Basilij interpretationem adducens, & genuinum sensum aperiens, inquit: *Magnus Basilium, reverende Pater, in Eunomium profitemem, Sanctum Spiritum creaturam esse, ideo dixit, ex ipso; & non aliunde; ut declararet, ipsum Spiritum ex Patris esse substantia; & natura, non autem aliunde; hoc est, non alterius esse substantia; vel natura.* Quem sensum satis expressit ipse Basilium ab eodem Ioanne Theologo citans ea Sess. 18. §. *Dixi equidem;* ubi dixit: *Operatur Deus non humanis manibus, operatur autem, non ex se, creaturas producens, sed agendo eas facit subsistere.* Quemadmodum etiam homo suis manibus operando, opus ex se non producit. Postea autem idem Ioannes Sess. 19. §. *Ut exemplum,* explicat, quo pacto, dum dicimus, Spiritum Sanctum esse ex Patris substantia, & ex substantia Filij, non significetur, ipsam substantiam esse verè causam, id est principium verè influens. (nam apud Patres Græcos familiare est, nomen causæ tribuere in Deo personæ producenti respectu personæ productæ.) sed hoc duntaxat competere proprietati personalij, vel personæ; sicut enim ait: *Quoniam divina substantia nomen abstractum existit; ideo generatio ei non potest adscribi; nam cum una numero sit, siquid generare possit, procludit, ut in divinis esset disunctio quando quidem non se ipsum, verum quidquam aliud generaret, propterea communi Doctorum sententia; divina substantia nequaquam generat.* Unde sequitur, *Deum esse id, quod seipsum prætulit, ut cum Spiritum ex Patris substantia esse audimus, necesse sit, ex supposito intelligamus, similiter etiam cum ex Filio;* Sed quæ autem sequenti oratione

demus, non minus repugnare, quod aliquid sit virtus ad producendum seipsum, quam principium producens seipsum.

§. I.

Sanctus Thomas hanc sententiam tenuit in aliquibus locis.

24 **S**ANCTVM Thomam hanc sententiam secutum fuisse in 1. sententiarum dist. 7. q. 1. ar. 2. in corpore, testantur præcipui eius Interpretes, Capreolus, & Galetanus, ut vidimus supra n. qui addunt, eam postea retractasse 1. part. q. 41. ar. 5. Et quod res ita se habeat, constabit in medium, afferendo verba Sancti Doctoris: sic enim ait: *Essentia secundum quod est ipsa paternitas, est principium huius actus, quod est generare, non sicut agens, sed sicut quo agitur. Unde principium generationis est essentialiter sub ratione relationis: unde est quasi medium inter essentialiter & notionaliter: ex parte enim illa, qua potentia, qua est media inter essentialiter & operationem, radicatur in essentialiter, est absolutum; ex parte autem illa, qua coniungitur operationi, est relativum. Ergo secundum D. Thomam generatio passiva Filij oritur tanquam à principio quod & virtute agendi proxima, à relatione propria Patris: potentia enim generandi, quatenus coniungitur operationi, est quid relativum: nec essentialiter dicitur secundum Sanctum Doctorem influere per modum virtutis in operationem, nisi quatenus imbibitur in relatione, nam iuxta S. Thomam relatio secundum esse in, & quatenus radicatur in essentialiter, illam includit, nec videtur posse ab illa perfecte præcindi.*

25 Quod confirmatur ex responsione ad 3. ubi hæc habet: *Relatio non distinguitur secundum id quod est, sed secundum hoc tantum comparatur ad essentialiter, cum qua est idem res, sed secundum quod ad alterum est, & sic respicit personam, & distinguit; & ideo in Patre est principium operationis secundum proprietatem Patris, & in Filio secundum proprietatem Filij. Ergo iuxta S. Thomam relatio est principium quo, & potentia agendi, secundum quod ad alterum est, & distinguitur realiter à termino productio: & essentialiter solum dicitur principium quo, quatenus in illa radicatur proprietates relativa, quæ est virtus proxima, non quidem denominans essentialiter agentem & producentem, sed denominans personam Patris; essentialiter enim non dicitur principium remotum, quod accedente virtute reddatur proximè po-*

rens; sed dicitur principium remotum, seu radix, quia est prima ratio cur existat proprietates relativa, quæ est virtus generandi, & simul constituit personam, quæ generat. Idque patet ex ijs, quæ subiungit S. Doctor, inquitens: *Et hoc voluerunt quidam dicere, dicentes potentiam generandi absolutam, si consideretur potentia remota, vel indisposita, quavis improprie locuti sint, quia proprietates non disponit essentialiter, sed suppositum. Quapropter ideo iuxta S. Thomam essentialiter non dicitur potentia remota, seu indisposita, quia relatio non disponit essentialiter, sed suppositum; id est, quia non denominat potentiam generantem essentialiter, sed tantum denominat suppositum Patris potens generare.*

26 Idque ipsum S. Doctor videtur satis perspicue docuisse opusculo 71. in quo concordat seipsum in passibus apparenter contrariis: nam rem hanc explicans dicit: *Ad horum igitur evidentiam, post aliqua sic concludit: Unde essentialiter est quasi principium primum, paternitas. Verò proximum, sicut humanitas. Apud nos enim humanitas & potentia generativa semper communicatur, sed potentia generativa non est semper: & ideo potentia ex æquo significat essentialiter & relationem, imò principaliter essentialiter, quia essentialiter communicatur, & hoc pertinet ad naturam principij generationis. Sentit ergo S. Thomas paternitatem esse principium proximum quo generationis, per modum virtutis producendi essentialiter, vult esse principium quo primum, quia est prima ratio exigens communicari termino producto mediante illa virtute proxima, non quæ ipsa essentialiter denominatur potens generare, sed quæ denominatur personam: generatio enim tendit ad communicandam essentialiter principij generantis, vel illam extendendo & multiplicando, ut contingit in creatis, ubi essentialiter Filij realiter distinguitur ab essentialiter Patris, vel extendendo & multiplicando personas; ut contingit in Deo, in quo per generationem communicatur eadem numero essentialiter & natura, & sic solum producit personam accipiens naturam, & propterea natura in Deo nequit esse principium quo proximum productivum, sed principium pure communicativum sui per virtutem productivam solius personæ, & non essentialiter, & quæ personam denominat producentem, & non essentialiter personam.*

27 Idque ipsum videtur docuisse 1. p. q. 36. ar. 4. in corpore, & ad 2. ubi expresse docet, ideo Patrem & Filium esse unum principium Spiritus Sancti, quia nomine principij significatur proprietates relativa communis Patri & Filio, nempe spiratio activa.

Ergo secundum D. Thomam spiratio activa est principium quo Pater & Filius producunt Spiritum Sanctum. Ergo paternitas est principium quo Pater producit Filium; ita enim comparatur spiratio activa ad personas spirantes, sicut generatio activa ad personam generantem: ergo si spiratio activa est simul virtus spirandi, & Pater & Filius per spirationem activam non solum denominantur actu spirantes, sed potentes proxime spirare; & Pater & Filius non solum sunt vna actio spirandi, sed vnum principium spirandi; ita Pater, quatenus Pater, & secundum proprietatem personalem, non solum est actualis generatio activa, sed virtus generandi. Quod id ibi docet S. Thomas, constat: nam in corpore articuli ait: *Sicut Pater & Filius sunt vnus Deus; propter unitatem formae significatae per hoc nomen DEVS: ita sunt vnum principium Spiritus Sancti propter unitatem proprietatis significatae per hoc nomen PRINCIPIVM.* Et ad secundum: *Cum dicitur Pater & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti, significatur vna proprietatis, quae est forma significata per nomen. Idem docet opusc. 72. s. Ad horum igitur evidentiam, ubi sic habet: Quod Pater & Filius dicantur vnum principium, non est ex eo quod conveniant in aliquo, quod personas eorum constituat, sed quia conveniant in vna relatione respectu Spiritus Sancti. Sentit ergo, relationem communem Patri & Filio esse principium quo Spiritus Sancti. Si autem semel hoc dicitur, non est ratio, cur relatio propria solius Patris non sit principium, quo Pater generat,*

SECTIO TERTIA

Secundum caput probandi potentiam generandi non consistere in essentia, sed vnicè in relatione, quia alioqui essentia verè & propriè generaret.

28 SUPPONIMVS, Vt omnino certum, essentiam divinam nec generare, nec generari. Nam Innocentius III. in Concilio Lateranensi, vt habetur cap. *Damnamus* de Summa Trinitate, contra errorem Abbatis Iochani decernit, esse veram sententiam, quam de praesenti articulo Magister scripsit lib. 1. Sentent. dist. 5. & inter alia dicit: *Qualibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura divina, quae sola est vniuersorum principium, praeter quod aliud inueniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, neque producens; sed est Pater, qui generat, & Filius, qui gignitur, & Spiritus*

Sanctus, qui procedit: Vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura. Et prope finem praecipit, tanquam haereticum evitari, qui praesumpserit defendere vel approbare doctrinam contrariam Abbatis Iochani.

29 P. Ruiz disp. 80. sect. 3. nu. 4. testatur, ex antiquis Patribus reperiri neminem, qui praesens dogma tradiderit aperte; additque Theologos Scholasticos cepisse illud asserere circa annum Domini 1140. quando floruerunt Richardus Victorinus, & Magister Sententiarum, qui exactè hoc explicuit eumque omnes Scholastici sequuntur nemine contradicente.

Hanc doctrinam egregiè explicuit Iohannes Theologus in Concilio Florentino Sess. 18. s. *Disci equidem;* & Sess. 19. s. *Iacob in hoc mundo,* ubi haec habet: *Superius diximus, divinam substantiam non generare, neque spirare: quando quidem eiusmodi generatio atque spiratio ad personas solummodo. Vnde sequitur, Vt Patris persona, non autem substantia, generationis spirationisque causa sit. Porro autem quoniam ipsa Patris persona in generando Filio substantiam ei communicat, idcirco iuxta Doctores Filius ex Patris, & Spiritus autem ex Patris, Filijque substantia dicitur esse.*

30 Rationem huius dogmatis Magister, & S. Thomas ac caeteri Scholastici deducunt ex illo principio lumine naturae notò, quo Patres Ecclesiae videntur contra Sabellianos aliosque haereticos apud Ruiz disput. 192. sect. 4. ad probandam realem distinctionem inter divinas personas; videlicet nihil posse producere seipsum, sed quidquid producit, ab alio ente realiter distincto, debere produci. Vnde per evidentem consequentiam deducitur, esse simpliciter falsas sequentes propositiones: *Essentia generat, essentia spirat; essentia generat aut producit Filium, essentia spirat aut producit Spiritum Sanctum: essentia generatur, spiratur, aut producitur, vt enim inquit Augustinus 1. de Trinit. apud Durandum in 1. dist. 7. q. 2. num. 19. Nihil est impossibile, quam quod aliquid producat seipsum.* Et vt ait Aristot. 1. Physicorū apud eundem ibidem num. 26. *Principium & principiatum sunt multa, & non vnum.* Hinc S. Thomas 1. p. q. 4. art. 4. ad 3. ait: *Potentia significat principium: principium autem distinctionem importat ab eo, cuius est principium.* Et 2. contra gent. cap. 10. ex eo quod nihil possit esse sui ipsius principium, deducit itaquam quid manifestum, potentiam non dici in Deo sicut principium actionis, à qua potentia non distinguitur, sed sicut

licet principium facti, seu terminus producti
 per eiusmodi actionem: & insuper ait: *Ratio-
 nam importare respectum ad alterum in
 ratione principij, est eam potentia activa
 principium agendi in aliud, ut docet Philo-
 sophus in Metaphisicis: & quamvis ad opera
 non deus potentia agendi in aliud, vel aliud
 sed potentia agendi aliam, quia Filius non
 est aliud a Patre, cum Filius & Pater sint
 unum, iuxta illud: *Ego & Pater unum sumus*:
 datur tamen potentia agendi & produ-
 cendi aliam, nam Pater est alius a Filio, quem
 producit. Hoc supposito, iam probo se-
 quelam sic triplo sectionis prefixam, & pro-
 missam, quia principium quo producendi seu
 virtus atque potentia producendi, vere pro-
 ducit, & vere insuit in terminum, & termi-
 num vere continet: sicut enim in Deo, idem
 Filius producit, quia filiatio est terminus
 formalis productionis, a qua producta dicitur
 Filius productus, (cum enim Filius solus
 consistat ex essentia & filiatione: & essen-
 tia non sit formalitas producta, sed pure com-
 municata; & sola filiatio sit formalitas produ-
 cta, sequitur Filium dici vere productum, quia
 filiatio vere producitur). Similiter Pater di-
 citur vere producat, quia habet virtutem
 producendi vere producentem: nam terminus
 formalis quo vere productio debet correspon-
 dere principium formale quo vere producens
 principium enim & principiatum sunt correl-
 lativa, vnde sicut principiatum ut quod dicitur
 principiatum ratione formalitatis, quæ per
 modum termini formalis principiat ut quod
 similiter principium ut quod dicitur princi-
 piare ratione principij formalis vere princi-
 piantis, ut quo. Ergo si essentia divina esset
 potentia generandi, vere influeret in Filium
 & vere esset producat. Vnde cum aliunde sit
 virtus agendi per se subsistens, esset virtus agen-
 di, & generandi, quæ vere ageret, & vere
 gigneret: virtus enim generandi, quæ non est
 accidens, seu entis ens, sed est substantia per
 se subsistens, nequit agere pure, ut quo, quin
 agat ut quod: sic quia natura divina est per se
 subsistens, & est virtus intelligendi & aman-
 di, natura divina vere intelligit & amat, ut
 quod: & quia omnipotentia est virtus agendi
 ad extra, & est per se subsistens, omnipotentia
 vere producat ut quod, & propterea in creatis
 intellectus sit distinctus ab anima, non vere
 intelligit, sed est virtus intelligendi respectu
 anima, quia intellectus ille est accidens, & est
 purum instrumentum substantiæ ad producen-
 dum intellectiorem, quæ substantia animæ
 intelligat, & intellectus ille non est sui, sed
 alterius dignioris se, cui eius operatio prin-*

cipaliter tribui debet. Ad essentia divina est
 per se subsistens, & nequit esse instrumentum
 vel quasi instrumentum alicuius dignioris se,
 vnde si est virtus generandi, erit virtus generans
 nomine sui, cum nequeat esse instrumen-
 tum alicuius dignioris se.

Neque satisfacies, si dixeris, es-
 sentiam divinam solam esse virtutem genera-
 di prout est in Patre: quia tunc solam dedu-
 citur, essentiam divinam non generare nisi
 prout est in Patre: vnde lib. Patris vere gene-
 ratur, & prout in Patre. Hæc autem non potest
 admitti quia hoc ipso verificaretur essen-
 tiam divinam vere generare, ut enim hoc ab-
 solute verificetur, satis est, quod generetur pro-
 ut est in una persona: sic essentia divina est
 vere communicabilis ad intra per intellectum
 licet hoc duntaxat habeat prout est in Patre.
 Neque enim ut aliquod prædicatum vere di-
 catur de essentia, opus est, ut ei conveniat in
 omni persona: nam de essentia divina proprie
 verificatur quod sit communicabilis ad intra,
 & tamen hoc non competit ei prout est in
 Spiritu Sancto. Ratio est, quia quamvis loqua-
 mur de essentia prout in Patre, significamus
 essentiam in se, vnde si essentia prout in
 Patre est virtus generandi, essentia prout in
 Patre generatur, quia est virtus generandi per
 se subsistens, & non est virtus pure abstracta,
 sed concreta, ut enim ostendit 10. 3. disp. 24.
 sect. 1. n. 19. in Deo datur subsistentia abso-
 luta, & non solam datur una numero. Deitas
 communis tribus personis, sed hic numero
 Deus: & Deus quatenus Deus creat ad extra
 nec Trinitas personarum est per se requisita
 ad agendum ad extra: & sicut tres divinæ per-
 sonæ sunt una numero essentia, ita sunt unus
 numero Deus, neque hoc nomen Deus abso-
 lute prolatum sine addito restringente & de-
 terminante supponit pro persona, sed pro sub-
 stantia communi per se subsistente. Quamvis
 autem hic numero Deus sit substantia comple-
 ta per se subsistens, non tamen quatenus talis
 est suppositum, & persona: quia de concepta
 persona est, quod sit substantia individua, quæ
 de uno solo prædicatur: quod non convenit
 huic numero Deo, qui est substantia comple-
 ta per se subsistens prædicabilis de pluribus
 reatier distinctis. Est namque persona, ratio-
 nalis nature incommunicabilis subsistentia;
 id est, incommunicabile subsistens. Hæc au-
 tём incommunicabilitas propria personæ est
 incommunicabilitas per prædicationem, quia
 suppositum est quasi sub omnibus positum, &
 solam verificatur de individuis vltimo con-
 trahentibus rationem communem; ut latè ex-
 ponit 10. 3. pag. 281. num. 17. & pag. 288.
 à num. 40. & pag. 281. à num. 20.

SECTIO QVARTA.

Tertium caput idem probandis quia principium QVO est verè & propriè principium, ac proinde debet realiter distinguè à termino.

ANTE Probationem suppono, Concilia & Patres Ecclesiæ apud P. Helmetium tom. 4. tit. 3. disp. 1. cap. 10. & apud P. Didacum Ruiz disp. 91 de Trin. sect. 4. contra Sabellium, alioque hereticos probare distinctionem realem inter Patrem & Filium inter se, & inter utrumque & Spiritum Sanctum, ex eo quod Pater verè & propriè à parte rei sit principium Filij & Pater & Filius verè & propriè sint à parte rei principium Spiritus Sancti: ut enim inquit Cyrillus lib. 1. in Ioan. cap. 2. *Nulla ratio patitur, ut quod ab alio efluxerit, ab eo, à quo efluxerit, non distinguatur.* Ex iterum Genium à Patre. *Scriptura predicat, & Veritas ita se habet, quod necessario à generante genium re ipsa distinguitur.* Et Clemens Alexandrinus lib. 8. Stromat. pag. vlt. *Non est aliquid ipsum sui ipsius causa, nec aliquis Pater suus.* Atque Hilarius lib. de Synodis post canonem 8. Orientalium, *Cum nõ possit, nisi alius atque alius esse generans, & generatus.* Et denique, ut alios omittam, Augustinus lib. 1. de Trin. cap. 1. *Qui putans inquit, eius potentia esse Deum, ut se ipsum ipse genuerit, eo plus errans, quod non solum Deus ita non est, sed hæc spiritualis, nec corporalis creatura. Nulla enim res seipsam gignit ut sit.* Quam Augustini sententiam à Magistro receptam v. sent. dist. 4. cap. 1. sequuntur omnes Scholastici. Ex hinc ego tom. 1. disp. 2. sect. 3. cum sequentibus & antecedentibus latè ostendi, repugnare in Deo principium virtuale intrinsecum: quia cum principium virtuale intrinsecum in ratione producentis non constitutor per actum intellectus nostri, sicut vna perfectio absoluta in ratione distincta formaliter ab alia constituitur per actum nostræ rationis representantis vnam, & non representantis alias: omne principium, quod non fuerit mere confictum, & purè imaginarium, debet verè à parte rei, & ante omnem operationem nostri intellectus continere terminum, illumque producere: implicat autè ut aliquod predicatum divinum verè & propriè à parte rei contineat aliud, illudque producat, si sint inter se realiter identificata: quia si hoc posset salvari sine reali distinctione, male Patres probassent distinctionem realem inter Patrem & Filium ex eo quod Pater verè producat Fi-

lium, & id est à parte rei, & independentè à nostris conceptibus, illi tribuat effectum, & quod est. Hoc suppositio sic arguuntur. Implicat ut essentia divina sit principium quod Filij, licet est principium quod creaturæ, & effectum vniuersus Deus, & quatenus vnus Deus, creat omnia, non tamen quatenus vnus Deus generat Filium, sed solum generat Deum quatenus Pater, ut dicitur probat. P. Riba. disp. 80. de Trin. sect. 3. cum. 1. In hac propositione, *Deus generat Deum*, quæ vera est, & propria, ut probat idem Ruiz disp. 91. sect. 1. & 2. nomen *Deus* supponitur pro potentia, nõ pro natura, sive pro hoc numero. Dea communi tribus personis, perindeque est dicere, *Deus generat Deum*, ac dicere, *vna persona divina, quæ est Deus, generat aliam, quæ est idem Deus.* Ergo etiam implicat, ut essentia sit principium quod Filij. Probo consequentiam: quia principium quod Filij, seu virtus producendi, à qua Pater denominatur potens producere, est verè & propriè principium, verè & propriè continet terminum, verè & propriè in illum influit, verè & propriè gignit Filium ut sit, & quia principium quod Filij, est verè & propriè principium Filij, illudque continet, & generat, & à parte rei, dicitur illi esse repugnat, ut essentia sit principium quod Filij, ergo etiam repugnabit, quæ sit principium quod. Vtrobique enim militat eadem ratio: nam vter communi Patrum & Theologorum inquit P. Ruiz disp. 80. sect. 3. num. 6. est principium evidens, & lumine nature notum, nihil posse producere seipsum, sed quid quid producitur, ab alio ente realiter distincto, debere produci; & hoc principio inire Patres Ecclesiæ probantur contra Sabellianos, Patrem distingui realiter à Filio, quia Filium à parte rei verè producit, & nullum ens potest seipsum verè producere, id est, rem secù identificatam. Quæ probatio irrita & inefficax foret, si semel aliquid posset esse principium quod sui, seu virtus producendi, aliquam formalitatem, secum realiter identificatam, & verè influeret in illam, eamque contereret, quia ex terminis non minùs videtur repugnare quod aliquid sit potentia generandi seipsum, seu virtus ad productionem sui ipsius, quam quod generet & producat seipsum.

35. Quod autem principium quod sit verè & propriè principium, & verè & propriè influat in terminum, & de illi esse, ipsi quoque contineat, probatur: nam suppositum seu principium quod denominatur potens generare à potentia generandi, & potens producere à virtute producendi; potentia autem generandi & virtus producendi seipsis hoc habent, & se totis sunt potentia generandi, &

virtus producendi: ergo per prius & verius est principium illud, quo produciens producit, & quo denominatur potens producere; quâ supposito produciens & potens producere; quia propter quod unumquodque tale & illud magis. Atqui produciens dicitur principium producti ratione formæ seu virtutis; per quam ipsum producit, & non e contra: ergo forma illa seu virtus per prius & verius influit in terminum; quam ipsum suppositum, quod ab illa virtute denominatur potens agere: ut rectè argumentatur Durandus. Sanè qualitas abstracta à supposito agit, ut cernitur in speciebus Eucharisticis: suppositum verò abstractum à qualitate & virtute agendi, non ageret: nam color, odor, & sapor panis conservati extra omnè suppositum, immutant sensus sibi proportionatos: substantia verò panis, si conservaretur denudata ab his qualitatibus, quæ sunt ipsi virtus agendi, & immutandi sensus, non ageret, neque immutaret sensus. Aqua calida causat calorem, & in illum influit; & quia tota virtus calefaciendi est calor, per prius & verius influit calor quam aqua; imò hæc purè denominati vè calefacit, neque aliter calefactio oritur ab aqua, nisi quatenus oritur à calore recepto in aqua. Et quia ignis medio calore tanquam virtute calefaciendi, calefacit passum sibi applicatum, calor ignis verè influit in calorem, qui in passum introducit, & verè calefacit, licet calefaciat per modum virtutis; & tanquam principium quo: unde esse principium per modum virtutis, & tanquam principium quo, non est additum diminuens rationem principij, sed retinens rationem principij verè & propriè. Ergo si Pater media sua essentia tanquam virtute generandi, generat Filium, essentia ipsa verè influit in Filium, & potiori titulo quam Pater; nam influit se tota: Pater autem iuxta oppositam sententiam non influit se toto, quia non influit media paternitate ut virtute, adhuc partiali agendi, sed media essentia tanquam tota ratione agendi & producendi Filium; unde quamvis Pater in illa sententiâ non agat ut quod purè denominativè; siquidem non agit mediante virtute agendi sibi supperaddita, & à se adæquatè distincta, sicut à qua calefacit purè denominativè à calore immediatè calefaciente; & sicut aer illuminat media luce sibi extrinsecus adveniente: sed in illa sententiâ agat ab intrinseco per suam essentiam tanquam per virtutem, adæquatè agendi: tamen non minùs propriè agit essentia, quam Pater, quia implicat Patrem agere ratione essentiæ ut virtutis, & essentiam non agere. Sicut implicat tres personæ media sua essentia ut om-

nipotentè, seu media omnipotentia sibi essentiali agere ad extra, quin essentia ipsa seu omnipotentia, & Deus; quatenus Deus, agat ad extra.

Vnde sic argumentor: Pater non minùs propriè generat Filium, ipsumque non minùs propriè producit, quam Pater, Filius, & Spiritus Sanctus producant mundum: sed quia Pater & Filius & Spiritus Sanctus producunt mundum media essentia atque omnipotentia tanquam virtute agendi; essentia & omnipotentia verè producit mundum, & Deus quatenus Deus creat. Ergo si Pater generat atque producit Filium media essentia atque intellectu, ut virtute agendi; essentia atque intellectus verè generabunt atque producent Filium; & Deus, quatenus Deus generabit Filium, & non solum quatenus Pater.

36 Dices, essentiam non esse capacem, ut denominetur generans, & verè produciens Filium, quia est indistincta realiter à Filio: esse autem capacem, ut denominetur creans mundum, quia distinguitur ab ipso. Sed contra primò, quia si essentia non obstante identitate reali cum Filio, est capax ut sit tota virtus, qua Pater denominatur potens generare, & producere Filium; non obstante illa identitate, erit capax ut denominetur produciens: ac proinde non rectè Patres ex conceptu producentis & producti probant distinctionem realem inter Patrem & Filium. Contra secundò, quia essentia & omnipotentia Dei non ideo est capax denominari producentis & creans mundum, quia distinguitur ab illo: sed potius ideo distinguitur à mundo, quia producit mundum, & ideo distinguitur non solum personaliter, sed etiam essentialiter ab Angelo, quia non solum producit personam Angeli, sed eius essentiam atque naturam. Pater autem ideo distinguitur personaliter à Filio, & non distinguitur essentialiter, quis licet producat personalitatem Filij, seu filiationem, & sic ratione filiationis productæ dicatur producere Filium; non producit tamen essentiam Filij. Hinc autem deducitur, virtutem producendi Filium non esse essentiam, sed personalitatem Patris; quia sola personalitas Patris est capax subeundi denominationem producentis, personalitatem Filij tanquam principium formale quo; sicut sola personalitas Filij est capax subeundi denominationem termini formalis producti ut quod.

37 Dices ex Fasolo quæstione 41 articulo 5. numero 10. principium quo agens agit, ex terminis suis non agere, sed esse rationem formalem, quo aliud; nempe agens agit: nam ad producendum non solum est

necessaria virtus productiva, seu forma, quam generans intendit communicare generando; & dicitur principium formale quod: Sed etiam praequiritur; ut talis virtus sit existens & in supposito, & distincta: quae licet non sint ipsae rationes formales producendi, sunt tamen conditiones; ut ipsa potentia, seu vis productiva prodire possit in actum secundum. Ut salvetur igitur distinctio, quae requiritur inter produens & productum; satis est; ut hoc totale principium, quod producit; distinguatur à termino producendo; & non est necessarium, ut principium formale, quo producit; sit distinctum ab illo termino. Hæc sunt verba Fasoli.

38. Sed contra; quia implicat, agens mediante aliquo prædicato tanquam virtute verè agendi; verè agere, quin terminus productus verè egrediarur & fluat ab illa virtute; nam omnis terminus verè productus oriri debet à virtute productiva ipsius. Et quamvis quando virtus agendi est accidens substantiæ, destinatum ut illi deserviat tanquam instrumentum medio quo agat; actio tribuatur præcipue substantiæ; tamen verè egreditur ab instrumento, & non minus postulat distinguui ab instrumento, quam ab agente principali, cui tribuitur actio instrumenti. Quare principium quo agens agit; ex terminis suis verè insolit; & causat, vel principiat terminum; licet ex terminis suis præleindat ab eo quod agat nomine proprio, vel nomine alterius dignioris se; & tanquam instrumentum illius. Quando autem principium quo ageus agit; est per se subsistens; & non minus principale, quam ipsum agens; qualis est essentia divina respectu Patris; tunc principium quo necessarium est simul principium quod; ut essentia divina sub ratione omnipotentis est principium quo Trinitatis personarum ad extra agit; & simul agit ut quod. Deus enim quatenus unus, creat. Unde si natura divina seu Deitas esset principium quo Pater generat, Deitas, quatenus Deus generat; Deitas enim & Deus, quatenus est quid absolutum, non differunt nisi ex modo significandi, sicut ens & entitas; nec ulla formalitas obiectiva significatur per hoc nomen Deus, quæ non significetur per hoc nomen Deitas.

39. Præterea impugnat Fasoli solutio: quia in divinis omnis distinctio fundatur in productione; nam iuxta commune axioma Theologorum desumptum ex Anselmo, & ex Concilio Florentino Sess. 18. post medium; *In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio.* Unde Ioan-

nes Theologus sibi ait; *Divinam substantiam etiam ex sententia Græcorum Patrum solam relationem producentis. & producti distinguere in divinis.* Vbi autem distinctio fundatur in productione, illud debet esse ratio formalis producendi, quod est ratio formalis distinguendi; at ratio formalis distinguendi Patrem à Filio est paternitas, & non essentia; ergo sola paternitas, & non essentia, est ratio formalis producendi, seu principium formale, quo Pater producit Filium; repugnantique videtur, ut conditio necessaria ad producendum, debeat esse distincta realiter à termino producto, & non debeat esse distincta ipsa ratio formalis producendi seu virtus productiva, ratione cuius Pater continet realiter Filium, & est potens illum producere.

Præterea Fasolum impugno, assumendo eius verba: Per te ad producendum, requiritur ut virtus producendi sit existens, & in supposito, & distincta. Ergo virtus producendi non est essentia quatenus intellectus existens in Patre; sed essentia secundum quod est ipsa paternitas; ut loquitur D. Thomas in 1. dist. 7. quæst. 1. à nuæ. 2. nam essentia existens in Patre non est distincta à Filio; & per te virtus producendi nequit exercere munus principij quo, nisi sit in supposito, & distincta. Ergo essentia existens in Patre non est virtus producendi Filium; quia ut sic existens non est distincta à Filio; nam dum reduplicatur essentia in recto, & solum de obliquo importatur paternitas; non explicatur distinctio; neque de essentia existente in Patre, etiam prout existente in Patre, verificatur distinguui à Filio, distinctione cadente supra essentiam; sed solum verificatur de paternitate, & Patre ratione paternitatis importata in recto; & de essentia non potest verificari nisi quatenus est paternitas; quod perinde est ac verificari de aliquo realiter identificato cum essentia. Præterea si essentia non potest exercere munus principij quo; nisi ut distincta à Filio; sequitur solam paternitatem exercere munus principij quo; quia sola paternitas, in recto potest esse ratio distinguendi. Unde si essentia ut existens in Patre reduplicat paternitatem, in recto, & propterea de essentia ut existente in Patre, verificatur, quod sit principium quo producendi Filium; sequitur paternitatem esse in recto principium quo, contra id; quod docet Fasolus: dicendum ergo est; principium quo seu virtutem producendi terminum non minus debet se distinguui à termino, quam principium quod; siquidem propterea principium quod debet distinguui; quia ratione principij quo continet terminum, illumque producit.

40 Sed respondet Falolus, quamvis in creatis requiratur di&inctio realis inter principium quo, & terminum; siquidem non tantum Petrus pater distinguitur a Paulo filio; sed ipsa humanitas Petri, qua Petrus generat, est distincta a Paulo genito, eiusque humanitate: id tamen non provenit ex conceptu communi principij quo; sed ex imperfectione & limitatione principij quo creati, propter quam non potest habere identitatem cum pluribus suppositis realiter distinctis, producente & producto. In Deo autem aliter se res habere; quia essentia propter suam infinitatem postulat esse in persona producente, & in persona producta; & cum Pater producat assimilet sibi in essentia Filium productum; essentia debet esse principium quo: *Omne enim producat aliquid, per suam actionem producat sibi simile, quantum ad formam, quae agit, sicut homo genitus est similis generanti in natura humana, cuius virtute Pater potest generare hominem.*

41 Sed contra: quia sicut principium quod ex terminis debet distingui a termino producto, atque adeo etiam in Deo hoc est verum: ita principium quo, per modum virtutis productivae, seu virtus & ratio productiva, a qua principium quod redditur potens producere, debet distingui: quia tota vis producendi consistit in principio quo; unde istud debet ratione sui, & secundum se continere terminum, & esse fecundum ad dandum illi esse per productionem illius formalitatis, qua terminus productus importat in recto; & ratione cuius dicitur simpliciter productus. Unde quod virtus proxima generandi, a qua generans denominatur potens generare, nequeat identificari cum termino producto, non provenit ex limitatione talis virtutis, sed provenit ex conceptu abstracto virtutis productivae, quae ex terminis suis debet habere oppositio nem relativam cum termino ab ipsa emanante, non minus quam ipsum principium quod operans. Unde de conceptu generantis ut sic non est assimilare sibi genitum in forma, quae est virtus proxima, seu in potentia proxima generandi, sed in natura, quae est prima quasi radix fundans potentiam generandi: quare, ut inquit P. Valencia q. 15. punct. 2. ad 3. *Non est necesse, ut in omni eo, quod est de ratione completa potentiae generandi, producat assimilet sibi productum; sed satis est, ut illud sibi assimilet in sua essentia, atque adeo in principio primo; & quasi radicali generationis. Nam mas cum active generat feminam, non eam sibi assimilat in potentia generandi active, si vera sit sententia multorum, qui affirmant, feminam non*

habere potentiam activam generandi. 42 Est quidem de ratione complete ad rationem agentis proxime potens generare; quod includat naturam, in qua intendit assimilare sibi genitum; & insuper virtutem proximum producendi genitum, cui communicet illam naturam. Vbi natura est finita & limitata, non potest generans communicare eandem naturam, quam habet, sed eandem speciem, unde virtus generandi respicit pro termino formali producto aptam naturam geniti, quam persona creata importat in recto: etenim hic hominibilibus est, quam hac natura hominis per se existens, id est non existens in alia substantia digniori se, cui tribuantur ipsius operationes, ut late explico tom. 3. disp. 24. sect. 2. & proinde in creatis terminus formalis communicatus, & terminus formalis productus coincidunt. Vbi vero natura est infinita & illimitata, eadem numero, quae est in genere, ante, debet communicari genito; ac proinde illa non potest esse terminus formalis productus, sed terminus formalis productus debet esse virtualiter intrinsece distinctus a natura, & realiter distinctus a personalitate producentis. Unde ex parte generantis praesupponi debet natura, quae exigit communicari Filio, & in qua Filius debet assimilari Patri, vel potius esse unum cum Patre; & insuper virtus producendi filiationem, cui communicetur natura; quae virtus debet ex parte principij distingui virtualiter a natura, sicut terminus formalis productus distinguitur virtualiter a natura, quae ipsi communicatur.

43 Hinc quia Pater Aeternus nequit Filio communicare naturam, producendo ipsam naturam, solum potest communicare naturam, producendo filiationem, seu personalitatem Filij; quam personalitatem persona divina importat in recto. Ex idcirco in Deo dantur tres personae, quia dantur tres personalitates, quae sunt per se subsistentes, & quas personae divinae propterea important in recto, & naturam in obliquo, & idcirco denominatio generantis cadit in recto supra paternitatem, & denominatio geniti cadit in recto supra filiationem. At in creatis denominatio generantis cadit in recto supra naturam, quae est substantia completa per se existens, & incommunicabilis per praedicationem pluribus realiter distinctis: haec enim natura humana, seu haec numero humanitas per se existens est homo, & nequit identificari realiter cum pluribus personis realiter inter se distinctis; unde licet eadem humanitas haberet triplicem substantiam creatam, seu triplicem modum perfectitatis, non esset nisi unus homo; quia tunc non daretur nisi unica substantia completa per se existens

tripliciter modo perfectitatis: siquidem modus ille redderet naturam per se existentem, & faceret ut natura humana esset homo & persona, ipsa tamen modus non per se existeret, nec esset homo aut persona; quod late ostendo tomo 3. disputatione 23. sectione 1. & disputatione 24. sectione 5. & disputatione 28. At in Deo personalitas non facit ut natura divina sit persona; sed ipsa personalitas est personalitas secundum rectum personae; quia est substantia individua, quae de vno solo praedicatur, atque adeo habet incommunicabilitatem propriam personae: non facit, inquam, ut natura sit persona formaliter; quia non facit ut natura sit substantia completa per se existens; hoc enim habet naturae divinae ratione sui, ut ostendo tomo 3. disputatione 24. sectione 2. nec facit, ut sit incommunicabilis, id est, quod de vno solo praedicatur, sed potius paternitas v.g. facit ut natura divina sit communicabilis: vnde paternitas reddit Patrem incommunicabilem; non autem naturam divinam.

44 Ex quibus patet, quo pacto natura divina sit communicativa sui: est enim communicativa sui, non quidem immediate per modum principij quo, seu virtutis productivae termini, cui ipsa est communicanda; sed mediate per modum exigentis virtutem, media qua communicetur, & exigentis suppositum, quod ipsam communicet: non est autem principium reale quo immediatum, nec mediatum, quia nec est virtus immediate productiva Filij; siquidem hoc munus competit paternitati: nec productiva mediate: quia licet ipsa essentialiter postulet, & tecum necessario afferat paternitatem, media qua communicatur: non tamen est principium quo realiter productivum paternitatis; quia paternitas est omnino improducta non minus quam ipsa essentia. Vnde essentia est quasi principium pure communicativum, minime vero productivum: Pater vero est principium quod productivum Filij & communicativum essentiae: paternitas vero est principium quo productivum Filij, quatenus producit filiationem; & communicativum essentiae, quatenus filiatio realiter producta est acceptio essentiae, sicut paternitas est datio & communicatio.



SECTIO QUINTA.

65

Ex eo quod essentia divina sit forma, & quod Pater reddatur similis & aequalis Filio, non bene arguitur etiam esse formam, a qua Pater reddatur potens generare quod sit

Filius: sicut etiam ostenditur in

45 SUPPONENDUM Est, rationem omnino certo certum, personas divinas esse inter se aequales; ut ex Evangelio, & simbolo Athanasii, & ex Concilio probat Fasolus q. 42. ar. 1. Idque vincit ratio D. Thomae in corpore illius articuli: Nam secundum Philosophum aequale dicitur, quasi per negationem minoris. & maioris: non autem possumus in divinis ponere aliquid maius aut minus: quia inaequalium non potest esse una quantitas numero. Quantitas autem in divinis non est aliud quam eius essentia: sicut quod in Deo non datur quantitas molis, sed sola quantitas perfectionis; quantitas autem perfectionis divinarum personarum est essentia. Vnde relinquitur (inquit S. Thomas) quod si esset aliqua inaequalitas in divinis personis, quod non esset in eis una essentia, & sic non essent tres personae unus Deus. Praeterea id convincitur ex ratione D. Augustini de Trinitate, cap. 8. siquidem in ijs quae mole magna sunt, hoc est maius esse, quod melius esse. Cum ergo Pater non sit melior Filio; quandoquidem Filius veraciter dixit, Ego & Pater unum sumus, consequens necessarium est, quod non sit maior, sed omnino aequalis.

46 Supponendum est etiam, eadem certitudine, qua credimus, divinas personas esse inter se aequales, credendum quoque esse, quod sint inter se similes. Id probat Fasolus ubi nuper n. 3. siquidem essentia divina, in qua tres divinae personae unum sunt, concipitur a nobis ut quantitas virtualis, sub qua ratione personas denominat aequales, & ut forma quaedam quasi qualificans personas, sub qua alia ratione eas denominat similes: nam ut docet Philosophus 5. Metaph. text. 20. Eadem sunt, quorum substantia una; similia vero quorum qualitas una: aequalia autem, quorum quantitas una. Ergo sicut certum est, divinas personas habere perfectissimam unitatem in una numero substantia, & natura; ita pariter habere inter se perfectissimam identitatem, aequalitatem, similitudinem. Vnde Chrysostomus hom. 2. in caput 1. epistolae ad Hebraeos, inquit: Forma declarat essentiam simul & similitudinem, quae est secundum essentiam; & ideo, ut concludit D. Thomas eo ar. 1. ad 2. non solum dicimus, Filium esse similem Patri, ut excludatur error Eunomy, sed etiam dicimus, esse aequale, ut excludatur error Arii. Plus enim dicit aequalitas quam similitudo.

ut ibidem inquit S. Doctor, *Æqualitas secundum quantitatem virtualem includit similitudinem, & aliquid plus, quia excludit excessum. Quæcumque enim communicant in una forma, possunt dici similia, etiamsi inæqualiter eam formam participant, sed non possunt dici æqualia, si unum altero perfectius formam illam participet.* Vnde tunc solum, quæ sunt similia secundum perfectionem, sunt æqualia, quando similitudo est omnino perfecta. Et ideo quia non solum una est natura Patris & Filii, sed etiam æque perfecte est in viroque, ideo non solum dicimus Filium esse similem Patri, sed etiam dicimus æqualem.

47 His suppositis, possunt adversarij sic contra nostram sententiam, & rationem insurgere: potest aliquid esse forma assimilandi, seu esse ratio similitudinis, quin sit simile: ergo pariter potest aliquid esse forma, seu ratio agendi, & principiandi, quin agat aut principiet. Ergo poterit essentia divina esse forma agendi ad intra, seu potentia producendi, ut principium quo, quin producat, & agat, atque principiet. Antecedens constat: nam essentia est forma & ratio assimilandi Patrem cum Filio, & forma reddens Patrem æqualem Filio; & tamen essentia non est similis Filio, nec æqualis; nam eiusdem ad seipsam nequit dari similitudo, aut æqualitas. Ut enim inquit S. Doct. eo ar. 1. ad 4. *Æqualitas utriusque importat, scilicet distinctionem personarum (quia nihil sibi ipsi dicitur æquale) & unitatem essentiae; quia ex hoc personæ sunt sibi invicem æquales, quod sunt unius magnitudinis & essentiae; manifestum est autem, quod idem ad seipsum non referatur aliqua relatione reali. Et ideo æqualitas & similitudo in divinis personis, non est aliqua relatio realis distincta à relationibus personalibus, sed in suo conceptu includit & relationes distinguentes personas & essentiam unitatem.*

48 Iam verò consequentia probatur: quia si sciret potest Pater reddi similis Filio per formam, quæ non sit similis Filio, non est ratio, cur Pater non possit reddi potens producere Filium per formam, quæ non sit potens producere Filium. Ratio namque videtur esse par virobique: nã ideo similitudo, seu ratio & forma assimilandi non debet esse similis, quia non est similitudo sui, sed subiecti vel suppositi, quod afficit, & denominat simile: at pariter ratio seu forma & virtus agendi non debet esse sui, sed suppositi, quod afficit, & denominat potens agere; ergo propter eandem rationem non debet esse potens agere, sed satis est, quod ex suo conceptu sit virtus, à qua

solum suppositum denominatur potens agere.

47 Respondeo tamen ad argumentum concessio antecedenti, negando consequentiam. Est enim magna disparitas inter formam assimilandi, & formam agendi: forma namque assimilandi, quatenus talis, non cadit distinctione inter supposita similia, sed supposita distinctione est ratio formalis eorum sint similia; & cum duo supposita esse similia in aliquo predicato, nihil aliud sit, quam in illo convenire; & cum hæc convenientia non impediatur, sed potius augeatur: per hoc quod eadem numero forma sit in viroque; hinc est, quod forma assimilandi supposita distincta non debeat esse similis, quia cum nihil possit esse simile sibi ipsi, sanè si forma unius suppositi esset similis formæ suppositi alterius, forma unius suppositi esset distincta realiter à forma alterius: quod tamē non requiritur ut unius suppositum sit simile alteri in forma aliqua; quia ad hoc ut in forma conveniant, non requiritur distinctio formarum, sed potius requiritur unitas in forma, quæ unitas quo maior est, evadunt supposita illa magis similia; maior autem est unitas numerica, quam specifica. Vnde si eadem numero albedo ponatur in duplici pariete, parietes illi erunt similes omnino in albedine, non minus proprie, sed potius magis strictè, quam si solum convenirent specificè in albedine. At verò forma agendi, quatenus talis, non supponit distinctionem suppositorum, sed facit; & licet ad suppositum illud in quo existit, comparatur solum in genere causæ formalis; tamen ad suppositum, quod producit, comparatur in genere causæ efficientis; ac proinde illud verè continet per modum principij, & ad instar causæ efficientis: causa autem efficiens, & virtus illa, ratione cuius verè causat, debet verè & proprie continere terminum productum, & in illum verè & proprie influere: ac proinde ab illo realiter distinguere; quia implicat ut aliquid producat seipsum, vel influat in seipsum, vel sit virtus producendi se: virtus namque & ratio cauendi verè causat sic habitus supernaturalis, quia est ratio agendi actus supernaturales, vel totalis, ut falsè docent moderni Thomistæ, vel partialis, ut verè docet Schola Societatis, verè causat actus illos: sic calor ignis, qui in sententia Thomistarum est virtus immediata generandi ignem, verè illum causat: & in omnium sententia verè causat calorem, quando ignis calefacit: & quando aqua calida calefacit, & aer lucidus illuminat, certum est calorem aquæ calefacere, & lucem aeris illuminare. Ex eo ergo, quod ratio assimilandi ex terminis suis non debeat esse similis, perperam inferitur, rationem agendi & producendi, non debere agere & produ-

48 Et quāvis quando virtus agendi est accidens, quod ex conceptu suo est ens, virtus agendi non sit sui, sed alterius, nempe substantiæ, cui deservit, & cuius est instrumentum; tamen verè agit, siquidem habitus supernaturales rationis, & cuius est virtus, non sui, sed substantiæ rationalis, cui deservit. Vnde quod in Deo est virtus generandi, verè debet influere in Filium; quāvis præcipue Pater denominetur generans. Præterquamquod eū essentia divina sit per se subsistens, nec possit deservire personæ, ut instrumentum, nec comparari ad illam tanquam minus principale ad magis principale, eo modo quo potentia creata comparatur ad substantiam à se distinctam, cuius est potentia; sanè si essentia divina esset virtus agendi Filium, & ratio producendi, Filium generaret, et ostendi test. 3.

49 Hinc neganda est illa propositio: Ideo similitudo, seu ratio assimilandi non debet esse similis, quia non est similitudo sui, sed alterius: siquidem potest qualitas esse similitudo unius substantiæ cum alia, & nihilominus esse similis qualitati alterius substantiæ: sic albedo unius ovi est ratio assimilandi illud alteri ovo, & albedo unius est pariter similis albedini alterius. Ratio ergo, cur ratio assimilandi non debeat ex conceptu suo esse similis, est, quia similitudo est convenientia suppositorum distinctorum in forma; convenientia autem duorum suppositorum in forma non postulat, ut forma unius sit distincta à forma alterius. At virtus agendi convenienti unum supposito respectu alterius postulat distinguí realiter à supposito producto; quia sicut nihil potest producere seipsum, ita nihil potest esse virtus ad productionem sui ipsius.

50 Præterea cum Pater, quatenus distinctus à Filio, verè ipsum producat; quatenus distinctus à Filio, & per formalitatem in qua distinguitur à Filio, debet influere in Filium. Ergo debet influere per paternitatem, & non per essentiam: ergo paternitas, & non essentia, est virtus agendi. Implicat enim ut Pater producat Filium per essentiam tanquam per virtutem adæquatam agendi; & tamen quod quatenus Pater & quatenus distinctus à Filio verè producat: nam ut distinctus à Filio reduplicat solam paternitatem ut rationem distinguendi: paternitas autem, quatenus talis & quatenus distincta à Filio, nequit verè agere, si tota ratio agendi sit essentia: sic intellectus creatus nequit verè & propriè causare visionem beatificam, si tota ratio agendi sit ipsum lumen gloriæ; ut contra recentes Thomistas probant nostri Doctores in tract. de visione; neque voluntas nostra potest esse verè causa

actus charitatis, si habitus charitatis sit tota ratio agendi; ut iidem probant in tractatu de charitate. In illa namque sententiâ, cum voluntas & intellectus ab extrinseco recipiant totam virtutem agendi, non magis propriè possunt dici causa visionis, & actus charitatis, quam aqua calida dicatur causa calefactionis, & aer locidus dicitur causa illuminationis. Quapropter cum paternitas non sit illo modo principium essentia divine, sed potius essentia divina quodammodo concipiatur ut radix paternitatis; si tota ratio agendi & producendi Filium sit essentia, paternitas non erit propriè principium Filij, sed tota ratio veri principij residebit penes essentiam, quia principium quo non constituitur in ratione principij realis per principium quod, sed e converso principium quod constituitur in ratione veri principij per principium quo. Ergo principium quo per se ipsum, & non denominativè ab alio, est principium reale terminè, ergo per se ipsum, & non denominativè ab alio, influit in terminum; ergo per se ipsum, & non denominativè ab alio, distinguitur à termino. Sed in Patre non essentia, sed sola paternitas distinguitur à Filio: ergo in Patre non essentia, sed sola paternitas est principium reale quo Filij; & ideo Pater, quatenus Pater, & prout distinctus à Filio, verè influit in Filium, quia paternitas est ipse ratio influendi. Sicut ideo intellectus creatus, quatenus intellectus, verè causat visionem beatificam, quia non influit per lumen tanquam per totam rationem agendi, sed per se ipsum immediatè influit tanquam causa principalis: & quamvis ut Pater verè diceretur influere in Filium, quatenus est distinctus à Filio, sufficeret, quod paternitas esset principium quo partiale; tamen re ipsa est principium quo adæquatum per modum virtutis productivæ; quia cum essentia realiter identificetur cum Filio, nequit esse nec principium quo adæquatum, nec principium quo inadæquatum ad productionem Filij: omne enim principium, sive totale, sive partiale, debet distinguí realiter à termino producto.

SECTIO SEXTA.

Quartum caput idem probandi, quia Pater & Filius producunt Spiritum Sanctum per spirationem activam tanquam per principium QVO agendi.

51 **A**NTE Probationem supponendum est in Deo dari quatuor relationes reales, nec plures, nec pauciores; scilicet, paternitatem, filiationem, spirationem, & ratio-

Rationem activam, & spirationem passivam. Ita omnes Theologi cum D. Thoma 1. p. q. 28. art. 4. Estque conclusio Theologica omnino certa, dari spirationem activam communem Patri & Filio, distinctam virtualiter Intrinsicè à paternitate & filiatione, & distinctam realiter ab spiratione passiva, seu à substantia relativa tertiæ personæ; ut probat P. Ruiz disp. 16. sect. 2. Ratio cur dentur quatuor relationes reales in Deo, nec plures nec pauciores, redditur à D. Thoma: quia cum relatio omnis secundum Philosophum §. Metaphisicæ fundetur supra quantitatem, vel supra actionem & passionem; & in Deo nec reperitur quantitas nec passio, relinquitur, quod relatio realis in Deo esse non possit, nisi supra actionem fundata; ac non supra actiones, secundum quas procedit aliquid extrinsecum à Deo: quia ut probat idem Sanctus Doctor ca. q. 28. art. 1. in Deo non est realis relatio ad creaturas, sed in creaturis est relatio realis ad Deum: quia cum creatura procedat à Deo in diversitate naturæ, Deus est extra ordinem totius creaturæ; nec enim producit creaturam ex necessitate naturæ, sed per intellectum & voluntatem, nec ex indigentia, sed ex fecunditate, & summa liberalitate: unde non habet habitudinem ad existentiam creaturarum, ac proinde non dicit relationem reale ad illas. Respectus enim tunc est realis, quando est in ipsa natura rerum, ut pote quando aliqua res secundum suam naturam ad invicem ordinata sunt, & invicem inclinationem habent: sicut in corpore gravi est inclinatio & ordo ad locum medium; inquit S. Thomas eo ar. 1. corp. unde cum Deus non ordinetur ad creaturam, non potest dari relatio realis Dei ad creaturam. Quare relatio creatoris, & Domini creaturarum sunt solum relationes rationis, quatenus ratio nostra conferens Deum cum creaturis respectum aliquem apprehendit. Ergo in Deo relationes reales non possunt esse nisi secundum actiones, secundum quas est processio intra Deum. Huiusmodi autem processiones sunt duæ tantum; altera secundum actionem intellectus, quæ est processio Verbi; alia secundum actionem voluntatis, quæ est processio Amoris, seu Spiritus Sancti. Secundum quamlibet autem processionem oportet duas accipere relationes oppositas, quarum una sit procedentis à principio, & alia ipsius principij. Ex quo sequitur esse quatuor relationes, duas se tenentes ex parte principiorum, nimirum paternitatem, & spirationem activam; duas vero se tenentes ex parte terminorum productorum, videlicet filiationem, & spirationem passivam.

§2. Quamquam autem sit Theolo-

gicè certum, dari spirationem activam communem Patri & Filio, distinctam realiter ab Spiritu Sancto; non tamen est de fide: sicut est de fide dari tres relationes realiter distinctas, constitutivas trium personarum. Vnde P. Ruiz disput. illa 16. sect. 4. sic concludit: *Ex toto discursu præsentis, & præcedentis sectionis colligitur, realitatem spirationis activæ certam esse; ita ut eam negare, temerarium sit, & periculosum; quoniam non solum efficaciter infertur ex multis dogmatibus Theologiæ communiter receptis, & corroboratur autoritate Patrum; sed etiam ut certa recipitur expresse, vel tacite supponitur ab omnibus Scholasticis.*

§3. Secundo supponendum est, de fide esse, Patrem & Filium non esse duo principia Spiritus Sancti; sed unum principium. Ita enim definit Concilium Generale Lugdunense sub Gregorio X. cap. unico de Summa Trinitate in 6. dicens: *Dammamus omnes, qui negare præsumperint, æternaliter Spiritum Sanctum ex Patre & Filio procedere, siue etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus Sanctus ex Patre & Filio tanquam ex duobus principijs, & non tanquam ex uno procedat.* Prius autem dixerat, *Non duabus spirationibus, sed unica spiratione procedit*, subiungens, eam esse doctrinam infallibilem totius Ecclesiæ. Idem post annos fere ducentos decreverunt Patres Concilij Florentini Sess. 25. quæ est ultima: & Eugenius IV. in litteris unionis ait: *Hoc sacro univèrsali approbante Florentino Concilio, diffinimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur, & suscipiatur, sicque omnes profiteantur, quia Spiritus Sanctus à Patre & Filio æternaliter est, & essentiam suam; suumque esse subsistens habet ex Patre simul & Filio, & ex utroque æternaliter tanquam ex uno principio, & unica spiratione procedit.*

§4. Hinc deducitur, virtutem spirandi, per quam Pater & Filius produciunt Spiritum Sanctum, non consistere in paternitate & filiatione; ut enim docet P. Suárez lib. 10. de Trinit. cap. 5. n. 3. res est certa, & in qua conveniunt omnes Theologi, in Patre & Filio unam tantum esse virtutem spirandi; eadem numero, & utrique realiter communem; & ratio est, quia si Pater & Filius simul eum distinctione personali haberent etiam virtutes spirandi realiter distinctas, nihil superesset propter quod possent dici unum principium verè & in se ipsa; prout Concilia definiunt. Deinde, quia si virtus spirandi consisteret in paternitate & filiatione, vel quælibet seorsum esset tantum virtus partialis, & sic foret quæ-

libet virtus imperfecta: vel esset virtus totalis; & sic necessario admittendi essent duo spiratores, sicut admittantur duæ virtutes totales spirandi. At ex communi sententia Theologorum cum D. Thoma q. 36. art. 4. ad 7. in divinis non datur duplex spirator, sed unus; & Pater & Filius sunt unus spirator.

55 His suppositis, iam probatur, spirationem activam esse virtutem spirandi seu principium quo Pater & Filius producant Spiritum sanctum. Et sic argumentor: virtus spirandi nequit esse voluntas divina, quatenus est quid absolutum; nec rursus potest esse complexum ex paternitate & filiatione; ut modo constitit: ergo debet esse ipsa relatio spiratoris activæ, quæ simul habeat hæc tria munera; nimirum esse virtutem spirandi per se subsistentem, secundo esse actualem spirationem, tertio esse relationem spiratoris, quæ à nobis concipitur advenire pro posteriori ad actionem spirandi, sicut paternitas concipitur advenire pro posteriori ad actionem generandi. Cætera constant. Antecedens quoad primam partem probatur: quia si divina voluntas, prout est quid absolutum, esset virtus spirandi, Pater & Filius spirarent Spiritum sanctum per actum amotis absolutum. prout existentem in ipsis: nam cum Pater & Filius sint supposita potentia operari, sanè si amor absolutus esset potentia spirandi, seu virtus proxima spirandi, ab illo amore redderentur proximè potentes spirare; & ultimo determinati ad spirandum; unde Spiritus sanctus procederet ab illis ut mutuo se amantibus. Nihil ergo decisset ad processionem Spiritus sancti; ergo superflueret spiratio activa communis Patri & Filio, & distincta realiter ab Spiritu sancto; ad nullum enim munus esset necessaria eiusmodi relatio: non ad munus potentia & virtutis; siquidem hoc competeret voluntati seu amori absoluto; non ad munus distinguendi Patrem & Filium ab Spiritu sancto; nam hoc ipso quod ab amore tanquam à virtute reddantur proximè potentes spirare; ab ipsis ut sic proximè potentibus emanaret Spiritus sanctus; ac proinde distinguerentur Pater & Filius ab Spiritu sancto per paternitatem & filiationem, quatenus per illas, ut principium quod, & per amorem ut principium quo spirarent, & producerent Spiritum sanctum. Sicut enim Pater per intellectum constituitur in illa sententia proximè potens generare, ita Pater & Filius per amorem constituuntur proximè potentes spirare. Ergo sicut à Patre ut intelligente generatur Filius; à Patre & Filio ut mutuo se amantibus producitur Spiritus sanctus.

56 Quapropter dicendum est hic ad ipsam, quod late ostendo tom. 3. disp. 24.

sect. 8. cum Ochamo, Gabriele, & P. Molina; nimirum, sicut ex paternitate & essentia resultat Pater, ita ex essentia & spiratione activa resultat Spiratorum, qui sit individuum quoddam per se subsistens commune Patri & Filio; sicut hic numero Deus est individuum quoddam commune Patri & Filio & Spiritui sancto, secundum sententiam Doctorum admittentium subsistentiam absolutam in Deo, scilicet D. Thomæ 1. p. q. 39. art. 6. in corpore, Scoti in 1. dist. 4. q. 2. §. Sed pro quo, Caietani 3. p. q. 3. art. 2. §. Quæstio, P. Suarez lib. 4. de Trinitate cap. 14. quos sequitur Fasolus q. 30. art. 1. dub. 3. Et quidem de hac nostra sententia asserente, Spiratorem non supponere directè & immediatè pro supposito; sed pro individuo quodam singulari communi Patri & Spiritui sancto, dicit rectè P. Vazquez 1. p. disp. 149. non esse minus probabilem quam illam, quæ dicit, dari individuum quoddam divinitatis commune tribus personis, nimirum hunc numero Deum: quæ sententia, ut nuper dicebamus, est communis inter Thomistas cum D. Thoma, & Scotistas cum Scoto, & inter nostros cum Suario. Unde sicut paternitas constituit principium quod generandi, & simul est virtus generandi; ita spiratio activa constituit principium quod spirandi, nempe Spiratorem; & est virtus spirandi.

57 Quod autem spiratio activa sit principium quo spirandi, & simul constituat Spiratorem in re; probatur primo auctoritate D. Augustini, qui libro 5. de Trinitate cap. 14. ait: *Sicut Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt unum principium creaturarum; ita Pater & Filius sunt unum principium Spiritus sancti.* Atqui Pater & Filius & Spiritus sanctus sunt unum principium creaturarum, quia sunt hic numero Deus realiter communis tribus personis, qui est principium operandi ad extra, ut docet D. Thomas 1. p. q. 39. art. 4. ubi ait, in hac propositione, *Deus creat*; nomen *Deus* non supponere immediatè pro personis, sed pro essentia, quæ est per se subsistens, quatenus subsistere idem est ac per se existere independenter ab omni alio, cui tribuantur eius operationes; ac proinde supponit pro essentia vel constituente concretum substantiale; non enim solum Deitas in abstracto est communis tribus personis, sed hic numero Deus, seu habens Deitatem, seu substantia infinita completa per se existens; ergo Pater & Filius sunt unum principium Spiritus sancti, quatenus sunt hic numero Spiratores resultans ex spiratione activa & essentia.

58 Probatur secundo auctoritate D. Tho.

Thomæ adducta sēt. 2. à num. 27. ex 1. p. q. 36. ar. 4. in fine corporis, ubi sic concludit. *Sicut Pater & Filius sunt vnus Deus propter vnitatē formæ significatæ per hoc nomen DEVS; ita sunt vnum principium Spiritus Sancti propter vnitatem proprietatis significatæ & in hoc nomine PRINCIPVM.* Ergo Pater & Filius constituuntur in ratione vnus principij Spiritus Sancti per vnitatem proprietatis. Ergo ideo sunt vnum principium, quia sunt vna proprietates relativa; nimirum, quia identificant se cum spirationem activam. Nomen enim proprietatis significat relationem, vt est manifestum: nec est alia relatio, quæ sit vna in Patre & Filio, nisi relatio spirationis activæ: vnde S. Doctor opul. 72. vt vidimus num. 27. dixit, Patrem & Filium esse vnum principium Spiritus Sancti, *non ex eo quod conueniant in aliquo, quod personas eorum constituat, sed quia conueniunt in vna relatione respectu Spiritus Sancti: ergo relatio illa, in qua conueniunt, est principium Spiritus Sancti.* Pater consequentia, quia nequid est vnum principium ex eo quod conueniant in vna relatione, nisi quia illa relatio est vnum principium.

59 Probatum tertio: iuxta definitionem Concilij Florētini certum est, Spiritum Sanctum ex Patre simul & Filio tanquam ex vno principio, & vnica spiratione procedere: ergo Pater & Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti. At non sunt vnum principium Spiritus Sancti, quatenus sunt vnus Deus, vel quatenus sunt vna essentia & vna voluntas, quia essentia diuina & voluntas diuina, quatenus tales, non sunt principium Spiritus Sancti: nam esse principium Spiritus Sancti est esse aliquod oppositum relativè Spiritui Sancto; esse autem essentiam diuinam & voluntatem diuinam, non est esse aliquod oppositum relativè Spiritui Sancto: ergo esse essentiam & voluntatem diuinam non est esse principium Spiritus Sancti. Nec item Pater & Filius sunt vnum principium, quatenus sunt paternitas & filiatio inter se realiter distinctæ, seu quatenus sunt duæ personæ realiter distinctæ. Ergo ideo præcisè sunt vnum principium Spiritus Sancti, quia sunt vna relatio, quæ est principium, nimirum, quia sunt vna spiratio actiua, quæ est principium Spiritus S. quod perinde est, ac procedere ab vtraque persona tanquam ab vnica spiratione. Et ideo Spiritus procedit à Patre & Filio, tanquam ab vnico spiratore, quia nimirum sicut Pater importat in recto paternitatem, & de obliquo essentiam, ita spirator importat in recto spirationem actiuam, & de obliquo essentiam, & sic im-

mediatè & formaliter Spiritus Sanctus procedit ab spiratore, & quia Pater & Filius sunt vnus spirator, propterea procedit à Patre & Filio tanquam ab vnico spiratore. Sunt ergo Pater & Filius vnus spirator propter vnitatem spirationis, vt docet S. Thomas q. 36. art. 4. ad 7. quæuis possint dici duo spirantes adiectiue, quia sunt duæ personæ, quarum quælibet redditur spirans.

60 Et iuxta hanc doctrinam sicut Pater Filius & Spiritus Sanctus, non solum sunt vnum principium quo respectu creaturarum, sed vnum principium quod; quia sunt hic numero Deus, qui creat, ita Pater & Filius non solum sunt vnum principium quo Spiritus Sancti, quatenus sunt vna spiratio actiua, quæ est virtus proxima producendi Spiritum Sanctum, sed sunt vnum principium quod, quia sunt vnus spirator. Sicut enim paternitas est principium quo respectu Filij, & constituit in recto Patrem, qui est principium quod, ita spiratio actiua est principium quo respectu Spiritus Sancti, & constituit in recto spiratorem, qui est principium quod. Nec possent verè dici simpliciter Pater & Filius vnus principium Spiritus Sancti, nisi essent vnum principium quod: nam principium absolutè prolatum significat principium quod: sunt autem vnus principium quod, non quia sunt vnus suppositum; sed quia sunt vnum individuum per se subsistens oppositum relativè Spiritui Sancto, nempe vnus spirator; quod individuum ideo præcisè non est suppositum; quia vt re- & explicat Durandus in 3. dist. 1. q. 2. n. 6; esse suppositum est esse incōmunicabile, quia suppositum est sic ab alio positum, quod sub ipso non est aliud positum: omne autem quod est cōmunicabile pluribus, habet aliquid positum sub se, & ideo non est propriè & simpliciter suppositum. Et subsistere in hac acceptione nihil aliud est, quam sub omnibus existere, seu omnibus subijci, quod non competit, nisi individuis; de quibus alia prædicata dicuntur; ipsa verò non dicuntur de alijs: & ideo hic numero Deus, quamvis sit substantia completa per se existens, & principium quod intelligendi & volendi & operandi ad extra, non est suppositum, quia est cōmunicabile pluribus realiter distinctis, & prædicatur de Patre Filio & Spiritu Sancto: nam Pater est hic numero Deus, Filius est hic numero Deus, & similiter Spiritus Sanctus. Et pariter spirator non est suppositum quatenus spirator, quia quamvis sit substantia completa per se existens, & principium quod Spiritus Sancti, est quid commune Patri & Filio, & de ipsis prædicatur tanquam quid commune de particulari. Consulatur quæ dico tom. 3. disp. 240. sēt.

sect. 8. ubi latè probò, dari spiratorem, qui sit individuum quoddam per se subsistens commune Patri & Filio.

61. Dices ex P. Suarez lib. 10. de Trinitate cap. 4. n. 4. Spiritum Sanctum non posse procedere ab aliquo constituto ex spiratione activa; quia spiratio, inquit, ut sic seu ut dicitur esse quarta relatio, non videtur immediate essentia, ut essentia est, sed Patri & Filio, quos secundum ordinem rationis supponit spirantes: ergo non potest Spiritus S. immediate procedere ex aliquo constituto ex illa spiratione & essentia. Consequentia est evidens. Antecedens probat ex differentia, quæ versatur inter paternitatem & spirationem activam, quod paternitas ut proprietas constituens personam generantem, supponitur generationi; spiratio autem sub nulla ratione supponitur ante productionem Spiritus Sancti, quia non est necessaria ad personam constitutendam, quæ est principium Spiritus Sancti. Et ratio differentia est clara, inquit, quia ante paternitatem non supponitur aliquod constitutum, quod possit esse principium productionis ad intra; ad spirationem autem activam supponitur. Sed contra; quia spiratio activa supponit Patrem & Filium ut spirantes, superflue ponitur tanquam relatio realis distincta virtualiter à paternitate & filiatione; & ab essentia seu à voluntate: quod enim sufficit, ut Pater & Filius spirant Spiritum Sanctum, sufficit ut opponantur relativè Spiritus Sancto, & distinguatur ab illo: omnisque alia relatio virtualiter distincta à Patre & Filio ut spirantibus, est omnino superflua. Quare falsum omnino est, ante relationem spirationis activæ supponi Patrem & Filium ut spirantes; siquidem ipsa spiratio activa est forma à qua denominantur spirantes: sicut paternitas est forma, à qua Pater denominatur generans. Unde licet ante spirationem activam supponatur proprietas constitutiva personæ Patris & proprietas constitutiva personæ Filii; non tamen supponitur ante spirationem proprietas constituens spiratorem, seu proprietas constituens Patrem & Filium in ratione unius principij Spiritus Sancti: hæc enim proprietas est ipsa spiratio activa; & sicut in proprietate Patris considerantur hæc tria munera, primò quatenus est constitutiva personæ, secundò quatenus est actus notionalis seu actualis generatio, tertio quatenus est relatio paternitatis; & quatenus paternitas supponit ex nostro modo concipiendi generationem; ita in spiratione activa consideratur ratio proprietatis constituentis spiratorem, seu principium quod potens spirare: secundò, ratio spirationis actualis, seu formalitatis reddentis

spiratorem actu spirantem, & mediò spiratore reddentis Patrem & Filium actu spirantes; tertio, ratio relationis referentis Patrem & Filium ad Spiritum Sanctum in ratione spiratoris. Multa alia contra illam Patris Suarez sententiam oppono tom. 3. disp. 24. sect. 8. n. 53. præsertim illud, quod in hac prædicatione Pater est spirator, Filius est spirator, aliquid relativum, seu aliqua relatio prædicatur de Patre, & de Filio; hæc autem relatio non est paternitas, & filiatio; quia Pater & Filius sunt idem numero spirator; ac proinde dicitur, Pater est spirator, non prædicatur de Patre relatio paternitatis, quæ est realiter distincta à relatione filiationis: ergo prædicatur spiratio activa, quæ est eadè numero in Patre & Filio; & ideo ratione illius verificatur, quod Pater & Filius sunt idem numero spirator; quia sunt eadè numero relatio spirationis, quam spirator importat in recto.

62. Unde spiratio activa non minus est per se subsistens, quam paternitas & filiatio: ac proinde non redditur subsistens per paternitatem & filiationem, sed constituit individuum quoddam per se subsistens, quod ideo præcisè non est persona, quia est quid commune personis realiter distinctis, nempe Patri & Filio: & quod relativè opponitur Spiritui Sancto; ratione autem illius opponuntur eadèdem Pater & Filius, quia ratione voluntatis, qua se mutuo amant, vendicant sibi relationem, qua per modum virtutis producant Spiritum Sanctum, & sunt unum principium quo, & quod respectu Spiritus Sancti.

63. Probabile mihi videtur, essentiam divinam quatenus intellectivam & volitivam, necessariò afferre secum concomitanter paternitatem & spirationem activam, tanquam proprietates per quas communicetur ut intellectiva & volitiva; ita tamen ut prius origine debeat operari paternitas quam spiratio, quia hæc postulat esse virtus duplicis suppositi; ac proinde non exercet munus suum spirationis actualis, donec Filius supponatur productus. Vel potest dici, essentiam divinam utraque proprietatem relativam activam radicans; ceterum non utramque concomitanter afferre; sed ordine quodam; ita ut prius natura radice paternitatem, media qua producat Verbum, quod est opus intellectuale: & posteriori ad generationem Verbi radice spirationem activam, media qua producat Spiritus Sanctus tanquam terminus, in cuius productione quiescit infinitus amor, quo Pater & Filius se mutuo diligunt. In illo autè priori, in quo Pater & Filius præcedunt spirationem activam, non dum intelliguntur spirantes; quia si iam pro illo priori intelligerentur spi-

antes, iam in illo priori haberent formam, per quam distinguerentur ab Spiritu Sancto; ac proinde superflueret relatio spiratoris superueniens pro posteriori, quippe quæ supponeret iam Patrem & Filium spirantes Spiritum Sanctum, ac per consequens iam oppositos relativè cum ipso.

64 Quapropter Pater & Filius in illo signo in quo præcedunt spirationem activam, nec intelliguntur actu spirantes, nec proximè potentes spirare, sed intelliguntur exigentes spirationem activam tanquam vnicuique principium spirandi, & tanquam formam constitutivam spiratoris, à qua ut spirante constituantur spirantes; eatenus enim Pater & Filius spirant, quatenus identificant sibi spirationem activam, quæ est principium quod spirandi, & simul constituit spiratorem, qui est principium quod. Spirator enim dicit in recto relationem: ac non dicit paternitatem, nec filiationem: ergo dicit spirationem activam. Quod dicat in recto relationem, est certum: quia spirator distinguitur realiter ab Spiritu Sancto, & opponitur illi relativè: ac non distinguitur, nec opponitur nisi ratione relationis; ergo dicit in recto relationem. Quod autem non dicat paternitatem, luadetur: quia Filius est hic numero spirator: Filius autem non est paternitas, neque Pater; ergo spirator non importat in recto paternitatem. Quo eodem argumento probatur non importare in recto filiationem: nam Pater est hic numero spirator; Pater autem non est filiatio, nec Filius; ergo spirator non dicit in recto filiationem; ergo dicit in recto relationem, cum quæ paternitas & filiatio realiter identificentur: hæc autem non est alia, quam spiratio activa: ergo spirator dicit in recto spirationem activam; & Pater & Filius opponuntur relativè Spiritui Sancto, non quatenus sunt Pater & Filius, sic enim solum opponuntur relativè inter se; sed quatenus sunt vnus spirator, seu vnus principium quo & quod respectu Spiritus S.

SECTIO SEPTIMA.

Quantum caput probandi, virtutem generandi consistere adæquatè in relativo, ex eo, quod paternitas ut talis, est generatio activa per se subsistens, id est generatio generans, ac proinde generatio potens generare, quæ per seipsam sit potentia generandi & exercitium acti-

vum generandi.

65 **E**X dicendis disp. sequenti suppono, productionem activam in Deo distingui realiter à passiva, ac

propterea generationem activam, à qua Pater denominatur generans, distingui à generatione passiva, à qua Filius dicitur genitus; ac proinde generationem activam esse eandem formalitatem, virtualiter intrinsecè indivisibilem ac paternitatem; & generationem passivam esse eandem formalitatem cum filiatione. Hanc veritatem tanquam certam statuit eruditissimus P. Ruiz, disp. 8. de Trinitate, sect. 2. ubi hanc statuit conclusivè: *Origo activa realiter adæquatè identificatur cum relatione principij produceris: nimirum generatio realiter adæquatè identificatur cum paternitate: & origo activa Spiritus Sancti realiter adæquatè identificatur cum relatione principij spirativi; quæ utraque, tam origo quam relatio vocari solet spiratio activa.* Et postmodum subiungit secundam conclusionem ijs verbis: *Generatio activa realiter distinguitur à Nativitate: & origo activa Spiritus Sancti realiter distinguitur à processione, prout est origo passiva Spiritus Sancti, sicut etiam prout est relatio.* Postquam autem utramque conclusionem auctoritate Theologorum & Patrum, & rationibus comprobavit, tandem sect. 3. n. 12 sic concludit: *Ex fundamentis huius & præcedentis sect. onis colligitur gradus certitudinis, quem tenet identitas realis & adæquatè originis activæ cum relatione principij eiusque realis distinctio ab origine passiva. Tanta quippe certitudo est, ut oppositum sit temerarium, & non satis ab erroris periculo tutum.*

66 Hoc supposito, sic argumentor, entitas relativa Patris, quatenus entitatis relativa Patris, est generatio activa. At illa entitas est per se subsistens; nam Pater quatenus Pater est per se subsistens; & Pater quatenus Pater exprimit entitatem relativam in recto; quia quatenus Pater exprimit personam distinctam à persona Filij, & non distinguitur à persona Filij nisi per entitatem relativam: ergo entitas relativa Patris, quatenus entitas relativa Patris, quatenus entitas relativa, est generatio activa: ergo est generatio activa per se subsistens: ergo est generatio generans, Pater consequentia: quia generatio per se subsistens, non est generatio alterius entitatis virtualiter distinctæ ut subiecti, cum qua non identificetur realiter adæquatè, videlicet essentie divinæ: cum hæc, quatenus essentia, sit incapax generare & generari, ut constat ex sectione 3; ergo est generatio sui, ut subiecti generantis: hæc enim denominatio in recto cadit supra entitatem relativam Patris; unde cum entitas relativa Patris sit omnino idem cum

rum generatione activa; sequitur denominationem generantis cadere supra generationem activam: sicut ro. 1. disp. 2. sect. 4. ostendi cognitionem divinam esse per se subsistentem, id est cognitionem cognoscentem, & similiter volitionem esse volitionem volentem. Ergo entitas relativa Patris, quatenus entitas relativa, est generatio generans: ergo est generatio potens generare: ergo quatenus entitas relativa, & ut distincta realiter à filiatione, habet denominationem potentis generare: ergo quatenus entitas relativa est potentia generandi. Probo consequentiam, quia si ut entitas relativa est potens generare, est potens generare quatenus distincta realiter à filio; & quatenus distincta virtualiter intrinsecè ab essentia: ergo quatenus distincta virtualiter ab essentia, & consequenter ab omni prædicato absoluto, habet denominationem generantis: ergo quatenus distincta virtualiter ab omni prædicato absoluto, includit formam, à qua denominetur potens generare, nimirum potentiam generandi. At quatenus distincta virtualiter ab omni prædicato absoluto, nihil aliud includit nisi prædicata relativa: ergo potentia generandi, ut talis, est prædicatum relativum, secundum illud quod talis potentia importat in recto, & per modum virtutis: ergo potentia generandi pro recto consistit in prædicato relativo, nempe in paternitate; quæ habet hæc omnia munera, nimirum munus personalitatis, munus potentie generativæ, munus originis activæ, & munus relationis.

67 Quæ ratio probat virtutem generandi adæquatè consistere in entitate relativa; sicut & hoc ipsum probant rationes præcedentes, siquidem virtus producendi hoc ipso quod sit virtus producendi, sive sit virtus adæquata, sive inadæquata, debet distingui realiter à termino producto, sicut omne principium producens debet distingui, sive sit producens adæquatè, sive sit producens inadæquatè.

SECTIO OCTAVA.

Quintum caput idem probandi, quia cum Pater non generet quatenus est Deus, & quatenus est unum cum Filio, sed quatenus est Pater, & persona distincta à Filio, debet generare per virtutem generandi distinctam à Filio.

68 **E**X Hoc capite sic arguimur: Patet non generat quatenus Deus, sicut quatenus Deus creat mundum; sed quatenus est Pater; non quatenus est unum cum Filio, sed quatenus est alius à Filio, seu

quatenus est persona distincta à Filio: ergo generat secundum entitatem relativam: ergo entitas relativa, quatenus relativa, & quatenus distincta realiter à Filio, est quæ verè immediatè influit in Filium. Sed in Patre, quatenus Pater est; sola relatio paternitatis est entitas relativa: ergo in Patre sola paternitas est; quæ verè immediatè influit in Filium: ergo influit per se ipsam tanquam per virtutem producendi. Probo consequentiam, quia implicat ut paternitas, quatenus talis, verè influat ut principium quod immediatè in Filium, nisi influat per virtutem identificatam cum se ipsa ut paternitas est, & ut est distincta realiter à Filio, nam si solum influit per essentiam tanquam per virtutem influendi, non influit quatenus paternitas, & quatenus distincta à Filio; sed quatenus essentia, & quatenus identificata cum Filio. Sicut hoc ipso quod substantia ignis non calefaciat nisi per calorem tanquam per virtutem calefaciendi, non calefacit ignis quatenus est substantia, sed quatenus est substantia calida formaliter. Similiter hoc ipso quod Pater producit mundum per essentiam divinam tanquam per virtutem, non producit quatenus Pater, sed quatenus Deus.

69 Quod si dicas, paternitatem verè producere ut paternitatem, quia ut paternitas est, fecundatur ab essentia, tanquam à virtute generandi; ac proinde verè producit ut quod per principium ut quo à se virtualiter intrinsecè distinctum. Contra est, quia cum essentia non sit à paternitate, sed potius paternitas, quasi sit ab essentia; non potest paternitas verè immediatè agere, si tota virtus agendi sit essentia. Sicut in vera sententia nequit anima nostra verè agere immediatè actus supernaturales, si tota virtus agendi sit habitus supernaturalis, qui minimè ab anima dimanat, sed ei ab extrinseco infunditur. Imo iuxta Societatis verissimam principia nequit intellectus noster verè producere visionem, si tota virtus agendi sit lumen gloriæ: quia pure denominareretur agens ab actione immediatè orta ab habitu in quæ ipsa nullo modo influit activè, sed potius respectu illius se habet merè passivè. Ergo cum paternitas nullo modo se habeat activè respectu essentiæ, nec villo modo sit principium essentiæ illius nec reale neque virtuale; implicat quod quatenus paternitas, & ut distincta à Filio, verè influat in Filium, si influit per essentiam tanquam per virtutem unicam & adæquatam agendi. Nihil enim potest verè producere & agere ut quod, nisi agat per virtutem omnino secum identificatam; vel per virtutem à se fluentem. At paternitas, quatenus distincta à Filio, non est essentia, nec essentia oritur à paternitate: er-

ergo paternitas, quatenus distincta realiter à Filio nequit vere producere Filium, nisi insuat per se ipsam, immediate et distinctam à Filio: quia si insuat virtus per essentiam à se non fluentem tanquam per virtutem agendi, paternitas non ager proprie, nec insuatur proprie in Filium, sed dicitur agere pure denominative ab essentia agentis, ac proinde Pater non generabit Filium quatenus Pater, sed quatenus Deus.

70 §. Confirmatur præcedens ratio: quia quotiescumque aliquis actus convenit per se vni supposito, & repugnat ex natura rei alteri, debet convenire illi per aliquam rationem formalem, per quam vnum differt ab alio, & non per illam in qua convenit cum alio. Sed actio generandi convenit per se Patri, & repugnat ex natura rei Filio: ergo convenit Patri per rationem formalem, per quam differt à Filio, nempe per paternitatem; & non per rationem formalem, in qua convenit, nempe per essentiam. Maior ad quam tota difficultas revocatur, probatur inductione: quia enim creare convenit per se Deo, & ex natura rei repugnat substantiæ creatæ; creare convenit Deo tanquam per rationem formalem per aseitatem, qua differt ab omni substantiâ creatâ, & non per rationem communem, in qua convenit cum creatura. Item quia ratiocinare convenit homini, & repugnat bruto, necesse est, ut illud conveniat homini per id, in quo differt à bruto, & non per id, in quo convenit. Quo argumento usus est Aristoteles 11. Ethic. ad probandum, quod beatitudo hominis non consistit in operatione & delectatione partis sensitivæ, sed in operatione & delectatione partis intellectivæ: cum enim beatitudo conveniat homini, & repugnet bruto, debet convenire homini ratione partis intellectivæ, in qua differt à bruto, & non ratione partis sensitivæ, in qua convenit cum illo. Ergo cum generare conveniat per se Patri, & omnino repugnet Filio, debet convenire Patri ob aliquam rationem formalem, in qua differt à Filio, & non ob aliam, in qua convenit. Ergo ratio formalis, ob quam Pater est potens generare, & actu generat, quod Filio omnino repugnat, non est essentia, sed paternitas.

SECTIO NONA.

Solvitur prima obiectio, ubi exponitur quomodo paternitas possit esse tota ratio producendi Filium, quamvis non præcōtineat totam perfectionem Filij.

71 **O**BIECIES Primò: virtus adæquata producendi, debet continere totam perfectionem termini produ-

ducti, cum nemo possit dare quod non habet. At paternitas ut distincta virtualiter ab essentia, non præcontinet totam perfectionem Filij, cum non continet perfectionem essentia, quæ reperitur in Filio: ergo paternitas ut distincta virtualiter ab essentia, non est virtus adæquata producendi Filium. Respondeo, distinguendo maiorem: debet continere totam perfectionem termini producti, secundum formalitatem productam, concedo maiorem; secundum formalitatem pure communicatam, & minime productam, nego maiorem. Et distinguo minorem: non præcontinet totam perfectionem Filij secundum formalitatem productam, nego minorem; secundum formalitatem pure communicatam, concedo minorem; & nego consequentiam. In Filio namque reperitur duplex formalitas, nempe formalitas absoluta, & formalitas relativa, nempe essentia & filiationis: ex his duabus formalitatibus, essentia, quatenus essentia, pure communicatur, & minime productur; filiationis autem vere productur; & quia Filius dicitur in recto filiationem, ideo Filius vere produetur; denominatione desumpta à formalitate filiationis producta. Item vero paternitas, quatenus distincta virtualiter ab essentia, vere præcontinet totam perfectionem filiationis ut distincta virtualiter ab essentia, & consequenter totam perfectionem Filij secundum formalitatem productam. Ut autem paternitas sit virtus communicandi essentiam, satis est, quod secum habeat essentiam per identitatem realem, & quod sit virtus producendi filiationem, quæ ex conceptu suo est acceptio essentia, & illam secum identificat; sicut illam identificat paternitas, quæ est datio, & activa communicatio essentia. Essentia namque divina non est capax communicari per productionem sui, sed per productionem formalitatis secum identificatæ constituentis novam personam, ad quæ necessario transit per hoc præcisè, quod producatur nova personalitas divina, seu nova entitas relativa.

72 In creatis quidem repugnat, ut aliquid sit tota virtus producendi terminum, quin præcontinet totam perfectionem termini, & ideo in vera sententia nequit accidere esse tota virtus producendi substantiam, sed substantia debet esse immediate operativa alterius substantiæ. Ratio autem disparitatis est manifesta, quia in creatis nulla formalitas communicatur termino, quæ non producatur à virtute agendi cause, quia repugnat ut eadè numero essentia, quæ est in causa, sit quoque in termino producto; sed debet essentia termini produci, & terminus productus in creatis importat in recto entitatem & essentiam

In propria personali est de linea intellectuali, & de genere representationis intentionalis; & hæc est ratio vera, cur procedat per intellectum; & non per voluntatem. E contra Spiritus Sanctus ex sua proprietate personalis est de linea affectiva; & est pondus amoris & amor substantialis productus; & hæc est ratio genuina, cur procedat potius per voluntatem, quam per intellectum. Neque enim locutio illa, quod secunda persona procedat per intellectum, & non per voluntatem; & contra Spiritus Sanctus procedat per voluntatem, & non per intellectum, potest fundari in eo, quod intellectus essentialis, & non voluntas influat in Filium; & contra voluntas, & non intellectus, influat in Spiritum Sanctum, ut late ostendi disp. 2. sect. 2. sed debet necessario fundari in aliquo discrimine vero & reali reperto in Filio & Spiritu Sancto, seu in aliqua differentia reali propria Filij, quæ non identificatur cum Spiritu Sancto. Hæc autem differentia non est alia, quam ipsa personalitas Filij, quæ est de linea intellectiva, & de genere representationis, & non de genere affectivo; cum interim personalitas Spiritus Sancti sit de linea affectiva, & non de intellectiva. Unde sicut secundam personam esse Filium potius quam tertiam; est aliqua differentia realis, quæ est in Filio, & non in Spiritu Sancto; per identitatem immediatam cum persona Filij, & per distinctionem realem ab Spiritu Sancto secundam personam potius quam tertiam procedere per intellectum; & non per voluntatem, est aliqua differentia realis reperta in Filio, quæ non reperitur in Spiritu Sancto. In Filio autem nulla est differentia realis ab Spiritu Sancto, nisi ratione personalitatis, seu proprietatis relativæ. Ergo in hac, & non in aliquo predicato communi fundatur illa locutio; & inde petenda est eius veritas.

§. II.

In Deo præter intellectum absolutum datur notionalis, & qualis ille sit.

76 **H**INC in Patre præter intellectum essentialem & absolutum, quæ est communis tribus personis; & videlicet Deus, quatenus Deus, est intelligens; & Pater & Filius & Spiritus Sanctus intelligunt; admittendus est intellectus notionalis (ut vidimus disputatione 2. numero 16.) cuius munus sit producere Verbum; non quidem, quod Pater reddatur formaliter intelligens, nam ut ostendi disp. 2. sect. 4. Filius non est sapientia formalis, à qua Pater reddatur formaliter sapiens, & intelligens; ut enim docet Augusti-

nus: *Pater non est sapiens sapientia genita; sed Verbum, in quo tanquam in imagine viva, & exemplari perfectissimo Pater seipsum, & omnia cognoscit per cognitionem & intellectum essentialem;* & similiter in eodem Verbo cognoscit Spiritus Sanctus & ipsummet Verbum; & similiter in Patre & Filio præter voluntatem essentialem & absolutam communem tribus personis, admittenda est voluntas notionalis; propria Patris, & Filij, videlicet Pater, & Filius per modum unius principij producant Spiritum Sanctum. Intellectus autem ille notionalis consistit in paternitate; & voluntas notionalis consistit in inspiratione activa. Dicitur autem intellectus, non quia potest illum Pater intelligat; neque quia per illum Pater producat intellectionem, qua intelligit. Pater enim intelligit, quatenus Deus, per intellectum & intellectionem essentialem omnino improducant; sed quia per illum producit Verbum, quo infinitam suam sapientiam manifestat, & hoc quo nequit Pater esse infinite sapiens; Deus enim, quatenus infinite sapiens, identificat necessario secum virtutem producendi Verbum manifestativum infinite illius sapientie; quæ virtus producendi Verbum, est ipsa paternitas, & constituit Patrem. Et similiter inspiratio activa dicitur voluntas; non quia per illam Pater & Filius se amant formaliter, tanquam per operationem amandi; sed quia per illam producant Spiritum Sanctum, quo infinitum suum amorem manifestant, producendo tertiam personam, tanquam vinculum amoris Patris & Filij, & tanquam centrum, in quo ultimo quiescit mutus eorum amor.

77

Neque difficile apparere debet, quod datur intellectus, qui proprie non intelligat. Nam in sententia Patris Suarez intellectus est distinctus ab anima, & est virtus quædam, qua adjuvatur anima ad producendas intellectiones, in quas etiam ipsa anima immediate influit, ut probat disp. 18. metaph. sect. 5. & tamen intellectus ille non intelligit; neque percipit obiectum; quia hoc est proprium ipsius anime, quæ est substantia intellectiva, & ad quam, & non ad potentiam distinctam, quæ est accidens, spectat perfectio intelligendi, & amandi; sed intellectus ille datur anime per modum virtutis ad productionem intellectionis. Sicut ergo in hac sententia intellectus est potentia intelligendi, non quia intelligat, sed quia est virtus producendi intellectionem; ita paternitas dicitur intellectus notionalis, non quia, ut talis, sit intellectus intelligens, sed quia ut talis est virtus, qua utitur substantia intellectiva infinita; non quidem ad producendam intellectionem, qua intelli-

gat, sed ad producendum Verbum, in quo intelligat, & sine cuius productione intelligere nequit: essentia enim divina nequit intelligere, quin identificet secum personam producentem Verbum, in quo intelligat.

§. III.

Cur præter intellectum absolutum detur in Deo intellectus notionalis, cuius munus sit esse virtutem productivam Verbi, & actionem productivam ipsius.

78 **C**UR in Deo debeat præter intellectum absolutum dari intellectus notionalis productivus Verbi, possumus imprimis explicare iuxta principia D. Thomæ, qui 1. p. q. 27. art. 1. corp. universaliter affirmat, quod *quicumque intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellecta, & dicitur verbum cordis: & opusculo 14. quod est de natura Verbi intellectus, ait, quod prima actio intellectus informati specie impressa obiecti, est formatio sui obiecti, quo formato intelligit: Quod ideo dixit, quia ut ostendi disp. 2. sect. 7. D. Thomas distinguit intellectionem à verbo mentis, siquidem iuxta ipsum, verbum mentis non est id, quo intellectus intelligit ut forma intelligendi, sed id, in quo intelligit obiectum, quia est imago obiecti, seu ipsum obiectum in esse intentionali, ac proinde est obiectum intellectus.*

79 Hoc supposito, dici potest primo, substantiam divinam à seipsa habere, quod sit infinite intelligens, & quod sit producens Verbum, in quo intelligat omnia, & sine quo nihil potest intelligere; unde non prius origine erit, aliqua prioritate vera & independēti à nostris conceptibus, essentia divina intelligens, quam Pater sit producens Verbum: substantia namque divina ut producens Verbum, est Pater; ipsa vero ut intelligēs in Verbo producto est essentia, & est communis tribus personis: omnes enim intelligunt in Verbo, licet solus Pater producat Verbum. Unde Pater intelligit omnia in Verbo à se producto: Verbum in se ipso; Spiritus Sanctus in Verbo. Ac proinde Pater à se ipso habet quod intelligat, quia à se ipso habet producere Verbum in quo per essentiam suam intelligat; Filius vero non à se ipso, sed à Patre habet quod intelligat; quia à Patre producitur secundum esse personale, ac proinde accipit per productionem esse imaginem, in qua omnia representantur; & per communicatorem accipit

essentiam atque adeo intellectionem essentialē; per quam tanquam per formam omnia in se ipso cognoscit tanquam in perfecta imagine Patris, & in perfectissimo exemplari omnium creaturarum. Hinc Pater quodammodo facit intelligere omnes divinas personas, quia cum impossibile sit aliquam personam divinam intelligere sine Verbo producto, in quo intelligat; & solus Pater producat Verbum; solus Pater facit intelligere omnes divinas personas; se ipsum quidem facit intelligere, non quidem producendo intellectionem, per quam intelligit; hanc enim habet à se omnino improductam, & incommunicatam; sed producendo Verbum, sine quo nequit per intellectionem essentialē intelligere. Unde Pater Verbum producens, quasi causam agit omnium personarum, quorum est fons, & origo; quia producit Verbum, sine quo nulla divina persona possit aliquid intelligere: omnis enim intellectio iuxta illa principia vel est formaliter productio verbi, ita ut substantia intellectiva intelligendo producat verbum, & producendo verbum, intelligat; ut contingit in creatis secundum sententiam Patris Molinae expositam disp. 2. sect. 6. num. 50, & secundum genuinam sententiam D. Thomæ de verbo mentis expositam ibi sect. 7. vel identificat secum realiter productionē verbi, ut contingit in Deo, in quo intellectio ut intellectio non est productio Verbi; siquidem reperitur in Patre & Filio, qui non producunt Verbum, sed in Verbo à solo Patre producto intelligunt omnia.

80 Hinc Patres contra Arianos probabant, Verbum divinum esse coeternum Patri, quia si Verbum non esset æternum, Pater ab æterno non intelligeret, ut videre est apud Didacum Ruiz disp. 29. sect. 3. Quæ illatio est per locum ab intrinseco; quia si de conceptu substantiæ intelligeris, ut intelligentis, est producere verbum, ratione cuius obiectum intellectum sit in intellectu ut intelligente; sanè cum certum sit Deum ab æterno se ipsum intelligere, certum est Deum intellectum esse in se ipso ut intelligente: Deus autem intellectus idem est ac Verbum in phrasi D. Thomæ, ut vidimus disp. 2. sect. 7. & quævis homo intellectus non sit homo, sed imago intentionalis hominis producta ab anima intelligente hominem, quia dum intelligit, format in se imaginem eius, quod intelligit: ac Deus intellectus à Deo, est Deus, quia est in Deo intelligente; & quidquid est in Deo, Deus est. Hinc quamvis Pater sit Deus intelligens, & Filius sit Deus intelligens, & Spiritus Sanctus sit Deus intelligens; solus tamen Filius est Deus intellectus à mente Patris procedens.

dēns; vñ enim inquit D. Thomas 4. contra gent. cap. 11. circa medium; oportet quod in homine intelligente seipsum, verbum interius conceptum non sit homo verus, naturaliter esse hominis habens: sed sit homo intellectus tantum, quasi vera similitudo hominis ab intellectu apprehensa: ipsum verò Verbum Dei ex hoc ipso quod est Deus intellectus, est verus Deus habens naturaliter esse divinum, eo quod nō est aliud esse Dei, aliud eius intelligere.

81 Iuxta hunc discurrendi modum licet Filius supponat Patrem vt productentem, & vt cognoscentem, quia Pater nō producit Filium ignorando id quod producit: tamen Pater, vt produicens Filium, non supponit seipsum vt cognoscentem seipsum, & omnia: quia cū productio Verbi iuxta illum philosophandi modum sit necessaria vt Deus intelligat, non prius potest concipi Deus intelligens, quā concipiatur, suppositum Patris produicens Verbum; vnde Pater producendo intelligit, & intelligendo producit, nō quia productio Verbi, quatenus est productio, sit intellectio aliqua relativa distincta virtualiter ab intellectu essentiali, sed quia illa productio imbibit implicite intellectiōem essentialē, vel concomitanter cum intellectu se habet. Atque adeo si in Patre distinguamus ratione nostra potentiam proximam generandi à generatione actiua, ille actus primus proximus non constituitur per paternitatem & actualementem intellectuōem, sed per paternitatem & per intellectum paternum, qui pro posteriori habet exercitiū actualiter intelligendi in eodem signo in quo Pater habet exercitiū producendi. Ex his autem duobus exercitijs convenientibus Patri in illo signo, alterum conuenit Patri ratione relationis paternitatis, alterum ratione intellectus absoluti.

§. IV.

Quomodo inter se comparentur intelligere & dicere, seu intellectio & dictio, vbi vnde dicatur sententia Scoti ab impugnationibus P. Vazquez.

82 **Q**VI Discurrendi modus consonat sententiæ Scoti in 1. dist. 2. quæstiōne 7. §. Obicitur contra, vbi in diuino intellectu duos actus meditatiui, nimirum intelligere, & dicere, asseritque, illum primum esse essentialē, atque adeo communem tribus personis; secundum vero esse notionalē & propriū solius Patris, quia solus Pater dicit Filio & Spiritui

Sancto; Filius verò nō dicit Patri. Hanc Scoti sententiā ex eo impugnat P. Vazquez disp. 112. num. 6. quia dictio intellectualis est intellectio quædam; & Pater per ipsam dictiōem formaliter debet intelligere seipsum in Verbo; nam si solum seipsum intelligeret in Verbo per intellectuōem essentialē, hoc non magis verū esset de Patre quā de Filio & Spiritu Sancto: At hoc, inquit Vazquez, nullus Theologorum concederet: Ergo in Deo nequit distinguere & dicere. Quapropter, vt explicuimus disp. 2. sect. 12. n. 114. & 115. Vazquez in Patre admittit duplicem intellectuōem, alteram essentialē, & alteram notionalē; ita tamen vt essentialis intellectuō includatur in notionali, sicut animal includitur in homine. Verū hoc nō multum vrget. Quamvis enim Pater nō possit loqui, & Verbum internum proferre, quin intelligat, non est necesse vt ipsa productio Verbi secundum id quod addit ad essentialē, id est secundum esse relativum sit intellectuō, sed satis est, vel quod sit intellectuō, vel intellectuōem supponat, vel intellectuōem secum necessariō afferat: satisque est, vt ipsum Verbum productum vel sit intellectuō, qua intellectus intelligit; vel si sit id, in quo intellectus intelligit, supponat, pro priori originis personam intelligentem, à qua procedat. In creatis enim probabilissimum est, verbū mentis esse formam, qua substantia intelligit, vt explicui disp. 2. sect. 11. nu. 109. At in Deo Verbum mentis non est id, quo Pater intelligit, sed id in quo tanquam in imagine & similitudine sui intelligit se, & omnia: verissimumque est, nō solum Patrem seipsum intelligere in Verbo, sed etiam Verbum ipsam, & Spiritum S. Patrem videre in Verbo, tanquam in imagine expressa Patris; & in illo intelligere omnia; tanquam in specie expressa omnium cognoscibilium: neque vt saluentur ea, quæ Scriptura & Patres dicunt de Patre æterno producentē Verbum; requiritur, quod productio ipsa Verbi secundum id quod addit ad prædicata absoluta, sit intellectuō; sed satis est vel quod intellectuōem supponat, vel intellectuōem necessariō concomiter: intellectuō namque essentialis nequit esse ipsa productio actiua Verbi secundum id quod talis productio importat in recto, vt dixi sect. 8.

83 Hæc dicta sunt iuxta sententiā asserentem, de conceptu intelligentis esse formare vel producere verbum, in quo intelligat; & iuxta placitum D. Thomæ, qui in cōpendio Theologiæ probat diuinitatem Verbi Incarnati, hoc argumento: Cum hoc Verbum in Deo ponatur per hoc quod Deus seipsum intelligit, sui Verbi intelligibile concipien-

do, oportet quod si aliquando Dei Verbum non fuit, quod Deus seipsum tunc non intellexisset. Iuxta quam sententiam facile explicatur, cur secunda persona procedit per intellectum, quia nimirum procedit ut Verbum, sine quo nequit Pater intelligere, & in quo Pater & omnes divinæ personæ intelligunt; & quamvis non producat per intellectum essentialē tanquā per principium quo, producit per intellectum notionalem, ex exigentia intellectus essentialis parentis intellectum notionalem, ut natura divina quatenus intellectiva, ad intra comunicetur. Et in hac sententia Pater producit Verbum, quia intelligit, & ut intelligat. Quorum primum est verum, quia intellectio essentialis est prima radix omnium perfectionum divinorum; secundum autem, quia de conceptu intelligentis est producere Verbum, & sine Verbo mentis impossibile est intelligere.

84 Cæterum iuxta sententiam à nobis expositam disp. 2. sect. 10. num. 108. quæ asserit Patrem Æternum cognoscere omnia possibilis in sua essentia tanquam in medio cognoscendi, præscindendo à Verbo producto, ita ut quamvis per impossibile non produceret Verbum, adhuc intelligeret, licet intellectu imperfecto, utpotè impotenti se ad intra communicare: & iterum se & omnia cognoscere in Verbo, tanquam in imagine expressa, in qua repræsentantur omnia, quæ erant in scientia Patris: quia non producit Verbum ut intelligat, sed quia pro priori intelligit cum infinita perfectione; & infinita cognitio perit titulo suæ infinitatis exprimere Verbum substantiale manifestativum infinitæ sapientiæ Dei; & quod sit imago intentionalis per se subsistens principij producentis, nempe Patris, quæ imago titulo repræsentandi cum infinita perfectione Patrem producentem perit esse eiusdem naturæ cum ipso, & ideo est Filius: ut explicui disp. 4. sect. 7. Quapropter, ut exposui disp. 2. pag. 24. num. 100. quoad hoc magis convenit Verbum divinum cum nostro verbo vocali, quàm cum mentali; nos enim verbum mentale producimus ut intelligamus, & ex indigentia ad Intelligendum: at Pater Æternus non producit Verbum ut intelligat, sed quia intelligit; & ut suam scientiam aliasque perfectiones alijs personis manifestet, nempe Filio & Spiritui Sancto; & ut habeat imaginem perfectissimam sui, quam qui intuitus fuerit, hoc ipso in illa perfectissimè cognoscat Patrem, sicut nos non proferimus verbum vocale, ut intelligamus, sed quia intelligimus, & ut animum nostrum alijs manifestemus. Et iuxta hunc discurrendi modum secunda persona procedit per intel-

lectum, quia procedit ut Verbum manifestativum scientiæ Patris, in qua eius essentia consistit: & quamvis non supponat intellectum atque intellectionem essentialē ut principij productivum sui; supponit tamen intellectum atque intellectionem essentialē ut habentes summam inclinationem ut se communicent personæ distinctæ; & hoc titulo postulantes intellectum notionalem veluti potentiam, media qua tanquam virtute agendi comunicentur; deoque ex vi processions accipit secunda persona formaliter intellectionē essentialē, quia cum Verbum sit ex sua differentia personalis de linea intellectiva, per se primo trahit ad se perfectiones absolutas illius lineæ. Quod verum esse debet, quamvis dicamus, Patrem nō intelligere per ipsam productionem activam Verbi, ut supra exposuimus.

85 Neque contra hoc urget argumentum, quo P. Vazquez disp. 12. n. 7. impugnat sententiam Scoti distinguentis in Patre actum dicendi ab actu intelligendi; quia si dictio (inquit) qua procedit Verbum, formaliter non esset intellectio, Verbum non diceretur nata aut genita sapientiæ: eodē namque modo diceretur Spiritus Sanctus sapientiæ saltem procedens: quia est Deus procedens, & Deus est sapientiæ. Fit ergo, ut Filius dicatur nata sapientiæ, quia actu sapientiæ & intellectionis procedit. Non, inquam, urget hoc argumentum. Sicut enim Filius non ideo dicitur sapientiæ genita, quia sit sapientiæ formalis, à qua Pater reddatur formaliter intelligens, sed quia est id, quod Pater concipit cognoscendo, ut explicat S. Thomas q. 34. art. 1. ad 2. his verbis: *Cum dicitur, quod Verbum est notitia, non accipitur notitia pro actu intellectus cognoscētis, sed pro eo, quod intellectus concipit cognoscendo.* Ita non est necesse, ut dicatur sapientiæ genita, quia actio producens ipsum, id est dictio, sit formalis intellectionis, à qua Pater reddatur intelligens; nā etiam iuxta communiorē sententiā eorum, qui dicunt principium quo Verbi consistere in intellectione essentiali, productio activa Verbi nō consistit in intellectione, sed in paternitate secundum conceptū relativum. Unde quamvis eruditissimus Ruiz, disp. 100. late probet potentiam productivam ad intra significare in recto naturam divinam, & de obliquo relationem; tamen disp. 84. tanquam certum statuit, originem activam distingui realiter à passiva, at proinde importare in recto relationem. Quapropter ad salvandum, quod Verbum est sapientiæ genita, non requiritur quod dictio, seu productio activa Verbi sit formaliter intellectio; sed ad summum requiratur quod procedat per sapientiā tanquam per pri-

principium quo, ut dicit communis sententia: Dixi ad *summum*, quia iam ostendimus, neque hoc requiritur, quia probavimus, non ideo secundam personam procedere per intellectum, & non per voluntatem, quia intellectus essentialis, & non voluntas sit principium quo Verbi, sed quia ipsa persona Verbi secundum formalitatem relativam est de linea intentionali, & representativa, & non de affectiva.

§. V.

Proposuntur duo modi, quibus explicari posset, productionem activam Verbi esse formaliter intellectiōem relativam.

86 **D**VOBUS Modis potest defendi, ipsam productionem Verbi esse formaliter intellectiōem relativam, per quam solus Pater producendo Verbum intelligat seipsum in Verbo suo; ita ut Pater producendo intelligat, & intelligendo producat. Primum asserendo ipsam productionem Verbi, seu dictionem includere intellectiōem essentialem, sicut particulare includit universale, & sicut Pater includit essentialitatem: secundo, asserendo dictionem seu productionem Verbi distinguere adzquare ratione nostra ab essentialitate & ab intellectiōe absoluta; ac proinde asserendo, productionem Verbi distinctam virtualiter ab essentialitate, & ut præcedentem ab illa, seu ut non includentem illam, esse formaliter intellectiōem. Primum modum sequitur P. Vazquez disp. 112. cap. 3. qui ut suam sententiam exponat, observat, *intelligere ita esse de ratione dictionis, & diligere de ratione spiritalitatis; ut aliqua sit differentia rationis inter illa; nam si idem esset omnino, tunc utque conveniret intelligere, conveniret etiam dicere; quare communis esset dictio tribus personis (quod est absurdum) quia illis omnibus convenit intelligere. Differunt itaque (subdit P. Vazquez) nostro modo intelligendi intelligere & dicere: diligere & spiritalitate: non sicut duæ rationes particulares, quo pacto dicimus attributa divina differre inter se, sed sicut includens & inclusum, excedens & excessum: sicut homo differt ab animali, nam animal in suo conceptu non includit hominem, vel rationem particularem illius, sed homo includit animal, & aliquid peculiare nostro modo intelligendi. Et sicut in divinis persona differt a essentialitate, quia illam includit, & addit modum particularem, quo contrahitur essentialitas, ut sit persona. Ergo sicut divina persona formaliter est Deus, & sine Deitate nequit intelligi sic productio Verbi, seu dictio est intellectio.*

87 Secundum modum sequitur P. Valentia tom. 1. disp. 2. q. 1. punct. 3. col. 619a versus *Vi igitur*, ubi advertit, quod sicut propter divinarum personarum tum convenientiam essentialem, tum distinctionem personalem, in latitudine substantiæ, necesse est in latitudine substantiæ divine esse duas rationes saltem virtualiter distinctas, videlicet rationem absolutam, quæ est essentialis, & rationem respectivam, quæ est personæ: ita etiam in latitudine actionis divine oportet ponere duas rationes actionis, saltem virtualiter distinctas, quarum altera sit absoluta, atque adeo communis omnibus personis, sicut est essentialitas seu naturalitas altera sit respectiva, quæ non sit communis omnibus, sed propria personæ vel personarum producentium. Quod late explicat, & confirmat, & postea §. His autem concludit, quod nomine intellectiōis, ut est intellectio, animo concipi debet intellectio absoluta, sicut abas intellectio, ut intellectio, absolutum quiddam esse solet: nomine autem intellectiōis, ut est dictio, intellectio respectiva.

§. VI.

Uterque modus id explicandi difficilis est.

88 **I**MPRIMIS Modus traditus à P. Vazquez difficultatem habet; nam si dictio, ut ipse supponit, idem est ac productio activa Verbi: & divinum dicere proprie sumptum idem est ac producere Verbum, ut inquit P. Ruiz disp. 60. sect. 1. n. 8. & late probat ex Patribus; dictio imponat in se relationem paternitatis, & distinguitur realiter à Verbo: nam productio activa in Deo manet in persona producente, & distinguitur realiter à productione passiva, quæ identificatur cum termino producto; ut tanquam theologice certum statuit P. Ruiz, ut vidimus sect. 7. ergo dictio non includit formaliter, quatenus dictio est, intellectiōem essentialem, nec ad illam comparatur tanquam includens ad inclusum, sicut comparatur homo ad animal, & Pater ad Deitatem. Pater enim est complexum ex paternitate & essentialitate: ac productio activa Verbi quatenus distincta realiter à productione passiva, seu filiatione, non includit formaliter essentialitatem, sed solum explicat relationem ut distinctam virtualiter ab essentialitate, & identificatam realiter duntaxat cum essentialitate, sub qua ratione non includit formaliter essentialitatem; quia relatio quatenus distincta virtualiter ab essentialitate, non est formaliter essentialitas, sicut homo est formaliter animal, & Pater est formaliter Deus. Vnde dictio non comparatur ad essentialitatem, sicut Pater ad Deitatem, sed sicut

paternitas ut distincta virtualiter ab essentia, comparatur ad essentiam, cum qua constituit Patrem & sicut rationale comparatur ad animal, cum quo constituit hominem.

89 Modus etiam P. Valentiae difficilis est; quia ut inquit P. Ruiz disp. 59. lect. 1. n. 12. non est possibile notionale intelligere, quod sub ratione propria intellectiois sit notionale, seu personale, nec est possibile super essentialia intelligere adiungi aliquid formaliter pertinens ad rationem intellectiois, & intra illam quasi contrahens, quemadmodum in creaturis practicum & speculativum limitares differentia iure, distinguentes scientiam in ratione *scientia*. Quod satisime ibi probat. A nobis autem breviter suadetur, cum enim Deus quatenus Deus, & quatenus est quid absolutum sit infinite cognosces omnem veritatem cognoscibilem, identificatur adaequate cum essentia divina omnis perfectio possibilis intra lineam cognitionis & scientiae: cum ergo Deus possit esse Pater, non postulat paternitatem titulo cognoscendi per illam novo modo aliquam veritatem ex ijs, quas cognoscit per notitiam essentialis; cum hac absorbeat omne perfectionem possibilem intra latitudinem notitiae; nec titulo cognoscendi novam aliquam veritatem, quam non cognoverit per cognitionem essentialis, cum hac omnes veritates comprehendere cognoscat. Ergo impossibilis est alia scientia & cognitio, quam Deus Pater cognoscat iterum idipsum, quod cognoscit per scientiam essentialis; ergo Pater, quatenus Pater, non cognoscit cognitione aliqua superaddita ad illam, qua cognoscit quatenus Deus; ergo non datur cognitio relativa distincta virtualiter ab absoluta. Nec datur munus ad quod deservire possit; ut enim ostendimus contra P. Vazquez n. 81. non requiritur hac nova cognitio, ut Pater seipsum cognoscat *in Verbo suo*, certum enim est, Patrem seipsum in Verbo intelligere per intellectioem absolutam; cum per intellectioem absolutam Pater cognoscat omnem veritatem cognoscibilem, frustra ergo ponitur alia cognitio propria & singularis solius Patris, qua se in Verbo suo cognoscat. Nam videre Patrem, in Filio tanquam in imagine expressa Patris, competit omni videnti Patrem, iuxta illud, *qui videt me, videt & Patrem meum*; & a fortiori convenit omni personae divinae comprehendenti per intellectioem absolutam personam Filii.

90 Rursum suadetur; quia cum paternitas non transeat ad Filium, neque ad Spiritum Sanctum; sane si paternitas, quatenus est productio Filii esset cognitio, & Pater quatenus producat Filium, per ipsam productionem ut talem cognosceret, haberet Pater aliquam

scientiam, qua careret Filius, & Spiritus Sanctus, quod videtur absurdum, quia Pater neque extensive est sapientior Filio & Spiritu Sancto. Denique si paternitas, quatenus est productio, foret etiam intellectio; sane cum sit productio per se subsistens, seu productio producat, foret cognitio cognoscat; ac proinde daretur in Patre aliqua potentia cognoscativa & perceptiva obiecti, quae non inveniretur, neque in Filio, neque in Spiritu S. unde non solum in Patre esset duplex cognitio, sed duplex potentia cognoscativa & perceptiva obiecti, quod videtur absurdum. Restat ergo ut paternitas solum dicatur intellectus notionalis, quia est virtus producendi Verbum; in quo Pater intelligit, & per quod suas perfectiones manifestat; prout a nobis explicatum fuit n. 76. & 77. & quia est virtus quam secum necessario affert essentia divina, quatenus infinite intellectiva, ac proinde est virtus propria intellectus divini, quatenus talis; unde terminus procedens per eam virtute recte dicitur procedere per intellectum, qui est prima ratio exigens communicationem sui media illa virtute.

SECTIO UNDECIMA.

Salvatur tertia obiectio, ubi de personarum aequalitate.

91 **O**BIECTIO Tertia: quia si sola proprietates relativa esset virtus producendi ad intra, non salvaretur aequalitas divinarum personarum. At certum est ex Scriptura, ex simbolo Athanasij, & ex Concilio, personas divinas esse inter se omnino aequales, ut constat ex dictis lect. 5. ergo sola proprietates relativa non est virtus producendi ad intra. Sequela probatur, tum quia relatio producens est perfectior relatione non producente. Unde Pater & Filius essent perfectiores Spiritu Sancto, qui constituitur relatione non productiva. Tum quia relatio producens debet continere relationem producendam; sed non potest continere illam formaliter; ergo eminenter; ergo est perfectior relatio producens, quam relatio producta; & consequenter persona per illam constituta. Hoc argumentum desumptum est ex Scoto in 1. dist. 7. quaestione unica, 5. *Loquendo*, ubi hoc argumentum probat, paternitatem non esse potentiam generandi, quia tunc (inquit) paternitas esset perfectior filiatione; primo, quia *quod, quo producens producat, si non est eiusdem rationis cum producti forma, continet eam virtualiter, & est perfectior ea; ergo si paternitas est, quo Pater agit, non est eiusdem rationis cum filiatione, continet virtualiter filiationem, & est perfectior*

Etior ea. Secundo, quia filiatione non dat Filio quod agat, nihil enim nec ad intra neque ad extra producit Filius filiatione: ergo si Pater paternitate agit formaliter, erit paternitas perfectior filiatione.

92. Hoc argumentum instatur primo contra adversarios: nam iuxta illos, quamvis essentia in Patre sit fecunda ad generandum, & non sit fecunda in Filio, non est perfectior in Patre, quam in Filio: & quamvis in Patre, & Filio sit potentia agendi ad intra, & hoc non habeat in Spiritu Sancto, non est perfectior in Patre & Filio, quam in Spiritu Sancto. Ergo pariter quamvis paternitas sit potentia agendi ad intra, & hoc non habeat filiatione, non propterea paternitas erit perfectior filiatione. Instatur rursus, quia sicut ex terminis melius est esse virtutem agendi, quam non esse virtutem, seu dare supposito quod agat, quam non dare; ita ex terminis melius est esse à se, quam esse ab alio: & tamen paternitas, quæ est à se, non est melior filiatione, quæ est ab alio. Quod hic responderunt adversarii, respondebimus nos eorum argumento.

93. Ad argumentum ergo respondeo, negando sequelam maioris: ad eius probationem primam respondeo, in Deo non esse perfectiorem relationem producentem, quam non producerem; quia quælibet relatio divina habet infinitatem non solum in genere relationis, sed in genere entis; cum quælibet habeat realem identitatem cum essentia, & essentialiter postulet ab ea infinite perfici. Unde non minoris perfectionis est in Filio quod generetur, & non possit generare, quam in Patre quod possit generare, ut explicui disp. 9. sect. 3. Cum enim essentia divina postulet ob summam suam perfectionem esse in tribus personis, postulat relationes ipsam communicantes, & relationes ipsam accipientes; & non minus perficit relationes recipientes ab alio ipsam, quam relationes communicantes alteri. Nec in Filio potest esse argumentum minoris perfectionis illud, quod est necessarium, ut Filius sit æqualis Patri; ut autem Filius sit æqualis Patri, necesse est quod generetur, & non possit generare si enim Pater Æternus genuisset Filium potentem generare, atque produxisset Verbum potens producere aliud Verbum; Filius non esset æqualis Patri, utpote qui non adæquaret vim infinitam generativam Patris; nec verbum esset infinite perfectum, utpote non adæquans vim infinitam cognoscendi existentem in Patre; ut ibidem exposui. Ergo quod nec Filius possit generare, nec Spiritus Sanctus aliquid ad intra producere; non est argumentum ad probandum quod relatio filiationis, & spirationis passivæ sint minus perfectæ quam paternitas, & spiratio activa.

94. Unde æqualitas divinarum personarum sumitur ex eo, quod quælibet persona est Deus; & quælibet est ens à se infinitum simpliciter in omni genere; & quia quælibet relatio est Deus, quælibet relatio est æqualis cuicumque alteri relationi; earum namque magnitudo sumitur ab essentia, à qua æqualiter perficiuntur, quia omnes & singula conveniunt in ratione entis à se. Hoc pacto explicuit Augustinus æqualitatem divinarum personarum lib. 5. de Trinit. cap. 6. *Non secundo hoc quod ad Patrem dicitur, æqualis est Filius Patris restat ut secundum id æqualis sit, quod ad se dicitur. Quidquid autem ad se dicitur, secundum substantiam dicitur, restat ergo ut secundum substantiam sit æqualis.* Præterea lib. 3. contra Maximinum cap. 18. proposuit sibi objectionem, qua Maximinus contendebat, Filium esse minorem Patre, quia Pater genuit Filium; Filius vero non genuit eamque diluit his verbis: *Quod si dixeris; eo ipso maior est Pater Filio, quia de nullo genitus, genuit tamen æqualem: cito respondebo. Imò ideo non est maior Pater Filio, quia æqualem genuit, non minorem. Originis enim questio est quis de quo æqualitatis autem, qualis, aut quantus.*

95. Ad idem principium recurrunt alij Patres pro explicanda æqualitate divinarum personarum. Nam Athanasius sermone de Sanctissima Deipara colum. 3. inquit: *Hinc perfectus Deus Pater, perfectus Deus Filius, perfectus Deus Spiritus Sanctus, quia singuli non destituuntur plenitudine Deitatis, sed æqualitatem habent omnium earum proprietatum, quibus æqualiter plenitudo divinitatis intelligatur. Quibus enim æqualis substantia est, diversis interim proprietatibus, ea æqualia ex æqualitate visæ nominantur.* Ergo ideo relationes sunt æquales, quia perficiuntur ab eadem essentia summè perfecta. Deinde Cyrillus Alexandrinus libro secundo Thesauri, capite tertio, eodem modo rem hanc explicat: *Quævis ergo, inquit, secundum rationem substantiæ Patris, æqualis & penitus similis sit, maior tamen ipso Pater est, in hoc solummodo, quia ex eo Filius est. Quare secundum Cyrillum Pater maior Filio est sine ulla inæqualitate, quia illa maioritas solum importat rationem originis in ratione importante perfectionem, & dignitatem sine ulla inæqualitate; quia solum significatur auctoritas principij producentis, quæ per se fundaret inæqualitatem, nisi Filius participans per identitatem totam essentiam Patris, evaderet ratione essentia summè æqualis.* Hinc Divus Thomas questione 42. articulo

4. ad i. merito colligitur, *aequalitatem & similitudinem* in divinis attendi, non secundum distinctionem & diversitatem relationum, sed tantum secundum magnitudinem perfectionis essentialis, & relationis. Vnde tunc solum relatio potens producere est perfectior relatione non productiva, quando relatio productiva non communicat termino eandem numero essentiam & substantiam, quam in se habet: quando vero relatio productiva communicat relationi non productivae Deitatem & essentiam infinitam, tunc relatio producens licet sit maior origine, non tamen perfectione, ac proinde terminus productus non evadit minor principio producente, ut explicat Sanctus Thomas opusculo 1. contra errores Graecorum capite 2. in fine; ubi explicans dictum Magni Basilij affirmantis, quod *Spiritus est secundus a Filio aequalitate*, inquit *potest hoc exponi non de dignitate naturali, sed de personali, sicut & secundum nos dicitur, quod persona est hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente. Secundum quem modum dicit Hilarius, quod Pater est maior Filio propter auctoritatem. Filius tamen non est minor Patre propter substantia unitatem.*

96. Ad secundam probationem maioris desumptam ex eo, quod relatio producens debet continere relationem producendam, & cum non possit continere formaliter (siquidem relationes illae non sunt eiusdem rationis) debet continere eminenter, seu virtualiter tanquam principium aequivoicum; omne autem principium continens virtualiter terminum, debet esse perfectior illo. Respondeo, tunc principium aequivoicum continens virtualiter terminum debere esse perfectius termino, quando essentia & substantia absoluta termini producitur, & est distincta ab essentia principij; secus quando est eadem propter infinitatem principij producentis habentis essentiam infinitam, & potens illam eandem numero communicare alteri personae distinctae, ut contingit in Deo. Quapropter ad hoc ut principium aequivoicum infinitum contineat terminum infinitum, non requiritur quod sit maioris perfectionis, sed satis est, quod non sit minoris quam terminus: sicut enim principium univocum producit terminum in perfectione aequalem; ita principium aequivoicum, si sit eiusdem substantiae, poterit producere terminum in perfectione aequalem. Vnde propositio haec universaliter accepta: *Omne principium aequivoicum continens adaequare terminum, est perfectius illo*: est falsa, & solum est vera in principio finito.

SECTIO DVODECIMA

Solvitur quarta obiectio, ubi cur potentia producendi ad extra non sit perfectior quam potentia producendi ad intra quamvis illa consistat in essentia, ista vero in relatione.

97. **O**BJECIES Quarto, si sola relatio esset virtus agendi ad intra, sequeretur perfectiorem fore potentiam productivam ad extra, quoniam haec est ipsa divina essentia ut actus purus infinitus in tota latitudine entis; quam potentia producendi ad intra siquidem haec est sola relatio infinita in uno tantum genere. Hoc autem est falsum, nam perfectio potentiae desumitur ex perfectione termini; terminus autem potentiae productivae ad intra est perfectior quam terminus potentiae productivae ad extra; cum ille sit increatus, ille vero sit creatus. Ergo.

98. Ante solutionem notandum, virtutem agendi ad intra, posse bifariam considerari; vel quatenus praecise comparatur ad formalitatem termini productam, seu ut est pure productiva; vel quatenus comparatur ad totum terminum productum ut quod, id est ad personam productam, seu quatenus est productiva & communicativa simul; siquidem sub priori reduplicatione comparatur paternitas v. g. praecise ad filiationem ut distinctam ab essentia virtualiter; sub posteriori comparatur ad Filium ut includentem filiationem & essentiam; & sic dicit respectum ad filiationem ut ad formalitatem productam, & ad essentiam ut ad formalitatem communicatam. Si consideretur virtus productiva ad intra praecise ut productiva, sic consistit adaequate in relatione; quia sola relatio est quae influit in terminum productum; si autem consideretur ut productiva relationis, & ut communicativa essentiae, sic includit relationem ut virtutem producendam, & essentiam ut formalitatem communicatam, quae essentia ut praesistens in Patre, dicitur principium communicativum, quia vendicat sibi paternitatem, ut virtutem, media qua communicetur. In creatis vero potentia productiva, quatenus productiva, est pariter communicativa, quia in creatis nullum praedicatum communicatur termino, quod non producat. Hoc supposito, ad argumentum respondeo negando sequelam, ad eius probationem distinguo illam propositionem: Potentia productiva ad intra est sola relatio, si sumatur praecise quatenus productiva; concedo; si sumatur non quatenus productiva & communicativa simul; nego: nam quatenus communicativa simul, includit essentiam, quia

non potest communitate essentiam, quia illa præhabeat.

99 At replicabis: ergo loquendo de potentia productiva secundum præcise conceptum virtutis productivæ potentia productiva ad intra est minus perfecta, quam potentia productiva ad extra. Respondeo distinguo consequens: realiter & entitative, nego consequentiam, quia paternitas est realiter essentia: formaliter & per rationem nostram præcipientem unam rationem ab alia cum illa identificatam: concedo consequentiam: quoniam potentia productiva ad extra explicitè & formaliter importat actum purum infinitum in omni genere perfectionis: potentia vero productiva ad intra, quatenus præcise productiva, importat tantum infinitam perfectionem in genere relationis. Ratio autem est, quia terminus formalis producibilis ad intra, formaliter sumptus, est sola relatio, terminus autem producibilis ad extra sunt omnia possibilis. Quæ licet sint minus perfectus terminus, supponit tamen maiorem perfectionem formaliter & explicitè in virtute productiva sui, quia supponit in illa omnem perfectionem absolutam participabilem à creaturas: seu omnem perfectionem simpliciter simplicem ad naturam in unica essentia; quia omnis essentia creata est participatio essentia increata.

100 Vnde fallum est, univèrsaliter loquendo, quod perfectior potentia desumenda sit ex perfectiori termino producibili: nam perfectior terminus producibilis est forma equi, quæ est substantia, quam intellectio Angelica, quæ est accidens; & tamen hæc postulat perfectiorem potentiam productivam nēpe intellectum Angeli, qui perfectior est, quæ potentia generativa equi. Quare solum de potentia univoca est verum, quod perfectio potentia desumitur ex perfectione terminis: non autem de potentia æquivoca; qualis est potentia Dei ad extra. Ratio autem discriminis est clara: quia terminus univocus supponit eandem perfectionem saltem in specie in suo principio; quam habet in se: vnde quod maiorem perfectionem habebit in se, eoque maiorem supponit in principio ipso, cum terminus productus nequeat superare in perfectione suum principium. Atque adeo rectè sequitur, ex perfectiori termino perfectiorem argui potentiam in ipso principio. At terminus æquivocus, quia non supponit eandem perfectionem, sed longè perfectiorem in principio productivo, quippe cum virtus æquivoca debeat esse altioris ordinis termino ipso producibili; non rectè inferitur, quod si terminus potentia æquivoca sit minus perfectus quam terminus po-

tentia univoca, ipsa quoque potentia univoca sit minus perfecta quam potentia æquivoca: siquidem maior vel minor perfectio potentia æquivoca non sumitur præcise ex maiore vel minore perfectione termini, sed ex ipsius causa & virtutis perfectione, & ex modo perfectissimo producendi terminum: quævis enim terminus productus per creationem sit exigua perfectionis, nec arguat infinitatem in causa; modus tamen proveniendi à causa per creationem arguit infinitatem in causa. Solus enim Deus potest ex nihilo aliquid conaturaliter producere.

101 Aliter hanc objectionem dissolvit P. Aldrete disp. 5. de Trinit. sect. 9. n. 5. ait ergo, potentiam productivam ad intra non esse formaliter minus perfectam, quam potentiam producendi ad extra, quia relationes, inquit, sunt paræ perfectionis cum essentia; quia ita petunt esse idem eam essentiam: ut formaliter includant ipsam essentiam quoad aliqua prædicata, quæ arguunt infinitam, & maximam, siue summam perfectionem.

SECTIO XIII.

Solvitur quinta obiectio, & ostenditur, id in quo genitus evadit similis generanti, non debere esse id, quo agens agit tanquam virtute proxima productiva, sed satis esse, quod genitus evadat similis in principio remoto, vel productione termini, vel parte communicatio sui ad terminum, mediante virtute realiter productiva, quam postulat.

102 **O**BIICES Quinto: illa est potentia agendi in quolibet agente, in qua agens sibi assimilat productum: at in divinis persona producens sibi assimilat personam productam in sola natura: igitur potentia producendi in divinis est sola natura. Minor constat: nam in persona producta sunt duo, natura & personalitas: at persona producta non procedit similis producenti in personalitate, cum in ea potius procedat dissimilis, & opposita principio producenti. Maior probatur: quia omne producens aliquid per suam actionem, producit sibi simile quantum ad formam, quæ agit; omne enim agens agendo intendit assimilare sibi productum in forma quæ agit, ut inductione constat in omnibus agentibus. Homo enim gignendo assimilat sibi genitum in natura humana, cuius virtute sit potens ad gignendum, non autem in perfectione individuali, quæ licet constituat personam generantem, non tamen

est id, quo generans generat; alioqui Sortes generaret Sortem. Quapropter cum paternitas sit proprietas personalis habens se ad personam Patris; ut forma individualis ad aliquod individuum; consequens est, ut paternitas non sit id, quo Pater generat; quia alioqui Pater generaret Patrem.

103. Et confirmatur ex Concilio Florentino Sess. 18. longè post medium s. *Dixi equidem, in cuius initio Ioannes Theologus explicans principium generandi in divinis, inquit; Ita ut persona sit producens & generans: principium autem, quo ipsa persona generet, sit id solum, quod communicabile est. Pater ergo principium generativum est, & suppositum quoddam significat: divina vero substantia, quæ cum Patre realiter idem sunt, (est) non quidem generata, sed est principium, quo generatio fit.* Quod statim declarat exemplo hominis; in quo natura humana, quæ per generationem communicatur, est principium quo generationis. *Nô aliter (inquit) de divinis personis intelligere possumus. Nam Patris persona suppositum est, atque generans: divina vero natura generativum principium, quo Pater generat.*

104. Ut ab hoc ultimo incipiam, notandum est, in illis verbis Concilij Florentini non contineri veritatem aliquam definitam à Concilio; certum enim est apud omnes Theologos, non esse definitum in Florentino, nec in villo alio Concilio, quod virtus proxima agendi ad intra consistat in absoluto; neque quod consistat in relativo: ab hac enim subtilitate definienda Concilia abstinuerunt: in illis ergo verbis solum continetur sententia cuiusdam Doctoris particularis magni nominis, quæ tunc erat communis inter Theologos. Unde ex hac confirmatione solum poterit concludi, nostram sententiam contrariam esse sententiæ, quam secutus est insignis ille Theologus; cuius autoritas maior non est, quam autoritas S. Bonaventuræ, Durandi, Henrici, & aliorum, qui nostram sententiam expressè tuentur.

105. Iam ad argumentum, respondeo, maiorem illam esse falsam, nimirum quod in quolibet agente illa sit potentia agendi, in qua agens assimilatur productum, si intelligatur de virtute proxima agendi: siquidem potentia generativa in sententia Thomistarum distinguitur à substantia generantis, cum sit accidens: homo autem generans hominem, intendit sibi assimilare genitum in natura humana, non autem præcipue in potentia proxima generandi; ut patet in viro generante feminam, cui licet communicet naturam hu-

manam, non communicat potentiam & vim activam generandi; iuxta sententiam asserentem feminas non concurrere activè ad generationem, prout supra num. 41. diximus cum P. Valentia: unde distingui potest illa propositio, in quolibet agente illa est potentia agendi, in qua agens sibi assimilatur productum: proxima vel remota, concedo; proxima determinatè, nego maiorem; & concessa minori, nego consequentiã, vel distinguo consequens: igitur potentia productiva in divinis est sola natura, remota per modum radicis exigentis virtutem proximam realiter productivam, concedo consequentiã; proxima per modum virtutis proxime realiter productivæ, nego consequentiã. Consultantur, quæ dixi supra pag. 131. num. 41.

106. Vel aliter distinguenda est hæc propositio, *omne producens aliquid per suam actionem producit sibi simile quantum ad formam qua agit*: distingo, qua agit tanquam virtute proxima productiva, nego maiorem; qua agit tanquam principio quo pure communicativo sui ad terminum, concedo maiorem. Iam vero Pater non agit per naturam divinam tanquam per virtutem productivam Filij; nam cum Pater realiter producat Filium, debet agere per virtutem realiter productivam filiationis; essentia autem, cum sit realiter identificata cum filiatione, nequit esse virtus realiter productiva filiationis, sed ad summum virtus virtualiter productivæ in eo sensu, in quo essentia dicitur principium virtuale paternitatis, & spirationis activæ, quarum est radix virtualis: agit autem per naturam tanquam per principium pure communicativum sui ad terminum, siquidem ut Pater generet Filium, debet præhabere naturam divinam, quæ cum sit prima ratio fundans possibilitatem generationis ad intra, & exigens esse in Patre, ut mediante paternitate tanquam virtute communicetur Filio, dicitur principium quo communicativum, quia nimirum constituit paternitatem in ratione virtutis communicativæ naturæ divinæ; licet enim paternitas ratione sui & præcendendo ab essentia sit virtus productiva filiationis; non tamè ratione sui præcendendo à natura seu essentia, est virtus communicativæ naturæ, sed in ratione talis constituitur per naturam tanquam per formam transcurram de Patre ad Filium; nequit enim esse virtus communicandi naturam, quin prioris originis ad Filium præhabeat naturam divinam, quæ per productionem filiationis communicetur Filio: quia nisi paternitas in illo priori originis haberet formaliter naturam, non esset virtus communicandi, nec communicatio activæ naturæ, nec filiatio foret.

passiva acceptio naturæ: Vnde sicut filiatio constituitur per naturam in ratione accipientis naturam; ita paternitas constituitur per naturam in ratione virtutis proximè potentis communicare naturam, & in ratione communicantis actualiter naturam: cum enim natura non communicetur in divinis per productionem sui, sicut communicatur in creatis; sed per productionem filiationis; debet natura præexistere formaliter in principio ipsam communicante. In creatis autem quia natura Filij verè producitur non debet præexistere in se formaliter ante generationem Filij, sed sufficit quod præexistat alia similis, quæ sit virtus producendi naturam Filij.

107 Hinc quia potentia generandi explicat potentiam communicandi naturam Patris; potentia generandi in divinis dicitur duo, videlicet virtutem productivam filiationis, & potentiam communicativam naturæ. Vnde utrumque debet præintelligi in Patre pro priori ad processionem, seu passivam Filij productionem; virtus autè productiva adæquate consistit in paternitate; quia si per impossibile maneret sola paternitas, adhuc esset virtus productiva filiationis, licet tunc non foret virtus communicativa essentia: virtus verò communicativa essentia in genere causæ efficientis est paternitas in recto, ut includens de obliquo essentiam, seu naturam tanquam formam communicandam Filio. Atque adeo, licet paternitas sub conceptu expresso virtutis productivæ non includat essentiam; includit sub conceptu potentia generativæ, seu potentia communicativæ naturæ. Vnde essentiam esse principium quo purè communicativum sui, nihil aliud est, quam essentiam esse primam rationem & quasi radicem fundantem possibilitatem productionis realis ad intra, & exigentem suppositum, quod ad intra producat, & virtutem producendi, & præintelligi in principio producente tanquam formam transituram ad suppositum producendum, seu tanquam formam communicandam Filio.

108 Et in hoc sensu videtur locutus Ioannes Theologus in Concilio Florentino, dum Sess. 18. §. *Dixi equidem*, inquit: *Patris persona suppositum est atque generans: divina vero natura generativum principium, quo Pater Filium generat.* Et dum Sess. 19. §. *In genere*, ait: *Hæc substantia, ut ita dixerim, absolute simpliciterque considerata, quæ generandi potestas est, principium est quo, vel per quod, quod quidem à Patre Filio communicatur.* Quod colligo ex ijs, quæ mox subiungit, inquit: *Hanc doctrinam Doctores omnes tradiderunt,*

orationes has exponentes: Filius est ex substantia Patris, & Sanctus Spiritus ex Patris Filijque substantia. Colligo, inquam, ex ijs; siquidem Patres dum contra Arrianos doctuerunt, Patrem ex sua substantia gignere Filium, & Patrem & Filium ex sua substantia producere Spiritum Sanctum, voluerunt significare Patrem per suam substantiam tanquam per principium quo producere Filium; sic enim etiam producit creaturas ex sua substantia sed solum significare voluerunt, Patrem non aliunde, vel ex aliena substantia genuisse Filium, sed illum genuisse communicando ipsi propriam substantiam, eandemque numero divinitatem & naturam, quam in se habet: & similiter Patrem & Filium respectu Spiritus Sancti; ut late exposui lib. 2. à num. 22. cum tamen creaturas non ex se producat, nec eis communicet suam naturam; sed participationem quandam analogicam suæ perfectionis. Dum ergo Ioannes Theologus dixit naturam divinam esse principium quo vel per quod Pater generat, nihil aliud intellexit per principium quo, quam principium purè communicativum ut quo, seu formam communicandam Filio à Patre illam præhabente, quæ est prima ratio fundans productiones reales ad intra, quatenus secum necessariò identificat virtutem realem producendi Filium, nempe paternitatem, quæ simul constituit in recto principium quod producat.

109 Aliter posset responderi, distinguendo illam propositionem: *Omne producat aliud per suam actionem producat sibi simile, quantum ad formam qua agit;* distingo, in creatis concedo; in divinis nego: nam cum in creatis agens agit per suam naturam, quæ necessariò distincta est realiter à natura effectus producti, in creatis idem est principium quo productivum, & principium quo communicativum; quia in creatis illa solum prædicata communicantur, quæ realiter producantur: in divinis verò cum eadem numero natura; quæ est in principio producente, debeat communicari termino producto per realem identitatem cum illo, & nihil possit esse virtus realis producendi aliquid secum realiter identificatum, sicut nihil potest esse principium quod producat aliud secum realiter identificatum; virtus producendi ad intra in divinis, seu potentia, quæ suppositum divinum aliquid ad intra producat, non est essentia seu natura, sed relatio: ac proinde in divinis id, in quo persona producat aliquid similatur personæ productæ, nequit esse virtus agendi, seu potentia, quæ agens agit; sed debet esse entitas relativa, per quam persona producat distinguitur à termino producto. Cum enim

enim in divinis omnia sunt unum, ubi non ob-
viat relatio producentis & producti, illud in
Deo debet esse ratio producendi, quod est ra-
tio distinguendi, & e contra. Unde cum pa-
ternitas sit ratio, qua Pater distinguitur rea-
liter à Filio, paternitas est ratio agendi, qua
Pater producit Filium: & cum spiratio activa
sit ratio distinguendi Patrem & Filium ab
Spiritu Sancto, spiratio activa est ratio, seu
virtus, qua Pater & Filius producant Spiritum
Sanctum.

SECTIO XIV.

Solvuntur reliqua obiectiones.

OBJICIES Sexto, auctoritatem Pa-
trum communiter affirmantium,
generationem in divinis esse
opus nature: item Filium & Spiritum Sanctum
procedere de substantia ipsa producentis:
præsertim auctoritatem Anselmi, qui in Mo-
nologio cap. 52. loquens de processione Spi-
ritus Sancti, inquit: *Non ex eo procedit, in
quo plures sunt Pater & Filius, sed ex eo,
in quo unum sunt. Nam non ex relationi-
bus suis, quæ plures sunt, sed ex ipsa sua
essentia, quæ pluralitatem non admittit,
emittunt Pater & Filius tantum pariter
bonum.* Quod urgentius confirmatur ex epi-
stola de Spiritu Sancto cap. 10. ubi Anselmus
sententiam oppositam notat his verbis: *Nisi
forte quis dicat, Spiritum Sanctum non
procedere de Deitate Patris, sed de pater-
nitate, neque per Deitatem Filij, sed per su-
bstantiam: quæ opinio sua se patenti favi-
tate suffocat.* Respondeo, scriptum Patrum
fuisse probare contra Arium: Filium & Spi-
ritum Sanctum esse verum Deum, & eiusdem
nature & essentia cum Patre; ad quod pro-
bandum asserabant, eos non liberè, sed natu-
raliter, non ex nihilo, sed ex substantia Patris
procedere; contra Arium, qui oppositum blas-
phemabat, asserens, Filium esse diversæ na-
ture à Patre, & ab ipso liberè ex nihilo crea-
tum; ut explicat Ioannes Latinus in Concilio
Florentino Sess. 18. circa medium, ut vidi-
mus sect. 2. à num. 22. & sect. præcedenti nu-
mero 108.

111 Eodem modo exponenda est
auctoritas Anselmi; siquidem procedere de
substantia alterius, non tam significat causam
veluti efficientem; seu principium, à quo Fi-
lius producitur; quam causam veluti materia-
lem, & constitutivum intrinsecum, ex quo
Filius constat, seu formam; quæ ipsi commu-
nicatur; ac proinde significat principium quo
non communicativum, non autem principium quo

produktivum; sic enim Filius non solum pro-
ducitur de substantia Patris, sed producitur
tamen à substantia Patris; quod tamen Patres non
dixerunt. Unde sicut dum Patres dicunt, Fi-
lius procedere de substantia Patris, nihil aliud
significant, quam substantiam Patris, id est
essentiam & naturam Patris communicari Fi-
lio; & in eodem sensu per realem identita-
tem cum Filio; ita apud Anselmum, Filius pro-
cedere de paternitate, significat, Filium ut sua
originis accipere paternitatem ipsam; sicut
accipit essentiam, seu Deitatem: quos non so-
lum est falsum, sed etiam fatuum. Alioquin si
procedere de paternitate, idem foret apud An-
selmum ac procedere à paternitate; immerito
dixisset Anselmus, fatuum esse asserere, Spiritum
Sanctum procedere de paternitate: siquid-
em certum est, Spiritum Sanctum procedere
à Patre, ac proinde verum est procedere à pa-
ternitate, talem tanquam à principio quod
quod confirmatur, quia in eodem sensu, in quo
Anselmus affirmat Spiritum Sanctum procé-
dere de Deitate Patris; negat procedere de
paternitate: ac procedere de Deitate Patris
apud Anselmum idem est ac Deitatem Patris
communicari Spiritui Sancto: ergo non pro-
cedere de paternitate Patris apud Anselmum
idem est ac paternitatem Patris non commu-
nicari Spiritui Sancto, quod est certissimum;
quia sicut de fide est, Spiritum Sanctum esse
eundem Deum cum Patre; ita de fide est Spi-
ritum Sanctum non esse eandem personam cum
Patre: & sicut fatuum esset asserere Spiritum
Sanctum esse Patrem, ita fatuum esset asserere Spiritum
Sanctum procedere de paternitate Patris tan-
quam de principio communicativo, sicut pro-
cedit de Deitate Patris.

112 Obiectiones septimo, Proprietatem
relativam increatam respondet proprietatem indi-
viduam creatam: hæc non est ratio producendi,
sed sola natura specifica: ergo neque in di-
vinis ratio producendi erit proprietatem, sed so-
la natura absoluta: Imprimis concessa majori
& minori, nego consequentiam. In creatis enim
non est necessarium recurrere ad proprietatem
individualement tanquam ad principium quo; si-
quidem natura specifica Petri patris distin-
guitur realiter à natura Pauli filij, ac proinde
debet habere quicquid requiritur, ut sit principium
quo ad producendum filium, quin sit necesse
recurrere ad proprietatem individualement. Ac
in Deo natura Dei Patris non distinguitur rea-
liter à Filio, sed sola paternitas est quæ distin-
guitur; ac proinde hæc, & non illa potest esse
virtus producendi Filium. Deinde respondeo
negando minorem: nam in creatis individu-
generans aliud individuum eiusdem speciei,
conatur quantum potest producere illud sibi
simi-

simile non solum in natura specifica, sed etiam in proprietate individuali: idque saepe obtinet, quando nimirum Filius evadit magis similis patenti suo, quam alijs hominibus: vndeque homo saepe producit Filium magis similem, quam alius homo generet Filium suum. Quae maior similitudo aliunde provenire non potest, nisi ex virtute individuali unius agentis fortius sibi effectu assimilante, quam virtus individualis alterius agentis.

113 Obijcies octavo, si relatio in divinis esset principium quo, sequeretur, processionem divinarum personarum non esse univocam, sed aquivocam, contra omnes Doctores. Respondeo, negando sequelam; quia ut terminus productus sit similis univocè principio producenti, satis est, quod per processionem suam accipiat eandem essentiam, quae est in principio producente, eademque perfectiones absolutas: quod proprijsimè verificatur de Filio respectu Patris, nam per generationem accipit omnia, quae sunt in Patre praeter esse Patrem: & Spiritus Sanctus accipit ab spiratore omnia, quae sunt in spiratore praeter esse spiratorem. Vnde est summa similitudo inter divinas personas, quia conveniunt in omnibus perfectionibus, praeter quam in relatione producentis, & producti, in quibus necessario debent distingui. Paterque manifestè, argumentum hoc esse contra omnes; quia persona ipsa producta univocè convenit cum persona producente, quamvis opponatur in relatione. Sicut ergo quod relatio sit principium quod non tollit univocationem: ita nec quod relatio sit principium quo.

114 Obijcies nono, si relatio esset proximum principium producendi ad extra, posset de relatione ipsa praedicari actus notionalis hoc pacto: *Paternitas generat; spiratio spirat*: quia potest operatio praedicari de proximo principio operativo, etiam abstractè significato; sicut dicimus omnipotentia creat; misericordia miseretur, iustitia punit. P. Aldrete disp. 5. de Trinit. sect. 9. nu. 8. cum P. Amico disp. 23. n. 43. negat sequelam; & reddit rationem; quia generatio est productio univoca, ac proinde potentia generandi absolute considerata includit illud principium, vi cuius productio dicitur univoca; tale autem principium est communicativum, & illo non intellecto, nequit intelligi potentia generativa. Vnde non paternitas, sed Pater generat, quia Pater includit essentiam, quae est principium communicativum; eam autem non includit formaliter paternitas in abstracto significata.

115 Sed ego de re nullam difficultatem experior in concedenda sequela. Quam-

vis enim paternitas, quatenus est potentia generativa, includat de obliquo essentiam, quia quatenus est potentia generativa, est potentia communicativa eiusdem naturae, quae est in principio generante, ac proinde est potentia productiva personae, quae sit Deus, sicut est Deus persona producentis; tamen potentia generativa in recto, quatenus est virtus producendi Filium; dicit paternitatem; actus autem potest verificari de eo, quod principium importat in recto. Sic generare verificatur de Patre, & non verificatur de essentia, quia Pater importat relationem in recto, & essentiam de obliquo: vnde quod de Patre praedicatur, ipsa verificatur de paternitate. Sed in modo loquendi non haerendum. Certum est, hanc modum loquendi non esse in usu, *Paternitas generat*; sed solum istam, *Pater generat*. Praeterea in sententia asserente relationes includere in suo conceptu formalem essentiam, factilius potest illa locutio concedi, *Paternitas generat*; quia paternitas imbibens essentiam, producit filiationem, quae etiam essentiam imbibit.

116 Et quidem auctores oppositae sententiae nequeant hoc argumento uti; quia in illorum sententia *essentia est principium quo generandi*, & tamen non generat. Quod si dixerint; ideo non suscipere denominationem generantis, quia principium generans debet distinguì realiter à termino, & essentia non distinguitur à Filio: pariter nos respondimus; paternitatem non generare; quia principium generans debet includere formaliter formam, in qua genitus ipsi assimilatur; paternitas autem non includit formaliter Deitatem, in qua Filius assimilatur Patri.

117 Obijcies decimo ex Scoto, si Deus produceret Deum natura distinctum, produceret illum per Deitatem, tanquam per rationem proximam producendi; ergo etiam nunc Deus Pater producat Deum Filium, producat per Deitatem tanquam per rationem proximam producendi. Probat consequentiam; quia nunc producat Deum communicando illi eandem numero naturam; tunc autem produceret Deum communicando illi numero diversam. At minus est communicare eandem, quam diversam numero naturam: ergo si tunc principium proximum quo producendi esset Deitas, à fortiori erit nunc. Respondeo negando consequentiam; quia ubi natura producentis est distincta à termino producto, potest esse principium; sed ubi est idem cum termino producto. Falsumque omnino est, quod minus sit communicare eandem numero naturam, quam diversam; non enim est minus sed infinitè plus. Praeterea cum tunc non produ-

diceretur sola personalitas termini, sed etiam natura; non posset sola personalitas principij esse virtus producendi. At cum nunc sola personalitas Filij, non autem natura producat, sufficit sola personalitas Patris per modum virtutis proximæ.

118. **Obijcies** ultimo, ex P. Egidio Coninch disp. 10. n. 137. quia si essentia divina nõ esset principium quo productivum Filij, esset in divina natura insufficientia de se, & impotentia ad producendum Filium, & consequenter haberet defectum in ratione potentia & virtutis productivæ, qui defectus per relationem suppleretur. Respondeo, sicut in divina essentia non provenit ex imperfectione, quod nequeat esse principium quo Filij, sed potius ex summa perfectione; quia si posset producere Filium tanquam principium quo, hoc ipso esset realiter distincta à Filio, ac proinde iste non esset Deus, sed creatura, ut somniavit Arrius. Similiter dico, quod divina essentia nequeat esse principium quo producendi Filium, nõ provenire ex imperfectione, sed ex summa perfectione; quia enim est infinita, postulat esse pariter tota in tribus personis realiter inter se distinctis, quarum quælibet sit Deus; ac proinde postulat identi-

ficari cum virtute generandi distincta realiter à termino genito, & cum virtute spirandi distincta à termino spirato. Cum enim nequeat esse in tribus personis, quin detur persona producens, & producta; nequit esse in tribus personis, quin detur virtus realis producendi; quæ nõ minus debet distingui à termino producto, quam principium quo, ut à nobis factis probatum est. Quamvis autem hæc ita se habeant, non est dicendum, quod in divina natura detur insufficientia, & impotentia; cum enim ipsa secundum se sit prima quasi radix paternitatis, & spirationis activæ; ex se potius est sufficientia & potentia, ut dentur productiones ad intra, non per quas ipsa producat, sed per quas producant Pater, & Spirator. Vnde neganda est sequela argumeti; quæ licet in divina natura non detur sufficientia, ut per seipsam tanquam per principium quo generet, datur tamen sufficientia, ut generet paternitas. Et hæc sufficiant pro stabilienda nostra sententia constituente potentias notionales adequatè per relativum. Quam sententiam præter citatos sect. 1. n. 14. & 15. tuebatur quoque P. Quiros, P. Herrera, P. Franciscus de Logo, P. Bekenus, P. Berlicenis, P. Alarcon, & Palqualigius; ac proinde est satis iam communis.

DISPUTATIO UNDECIMA AN ACTION NOTIONALIS, SEU PRO- DUCTIO ACTIVA CONSISTAT IN RELATIVO, AN in absoluto, an in utroque?

SECTIO PRIMA:

Referuntur Doctorum placita:

PATER Falsus quæst. 41. art. 1. dub. 1. num. 1. asserit actus notionales non in obliquo & connotativè, sed in recto formaliter & intrinsecè includere ipsos actus absolutos intelligendi, & amandis addens, hæc sine dubio significare omnes Patres, & Scholasticos, qui contra Durandum docent, Verbum Dei immediatè procedere per intellectionem, & Spiritum Sanctum per volitionem: citat autem pro hac sententia D. Thomæ, Capreolū, Caietanum, Torres Episcopum Carientem, Bañezium, Zumelium, Nazarium, P. Vazquez, & P. Arrubal; quos etiam sequuntur Tannerus, Meratius, & alij ex nostris. Immo Ioannes à S. Thoma quæst.

27. art. 4. num. 7. & Carmelitæ dicunt hæc esse communem omnium Thomistarum.

2. At notionales productiones consistere in relativo defendunt non solum omnes, qui dicunt potentias notionales consistere adequatè in relativo, quos disp. præcedenti num. 14. & 15. & num. ultimo citavimus; sed insuper Molina q. 27. art. 3. ad 44 & q. 40. art. 2. disp. 2. memb. 3. Valentia q. 14. punct. 4. Zuñiga q. 27. disp. 2. dub. 7. memb. 2. Aversa ibidem sect. 5. Arriaga disp. 46. sect. 2. num. 26. Coninch disp. 10. dub. 2. & apud ipsum Magister & D. Thom. & communiter, inquit, omnes Scholastici: Suarez lib. 6. cap. 5. nu. 1. Elmising, Martin Perez: item Pater Roiz disp. 83. sect. 2. num. 2. vbi hanc statuit conclusionem: *Originis activæ, seu generationis ultimum & formale constitutum, in recto importatum, est entitas illa notionalis,*

malis, & peculiaris Patri, adæquatè idem significata cum unica persona Patris, & consequenter distincta realiter à Filio, & Spiritu Sancto. Quam conclusionem largissime probat autoritate Theologorum, & Sanctorum Patrum, ac rationibus: & disp. 4. lect. 2. & 3. ita validè probat dari distinctionem in Deo inter originem activam, seu actionem per quam principium producit, & originem passivam, seu formam, à qua persona producta denominatur producta & procedens ab alia, vt num. 12. lect. 3. vt oppositum appellet temerarium, & non satis ab erroris periculo tutum; prout vidimus disp. præced. lect. 7. initio.

At P. Suarez. lib. 6. de Trinit. cap. 2. num. 7. à nota erroris & temeritatis libera sententiam, quæ diceret, generationem activam realiter esse idem cum filiatione, sicut in creatis generatio est idem cum persona producta, neq enim in creatis actio, à qua agens denominatur agens, seu productio activa, distinguitur à passione, seu à productione passiva, à qua terminus denominatur productus: ac proinde quæ diceret, generationem & nativitatem in Deo, non esse res distinctas, sed eandem filiationem, quatenus in via concipitur prout egrediens à Patre, esse generationem, & distingui realiter à Patre, quia ab illo realiter fluit, vt vero tendit ad Filium dici nativitatem; de hac enim sententia loquens, inquit: *In hac sententia sic declarata nihil invenio erroris aut temeritatis, quia nihil habet, quod repugnet mysterio, & cum res hæc solum videatur pertinere ad modum concipiendi nostrum, satis commode videtur illum explicare.* Nihilominus ipse eximius Doctor ibidem cap. 1. n. 5. ait, de origine activa esse communem sententiam Theologorum, quod sit idem adæquatè cum relatione personæ producentis, generatio scilicet eum paternitate, & productio Spiritus Sancti cum spiratione, seu cum relatione spiratoris: & pro hac sententia citat S. Thomam, S. Bonaventuram, Durandum, Egidium, Gabrielem, Capreolum, Scotum, Argentinam, Ferraram, Caietanum, & Torres; & hæc sententiam ipse sequitur.

3. Itaque in hac controversia triplex duntaxat potest esse sententia: prima affirmans, generationem activam esse intellectiōnem essentialē prout est in Patre: & actionem spirandi esse volitionem essentialē prout est in Patre & Filio. Secunda affirmans, generationem activam esse idem adæquatè cum paternitate, & spirationem esse idem adæquatè cum relatione spiratoris. Tertia affirmans, generationem activam esse idem adæquatè cum fi-

liatione, & Patrem denominari generantem à generatione passiva, quatenus à nobis concipitur egrediens à Patre; à qua Filius denominatur genitus. Et Patrem & Filium denominari actu spirantes ab spiratione passiva, quæ est proprietas personalis Spiritus Sancti. Ex his sententijs secundam verissimam teneo, vt iam dixi disp. præced. lect. 7. nu. 65.

SECTIO SECUNDA.

Eligitur sententia affirmans, actionem generandi, seu generationem activam esse idem adæquatè cum paternitate, & distingui realiter à productione passiva, & primo probatur ab autoritate.

4. **P**ROBATVR Nostra sententia, primo auctoritate Patrum: nam Athanasius orat. 1. contra Arianos inter principium & medium ait: *Quia genuit Pater est, & Filius quia aliunde genitus est; vbi distinguit rationem paternitatis à ratione geniti.* Ergo iuxta Athanasium licet in creatis relatio paternitatis fundetur in generatione, à qua Filius denominatur genitus; quia ab eadem denominatur Pater generans: tamē in Deo generatio activa, à qua Pater denominatur generans, & in qua secundum nostrum modum concipiendi fundatur relatio paternitatis, distinguitur à generatione passiva, à qua Filius dicitur genitus, & in qua fundatur relatio filiationis. Confirmatur, siquidem Dialogo 1. de Sancta Trinit. contra Anomœum col. 3. *Nalla, inquit, est differentia Patris & Filii & Spiritus Sancti, nec in natura, nec in voluntate, sed in eo demum aliqua, quod gignere, & gigni, emittere & producere, siue emitti, inter se differunt.* Deinde Cyrillus lib. 1. thesauri cap. 5. circa medium: *Generare, inquit, Patris natio est: Pater igitur est, quia generat, Filius quia generatur.* Ergo Pater in esse Patris constituitur per generationem. At indubitatum est constitui in esse Patris per paternitatem: ergo generatio activa & paternitas sunt adæquatè idem, & opponuntur relative Filio: ac proinde realiter distinguntur à filiatione, & à generatione passiva.

5. Tertio Ambrosius Dialogo 1. de S. Trinit. col. 1. affirmat, *gignere & gigni, emittere & procedere inter se differre: & in medio eiusdem Dialogi inquit, Nihil differt Pater à Filio respectu Dei siue in Deo esse, sed in Patrem esse & Filium esse quoniam quidem ille genuit, hic vero genitus est: vbi supponit, non minus differre inter se*

gignere & gigni, quam inter se differunt esse Patrem & esse Filium, seu inter paternitatem & filiationem. At inter paternitatem & filiationem datur distinctio & differentia realis: ergo inter gignere & gigni, seu inter generationem activam & passivam.

6. Quarto, Fulgentius ad primam objectionem Ariani, clarissime docet, quod generatio Patris & natiuitas Filij sui proprietates in vnaquaque persona. Et lib. de Fide ad Petrum cap. 1. in fine id expressissime tradit, inquit: *Quia igitur aliud est genuisse quam natum esse, aliudque procedere, quam genuisse, manifestum est, quoniam aliud est Pater, aliud Filius, aliud Spiritus Sanctus.*

7. Quinto, Bernardus epist. 190. *Quod, inquit, alter ex altero veracissime dicitur; personarum designatio est: ergo ex parte vtriusque personae se habet, quod vna procedat ex alia: ergo Pater denominatur generans ab aliquo predicato proprio solius Patris, in quo à Filio distinguitur realiter: ergo generatio activa idem omnino est ac paternitas. Idque satis perspicue tradidit Athanasius Dialog. 1. de sancta Trinit. paulo ante medium; siquidem pro eodem usurpat, primam personam generare, ac Patrem esse, & secundam generari, ac Filium esse, Pater, inquit, à Filio differt in Patre esse & Filium esse, quoniam ille genuit, hic vero genitus est. Quod magis explicat Boetius lib. de Trinit. multo post medium. *Hoc solo, inquit, differens à Patre Filius, quod ille Pater est, & hic Filius id est, quod ille genuit, hic natus est.* Ergo apud hos PP. idem omnino sunt generare ac Patre esse: generari ac Filium esse: ergo apud illos generatio activa idem omnino est ac paternitas, & generatio passiva idem omnino ac filiatio, solique differunt ex modo significandi, ex parte vero rei significatae sunt eadem omnino formalitas relativa, generatio activa & paternitas: generatio passiva & filiatio; vt docet expressè D. Thomas q. 41. art. 1. ad 2. his verbis: *Dicendum, quod actus notionales secundum modum significandi tantum differunt à relationibus personarum; sed re sunt omnino idem.* Vnde Magister in 1. sent. dist. 16. dicit, quod generatio & natiuitas alijs nominibus dicuntur paternitas & filiatio. Quod late explicat: *quia enim diuina concipimus ad instar creatorum, & in creatis actiones & passionis in quantum motum implicat, aliud sunt à relationibus, quae ex actionibus & passionibus consequuntur oportuit seorsim significari habitudines personarum per modum actus, & seorsim per modum relationis. Vnde patet, quod**

sunt idem secundum rem; sed differunt solum secundum modum significandi. Vbi perspicuum est D. Thomam non loqui de identitate reali non omnino adaequata, qualis datur inter essentiam & relationes; sed de identitate reali adaequata, ita vt paternitas identificatur realiter cum omni eo, cum quo identificatur generatio activa, & e converso, quae identitas non datur inter paternitatem & essentiam, nam paternitas non identificatur cum omni eo, cum quo identificatur essentia, nam haec identificatur cum relatione filiationis, cum qua non identificatur relatio paternitatis. Planum etiam est, non loqui de identitate reali adaequata, quae admittit distinctionem rationis ratiocinatae adaequatae, qualis datur inter iustitiam & misericordiam: haec enim attributa non differunt solum ex modo significandi, sed sunt formalitates obiectivae in vicem distinctae formaliter; at generatio activa & paternitas: generatio passiva & filiatio solum differunt ex modo significandi, quia sunt eadem formalitas obiectiva diverso modo significata.

8. Quod septimo confirmatur ex Damasceno lib. 1. fidei cap. 11. inter medium & finem dicentem: *Secundum omnia idem sunt Pater & Filius, praeter (si dicamus) ingignentiam, & gignentiam, & processionem:* ergo secundum Damascenum Pater differt à Filio per ingignentiam & gignentiam. Ergo sicut ingignentia, seu esse ingentum est proprietas solius Patris: ita gignentia seu generatio Filij est proprietas solius Patris: ergo secundum Damascenum generatio activa in Deo realiter distinguitur à passiva.

SECTIO TERTIA:

Confirmatur auctoritate Bessarionis Patriarchae, & S. Thomae distinctio realis inter generationem activam, & passivam. Et exponitur, per quid constituentur diuinae personae.

9. **P**RAETEREA, Quod generatio activa realiter distinguatur à passiva, & consequenter, quod adaequate identificetur cum paternitate, probatur auctoritate Bessarionis Patriarchae, qui magnam habuit auctoritatem in Cereilio Florentino. Is namque auctor in oratione pro vnione capite 6. multo propius ad medium, quam ad finem haec habet: *Relatio & origo eius secundum modum intelligendi differunt (siquidem origo significatur per modum actus, vt generatio: relatio vero per modum formae, vt paternitas) re tamen non differunt. Ideo*

Utroque quidem modo distinguuntur personæ; prius tamen & principaliter, secundum modum intelligendi, per relationes, per quas etiam constituuntur divina personæ: consequenter autem per diversum processionis modum, siue per originem. Non enim generare, & genitum esse, quod originis est, constituit principaliter personam: sed paternitas & filiatio, siue Patrem & Filium esse, quod relationis est. Sed quia relatio & origo idem sunt re, & relatio consequitur originem; & ideo utroque modo distinguuntur divina personæ, sed principaliter relatione, siue proprietatibus. Hæc ille. Ergo Bessarion affirmat, Patrem & Filium distingui repta per origines, quod verum esse non potest, quin generatio sit realiter distincta à filiatione.

10 Ex his Bessarionis verbis, & ex verbis Patrum iam adductis, & ex his, quæ adducit P. Ruiz disp. 83. sect. 2. & disp. 84. sect. 1. 2. & 3. manifestè constat, divinas personas aliquomodo constitui & distingui per origines. Nam aliqua ex ijs testimonijs expressè dicunt, quod genitum esse, vel procedere constituunt personas, alia dicunt distingui Filium, quia genitus est, & Spiritum Sanctum quia procedit. Alia dicunt, Patrem ideo esse Patrem, quia generat, & Filium ideo Filium, quia generatur. Alia dicunt, generari esse proprium, aut proprietatem Filij; similiter autè spirari esse proprietatem Spiritus S. Qui autè proprietatem dicit, constitutivum dicit, ut enim inquit P. Ruiz disp. 86. sect. 2. n. 1. *Conclusio certa est, per aliquam proprietatem passivam, quasi per formam determinantem ad esse tale incommunicabile, unamquamque personam esse constitutam, à cæterisque distinctam.* Alia denique dicunt, prædictas origines esse notiones; notio verò est ratio distinguendi: ut enim definit idem Ruiz disp. 46. sect. 1. n. 10. *Notio est proprietatis vel nota personæ divinæ, per quam discernitur ab alia personæ.* Sic enim accipitur à Patribus & Theologis Scholasticis.

11 Rursus ex verbis Bessarionis & Patrum aliorum constat, origines & relationes adequatè identificari, & solum ex modo significandi distingui: ideo enim Bessarion dicit personas utroque modo distingui, nempe ratione originum, & ratione relationum, quia origines & relationes sunt omnino idè, & non distinguuntur eo modo, quo essentia à relationibus, & propter eximiam coniunctionem & identitatem adequatam, quam in re habent relationes, & origines, pro eodem reputat Patres relatione vel origine declarare constitutionem & distinctionem personarum.

Ergo certum est, originem activam in Deo distingui realiter à passiva; sicut certum est, distingui paternitatem à filiatione: quia origo activa non posset esse notio distinguendi personam producentem à persona producta, nisi esset distincta realiter ab origine passiva: & ideo S. Thomas q. 40. art. 2. aiebat: *Inveniuntur in divinis personis duo secundum quæ differunt, scilicet origo & relatio.*

12 Si autem quæras, cur Bessarion dixerit, personas principaliter constitui per relationes, quàm per origines: respondeo, rationem desumpsisse ex D. Thoma q. 40. art. 2. ubi inquit: *Ad hoc quod aliqua duo distincta intelligantur, necesse est eorum distinctionem intelligi per aliquid intrinsecum utriusque: sicut in rebus creatis vel per materiam vel per formam. Origo autem alicuius rei non significatur ut aliquid intrinsecum, sed ut via quadam à re, vel ad rem sicut generatio significatur ut via quadam ad rem genitam, & ut progrediens à generante. Unde non potest esse quod res genita & generans distinguantur sola generatione: sed oportet intelligere tam in generante, quàm in genito ea, quibus ad invicem distinguuntur. In persona autem divina non est aliud intelligere nisi essentiam & relationem siue proprietatem. Unde cum in essentia conveniant, relinquatur quod per relationes personæ ad invicem distinguantur.*

13 Et cum res una non possit distingui ab alia nisi per constitutivum suum, hinc infert Sanctus Doctor, quod sicut personæ divinæ non distinguuntur solis originibus, ita non constituuntur solis illis. *Etenim contra rationem originis est (inquit) quod constituat hypostasim vel personam. Quia origo activè significatur ut progrediens à persona subsistente, unde præsupponit eam. Origo autem passivè significata (ut natiuitas) significatur ut via ad personam subsistentem, & nondum ut eam constituens. Unde melius dicitur quod persona seu hypostases distinguatur relationibus, quàm per originem. Licet enim distinguatur utroque modo, tamen prius & principaliter per relationes secundum modum intelligendi.* Similiter q. 8. de potentia ar. 3. dixit, rem aliquam posse distingui aliquo ut forma, & aliquo ut origine; & constitui similiter: sed id, quod distinguit ut forma principaliter distinguere, quæ quod distinguit ut via & productio. Ergo licet personæ principaliter distinguantur per relationes, tamen verè distinguuntur per origines: at non possent distingui per origines, nisi illæ essent realiter distinctæ inter se. Ergo origo activa distinguitur realiter à passiva

va in Deo. Ego non importat in reāo essentialiam, sed predicatum relativum significatum per modum viæ.

14 Quapropter proprietates personalis, seu entitatis relativa, qua Pater constituitur, potest considerari sub triplici conceptu. Primò sub conceptu formæ hypostaticæ, seu quatenus substantia individua particularis, quæ de vno solo potest predicari, seu quatenus persona ingenita fecunda ad generandum, seu potens generare; sub quo conceptu explicat relationem transcendentalem ad Filium, sine qua non posset habere conceptum personæ divinæ distinguibilis realiter à Filio: quia in divinis omnis distinctio realis scilicet scilicet ex relatione producentis & producti: & quatenus vna persona distinguitur ab alia, quatenus comparantur vt produçens & productum. In primo autem signo, in quo solum concipimus substantiam ingenitam potentem generare, iam intelligimus primam personam constitutam, non intelligimus autem iam pro illo signo actualiter distinctam, quia nondum intelligitur alia persona, à qua distinguitur, pro illo tamen signo iam intelligitur forma, per quā distinguetur à Filio, cum iste intelligatur iam existens. Illa autem mer entitas relativa secundo consideratur sub conceptu generationis actualis, sub quo conceptu supponit primam personam iam constitutam in esse personæ. Tertio sub conceptu paternitatis, quatenus paternitas concipitur vt relatio predicamentalis supponens suum fundamentum.

15 Quæ est doctrina D. Thomæ q. 20. art. 4. corp. vbi cum præmississet, originem in divinis significari activè & passivè, subiungit: *Originès passivè significatæ simpliciter præcedunt secundum intellectum proprietates personarum præcedentium, etiam personales. Quia origo passivè significatæ significatur vt via ad personam proprietate constitutam: similiter & origo activè significatæ prior est secundum intellectum, quam relatio personæ originantis, quæ non est personalis. Sed proprietates personales Patris potest considerari dupliciter: vno modo vt est relatio, & sic secundum intellectum præsupponit actum notionalem, quia relatio, in quantum huiusmodi, fundatur super actum. Alio modo secundum quod est constitutiva personæ, & sic oportet, quod præintelligatur relatio actui notionali, sicut persona agens præintelligatur actioni.*

16 Quapropter secundum D. Thomam persona Patris in ratione personæ, licet constitutur per relationem, seu per entitatem

relativam, non constituitur per illam, quatenus est origo activa, quia sic concipitur egrediens à persona ratione nostra; nec quatenus est relatio, nempe relatio predicamentalis, quæ supponit fundamentum, ex quo resultat; sed quatenus est persona, seu forma constitutus primam personam potentem generare; sub quo conceptu exprimit relationem transcendentalem, quæ in Deo est necessaria, vt Pater distinguatur à Filio. Quamvis enim in creatis Petrus sit persona habens formam, per quam distinguatur à Paulo, si Paulus existat; quamvis illum nequeat producere: in Deo nequit intelligi persona divina habens formam, per quam distinguatur à persona alia divina, præscindendo à conceptu potentis illam producere, vel potentis ab illa produci: disparitas est, quia in creatis distinctio provenit ex limitatione naturæ; in Deo autem solitra potest provenire ex oppositione producentis & producti.

17 Hinc S. Doctor ibi ad 1. docet, hanc propositionem, *prima persona quia generat est Pater*, esse veram, si nomen *Pater*, accipiatur secundum quod designat relationem tantum; non autem si accipiatur secundum quod significat personam subsistentem. *Sic enim oporteret*, inquit, *et converso dicere, quod quia Pater est, generat.* Vnde paternitas licet quatenus est relatio supponat generationem, in qua fundatur; non tamen quatenus est constitutiva personæ; sic enim potius supponitur ante generationem; quia generatio est actus personæ generantis.

18 Quapropter licet in creatis Petrus ideo sit pater, quia genuit; siquidem Petrus non convenit essentialiter & necessario esse patrem, sed hæc est relatio competens ipsi accidentaliter, fundata scilicet in actione generandi, sine qua Deus potuit subsistere: ac prima persona Santissimæ Trinitatis non ideo est Pater, quia genuit Filium, sed potius genuit Filium, quia ex se est Pater; id est quia est prima persona omnino ingenita; & ex se determinata ad generandum, & quia ex se & omnino à se est substantia individua, quæ de vno solo supposito potest predicari, completa & subsistens; & quia est fons & origo totius Trinitatis: Vnde concipiendo divina ad instar creatorum, antequam contempimus hæc substantiam singularem vt actu generantem, & habentem Filium, iam concipimus illam vt hypostasim & personam potentem generare, & determinatam ad generandum, & essentialiter postulantem referri ad Filium per ipsam actualem generationem; nec ibi datur relatio aliqua purè predicamentalis, quæ resultet ex eo, quod illa persona genuerit, sicut

Resoluit in creatis: sed eadem realitas & formalitas virtualiter intrinsecè indivisibilis, est personalitas, est actio generativa, & relatio paternitatis: quia prima persona per seipsam habet quoddam sit potens generare, quod generet, & quod sit Pater: & quamvis nos apprehendentes divina adiutar creatorum, concipiamus generationem activam ut ortam à persona Patris; hoc non fit sine aliqua fitione, quia illa generatio activa ex parte obiecti non oritur à persona; sed est ipsamet persona, quia est generatio generans, & per se subsistens: ac proinde dum apprehendimus oriri, apprehendimus, quod non est. Vnde licet Pater realiter generet Filium per generationem activam, tanquam per exercitium actuale potentie generativæ; non tamen est principium reale respectu generationis activæ, sed à nobis, imperfectè concipiētibz divina adiutar creatorum, concipitur ut principium, cum tamen ex parte obiecti nullo pacto influat Pater in generationem activam, siquidem est adæquatè identum illa; neque paternitas & generatio activa subire possunt prædicata contradictoria, ut illa subeunt essentia & paternitas: nā quidquid verificatur à parte rei de paternitate, verificatur à parte rei de generatione activa, & e contra. Solum ergo persona Patris est principium reale respectu generationis passivæ.

59 Vnde in Patre ex modo nostro concipiendi primo intelligitur ratio primæ personæ, seu primæ hypostasis, id est ratio substantiæ individue de vno solo prædicabilis, quæ sit omnino ingenta & à se. Hanc autem rationem substantiæ de vno solo prædicabilis habet, quatenus est necessaria determinata ad generandum Filium, & ad spirandum simul cum Filio Spiritum S. Secundo concipitur ratio actualiter generantis. Tertio relatio paternitatis secundum conceptum relationis prædicamentalis, qui à nobis concipitur fundari in actuali generatione; sive in creatis sit modus realiter distinctus à generatione, & permanens in Patre, ut voluit Thomistæ; sive indistinctus ab ipsa generatione, à qua Filius denominatur genitus, & Pater generans; neque enim in creatis distinguuntur generatio activa & passiva; quia actio generativa in creatis non manet in generante, sed transit ad genitum, & recipitur in subiecto, in quod introducit forma substantialis suppositi geniti. In Filio autem primo concipitur generatio passiva, ut via ad personam Filij; secundo concipitur persona Filij; id est substantia individua, quæ per seipsam est essentialiter determinata ut oriatur à solo Patre: tertio concipitur relatio quasi prædicamentalis Filij, per quam Filius refertur ad Patrem. Vn-

de ex parte Patris tria illa munera proveniunt ab eadem indivisibili formalitate obiectiva; quæ simul est personalitas prima Dei omnino ingenta, deinde summè fecunda ad generandum, ac proinde à se habens, quod possit generare: & est generatio activa denominans primam personam actu generantem: & est relatio paternitatis, per quam prima persona prædicamentally refertur ad Filium. Similiter ex parte Filij tria illa munera, scilicet originis passivæ, personalitatis, seu substantiæ relativæ, & relationis, proveniunt ab eadem formalitate virtualiter intrinsecè indivisibili, quæ æquivaleret generationi creatæ; personalitati, & relationi Filij. Persona autem Patris & Filij, licet per paternitatem & filiationem non referantur ad Spiritum Sanctum; quia tamen essentialiter postulant spirationem activam, ratione cuius sint vnum principium Spiritus S. necessariò postulant distingui ab Spiritu S. immediatè & formaliter per relationem spiratoris, cui relativè opponitur spiratio passiva; quæ etiam potest concipi ut via ad Spiritum Sanctum, ut personalitas, & ut relatio Spiritus Sancti ad spiratorem; quæ relatio innominata est; siquidem non habemus nomen speciale impositum ad significandam illam relationem, quatenus concipitur ut adveniēns termino præcedenti per spirationem passivā à Patre & Filio, tanquā ab unico spiratore, & ab unico spiratore.

20 Et hæc est mens D. Thomæ, qui qu. 29. art. 4. ad 1. inquit: *Hoc nomen, Persona dicitur ad se, non ad alterū, quia significat relationem, non per modum relationis, sed per modum substantiæ, quæ est hypostasis.* Et ibidem in corpore articuli: *Relatio in divinis non est sicut accidens inherens subiecto, sed est ipsa divina essentia: unde est subsistens, sicut divina essentia subsistit. Sicut ergo Deitas est Deus, ita paternitas divina est Deus Pater, qui est persona divina. Persona igitur divina significat relationem ut subsistentem. Et hoc est significare relationem per modum substantiæ, quæ est hypostasis subsistens in natura divina; licet subsistens in natura divina non sit aliud quàm natura divina. Et secundum hoc verum est, quod hoc nomen persona significat relationem in recto, & essentiam in obliquo, non tamen relationem in quantum est relatio, sed in quantum significatur per modum hypostasis: id est per modum substantiæ completæ per se subsistentis & incommunicabilis, id est, quæ per identitatem nequit communicari pluribus realiter inter se distinctis; prout conceptum personæ & suppositi expono 10. disp. 24. lect. 8. & d.*

27. sect. 3. & breviter accigi disp. præced. n. 60.

21 Ideo autem nomen *persona* dicitur ad se, & non ad alterum, quia per prius impositum est ad significandas personas creatas, in quibus personalitas non est relativa. Atque inde provenit, quod persona non dicatur ad convertentiam, sicut dicuntur relativa. Dicimus enim, *Pater est Filius Pater: & Filius est Patris Filius: & amicus est amici amicus*: sed non dicimus, *Pater est persona Filius*; ut observat Augustinus lib. 7. de Trinitate cap. 4. ubi rationem hanc reddit: *Ad se quippe dicitur persona, non ad Filium; vel Spiritum Sanctum, sicut ad se dicitur Deus, & Magnus*. Et ob hanc causam aiebat D. Thomas quest. 9. de Potentia ar. 4. corpore, *Personam divinam formali significatione denotare distinctum subsistens in natura divina*: & quia in divina natura nequit unum subsistens esse distinctum ab alio, nisi ratione relationis; ideo persona divina in recto importat relationem, non sub munere & conceptu expresso relationis, sed sub munere substantiæ individua, id est substantiæ de vno solo prædicabilis: nam persona nihil aliud est, iuxta Boetium, quam *rationalis natura individua substantia*, id est substantia rationalis completa per se existens, incapax prædicari de pluribus realiter distinctis; individuum enim est, quod de vno solo prædicatur: & iuxta definitionem Richardi Victorini, persona nihil aliud est, quam *rationalis natura incommunicabilis subsistens*, id est, incommunicabile subsistens, ut explicat P. Vazquez n. p. disp. 126. & communiter Theologis vitarum. enim est apud Patres, ut substantia sumatur pro subsistente, ut observat D. Thomas 3. p. q. 2. ar. 3. Duoque requiruntur ad rationem personæ: primum quod sit substantia completa per se existens, id est non existens in alio, cui tribuantur ipsius operationes; defectu cuius conditionis humanitas in Christo non est persona, quia existit in alio digniori se, cui tribuantur eius operationes, nempe in Christo. Secundum est, quod illa substantia completa per se existens, non sit communis pluribus suppositis realiter distinctis; defectu cuius conditionis hic numero Deus, quatenus talis, non est persona; quia licet sit substantia completa per se existens, & omnino incapax existendi in alio digniori se, tamen quia est communicabilis pluribus suppositis realiter inter se distinctis, non est suppositum, nec spiritus est suppositum ab eadem rationem.

22 Incommunicabilitas enim posita in definitione suppositi & personæ, est incommunicabilitas per prædicationem, ut late ostendo. id. p. disp. 127. sect. 3. ut enim in-

quit D. Tho. 1. p. q. 40. ar. 3. corp. *Hypostasis significat aliquid distinctum in divinis, cum hypostasis sit substantia individua, id est quæ non potest de pluribus prædicari: quia ut ipse ait 3. p. q. 3. ar. 1. ad 3. Persona dicitur incommunicabilis, in quantum non potest de pluribus suppositis prædicari*. Unde illa incommunicabilitas posita in definitione personæ, non est incommunicabilitas per unionem; nam Verbum est suppositum, & tamen comunicatur alteri per unionem, nempe humanitati Christi. Nec satisfacies, si dixeris, de ratione suppositi esse, quod sit incommunicabile alteri ut supposito; tum quia sic circulus emittitur; & ratio suppositi inexplicata relinquatur: tum quia hinc fieret, hunc numero Deum, quatenus talem, esse suppositum & personam, quia est incommunicabilis per unionem alteri à se distincto ut suppositum; implicat enim ut suppositum creatum possit suppositare naturam divinam; suppositum enim quando est distinctum à natura, quæ suppositat, debet esse perfectius illa; nam ipsi ut digniori tribuuntur operationes naturæ.

23 Itaque de conceptu personæ est, quod sit substantia rationalis completa (seu non indigens unionem ad alteram substantiam, nec ad existendum nec ad operandum) & individua, quæ non possit prædicari de suppositis distinctis. Ac proinde debet esse incapax idètitatis realis cum pluribus suppositis realiter distinctis. Hæc autem incapacitas debet provenire vel ex limitatione essentiæ seu naturæ illius personæ, ut contingit in creatis; vel ex relatione producentis & producti: quia impossibile est, ut persona producat personam, identificetur cum persona producta; ut contingit in Deo, ubi *sola relatio personas multiplicat*, ut dicitur in Concilio Florent. sess. 18. ut enim inquit Conciliū Tollet. XI. in professione fidèi loquens de personis divinis. *Hæc solo numeru insinuant, quod ad invicem sunt*. Unde in divinis necesse est, ut distinctio personarum fundetur in relatione producentis & producti: ac proinde persona divina importat in recto relationem, non sub munere relationis, sed sub munere substantiæ individua, quæ de vno solo supposito potest prædicari.

24 Neque ex eo, quod persona divina, quatenus personæ, non importet relationem sub munere relationis, sequitur constitui per absolutum: quia licet non importet relationem sub munere relationis quasi prædicamentalis, importat tamen sub munere relationis transcendentalis: nam in Deo ideo dantur plures personæ, quia dantur plures relationes per se subsistentes, quarum qualibet ita est individua: ut de vno solo prædicatur:

ideo

Idem autem hoc habet, quia quilibet persona divina est per seipsam determinata ut aliam vel alias producat, vel ab alijs producat. Nam prima persona est ex se essentialiter determinata, ut producat Verbum, id est secundam personam, & cum Verbo producat amorem per se subsistentem, seu Spiritum Sanctum. Verbum est per se determinatum ut eum Patre producat Spiritum Sanctum. Spiritus autem Sanctus ex suo conceptu postulat procedere à duabus personis, nempe à Patre & Filio, tanquam ab unico principio. Unde quilibet divina persona constituitur per relationem transcendentalem ad aliam vel alias, quia vel producit, vel producitur.

25. Hinc abstractis per intellectum relationibus producentis & producti à personis divinis, non manerent hypostases, ut probat D. Thomas q. 40. ar. 3. sed tunc hic numero Deus esset substantia singularis individua, quæ de vno solo supposito predicaretur, quia tunc in Deo non darentur predicata inter se realiter distincta, quia non communicaretur ad intra essentia divina per reale productionem, solumque proinde daretur vnum suppositum distinctum ab omni supposito creato, habens essentiam, cui repugnaret esse per identitatem in pluribus suppositis realiter distinctis.

26. Hinc etiam inferitur, vnam personam divinam, quatenus distinctam ab alia, & prout ab illa differt, non constitui proprietate absoluta, sed relativa. Nulla enim proprietas constituens vnam personam distinctam ab alia, est communis omnibus personis: atqui omnis proprietas absoluta est communis omnibus tribus personis: ergo nulla proprietas absoluta est constituens vnam personam distinctam ab alia. Et ratio à priori est, quia predicatum infinitum non nisi ratione oppositionis relative distingui potest ab alio: nam quod distinguitur ab alio præcedendo à conceptu oppositionis producentis vel potètis producere, vel producti, vel potentis produci, seu producibilis, hoc ipso habet limitationem in suo esse, & habet essentiam finitam. Unde impossibile est ut concipiamus vnam personam divinam, ut distinctam ab alia, quin concipiamus illam ut producentem, vel saltem ut potentem producere: unde proprietas illa, ut cuius Pater postulat producere Filium, est constitutiva Patris, & proprietas illa, ut cuius Spiritus S. postulat procedere à Patre & Filio, tanquam ab unico principio, est constitutiva Spiritus S. Et quia proprietas illa, qua Pater postulat producere Filium, est etiam actio, qua producit, ideo Pater distinguitur à Filio per proprietatem personalem non solum quatenus denominat Patrem potentem generare, sed quatenus denominat actu generantem: & quia proprietas illa, qua

Pater & Filius postulant producere Spiritum S. per modum vnius principij, est etiam actio, qua producent, ideo distinguuntur ab Spiritu S. per spirationem activam non solum quatenus est virtus spirandi, sed quatenus est actualis spiratio. Et quia Spiritus S. ratione suæ proprietatis personalis non solum postulat procedere à Patre & Filio tanquam ab unico principio, sed actu procedit, ideo distinguitur ab spiratore per proprietatem personalem non solum quatenus est terminus productus, sed quatenus est origo passiva eius à suo principio: Pater vero non constituitur per paternitatem, quatenus à nobis concipitur, ut relatio predicamentalis, supponens Patrem generantem & Filium genitum, sub hac enim expressione supponitur iam Patrem constitutum, quatenus est potens generare, & actu generans. Et ideo verum est, primam personam non ideo esse Patrem quia generat, sed potius ideo generare, quia est Pater, ut docet D. Thom. q. 40. ar. 4. ad 1. cum tamen in creatis persona non ideo generet, quia est Pater, sed potius ideo sit Pater, quia generat. Quia nimirum persona Patris in Deo antequam concipiatur actu generans & habens Filium, iam concipitur essentialiter determinata ad generandum, & habendum Filium proprio sequenti, & per hoc iam est Pater. At persona creata cum ex se non sit essentialiter determinata ad generandum, sed generare, & esse Patrem sit ipsi accidentale, prius est, quam sit Pater; ac proinde non ideo generat quia est Pater, sed potius ideo est Pater quia generat. Vel si velis dicere Patrem constitui per paternitatem, quatenus est relatio predicamentalis, dicere debes, constitui per paternitatem, quatenus est in abstracto relatio predicamentalis, non tamen per illam ut exercentem munus referendi, quia hoc munus non exercet, nisi postquam Filius intelligatur iam existens, & antequam Filius intelligatur iam existens, ipsa iam in signo proprio originis existit, exercetque munus constituendi personam potentem generare, & summe determinatam ad generandum, & munus constituendi actu generantem, non tamen munus actu referendi predicamentally, sed ad hoc munus exercendum expectat adventum Filij pro posteriori originis, exercet autem hoc munus non est predicatum novum superveniens personalitati Patris, & Filij, sed vtramque involvit.

Et quidem in creatis denominatio Patris involvit existentiam Filij, nam si Filius moriatur, iam persona, quæ erat Pater, desinit esse Pater: & denominatio Filij involvit existentiam Patris, quia si moriatur Pater, iam persona, quæ dicebatur Filius, desinit esse Filius. Et quia quoties aliqua denominatio essentialiter & intrinsece coalescit

ex duabus entitatibus, vti existentibus, illa de-
nominatio est ratione nostra posterior, quam
existentia cuiuslibet: quia ex genere suo, exi-
stentia duorum, sine coexistentia, exigit exi-
stentiam vnius; & contra vero existentia vnius
ex genere suo non exigit existentiam duorum.
At vero in divinis denominatio Patris non est
necesse vt involuat intrinsecè existentiam Fi-
lij; quia persona Patris per se ipsam est essen-
tialiter determinata ad generandum; ac proin-
de per se ipsam est Pater pro priori originis
ad existentiam Filij; & sic non est necesse quod
in ratione Patris constituatur per existentiam
Filij; & similiter non est necesse, quod Filius
in ratione Filij constituatur per existentiam
Patris; vt Pater est, quia Filius divinus in suo
esse personali nequit existere sine Patre. Sed
prima persona per se ipsam est Pater, quia per
se ipsam est determinata, vt permanentè &
semper sit actu generans, iuxta illud, *Ego ho-
die genui te, Filius meus es tu*. Ex secunda
persona per se ipsam est essentialiter determi-
nata, vt permanentè & semper sit Filius, &
adò semper oriatur à Patre. Ac proinde verif-
simum est, quod dixit D. Thomas, in Deo
Patrem non ideo esse Patrem quia generat, sed
potius ideo generare, quia est Pater; & à for-
tiori, non ideo est Pater, quia habet Filium, seu
quia Filius existit ab ipso; sed contra idem
habet Filium, quia est Pater; id est, quia est
persona essentialiter determinata ad temper
generandum Filium.

28. Hoc tamen non tollit, quod cõ-
cipienda divina ad instar creatorarum, & sumen-
do paternitatem sub conceptu relationis præ-
dicamentalis, paternitas sit posterior ad exi-
stentiam Filij, quatenus illa involuit, & in su-
per-existentiam Patris; & verè etiam dicatur,
Patrem Aeternum ideo esse Patrem, seu ideo
habere relationem Patris, & necessariò habi-
tutum per eoram aeternitatem, quia genuit Fi-
lium; necessariò existorem temper. Ratio est,
quia quod in creatis sufficit ad constituendum
Patrem, si hoc absque imperfectione affirmetur
de Deo, quavis præscindamus ab alijs prædi-
catis, possumus ad ipsum affirmare de Deo. At
qui in creatis persona aliqua dicitur pater,
quia habet filium, ita vt relatio paternitatis de
obliquo constituatur per existentiam filij; &
persona aliqua dicitur filius, quia habet patrem,
à quo genitus est, ita vt relatio filiationis con-
stituatur de obliquo per existentiam personæ
patris. Et aliunde conceptus iste personæ ha-
bentis filium, quem genuit & personæ habē-
tis patrem, à quo genitus est, conceptus com-
munis est; & ab omni imperfectione præsci-
ndit; ergo verificatur de Deo. Ergo in Deo ve-
rè admitti potest relatio prædicamentalis pa-
ternitatis, quæ in recto importet personam Pa-

tris, quæ genuit, & de obliquo existentiam Fi-
lij, qui genitus est.

29. Et in hoc sensu verum est, personam
Patris non constitui per paternitatem, quate-
nus relatio est, nimirum quatenus relatio præ-
dicamentalis; quia paternitas, quatenus relatio
prædicamentalis, est ratione nostra posterior
persona Patris, eo sensu quo complexum ex
duabus partibus est posterius qualibet seorsim
sumpta. Imo in hoc sensu paternitas, quatenus
relatio prædicamentalis, distinguitur realiter
inadequatè à persona Patris, quia paternitas,
quatenus relatio prædicamentalis, constituitur
per existentiam Filij; persona autem Patris non
constituitur per personam Filij. Vnde relin-
quitur, Patrem constitui per paternitatem; qua-
tenus est relatio transcendentalis, id est quate-
nus est substantia divina per se subsistens, sum-
mè fecunda & summè determinata ad gene-
randum Filium; & consequenter per paterni-
tatem, quatenus est virtus generandi per se sub-
sistens, essentialiter ex se determinata ad ge-
nerandum Filium; & consequenter quatenus
simul est generatio activa per se subsistens, seu
generatio generans: sub quo conceptu dicit
relationem in recto; & essentiam in obliquo.
Et quamvis sub conceptu hypostasis, seu sub-
stantiæ completæ individue per se subsistentis,
quæ de vno solo potest prædicari, non exprit
inat oppositionem relativam, sub hoc tamen
conceptu non solum includit essentiam & præ-
dicatam absolutam, sed includit formaliter rela-
tionem; quia quod Pater divinus nequeat nisi
de vno solo supposito prædicari, non provenit
ex limitatione naturæ divinæ, sicut provenit
in creatis; sed vnicè provenit ex eo, quod
Pater in divinis essentialiter constituatur per
virtutem generandi omnino determinatam
ad generandum. Quod non reperitur in crea-
tis, vbi persona Patris habet per quid distin-
guatur à persona Filij, præscindendo à poten-
tia generandi Filium.

SECTIO QUARTA.

Offenditur à ratione, generationem activam
in divinis distinguí realiter à termino ge-
nito, & consequenter identificari adæ-
quatè cum paternitate.

30. ID Probatur primò ex principijs stabi-
litatis) disputatione præcedenti, vbi
probavimus virtutem proximam
producendi Filium consistere adæquatè in re-
latione paternitatis, quatenus Patrem consti-
tuit. Ex his enim principijs, manifestè infer-
tur, generationem activam non importare in
recto intelligentiam essentialem: cum enim
actualiter generare sit proprium solius Pa-
tris; certè si in ratione potentis proximè ge-
nerare, id est producere Filium, non consti-
tui.

ruitur in recto per essentiam tanquam per virtutem producendi, sed per paternitatem; a fortiori non constitueretur per essentiam, seu per intellectiōem essentialē in rationē actū generantis: cum denominatio actū generantis, quatenus actū generantis, non minus opponatur relativē termino genito, quam denominatio potentis generari. Vnde si absurdum est, virtutem activam, qua Pater generat Filium, seu qua denominatur potens generare, transire ad Filium; absurdum quoque erit transire exercitium activum illius virtutis. Si ergo, ut probavimus, intellectiō essentialis non est virtus agendi, neque erit actiō ipsa productiva.

31 Præterea cum essentia sit ratione nostra prior quam proprietas, implicat ut essentia sit exercitium proprietatis; exercitiū enim potentia nequit potentiam præcedere, sed ad illam debet subsequi, vel re vel ratione: absurdum enim est intelligi exercitium potentia antequam intelligatur potentia. At intellectiō essentialis intelligitur antequam intelligatur paternitas, quæ est potentia notionalis in Patre: ergo intellectiō essentialis nequit esse exercitium potentia notionalis consistentis in paternitate. Ergo exercitium illius potentia debet esse aliquid relativum. At non aliquid relativum existens in Filio; ergo aliquid relativum existens in solo Patre: in Patre autem solo nihil relativum existit nisi paternitas; ergo debet esse paternitas.

31 Quod illud relativum nequeat esse aliquid existens in Filio, suadet: quia in Filio nihil relativum est, quod possit esse exercitium potentia generandi præter filiationem; hæc autem nequit esse exercitium, quo Pater constituitur generans: tum quia Patrem generare idem est ac Patrem producere Verbum; Pater autem in ratione producentis Verbum non constituitur per ipsum Verbum, quod est persona per se subsistens procedens à Patre ut generante; sed constituitur per actionem vitalem manentem in ipso Patre, nempe per paternitatem; in Patre enim, quatenus Pater est, nihil vitale manet proprium ipsius Patris præter paternitatem: ergo constituitur per paternitatem, tum quia ita comparatur Spiritus Sanctus ad spirationem activam, qua Pater & Filius spirant, sicut Filius ad generationem activam, qua Pater generat. At spiratio activa, qua Pater & Filius spirant Spiritum Sanctum, distinguitur realiter ab spiratione passiva, seu à personalitate Spiritus Sancti; nam ut vidimus disput. 20. num. 53. Spiritus Sanctus procedit ex Patre & Filio, tanquam ex uno principio, & unica spiratione; Spiritus autem Sanctus

seu personalitas eius realiter distinguitur ab spiratione illa, ex qua, seu à qua procedit: ergo generatio activa, qua Pater generat Filium, distinguitur realiter à generatione passiva, seu à personalitate Filii, quæ producitur à generante.

32 Sed independentē à principiis nostris de potentia notionalibus consistentibus adæquate in relativo secundum id, quod in recto importat de virtute productiva; probandum nobis est, generationem activam in Deo distingui realiter à passiva; ac proinde adæquate identificari generationem activam cum paternitate, & passivam cum filiatione. Probatum autem sic: quia generatio activa importat in recto intellectiōem essentialē, vel paternitatem, vel filiationem. At nec importat in recto intellectiōem essentialē; neque filiationem ergo paternitatem. Consequentia est legitima. Maior constat à sufficienti patrium vel formalitatum enumeratione; quia non est imaginabile aliud prædicatum, à quo Pater denominetur generans Filium, nisi vel ab intellectiōe essentiali, quæ in Patre sit generatio, vel à filiatione procedente à Patre, à qua Pater denominetur generans, sicut Filius ab eadem denominetur genitus, ita ut in Deo identificentur adæquate productio activa, à qua principium denominatur producens, & productio passiva, à qua terminus denominatur productus, sicut in creatis productio activa & passiva realiter identificantur: nam cum in creatis principium non sit omnino determinatum ad producendum hic & nunc terminum, denominatur producens per aliquod exercitium ab ipso ortū, & termino adherens, quod exercitiū nō distinguitur à product. passiva, qua terminus denominatur productus hic & nunc ab hoc principio. Vel denique à paternitate, quæ sit exercitiū, quo Pater denominetur producens, quia persona Patris per se ipsam est ultimo determinata ut generet, neque in vllō signo existit, quin in eodem sit non solum potēs generare, sed actualiter generans. Sola ergo minor probatione indiget, & per partes probanda est.

33 Et imprimis, quod generatio activa non importet in recto filiationem, iam ostensum est n. 31. & 32. Quod autem non importet in recto intellectiōem essentialē, quæ in Patre sit generatio, probatur: quia intellectiō essentialis, quatenus est intellectiō essentialis, solum denominat Patrem intelligentem, quatenus denominat intelligentem naturam divinam, qua Pater constat. Pater enim intelligit, quatenus Deus; & hæc denominatio intelligitur in natura divina præscindendo à relationibus, & quatenus natu-

ra divina concipitur à nobis tanquam radix relationum; est enim natura divina, quatenus actualis, & quatenus communis tribus personis, non solum intellectiva quasi in actu primo, sed actu intelligens in actu secundo: ergo intellectio essentialis, quatenus intellectio est, non denominat Patrem intelligentem nisi quatenus Deum. Deus autem, quatenus Deus, non generat, sed solum generat quatenus est Pater: ergo intellectio essentialis in Patre non est generatio; sed ipsa paternitas est generatio.

34 Confirmatur primo, quia generatio activa est exercitium generantis, quatenus generans est, exercitium autem generantis, quatenus generans est, distingui debet realiter à termino genito, nisi illud exercitium producat: quia generans, quatenus actualiter generans, aliquid generat, ac non generat seipsum, neque id, quod cum ipso realiter identificatur: ergo generat terminum realiter distinctum ab ipso: ergo exercitium generandi, à quo Pater denominatur actu generans, distinguitur realiter à Filio, nisi exercitium illud producat. At intellectio essentialis nec producit, nec distinguitur realiter à Filio: ergo intellectio essentialis, ut talis, non est exercitium, quo Pater denominatur generans Filium: ergo hoc exercitium generandi est ipsa paternitas.

35 Respondebis, personam generantem debere quidem distingui realiter à persona genita, non tamen debere exercitium, quo persona generans generat, distingui realiter à termino genito. Quod à paritate desumpta ex creatis explicatur: nam in sententia asserente intellectiorem creatam non consistere in qualitate absoluta, sed in modo essentialiter affixo intellectui, intellectus constituitur in ratione producentis intellectiorem per ipsammet intellectiorem productam; ac proinde licet ipse intellectus producens specificativè sumptus distinguatur realiter à termino producto; non tamen distinguitur actuale exercitium quo producit, à termino producto: licet enim causa specificativè sumpta sit prior suo effectui; causa tamen ut causans non est prior effectui; quia potest constitui causans per ipsum terminum causatum. Et quamvis causa agens in creatis sit prior natura actione, per quam agit, si causa sumatur specificativè & secundum lei; non tamè si sumatur ut causans; nam ut causans, non est prior actione, per quam denominatur causans, sed simul natura, & cognitione. Ergo pariter licet Pater Aternus specificativè sumptus sit prior origine Filio; non tamen ut actu generans; quia generatio ipsa identificatur cum Filio.

36 Sed contra; quia hæc solutio facit quidem ad probandum, generationem activam identificari realiter cum termino producto, nempe cum filiatione; non facit autem ad probandum, identificari cum essentia, quæ non producit. Vbi enim exercitium producendi verè producit, & adæquatè identificatur cum termino producto, habere potest locum illa doctrina: sepe verò, quando exercitium producendi non producit. Exercitium enim, quod nec producit, neque producit, qualis est intellectio essentialis, nequit esse forma, à qua Pater denominetur producens; ergo hoc exercitium vel identificatur adæquatè cum termino producto, vel tunc principio producente, quatenus producens est. Ac non cum termino producto; quia hoc exercitium est immanens in Patre, quatenus Pater est, Filius autem non manet in Patre, quatenus Pater est, seu ratione paternitatis, cum Filius sit suppositum realiter distinctum à Patre, & suppositum unum quatenus per se subsistens & distinctum ab alio non est in alio iuxta cõmuniorem sententiã. Solumque Filius dicitur esse in Patre ratione essentia; in quo sensu etiam Pater est in Filio, iuxta illud: *Ego in Patre, & Pater in me est*, Joã. 14. v. 11. Ergo in divinis exercitiis actuale, à quo Pater denominatur producens, identificatur adæquatè cum paternitate, quæ per seipsam est communicatio activa essentia, & productio filiationis. Quare ex terminis repugnat ut aliquid principium denominetur actu producens terminum nisi per exercitium productum & identificatum cum termino, vel per exercitium producens identificatum cum principio ut producente, & ut distincto à termino, & consequenter per exercitium distinctum realiter à termino.

37 Confirmatur secundo, quia nequit esse exercitium actuale producendi id, quod potest actualiter existere pro aliquo signo, quin exerceat munus producendi, sicut nequit esse unio inter extrema id, quod potest intelligi existens, quin intelligatur actu unies. Si enim potest aliquid esse actio productiva, quin denominet causam producẽtem pro omni signo, pro quo intelligitur existens, poterit aliquid esse actio productiva, quin denominet causam producentem pro illo instanti reali pro quo existit, ac proinde actio productiva poterit antecedere tempore terminum productum. Quod tamen est falsum, alioqui posset Deus dici ab æterno creans mundum incipientem in corpore, & actio creativa posset consistere in decreto Dei æterno. Quod tamen falsum esse probavi in Philosophia cum Patre Suarez; creatio enim est actio transiens, ac proinde non est in Deo creante, sed in crea-
tura

rura creata; quod expressè docuit S. Iustinus 9. 3. ad Græc. col. 3. ubi inter alia dicit: *Sicut doctrina operatio est docentis in discipulo, ita creatio operatio est creantis in eo, qui creatur.* Et ideo optimè Aureolus in 2. dist. 1. q. 2. art. 1. initio dixit: *Creatio, qua Deus ponit immediatè creaturam, in esse elicitive, est vera actio transiens de genere actionis.*

38. Confirmatur tertio, quia productio actualis, qua ut exercitio causa aliqua vel principium aliquid exercetur, nequit prius ratione nostra existere, quam causa vel principium, cuius est exercitium. At intellectio essentialis prius intelligitur, quam Pater, qui est principium generans, siquidem prius intelligitur essentia, quam relatio, quæ est proprietas essentiae; in eo autem signo in quo intelligitur essentia, intelligitur intellectio essentialis. Ergo intellectio essentialis nequit esse productio actualis, seu generatio activa, à qua Pater denominatur generans Filium.

39. Deinde à priori ostenditur, paternitatem esse ipsam generationem activam, à qua Pater denominatur generans; quia per seipsum est ultimo determinatus ad generandum Filium, quin in vilo signo existat Pater, qui, quatenus prima persona, ratione suæ proprietatis personalis sit ultimo determinatus ad generandum. Ergo paternitas est ultima determinatio ad generandum. Ergo paternitas est ipsa generatio activa: nam actio, qua agens agit, nihil aliud est, quam ultima determinatio ad agendum. Ideo enim causa creata indiget actione distincta, ut actu producat, quia potest existere quin producat; ac proinde indiget forma, qua determinetur ultimo. Et ideo Deus, ut denominetur actu creans, indiget actione creativa transiente, orta in tempore ab omnipotentia, quia licet per decretum efficax ab æterno determinetur ad creandum in tempore; tamen ab æterno est volens creare, quin ab æterno sit creans; unde decretum illud non est ultima & formalis determinatio creandi, quæ ex se denominat actu creantem.

Et eodem argumento probatur, filiationem esse generationem passivam, à qua Filius intrinsecè denominatur genitus; quia Filius ratione suæ proprietatis personalis est ultimo determinatus, ut semper generetur à Patre solo; neque potest existere in vilo signo filiationis, quin intelligatur actu oriens à Patre. In creatis enim ideo requiritur actio distincta à termino & à causa, ut terminus oriatur ab hac causa, quia potest existere terminus, & existere causa, quin terminus ille oriatur ab hac causa; & in sententia eorum, qui identificant

actionem productivam rei cum ipsius duratione, quamvis terminus sit essentialiter determinatus, ut oriatur ab hac numero causa, indiget actione distincta, quia non est determinatus ut oriatur pro hoc tanti determinato v. g. pro *A*. Ergo cum Filius divinus sit essentialiter determinatus, ut semper & pro semper oriatur à Patre, per seipsum est productio passiva sui.

40. At oppones ad probandum, generationem activam identificari cum passiva; quia non solum Filius, sed ipsa generatio Filij egreditur à Patre; nam in Patre datur potentia realis ad generandum: ergo datur potentia realis ad generationem; ergo non solum Filius, sed Filij generatio est à Patre; sicut in creatis non solus effectus est à causa, sed etiam productio activa effectus est à causa & ab illa emanat. Respondeo tamen facile ex dictis disp. 9. à num. 5. & 6. & num. 14. in Patre dari potentiam realem ad generandum, quia datur potentia ad faciendum ut detur persona distincta à generante; potentia enim realis connotat terminum realiter distinctum à producente, & in nostra sententia connotat terminum realiter distinctum ab ipsa potentia producendi, à qua suppositum denominatur potens producere. Hinc autem solum infertur, dari in Deo potentiam realem ad generationem passivam distinctam realiter à Patre; non vero ad generationem activam, quæ in Deo distinguatur non potest realiter à generante; quia Pater ex se non solum est potens generare, sed actu generans; & sicut in Patre non datur potentia realis ad paternitatem, ita nec ad generationem activam. Ratio est, quia ut inquit S. Thomas 9. 41. art. 4. ad 3. *Potentia significat principium; principium autem distinctionem importat ab eo, cuius est principium.* In creatis autem, cum nulla causa sit essentialiter determinata ad agendum, quia omnis causa indiget concursu divino, quem Deus potest negare; nulla causa est productio activa sui effectus; ac proinde in creatis non solum effectus, sed etiam productio activa effectus emanat à causa; & quamvis in creatis omnis actio maneret in agente, & consequenter foret distincta à passione, per quam effectus produci-tur in passio; tamen in creatis non solum productio passiva effectus esset ab agente, sed etiam productio activa, quæ in ipso maneret. Unde quamvis ab eadem forma, à qua principium denominatur productus, terminus gramaticaliter dicatur productus, & sic Filius divinus possit denominari gramaticaliter & quasi extrinsecè genitus à generatione activa manente in Patre; tamen philosophicè denominatur intrinsecè productus à productione passiva

sui, seu à filiatione. Et licet Pater quasi grammaticaliter & extrinsecè possit denominari generans à generatione passiva, per quam Filius intrinsecè denominatur genitus; tamen philosophicè & intrinsecè denominatur generans à generatione activa secum adæquatè identificata. Et sanè ad probandum distingui realiter in Deo generationem activam à passiva, est vrgētissima paritas illa, quæ determinatur ab inspiratione activa, quæ realiter distinguitur à passiva; vt probavi supra num. 31. & communis doctrina Patrum adducta sect. 2. & 3. hoc evincit.

SECTIO VLTIMA.

Solvitur precipua difficultas contra nostram sententiam.

41 **S**ED Obijcies, ad probandam generationem activam Filij consistere in intellectu, & productione activam Spiritus Sancti in volitione: nam quia Durandus docuit, processiones divinas non esse per se formaliter operationes intellectus & voluntatis, sed tantum naturæ, quatenus hæc ratione præcedit intellectum & voluntatem; hæc eius sententia notatur communiter à Theologis vt temeraria & erronea: & communis sententia Theologorum cum Div. Tho. 1. p. q. 27. ar. 3. affirmat, processiones divinas esse operationes intellectus & voluntatis; ideoque in Deo duas tantum dari processiones reales, quia in divinis non est processio nisi secundum actionem, quæ non tendit in aliquid extrinsecum, sed manet in ipso agente; huiusmodi tamen actio in intellectuali natura est actio intellectus & voluntatis, vt inquit D. Thomas. Vnde quia in Deo duæ tantum dantur potentie immanenter operantes, ideo in Deo duæ duntaxat dantur processiones, altera per intellectum, & altera per voluntatem: Ergo processio activa Filij est intellectio formaliter, & processio activa Spiritus Sancti est formaliter volitio. At in Deo non datur intellectio nisi essentialis, nec volitio nisi essentialis, quibus natura divina intelligit, & amat: ergo generatio activa Filij importat in recto intellectionem essentialem connotatam paternitate, quia intellectio essentialis in solo Patre potest esse generatio activa: & spiratio activa, seu actio spirandi consistit in volitione essentiali connotata relatione Spiratoris.

42 Respondeo, ex sententia communis Theologorum contra Durandum minime sequi, quod generatio activa Verbi sit formaliter intellectio secundum id quod impor-

rat in recto: & productio activa Spiritus Sancti sit formaliter volitio. Durandus namque voluit processiones divinas ita esse per naturam præcedendo ab intellectu & voluntate; vt quavis per impossibile Deus non esset intelligens & volens; adhuc esset productivus ad intra: sicut si calor esset intelligens & volens, esset nihilominus productivus alterius caloris præcedendo ab intellectu & volitione. Hoc autem est manifeste falsum: ideo enim substantia divina producit Verbum, quia est intellectiva; & ideo producit Verbum, quod sicut sit Filius, quia est infinitè intellectiva; & intelligens per essentiam. Et similiter ideo producit Spiritum Sanctum, seu autorem relativum, quia est volitiva; & ideo producit amorem, qui sit persona, quia est infinitè volitiva; & volens per essentiam: vnde intellectio & volitio ita per se, se habent ad divinas processiones; vt si per impossibile Deus non esset intelligens & volens, non posset aliquid ad intra producere. Et hoc ab omnibus dici debet, sive dicant potentias rationales & origines activas importare in recto solam relationem connotando de obliquo intellectionem & volitionem: sive dicant importare in recto intellectionem & volitionem connotando de obliquo relationem: sive dicant importare in recto utrumque.

43 Nos ex dictis disp. 10. sect. 10. facile rem nunc expedimus; ibi namque explicitimus, quomodo verè Filius procedat per intellectum, & non per voluntatem, & Spiritus Sanctus verè procedat per voluntatem, & non per intellectum; quavis intellectio essentialis neque sit virtus producendi Filium, nec productio activa illius formaliter; & quavis volitio essentialis nec sit virtus producendi Spiritum Sanctum; nec productio activa illius. Productio ergo activa Filij consistit formaliter in paternitate, & paternitas est actio & operatio substantiæ divinæ quatenus intellectiva est; quavis secundum id quod dicit in recto non sit formaliter intellectio: quia nimirum paternitas est productio Verbi, productio autem Verbi est actio propria substantiæ intellectivæ, quatenus intellectiva est: non est autem necesse vt productio Verbi mentalis sit ipsa intellectio formalis; quatenus est productio, & secundum id, quod importat in recto. Nam in sententia satis communi intellectio creata non distinguitur à verbo mentis; quia intellectus creatus producit verbum mentis, vt illo tãquam forma intelligat; & productio illius verbi non est ipsa formalis intellectio, sed productio intellectionis formalis. Præterea verbum mentis iuxta aliorum sententiam est id, in quo intellectus tanquam in imagine cog-

cognoscit obiectum: quod potissimum debet haberi in Deo: quia Pater non producit Verbum, ut eo tanquam forma intelligat, sicut Pater non est sapiens sapientia generata: ut constat ex dictis disp. 2. sect. 3. sed ut per illud exprimat suas perfectiones, & in illo tanquam in sua imagine se cognoscat, & cognoscatur ab omnibus in actibus hoc verbum, vel verbum mentis in Deo est intellectio passiva, à qua obiecta redduntur intellecta, & constituntur obiectivè presentia intellectui divini: seu per quod constituuntur in esse intellecto; & videlicet Deus ut intellectus est in se ipso ut intelligente; ut dicebat P. Antonius Perez disp. 2. sect. 5.

44. Substantia itaque divina quatenus infinite intellectiva postulat proprietatè relativam, quæ sit virtus producendi Verbum & productio activa Verbi; non quia illa productio secundum id quod addit ad essentiam sit ipsa formalis intellectio, quia Deus quatenus Deus, vel quatenus Pater reddatur intelligens; nam intellectio formalis est absoluta, & communis omnibus personis: sed quia est productio Verbi, sine quo nulla persona divi-

na potest intelligere, ut explicui disp. 10. num. 79. vel quia est productio Verbi, quod Pater, quia est infinite intelligens, manifestat & declarat suam infinitam sapientiam, & ceterasque perfectiones; ut explicui ibidem à num. 81. Atque adeo illa productio fit operatio intellectus notionalis, non est intellectio formalis, ut ostendi eadem disp. 10. num. 89. & 90. Nec est necesse ut omnis actio procedens à substantia intellectiva, quatenus intellectiva, sit formalis intellectio: nam in sententia asserente intellectioem creatam consistere in qualitate absoluta, actio productiva illius qualitatis est actio intellectus, & tamen non est intellectio formalis, sed quasi intellectio seu factio intellectiois. Ut ergo aliqua actio percipiat ad substantiam intellectivam, ut talem, non requiritur quod sit formalis intellectio, quæ ex genere suo est actio purè intentionalis, & quasi grammaticalis; sed vel quod sit intellectio, vel productio intellectiois, vel productio verbi mentalis: & hoc ultimum habet paternitas, quæ quatenus productio Verbi, est actio purè physica, & non est representatio formalis, per quam Pater percipiat formaliter obiecta.

DISPUTATIO XII. AN RELATIONES DIVINAE, UT DISTINCTAE VIRTUALITER AB ESSENTIA, DICANT PERFECTIONEM.

DUBIUM Non est, relationes divinas in concreto sumptas dicere formaliter perfectionem. Pater enim quatenus Pater est formaliter Deus, ac proinde infinite perfectus; & similiter Filius, & Spiritus Sanctus. Sermo ergo est de relationibus in abstracto sumptis, videlicet de paternitate, & filiatione, & inspiratione passiva, quatenus distinctæ sunt ab essentia virtualiter intrinsecè, sive virtualiter extrinsecè & ratione nostra; an scilicet secundum conceptum relativum, quem superaddunt ad essentiam, & secundum quem una distinguitur realiter ab alia, dicant formaliter perfectionem, seu bonitatem & æstimabilitatè.

2. Affirmant unanimiter Societatis Doctores, quatuor exceptis, nimirum Bellarmino, Molina, Becano, & Esforçia Pallaveino in libello de Deo Uno & Trino num. 385. Pro eadem sententia citat Fasolus q. 28. art. 2. à num. 120. Alensum, Albertum, Bo-

naventuram, Okamum, Aureolum, Baconium, Ariminensem, Gabrielem, Cloyovæum; & ex Thomistis Hervæum, Banez, Canum, Zamellium, Flandriam. De mente autem D. Thomæ dicit Fasolus non satis constare, & propterea divisos esse Thomistas in illa exponenda. Citatque pro hac sententia splendida Patrum testimonia, Athanasij, Hilarij, Epiphaniij, Ambrosij, Cyrilli, Nazianzeni, Basilij, Leonis Papæ, Hieronymi, atque Damasceni. Idemque ante Fasolum præstiterat eruditissimus Didacus Ruiz disp. 29. & 30. quæ præter Scholasticos citatos à Fasolo, citat disp. 29. sect. 2. num. 2. Marsilium, & Canariensem, Henricum, & Carthusianum: additque ibi num. 1. in hac conclusione convenire non solum Authores, qui dicunt, tres relationes esse tres perfectiones relativas, sed etiam qui recusant, tres perfectiones relativas admittere, nimirum Aureolum, Vazquez, disput. 122. cap. 6. & ipse Ruizius disp. 30. sect. 3. num. 1.

3 Negant vero communiter Thomista, quos citat & sequitur Godoy de Trinitate disp. 78. & communiter Scotista cum Scoto quodlib. 5. art. 2. & precipue in finetorius quodliberis item in 1. dist. 2. p. b. quæstionem 5. in ordine 3. *Ad primam quæstionem dico, versiculo. Hoc etiam arguitur, & dist. 26. quæst. vnic. 5. Ad primum tertie via, versiculo Per hoc patet, & dist. 19. q. 1. ad 2. principale. Quamvis inconsequenter loquatur ad ea, quæ scripserat 1. dist. 1. quæst. 2. ad primum principale. Estque hæc sententia adeo cõmonis inter Scotistas, ut Mastrius 10. 1. disput. 7. q. 1. testetur, solum Pontium oppositam sequi. Eã novissimè illustravit non parùm sapientissimus Coantecessor noster RR. M. Aguirre 10. 2. Theologiæ Anselmi disp. 73.*

SECTIO PRIMA.

Eligitur & probatur sententia affirmans:

4 **H**ANC Sententiam adeo veram existimat P. Aldrete, ut disput. 8. de Trinit. sect. 3. nu. 1. sic pronuntiaverit: *Mihi videtur per se evidens, nullusque, ni fallor, de veritate nostræ assertionis dubitasset, nisi apud aliquos antiquos Theologos quosdam obscuros terminos invenisset, qui occasionem dederunt controversendi, ubi nulla erat causa altercationis.* Ego eam probò primò ex dictis disp. 10. nam paternitas v. g. ut distincta ab essentia, est virtus proxima producendi Filium. At virtus proxima producendi Filium ex terminis suis est perfectio: ergo paternitas, ut distincta ab essentia, est perfectio. Secundo: nam Filius ratione filiationis est Verbum, & de genere repræsentativo, ut ostendimus disput. 2. sect. 10. quia ratione filiationis, per quam distinguitur ab Spiritu Sancto, ipse potius quàm Spiritus Sanctus est imago intentionalis per se subsistens producta ad exprimendas perfectiones Patris. Esse autem imaginem, & Verbum est perfectio: ergo ratione filiationis est perfectio, & non solum ratione essentia. Cõfirmatur: secunda persona, quatenus distincta à tertia, est Verbum; sed quatenus Verbum est perfectio: ergo quatenus distincta à tertia, est perfectio. Ergo filiaris ratione sui, & quatenus distincta realiter à paternitate, & consequenter præscindendo ab essentia, est perfectio; nam quatenus includens essentiam, vel quatenus est idem cum essentia, nõ distinguitur realiter à paternitate.

Probatur tertio, nam Pater distinguitur realiter à Filio; & hæc distinctio est actualis: ergo Pater habet aliquam realitatem actualem, vel actualitatem realem, per quam distingua-

tur à Filio. Sed omnis realis actualis, vel actualitas realis est aliqua bonitas transcendentalis, sicut est aliqua veritas transcendentalis; quia cum bonitas & veritas sit passio entitatis realis, implicat datam distinctam entitatem realem ab alia entitate, quin detur distincta bonitas & veritas ab alia bonitate & veritate. Ergo in Patre datur aliqua bonitas transcendentalis, quæ non datur in Filio. At omnis bonitas transcendentalis est aliqua perfectio transcendentalis: ergo datur in Patre aliqua perfectio transcendentalis, quæ non datur constitutive in Filio, seu aliqua perfectio distincta realiter à filiatione: ergo paternitas addit aliquam perfectionem transcendentalem ad essentiam: ergo ut distincta ab essentia est aliqua perfectio.

Probatur quarto, Pater producit Filium à se realiter actualiter distinctum: ergo producit aliquam realitatem actualem, vel actualitatem realem à se realiter distinctam. At Pater non producit realitatem actualem essentia, vel actualitatem realem essentia, quatenus est actualitas essentia; quia essentia nec generat, neque generatur: ergo producit aliquam actualitatem realem ratione nostra distinctam ab actualitate essentia: ergo filiaris addit supra essentiam aliquam actualitatem realem, seu realitatem actualem. Ergo addit aliquam existentiam realem, nempe existentiam relativam. Patet consequentia; nam omnis productio realis tendit ad producendam aliquam existentiam; nõ enim tendit ad producendam possibilitatem extrinsecam, quæ supponitur, nec ad producendam non repugnantiam, quæ præintelligitur: ideo enim causa producit effectum, & principium suum terminum, quia effectus ille atque terminus supponitur possibilis, & non repugnans: ergo supposita possibilitate & non repugnantia termini, tendit ad producendam eius existentiam: ergo Pater producens Filium, aliquam existentiam realem producit: sed omnis existentia est aliqua perfectio: ergo producit aliquam perfectionem: ergo Filius, quatenus Filius, addit aliquam perfectionem ad perfectionem essentia; sicut addit aliquam entitatem, & actualitatem.

6 Respondebis ex Godoy tom. 3. in 1. part. pag. 195. num. 41. productionem realem ex conceptu suo tendere in existentiam ut producendam, vel ad existentiam communicandam. Vnde ex eo quod Pater realiter producat Filium, non sequi quod producat aliquam existentiam Filij, sed solum sequi quod Filio communicet existentiam essentia. Sed contra: quia producens, quatenus producens, aliquid producit: sed Pater, quatenus Pater, non producit essentiam: ergo producit Filium.

At

At Filius non potest denominari vere productus ratione formalitatis non productæ: ergo non denominatur productus ratione essentiali, quia hæc non producitur: ergo denominatur productus ratione filiationis: ergo filiatio vt distincta ab essentia, est formalitas productæ: ergo vt distincta ab essentia, habet existentiam aliquam, nempe relativam. Ergo Pater generans Filium, nõ solum communicat ei existentiam absolutam, sed etiam producit existentiam relativam. Ergo in Filio præter perfectionem absolutam datur perfectio relativa.

7. Respondebis iterum ex eodem Godoy ibidem pag. 196. n. 47. Filium solum debere habere existentiam vt illius formalitatis, ratione eius terminat productionem, Filium autem, quatenus Filium, & consequenter filiationem ratione suæ essentiali terminare productionem, non autem ratione relationis superadditæ ad essentiam. Sed contra, nam filiatio divina, quatenus filiatio divina, distinguitur realiter à paternitate, sed non distinguitur ratione essentiali: ergo ratione alicuius superadditi ad essentiam: ergo vt distincta à paternitate habet aliquam realitatem, si ve actualitatem, ratione cuius distinguitur, sed non realitatem creatam, nec realitatem præscindentem à creatâ & increatâ, quia est persona divina distincta intra genus personæ divinæ: ergo realitatem increatam: ergo filiatio divina superaddit ad essentiam realitatem divinam: sed non realitatem mere possibilem & potentialem: ergo realitatem actualem: ergo existentiam Filio enim divino repugnat esse nihilum nõ solum quia est Deus, sed quia est Filius: ergo opponitur nihilitati non solum ratione essentiali, sed etiam ratione relationis: ergo habet existentiam non solum ratione essentiali, sed ratione relationis.

8. Nec satisfacit Godoy, dum ibidem concedit, relationem filiarivis habere entitatem productam, addens tamen, per productionem illius entitatis non constitui complete filiationem extra nihil, constitui autem complete extra nihil per existentiam absolutam: nullam quippe existentiam concedit hic author in Deo, nisi absolutam. Non, inquam, satisfacit: quia hæc doctrina contradictoria virtualiter continet: nam implicat, relationem vt distinctam ab essentia habere entitatem productam, & non habere existentiam aliquam productam. Productio enim, quatenus productio, terminatur ad existentiam illius, quod producit. Vnde implicatorium est, quod filiatio; quatenus distincta ab essentia, habeat entitatem productam, quin habeat existentiam productam: entitas enim producta, quatenus est entitas producta, est formalissi-

me existentia; quid enim est existentia rei productæ, quatenus productæ, nisi entitas actualis producta? neque enim productio terminatur ad possibilitatem entitatis; sed ad eius existentiam. Vnde relatio filiationis per productionem illius entitatis relativam complete constituitur extra nihil sui; ac proinde, per productionem illius entitatis constituitur existens existentia relativa: habetque præiudicem existentiam formaliter oppositam nihili rationi relationis: ergo entitas illa relativa est existentia relativa: ergo est perfectio relativa. Quapropter falsum est, quod Godoy ibi contendit, nimirum relationes solum existere per existentiam absolutam essentiali. Nam vt recte probavimus Doctor lib. 3. de Trinitate cap. 5. & late Fasolus q. 30. ar. 1. dub. 2. plurimos Patres ac Scholasticos pro sua sententia referens, in divinis personis dantur tres existentie realiter distinctæ: quia dantur tres entitates æquales; entitas autem actualis, qualis est omnis, entitas producta à suo principio, est formaliter existentia.

9. At Godoy ibidem pag. 198. num. 55. respondet, paternitatem vt distinctam ab essentia, esse quidem actualem, non tamen esse actualitatem; quia quamvis vt distincta ab essentia non sit potentialis, non tamen prout distincta est explicitè actualitas, sed solum actualitatem implicitè claudit: quia vt paternitas actu, inquit, constituit, & distinguit Patrem à Filio, necessarium non est, quod actualitas, qua in actu constituitur, sit ratio constituendi, aut distinguendi, sed solum est conditio; sicut etiam ad causandum, non ratio formalis, sed conditio tantum, existentia est; ac proinde necessarium non est, quod quatenus ratione ab essentia distinguitur, expresse sit actualitas, sed sufficit quod implicet illam.

10. Sed contra primo, quia hic author falso supponit, in creatis distingui realiter essentiam ab existentia; & in Deo distingui essentiam divinam ab existentia absoluta ratione nostra, vt ostendimus in metaphisico Eximio Doctore disp. 31. met. sect. 6. & cum communi nostrorum: essentia enim possibilis non distinguitur ab existentia possibili, & essentia actualis ab existentia actuali: & eum causa per suam entitatem actualem influat in effectum & entitas actualis idem sit ac existentia, implicat vt existentia causa sit conditio tantum, nõ vero ratio formalis influendi in effectum. Contra secundo, quia implicat, paternitatem vt distinctam ab essentia, habere entitatem actualem, seu esse entitatem actualem, & non esse actualitatem; quia quatenus entitas actualis, explicat actualitatem, & illa

reduplicat. Et sicut implicat quoddam paternitas distinguit realiter Patrem à Filio, quin ratione sui sit realitas distinguens Patrem à Filio; ita implicat ut distinguit actualiter, quin formaliter sit actualitas distinguens actualiter. Contrà tertio, quia implicat, ut paternitas, quatenus distincta virtualiter ab essentia, & secundum conceptum relativum, quem addit ad essentiam, sit entitas actualis; & non potentialis tantum; quin ut sic distincta formaliter explicet actualitatem, per quam scernitur ab entitate potentiali: entitas enim constituitur in ratione actualis per actualitatem; ergo si ut distincta ab essentia est formaliter entitas actualis, ut distincta ab essentia est actualitas. Ergo non solum implicat, sed explicat actualitatem. Contrà quarto, quia quando una formalitas sumitur ut distincta ab alia, illam non implicat; sic rationalitas, ut distincta ab animalitate non implicat, seu implicite claudit animalitatem; sicut homo, quatenus homo, implicite claudit formaliter vivens, & substantiam: unde est implicatio in terminis sumere entitatem actualem, ut distinctam ab actualitate, quia actualitas non est aliquid extra conceptum formalem entitatis actualis; nec enim entitas dicitur actualis per aliquid à se distinctum formaliter, sicut subiectum dicitur album per albedinem; & intelligens per intellectionem; sed dicitur entitas actualis per semetipsam, quatenus ad ipsam terminatur eius productio, quae facit ut entitas illa, quae antea erat duntaxat in causa, iam sit in seipsa; quod est, illam entitatem iam esse actualem, quae antea erat potentialis. Erat enim potentialis, dum solum habebat esse in sua causa, seu in suo principio, à cuius potentia denominabatur extrinsece possibilis: nam rem esse possibilem, antequam re ipsa produceret & in se existat, nihil aliud est, quam dari iam causam potentem facere ut in se existat, & in se habeat actualitatem essendi: ut ostendit Eximius Doctor disp. 31. met. sect. 3. num. 3. cum D. Thoma 1. p. q. 97. ar. 2. quare, ut inquit ibi S. Doctor. *omnes creaturae antequam essent, non erant possibiles esse per aliquam potentiam creatam, cum nullum creatum sit aeternum, sed per solam potentiam divinam, in quantum potest eas in esse producere.* Unde cum primum intelligitur essentia creaturae produci, in illo primo signo, in quo terminat actionem productivam sui, habet iam actualitatem suae existentiae; ut evincit Eximius Doctor disp. 31. metaph. sect. 6. ostendens essentiam non distinguari in creaturis ab earum existentia. Et ut idem ostendit ibidem sect. 9. num. 15. omnis actio productiva; seu omnis realis actio &

efficientia formalissime tendit ad dandum aliquod esse existentiae suo intrinseco termino: idemque formalissime est producere essentiam alicuius creaturae, ac producere eius existentiam.

Hinc audiendus non est Godoy, qui eo tom. 3. in 1. p. pag. 196. num. 48. supponens relationem predicamentalem in creatis esse modum realiter distinctum à fundamento & termino passerit, existentiam illius relationis esse absolutam. Audiendus, inquam non est: quia cum esse relatiui sit ad aliud se habere, ut dicitur in predicamento in capite ad aliquid; & citatur à D. Thoma 1. p. q. 28. art. 2. in 3. argumento; impossibile est, ut existentia relationis creatae, quae ex essentia sua est relativa; sit absoluta. Quamvis enim rei habenti essentiam & existentiam omnino absolutam possit superaddi relatio realis ab illa essentia virtualiter distincta, ut contingit in Deo, vel realiter distincta, ut contingit in creatis: impossibile omnino est, ut rei habenti essentiam omnino relativam superveniat existentia omnino absoluta; existentia enim debet proportionari rei; cuius est existentia; unde si essentia rei sit omnino relativa, implicatorium est, ut unica eius existentia sit omnino absoluta. Sicut e contra repugnat, ut ubi essentia rei est omnino absoluta; eius unica existentia sit relativa. Quapropter sicut in creatis modus relationis superadditus rei absolutae necessario affert secum existentiam relativam modalem superadditam existentiae absolutae rei, cuius est modus: ita in divinis relatio realis paternitatis v.g. superaddita essentiae & existentiae absolutae Dei superaddit existentiam relativam, quia superaddit entitatem realem non merè potentialem, sed actualem; entitas autem actualis est formaliter existentia. Unde Godoy ibidem pag. 198. num. 76. implicat in terminis, dum distinguit inter actualitatem entitativam, & actualitatem existentiae; & concedit, relationes divinas ut praecisas ab essentia habere actualitatem entitativam, & negat habere actualitatem existentiae: omnis enim actualitas entitativa est formalissime actualitas existentiae: unde res accipiens à sua causa, vel à suo principio actualitatem entitativam, hoc ipso accipit existentiam, & intelligitur esse iam extra causam illam vel principium; quia iam non est merè possibilis, & in potentia; & sic filiatio, & spiratio passiva accipientes à suo principio actualitatem entitativam relativam, accipiunt à suo principio actualitatem existentiae relativae: & essentia divina, & paternitas habentes à se actualitatem entitativam, habent à se existentiam; nec prius sunt

in potentia ad existendum, quam sint actu existentes: quia ex terminis prius est ens in actu, quam ens in potentia; cum ens in potentia debeat reduci ad actum per ens in actu, ut demonstrat D. Thomas 1. contra gent. cap. 16. *Ac proinde omne quod est aliquo modo in potentia habet aliquid prius se*, inquit Angelicus Doctor. Quo aureo principio innixum: 1. disp. 2. num. 31. ostendimus, repugnare in Deo principium virtuale respectu intellectus & voluntatis; quia implicat ut substantia potens intelligere reducatur ad actum intelligendi, nisi ex vi intelligentis in actu. Unde primum intelligens non potest cum fundamento concipi prius potens intelligere, quam actu intelligens, & multo minus divina essentia atque paternitas possunt prius intelligi potentes existere seu existentes in potentia, quam existentes actu; quia hoc ipso intelligi deberet prius aliquid ens in actu, vi cuius divina essentia, & divina paternitas de potentia existendi transirent ad actum existendi, quod est implicatio manifesta. Divina ergo essentia & paternitas, sicut à se habent actualitatem entitativam, ita à se habent actualitatem existentiam; & ideo existentia est de essentia Dei; quia sicut divina essentia non potest concipi ut indifferens ad habendam vel non habendam actualitatem entitativam suam essentiam; ita non potest concipi ut indifferens ad habendam vel non habendam actualitatem existentiam.

SECTIO SECUNDA

Alijs rationibus probatur eadem veritas.

12 **P**ROBATUR Quinto relationes divinas ratione sui, & ut distinctas à natura divina, & ab illa præcisas, dicere perfectionem. Nam paternitas, ut patet, ut præcisè ab existentia dicit necessitatem essendi; necessitas autem essendi est perfectio, ut est manifestum. Ergo ratione sui dicit perfectionem. Quod dicit ratione sui necessitatem, probatur primo, quia Pater est ens à se, non solum quatenus Deus, sed quatenus Pater; quia quatenus Pater non est ab alio; & paternitas ipsa ex parte obiecti non fluit ab essentia, sed sicut Dicitur, quæstio talis, est omnino à se; ita paternitas divina, quatenus paternitas divina est à se, esse actem paternitatem divinam habet prout præcisè ab essentia, quia prout præcisè ab essentia nec est paternitas creata, nec est paternitas præseindens à creata & increata; ergo est paternitas increata, & divina. Esse enim prædicatum divinum, est prædicatum transcendens omnia

prædicata intrinseca Deo, non solum absoluta, sed etiam relativa. Et paternitas divina licet ut præcisè ab essentia non sit Deus, quia in ratione Dei constituitur per naturam divinam; tamen ut præcisè ab essentia, est aliquid divinum. Ergo ut paternitas divina, est à se formaliter, & non solum identitè, quatenus paternitas est essentia, & essentia est à se; entitas enim illa divina simplicissima in primo signo, in quo concipitur existere & esse, concipitur esse summè determinata ad generandum Filium; ac proinde à se habet, quod sit Pater.

Probatur secundo, quia paternitas, quatenus distincta ab essentia, est entitas realis; quia ut distincta ab essentia, est constitutiva & distinctiva personæ Patris; ut constitutiva autem & distinctiva Patris, est entitas realis; sola enim entitas realis potest distinguere realiter & verè Patrem à Filio. At quatenus distincta ab essentia, non est entitas contingens; ergo quatenus distincta ab essentia, est entitas necessaria. Probatur consequentia: quia entitas realis ut sit, adzquarè dividitur in entitatem necessariam, & in entitatem non necessariam, seu contingentem.

13 Respondet Godoy pag. 176. n. 43. paternitatem ratione sui nec esse entitatem contingentem, nec esse entitatem necessariam. Quamvis enim non detur medium inter entitatem necessariam & contingentem in re; at cum aliqua reduplicatione addendo *ratione sui*, datur medium: sicut inter album & non album in re non datur medium; at inter album & non album cum addito *ratione sui*, medium datur; homo enim ratione sui nec est albus, nec est non albus. Sed contrariè; quia licet utraque ex ijs propositionibus sit falsa, *homo ratione sui est albus*, *homo ratione sui est non albus*; quia utraque est affirmativa, & utraque affirmat, per se & necessario convenire subiecto prædicatum, res ipsa contingens, siquidem altera affirmat convenire per se & necessario homini albedinem; altera affirmat convenire per se & necessario homini carentiam albedinis, & utrumque est falsum, quia alterutrum potest convenire contingenter, neutrum autem edicere necessario. Tamen impossibile est, ut ex his alijs duabus propositionibus, *homo ratione sui est albus*; *homo ratione sui non est albus*, utraque sit falsa; quia cum sint contradictoria, una debet esse vera, si altera sit falsa: est autem vera propositio negativa, quia falsum est hominem ex prædicatis suis necessario convenire quod sit albus, quamvis enim homo sæpe sit albus; quia tamen albedo est accidens, quod potest adesse & abesse præter subiecti corruptionem, semper est falsum affirmative;

mate; quod ei conveniat ratione sui, id est; necessario ex suis prædicatis. Unde propositio negativa semper est vera. Pariter ergo, ex his duabus propositionibus; *Relatio divina ratione sui est entitas necessaria*; *Relatio divina ratione sui non est entitas necessaria*, altera est vera, altera falsa. At propositio negativa non est vera, ergo est vera propositio affirmativa.

14 Quod propositio hæc, *Relatio divina ratione sui non est entitas necessaria*, sit falsa; probatur: quia cum divisio entitatis in necessariam & contingentem nõ sit divisio subiecti in accidentia, qualis est hæc, *Homo alius est albus*; *alius est non albus*, sed sit divisio generis in species omnino oppositas, & adæquantur genus; sanè ubi de aliqua re particulari, qualis est paternitas divina, verificatur, quod ratione sui est entitas formaliter; si de illa verificatur, quod non sit necessaria, de illa verificabitur, quod sit contingens; seu entitas non necessaria. Sicut quia ens ut sic dividitur adæquatè in substantiam & accidens; si de aliqua entitate particulari verificatur, quod sit ratione sui ens, & de eadem non verificatur, quod ratione sui sit ens substantiale, de eadem verificabitur, quod ratione sui sit ens accidentale. Similiter, quia animal adæquatè dividitur, tanquam genus, in rationale, & irrationale; & de aliqua entitate particulari verificatur, quod sit ratione sui animal; sanè si de eadem, verè dicitur, quod ratione sui non est animal rationale; verè de eadè dicitur, quod ratione sui sit animal irrationale: quia subiectum vivens; de quo formaliter verificatur, quod sit animal; si de eodem verè negatur, quod sit rationale, de eodem verè affirmabitur esse irrationale; quia idem est, aliquod animal carere rationalitate, ac habere irrationalitatem. Similiter, quia scientia Dei adæquatè dividitur in necessariam & contingentem; sanè si de aliquo prædicato divino formaliter sumpto verificatur, quod sit formaliter scientia, & de eodem sumpto verè negatur, quod sit scientia necessaria, de eodem verè affirmabitur, quod sit scientia contingens.

15 Ratio autem à priori, cur divina relatio hoc ipso, quod ratione sui sit entitas, & ratione sui non sit entitas contingens, debeat ratione sui esse entitas necessaria, est conspicua: quia hoc ipso quod relatio divina ratione sui sit formaliter entitas, vel debeat ratione sui esse entitas necessaria, vel ratione sui esse entitas contingens, vel ratione sui esse indifferentis, vel sit entitas necessaria, vel entitas contingens. Sicut hoc ipso quod inter hominem album, & hominem non album nõ

datur medium; si aliqua entitas est homo ratione sui, vel ratione sui est homo albus, vel ratione sui homo non albus; vel ratione sui indifferentis, ut sit albus, vel non albus; quia ex se non magis connectitur cum albedine, quam cum carentia albedinis. Et ideo ex hac propositione, *Homo ratione sui non est albus*, non inferitur hæc: *Ergo ratione sui est non albus*: quia datur medium; nempe indifferentia, & positiva capacitas ad unum, & alterum. At relatio divina v. g. paternitas divina ratione sui est entitas, & ratione sui nec est contingens, neque ratione sui indifferentis, ut sit entitas contingens, vel ut sit entitas necessaria: ergo ratione sui est entitas necessaria. Ac proinde ex hac propositione, *Relatio divina ratione sui est entitas*; & *ratione sui non est entitas contingens*, bene inferitur: *Ergo ratione sui est entitas necessaria*; quia divisio entitatis in necessariam & contingentem non est divisio subiecti in accidentia; quia esse necessariam, vel esse contingentem non est accidens entitatis; sed eius substantia & differentia formalis intranea.

16 Hinc insus argumentor. Paternitas ratione sui est entitas nullam habens ratione sui indifferentiam ut sit contingens; sed quod ratione sui est entitas, & ratione sui nullam habet indifferentiam ut sit contingens; est ratione sui entitas necessaria, quia hoc ipso est ratione sui determinata ad necessitatem essendi. Quare, ut de aliquo subiecto verificetur, quod ratione sui est entitas, & ratione sui non est entitas necessaria, nec ratione sui est entitas contingens; illud subiectum debet esse aliqua ratio communis logicè enti necessario, & enti contingenti, & abstracta à Deo & creatura; videlicet ratio entitatis ut sic præcédens à creata, & increata. At paternitas divina non est aliqua ratio abstracta à Deo & creatura; sed est ratio particularis individua divina; unde ex se non potest præcédere à necessitate essendi. Paternitas enim divina non est subiectum, sed constituit Patrem divinum æternum & increatum, & summe necessitatum ad existendum. Pater enim æternus non solum est entitas necessaria, quatenus est Deus, sed quatenus est Pater: & illud esse ad paternitatis divinæ importat necessitatem existendi à qua non est esse ad abstractum ad relationem creata & increata; sed esse ad contractum ad relationem divinam; quia est esse ad respiciens pro termino Filium divinum. Nec *ty zivinum* importat in relatione divina est prædicatum absolutum; sed prædicatum relativum formaliter imbibitum in relatione divina, quatenus præcise ab essentia; & quatenus distincta ab illa; nequit enim

enim paternitas divina præcindere ab eo quod sit relatio divina, & consequenter entitas divina. Quare exemplum illud de homine, qui nec ratione sui est albus, nec ratione sui est non albus, non rectè adducitur à Godoy, ad probandum relationem divinam ratione sui nec esse entitatem necessariam, nec entitatem contingentem.

Probatur sextò, relationem divinam ratione sui dicere perfectionem; quia licet secundum id, quod addit ad essentiam, & in quo distinguitur realitèr ab alia relatione, non dicat formalitèr essentiam, dicit tamen exigentiam idèntitatis cum essentia. Paternitas enim divina, quatenus distincta realitèr à filiatione, est perfectibilis summè per essentiam, & ex suo conceptu exigit sic perfici, non utcumque, sed per idèntitatem. At implicat, ut non dicat perfectionem secundum eum conceptum, secundum quem exigit idèntificari cum essentia Dei. Si enim exigere videre Deum est perfectio adeo excellens, ut repognot substantia creata, quæ suapte natura exigit videre Deum, licet exigeret videre per visionem distinctam à se, & à Deo; ut tenet còmunis & vera sententia: à fortiori in qualibet entitate erit perfectio, quod exigit idèntificari cum Deitate, & esse Deus.

17. At dices, hoc argumentum multum probare; probat enim actum liberum Dei, quatenus liberum, addere aliquam perfectionem supra necessarium; quia, quatenus liber, exigit idèntificari cum Deo: quia, quatenus liber, est in Deo; & quidquid est in Deo, Deus est. At falsum est, actum liberum, ut liberum, addere perfectionem supra necessarium: ergo falsum est, relationes divinas addere perfectionem aliquam supra essentiam. Respondeo verbis Eximij Doctoris disp. 28. metaph. sect. 2. num. 16. hoc argumentum *apud me concludere, actum liberum ut librum, seu ut liberò determinatum ad aliquod obiectum, non addere Deo aliquid rei, quod nunc sit in Deo, & potuerit non esse in illo; alioqui non video, quomodo illud potuerit dici ens necessarium, aut per essentiam; cum simpliciter potuerit non esse.*

18. Quapropter, ut latè ostendi supra disp. 27. sect. 1. & 2. sententiæ omnes affirmantes, actum liberum Dei addere supra necessarium formalitatem aliquam intrinsecam contingentem, sive appelletur pura habitudo, & respectus ad obiectum ponendum in tempore, sive appelletur pura connexio, sive appelletur volitio libera, sive appelletur terminatio libera; re ipsa coguntur admittere perfectionem aliquam contingentem; nam illa terminatio intrinseca Deo, ex vna parte

cum sit libera, est defectibilis secundum illud, quod addit ad actum necessarium; & ex alia est aliqua realitas; nam per illam verè & propriè Deus determinatur. v. g. ad creandum mundum; ac proinde est aliqua realitas contingens, & defectibilis; ac proinde aliqua entitas, aliunde cum sit intrinseca Deo, exigit esse idem realitèr cum Deo: quia quid est intra Deum, Deus est. Omnis autem realitas, omnis formalitas, & omnis entitas exigens idèntificari cum Deo, hoc ipso est aliqua perfectio: ergo in illa sententiâ necessariò admittendum est, dari in Deo aliquam perfectionem contingentem, quæ potuerit non esse in Deo, & quæ ex suppositione quoddam tenel existat, necessariò idèntificetur cum Deo, necessitate scilicet consequenti; quamvis potuerit potentia antecedenti non idèntificari cum Deo, quatenus potuit non esse: quo in casu eius formalitatis defectus compensaretur per actum oppositum. Nihilque mihi videtur dare nisi voces, assertores illius formalitatis intrinsecæ, dum dicunt, illam posse deficere, quoad terminationem, non autem quoad entitatem; cum enim illa terminatio, quatenus terminatio libera & contingens, sit adæquatè intrinseca Deo; est aliqua realitas intrinseca Deo superaddita prædicatis necessarijs: unde si potest deficere, quatenus est terminatio libera, potest deficere, quatenus est aliqua realitas contingens, & libera Dei; ergo quatenus est aliqua entitas: ergo potest deficere quoad aliquam entitatem: licet non possit deficere quoad entitatem necessariam essentia, à qua distinguitur distinctione separabilitatis secundum potentiam antecedentem.

19. Quare actus liber Dei nihil addit supra necessarium, quod sit intrinsecum Deo; sed solum addit connotatum extrinsecum, ut enim explicui illa disp. 27. sect. 3. nu. 3. volitio necessaria Dei, quæ est complacentia necessaria in creaturis possibilibus, dicitur liberè ab æterno terminari ad productionem creaturarum, quas per modum principij immediatè liberi est producenda in tempore; est enim volitio omnium volibilium essentialitèr determinata ut denominet Deum ab æternò oblatentem ea, ad quorum existentiam in tempore Deus immediatè liberè determinat. Sicut cognitio necessaria est essentialitèr determinata ut ex æternitate intèratur id, quod in tempore sit. Unde Deum ab æterno cognoscere peccatum Antichristi, in recto importat scientiam necessariam, & de obliquo existentiam temporalem talis peccati: ac proinde actus liber supra necessarium nihil addit ab æterno, nisi respectum rationis fundatum in actu necessario, & in connotato contingenti

ti creato i quatenus a nobis concipitur, ac si esset respectus aliquis realis, & connexio metaphisica cum obiecto ponendo in tempore.

20 Dices, hoc ipso, quod relationes sunt infinite perfectibiles ab essentia, & ratione essentia, non posse habere rationem sui aliquam perfectionem; sed esse pure perfectibiles, quia hoc ipso totam suam perfectionem habent ab essentia, tanquam a forma. Sed contra, quia perfectibilitas eo est estimabilior, quo respicit formam perfectiorem: ergo si subiectum aliquod esse perfectibile per formam finitam exigendo illam perfectionem, est non modica perfectio: a fortiori, divinas relationes esse perfectibiles per infinitam perfectionem essentia exigendo illam perfectionem, non vicissimque, sed ut habendam per realem identitatem, erit maxima perfectio. Quare relationes divine ratione divine essentia sunt infinite simpliciter & in genere entis, secundum proprias autem rationes, in quibus opponuntur, sunt infinita tantum in tali genere, seu quasi specie relationis, quomodo non repugnat plura infinita multiplicari, quia sub ea ratione opponuntur, & ideo distingui & multiplicari possunt: ut inquit P. Suarez disp. 28. metaph. sect. 2. nu. 9. & amplius infra explicabitur.

21 Replicabis, hoc tantum probate, relationes divinas dicere perfectionem, quatenus comparantur ad essentiam, & secundum esse in, non autem quatenus comparantur ad oppositam relationem, & secundum esse ad. Sed contra, quia relationes secundum id, quod superadditur ad essentiam, impræcandidabiliter habent esse in, & esse ad, eadem enim formalitas virtualiter indivisibilis dicit esse in, quatenus perit esse in essentia; & dicit esse ad, quatenus refertur ad oppositam relationem, ac proinde iam superaddit aliquam perfectionem ad essentiam. Deinde etiam secundum esse ad, est per se & in, v.g. paternitas, quatenus est virtus generandi Filium, & quatenus est generatio activa Filii. Ergo secundum esse in, & secundum esse ad, sunt formaliter perfectio.

22 Septimo argumentor, quia ad ratione cuius persona divina est adorabilis, & amabilis, est formaliter perfectio. Ad persona divina, v.g. Pater non solum est adorabilis & amabilis ratione essentia, sed etiam ratione relationis, non solum enim adoramus Patrem & Filium, quatenus sunt unus Deus, sed quatenus sunt Trinitas personarum: adoramus ergo Patrem, quatenus Patrem, & Filium, quatenus Filium. Ergo paternitas reddit Patrem adorabilem, & similiter filiatione ergo paternitas ratione sui est excellentia & perfe-

ctio: nam sola excellentia & perfectio reddit personam adorabilem: ut enim inquit S. Thomas 3. p. q. 29. ar. 5. *Causa honoris est id, in quo ille, qui honoratur, habet aliquam excellentiam: nam honor est reverentia alicui exhibita propter sui excellentiam.* Rursus Pater amat Filium, quatenus Filium, & in illo complacere, & Filius amat Patrem, quatenus Patrem, a quo accipit esse; rursus Pater gaudet se esse Patrem potestem generare Filium infinitum, & Filius gaudet se esse Filium talis Patris. Ergo Pater redditur amabilis ratione paternitatis, & Filius ratione filiationis.

Et hæc probatio sumitur ex Symbolo Athanasij, ubi dicitur: *Fides Catholica hæc est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in Unitate veneremus.* Et ex præfatio Trinitatis, ubi canit Ecclesia: *ut in personis proprietatis, & in Majestate adoretur æqualitas.* Ergo Symbolum, & Ecclesia duas distinguunt venerationes, alteram, qua adoretur Deus, qua unus est, altera, qua adoretur ut Trinus: ergo personæ sunt dignæ adoratione ratione personalitatum: ergo istæ ratione sui habent excellentiam. Confirmatur ex 6. Synodo generali, id est ex Concilio Nizeno II. quod in confessione fidei proficitur, *se unam singularitatem personarum tria adoranda.*

23 Argumentor octavo: quia certum est, Deum fore imperfectum, si non haberet fecunditatem ad intra: ergo fecunditas ad intra est summa perfectio Dei. Ad quid autem in divinis fecunditas, si nihil ratione sui estimabile produceret ad intra Deus? Ad quid personarum multiplicitas, si personæ supra essentiam nihil perfectionis adderent? Addit ergo personalitas perfectionem extensivam ad essentiam. Nam Deum esse fecundum ad se communicandum ad intra, maxima perfectio est. At natura divina constituitur fecunda per relationes sibi superadditas: quia natura divina non est potens generare, seu potens se communicare per viam intellectus, quatenus præcisè est natura, sed quatenus est paternitas, nec est potens spirare, seu potens se communicare per viam voluntatis, nisi quatenus est spiratio activa: ergo perficitur extensivè per relationes, vel potius exigit relationes, ut perfectiones superadditas, medijs quibus communicetur pluribus suppositis realiter inter se distinctis. Quare summa perfectio est naturæ divine, quod sit radix perfectionum relativarum, quibus constituentur supposita divina realiter distincta; quas relationes ipsa perficit infinite in genere entis, quia illas constituit in ratione Dei. Et hoc ipsum arguit rela-

relationes divinas vt distinctas virtualiter ab essentia, dicere perfectionem. Vt enim recte inquit P. Falsol. q. 28. a. 2. n. 26. *Quis crediderit essentia perfectissima natura essentialiter petere, vt sit omnino idē cum illis, quae nullam in sua formali ratione perfectionem includunt?* Itaque ex utroque capite recte arguitur, relationes ratione sui dicere perfectionem: & quia ratione sui exigunt ideam rificari cum essentia; & quia essentia exigit identificari cum rationibus formalibus, quas addunt ad essentiam.

24 Dices ex Cardinali Esforcia in 1387. divinam fecunditatem non esse frustra, quamvis divinae relationes non addant perfectionem supra essentiam: *Nam fecunditas, inquit, non ordinatur ad bonum ipsius perfectionis, sed ad bonum possidentis perfectionem: quare divina fecunditas non est frustra, hoc ipso, quod per eam producuntur plures possidentes infinitam perfectionem.* Sed contra, quia hoc ad summum probat, essentiam non perfici formaliter per relationes; non tamen probat, quod relationes non sint formaliter perfectio: nam relationes ratione sui exigunt possidere perfectionem essentiae; haec autem exigentia perfectio est.

25 Deinde argumentor; quia vt inquit S. Thomas 3. p. quaest. 3. art. 1. ad tertium. *Proprium est divinae personae propter eius infinitatem, vt fiat in ea concursus naturarum, non quidem accidentalium, sed secundum subsistentiam.* Quare, vt ostendo tom. 3. disp. 23. proprium est personae infinite ob eius infinitatem, alienam posse superponere naturam substantialem; vnde quamvis Verbum factum sit homo, non potuit Angelus fieri homo, vt ibi late probor: ergo Verbum non solum est infinitum secundum rationem Deitatis radicaliter, quia ex Deitate quidquid est in Deo infinitatem habet, sed (vt inquit Caiet. eo art. 1. §. ad horum evidentiam) secundum suam personalitatem est formaliter infinitum: quoniam personalitas divina non est constituta personae nisi infinite. Et quemadmodum personalitas Verbi, scilicet filiatio divina, est formaliter subsistens, alioquin non esset constituta personae, quae formaliter est subsistens: ita est formaliter infinita, quia subsistentia formaliter inclusa in personalitate Verbi, nec est finita, nec praescindens a finita, & infinita. Ergo personalitas divina vt distincta ab essentia est formaliter perfectio. Probo consequentiam, quia vt distincta ab essentia est personalitas divina postulat constitui personam cum essentia; & vt personalitas est subsistentia; & vt subsisten-

tia est perfectio. Quod autem vt personalitas sit subsistentia, probatur, quia Pater non solum est subsistens quatenus est Deus, sed quatenus Pater, & quatenus distinctus realiter a Filio: ergo quatenus distinctus realiter a Filio est subsistentia; nam ea ratione qua est subsistens formaliter, dicit subsistentiam; & quatenus distinctus a Filio, non dicit formaliter subsistentiam absolutam, quae est propria Dei quatenus Deus est: ergo dicit subsistentiam relativam: ergo dantur in Deo tres subsistentiae relativae. At subsistentia omnis est formaliter perfectio: ergo dantur tres perfectiones relativae in Deo.

26 Nec video, quomodo verum esse possit, quod ibidem addit Caietanus: sic enim ait: *Subsistentia formaliter inclusa in personalitate Verbi, neque est finita, nec abstrahens a finito, & infinito: sicut relatio in quantum relatio, quia subsistentia perfectionem sonat simpliciter, vt patet.* Non inquam video, quomodo hoc verum esse possit. Quamvis enim relatio, vt relatio, secundum praedicatum genericum praescindens a relatione creata, & increata, a relatione reali & rationali, neque sit finita, neque infinita, relatio tamen divina, quatenus talis relatio est, nimirum respiciens terminum divinum, & increatum, non praescindit ab eo quod sit entitas realis divina, ac proinde non praescindit ab eo quod sit finita vel infinita, sed determinate est relatio infinita, quia est relatio constitutiva personae infinite, & est relatio per se subsistens formaliter, & non solum identice ratione subsistentiae absolutae, quae convenit essentiae.

27 Quod confirmo: quia persona divina in recto importat relationem, & de obliquo naturam: & propterea dantur tres personae realiter distinctae in Deo, quia dantur tres relationes realiter distinctae. At persona divina importat in recto personalitatem: ergo personalitas divina est formaliter relatio: ergo dantur tres personalitates: ergo tres subsistentiae relativae, nam personalitas vt distincta virtualiter a natura, importat formaliter subsistentiam, & ideo personalitas Verbi, vt distincta virtualiter a natura, sustinet humanitatem; & Verbum subsistit in duplici natura, nimirum divina, & humana, quia personalitas Verbi est subsistentia subsistens ut quod, & ita terminat ut quod duplicem naturam, & est Deus quatenus terminat naturam divinam, & est homo quatenus terminat naturam humanam. Confirmatur, quia Pater vt distinctus a Filio, subsistit: vt distinctus autem a Filio, non subsistit eadem subsistentia, qua Filius: ergo distincta: ergo non

solum dantur res subsistentes, sed tres subsistentiæ. At subsistentia ex terminis dicit perfectionem: ergo dantur tres perfectiones; nimirum relativæ. *Et sane cum persona significet id, quod est perfectissimum in tota natura, scilicet subsistens in rationalia natura; ut inquit Sanct. Thomas 1. part. quæst. 29. art. 3. Et cum persona divina importet in recto relationem, & de obliquo naturam; ut docet idem Sanct. Doctor ibidem art. 4. corpore ijs verbis: Persona divina significat relationem, ut subsistentem. Et hoc est significare relationem per modum substantiæ, quæ est hypostasis subsistens in natura divina: & secundum hoc verum est, quod huic nomen persona, significat relationem in recto, & essentiam in obliquo.* Necessario inferitur, personam divinam importare in recto perfectionem; ac proinde relationem divinam esse ratione sui perfectionem.

SECTIO TERTIA.

Probatum auctoritate Patrum, relationes divinas ratione sui dicere aliquam perfectionem distinctam virtualiter ab essentia.

28. **P**ATER Facolus quæst. 28. artic. 2. à num. 129. probat ex Patribus, relationes addere perfectionem ad essentiam, quia illi frequenter dicunt, Deum absque relationibus fore imperfectum. *Quo dicto, inquit, duo evidenter importantur, & ipsas relationes esse aliquas perfectiones, quarum nimirum absentia redderetur Deus imperfectus, & ipsam Deum perfectionem aliquam habere à relationibus: Cuius enim formæ absentia res aliqua redditur imperfecta; eiusdem præsentia reddatur perfecta necessè est.* Huic tamen probationi respondent Adversarij, Deum ex absentia relationum solum arguitivè fore imperfectum, quia si careret relationibus; natura divina non exigeret essentialiter se infinite communicare, ac proinde non foret natura infinita. Illa autem exigentia, & summa necessitas communicationis ad intra, perfectio absoluta est. Hanc tamen responsionem esse insufficientem, constabit ex Patribus statim; & magis sect. 8. §. 3. addocendis.

29. Probatur ergo primò, auctoritate Cyrilli lib. 1. Thesauri cap. 6. ubi de persona Patris loquens, inquit: *Perfectus est non solum quia Deus, sed etiam quia Pater.* Ergo non sola Deitas, sed etiam pa-

ternitas, ut distincta virtualiter à Deitate, est perfectio. Si enim paternitas solum foret perfectio quatenus est Deitas; Pater solum foret perfectus quatenus Deus, non autem ulterius quatenus Pater. Secundo auctoritate Damasceni lib. 1. Fidei cap. 11. dicentis: *Vnum agnoscimus Deum, in solis proprietatibus personalibus secundum personalem perfectionem differentiam intelligimus.* At si relatio solum ab essentia perficeretur, & ratione sui non esset perfectio; non posset dici personalis perfectio, immò nec formaliter perfectio, sed perfecta. Ergo secundum Damascenum relatio ratione sui dicit perfectionem personalem; seu ratione sui est perfectio.

30. Tertio, auctoritate Nacianceni Orat. de Pace, qui de divinis hypostasis; seu personis, atque suppositis loquens, inquit: *Non minus ob relationem, quam inter se habent, laudanda, quam vnum quodque per se acceptum, & intellectum.* Non laudarentur autem divinæ personæ ob relationem, quam inter se habent, si relatio illa non importaret formaliter perfectionem. Et cum Naciancenus instituens comparationem inter essentiam, & relationem, dicat, ob utrumque esse laudandam divinam personam, manifestè significat, non solum essentiam, sed etiam relationem ratione sui importare æstimabilitatem, ratione cuius sit laude digna.

31. Quarto, auctoritate Dionysij de Myrica Theologia cap. 1. dicentis: *Trinitas, essentia, divinitate, ac bonitate superior est, ac præstantior.* Quomodo autem Trinitas esset præstantior divinitate, nimirum extensivè, si relationes ratione sui non importarent novam perfectionem extensivè. Quod constat, nam idem Dionysius cap. 2. de divinis nominibus *Filium, ac Spiritum Sanctum vocat veluti flores divinitatis Deum producentis.* Quomodo enim flores divinitatis rectè dici possint, si nullam novam pulchritudinem, & perfectionem addant supra essentiam, vel qua formaliter extensivè perfectiatur essentia, vel saltem ipsæ personæ?

Quinto, auctoritate Epiphaniij in Anchorato pag. 6. dicentis: *Honoratur Pater secundum quod Pater est, honoratur Filius prout Filius est, honoratur Spiritus Sanctus prout Spiritus Sanctus est.* Idem habet Sophronius Patriarcha Hierosolimitanus in sua fidei confessione, quæ habetur in sexta Synodo AŒ. 1. v. aliquanto post medium, his verbis: *Sicut subsistentias tres exorare didicimus; ita & tres glorificare personas instruimur.* Cum ergo iuxta dicta num. 22.

Sancti Thomae nullus adorari, & honorari merito possit, nisi propter excellentiam, & perfectionem; consequens est, ut relationes divinae superaddant excellentiam, & perfectionem ad essentiam.

Denique Patres arguentes contra Arianos non solum significant, dignitatem fore arguitivè imperfectam, si careret relationibus, & personis inter se realiter distinctis, & identificatis realiter cum ipsa essentia; sed etiam fore formaliter imperfectam, ut patet ex illis verbis Cyrilli lib. 2. Theauri cap. 1. *Non potest esse perfecta Deitas, nisi Filium habeat.* Et ex illis Natiocentii Orat. 5. de Theologia: *Perfecta Deitas quomodo erit, in qua ad perfectionem aliquid desideratur? Desideratur autem, si sanctitate careat. Hanc porro quomodo habere queat, nisi spiritum habeat?* Item ex illis Athanasij Orat. 2. contra Arianos, multo post principium: *Cum dicitis, fuit quando non erat Filius? Quasi plura quædam Deum verbo suo spoliatis, & manifestor adversus eum loquimini, quasi fuerit aliquando Deus sine sua ratione, sine sua sapientia, & lucem splendore caruisse, & fontem, veluti sterilem, exaruisse.* Et ex illis Augustini Orat. de quinque Hæresibus cap. 6. post medium: *Si dicitis, Deum aliquando sine Filio, ac proinde sine verbo, aut sine ratione fuisse, iam non solum Filio, sed etiam Patri Adversarius eris.* Et ex illis Ambrōsij lib. 4. de Fide cap. 4. aliquanto ante finem: *Si aliquando, ut volunt, non fuit, (quod nefas dictum est) non fuit ergo in Deo perfectionis aliquando plenitudo divina, si postea processum generationis accepit.* Præterea ex illis Hilarij lib. 12. de Trinitate non longè à fine, in quibus alloquitur Deum Patrem: *Nec sine tuo (Filio) fuisse comprehendendus aliquando es, ne aut imperfectus sine generatione, aut superfluous post generationem arguaris.* Qui plura desiderat, adeat Petrum Didacum Ruiz disputat. 29. de Trinitate sect. 4. & disp. sect. 2. 3. & 4. & Patrem Falolum quæst. 27. art. 1. à num. 57. & quæst. 28. art. 2. à num. 129.

33. Finio hanc probationem petiram ab autoritate Patrum verbis D. Thomæ Opuscul. 1. contra errores Græcorum Cap. 2. ubi exponit dictum Basilij Magni: *Quod scilicet Spiritus est secundus a Filio dignitate; quod dictum difficile est, quia videtur in dignitate Trinitatis constitutere gradum, cum sit par dignitas, & eadem trium personarum.* Postquam autem Sanctus Thomas his verbis difficultatem illius dicti explicuit, sic illam dissolvit: *Potest autem*

hoc (inquit) exponi non de dignitate naturali, sed de personali, sicut & secundum nos dicitur, quod persona est hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinentem. Ergo Sanctus Thomas cum Basilio, & ex eius mente, & iuxta definitionem personæ, supponit, in ipsa relatione Filij, & Spiritus Sancti reperiri formaliter dignitatem, & auctoritatem; ac dignitas, & auctoritas excellentiam, & perfectionem exprimit: ergo supponit dari in divinis relationibus, seu personalitatibus specialem perfectionem ratione distinctam à perfectione naturæ. Præterea supponit, in divinis personis præter dignitatem naturalem, id est provenientem formaliter à natura, reperiri aliam dignitatem, ratione distinctam, provenientem formaliter à proprietate personali. Idque exprimit ipsa definitio personæ, nam si persona est hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinentem. Ergo paternitas, excepta gratia, per quam prima persona constituitur distincta à secunda, est proprietas ad dignitatem pertinetis; ergo est perfectio: ergo Pater non solum habet dignitatem, & perfectionem ratione essentiæ, sed ratione proprietatis personalis.

SECTIO QUARTA.

Ostenditur, perfectionem relativam, quam dicunt relationes, ut distincta ab essentia, multiplicari realiter in divinis; ac proinde dari tres perfectiones personales relativas inter se realiter distinctas.

Vbi quid sit bonitas transcendentalis, quæ est passio entis.

34. **H**ÆC Assertio est contra Patrem Vazquez disputat. 12. capit. 6. & contra Patrem Didacum Ruiz, disputat. 30. & contra Zumel circa articulum secundum, quæstionis vigesimæ octavæ, qui quamvis dicant relationes, prout distinctas ratione nostra ab essentia, dicere ratione sui perfectionem; ac proinde quamvis admittant perfectionem relativam ratione distinctam ab absoluta, negant tamen illam perfectionem relativam multiplicari, ac proinde dicunt, non esse in Deo tres perfectiones reales etiam relativas, neque aliquam perfectionem realem esse in una persona, que non sit in alia. Hanc verò communiter tuentur Doctores affirmantes relationes ratione sui dicere perfectionem cum Eximio, Suarez, lib. 3. de Trinitate,

cap. 9. à num. 7. & probatur manifesta ratione, quia cum conceptus relationis divinæ, quatenus virtualiter intrinsece distinctus ab essentia, sit communis omnibus relationibus divinis, nimirum paternitati, filiationi, spirationi activæ, & passivæ; sane sicut conceptus iste realiter multiplicatur in inferioribus, & sic dantur in Deo relationes inter se realiter distinctæ; ita realiter debet multiplicari, quicquid formalissime inhibetur in illo conceptu ut virtualiter distincto ab omni predicato absoluto. At qui in conceptu relationis divinæ ut virtualiter distincto ab omni predicato absoluto formalissime inhibetur conceptus perfectionis relative; nam quælibet relatio divina ut distincta virtualiter ab omni predicato absoluto communiter tribus personis, est essentia actualis relativa; habens scilicet oppositionem cum alia essentia actuali relativa; ergo conceptus perfectionis relative realiter multiplicatur in Deo.

35 Explicatur, & confirmatur. Nam omnia illa, quæ non conveniunt personis ratione essentia communis, sed propter relationem, in qua realiter distinguuntur, multiplicantur in personis, sicut relationes: sed ratio perfectionis non solum convenit relationibus ratione essentia; sed etiam ratione conceptus proprii, per quem realiter distinguuntur: ergo sicut sunt tres relationes, etiam sunt tres perfectiones relative realiter diversæ in genere perfectionis relative. Minor constat: nam relatio perfectio est, quatenus contrahit naturam ad esse personæ, & ultimo constituit eandem personam tribuens illi vim infinitam terminandi personaliter quamlibet naturam substantialem; sed relatio non constituit personam ultimo ratione essentia communis, sed per proprium conceptum: ergo aliquam habet perfectionem ratione sui, quam non habet ratione essentia. Unde hæc ratio perfectionis triplex esse debet in tribus relationibus.

36 Sed ut magis pateat veritas nostræ assertionis, explicandum nobis est, quid sit bonitas transcendentalis, seu perfectio transcendentalis, quæ est passio entis, & cum illo convertitur, ut videbimus, an dentur in Deo tres bonitates transcendentales, seu tre perfectiones relative. Id autem cum Patre Attrubal explicabimus ex Aristotele 5. Metaphysicæ cap. 6. asserente perfectum dici duobus modis. Primo tenem dicitur perfectum id, cui nihil deest ex ijs, quæ intrinsece illud constituunt; hoc enim est entitative perfectum. Alio vero modo dicitur perfectum id, cui nihil deest ex his, qui-

bus bene se habet, præsertim, quæ postulantur à natura ipsius: unde inferri, perfectionem formaliter consistere in integritate rei habentis omnia, quæ intrinsece requiruntur, ut sit, aut etiam omnia, quibus potest bene se habere, aut omnia, quæ petit, ut bene se habeat. Quare perfectio, à qua denominatur res in se perfecta, alia est enigmatica, quæ res est integra in sua essentia; alia vero est superaddita extra intrinsecam rationem formalem, constans ex illis, quæ adduntur, ut bene se habeat. Utraque vero integritas, & perfectio claritatis gratia dici potest perfectio absoluta, seu rei in se, à qua denominatur perfecta, & integra in se, non significando, an sit; vel non sit perfectio alterius. Sed quoniam integritas hæc non constat sine formis, aut attributis integrantes rem, nomine perfectionis significare solemus quamlibet rationem formalem, quæ determinat rei, ut intrinsece constituarur, vel saltem ut bene se habeat, quia reipsa est illi conveniens, & bona, quæ ratio perfectionis, non tantum denominat illud, de quo prædicatur, perfectum in se, sed denominat illud, esse perfectionem alterius. Quapropter dici poterit hæc perfectio respectiva, non rei in se, sed alterius, cui convenit.

37 Unde constat, hoc secundo modo dupliciter aliquid esse perfectionem alterius, aut intrinsecam constituendo illud, aut superadditam, illud afficiendo, ut melius se habeat. Quæ duæ rationes formales eidem formæ convenire possunt respectu diversorum; anima enim est perfectio hominis, dum illum constituit; materiam vero, illam informando, & afficiendo. Quando ergo querimus, an relatio prout distincta ab essentia, dicat perfectionem, quæ sit esse poterit primo, an relatio includat perfectionem in se, à qua denominetur perfecta: secundo an includat esse perfectionem alterius, comparata videlicet, vel ad divinam personam, quam constituit, vel ad essentiam, quam afficit, & determinat ad esse personæ.

38 Hoc supposito, probatur, multiplicari in Deo perfectiones relative, nam Pater habet integritatem relativam distinctam ab integritate relativa Filij; nam Pater quatenus Pater est integra personæ, distincta realiter à persona Filij, & nihil illi deest ex ijs, quæ illi constituant in ratione talis personæ; & similiter de Filio: ergo multiplicatur in divinis integritas relativa; sicut multiplicantur personæ; unaquæque enim habet integritatem suorum constituti-

vorum, & sicut vnaquæque habet integritatem absolutam, quia nihil illi deest, ut sit vnus Deus; ita habet integritatem relativam, quia nihil illi deest, ut sit vna persona distincta realiter ab alijs. Vnde paternitas est perfectio in se, quia nihil illi deest, ut sit paternitas; & est perfectio respectu Patris, quia illum constituit in ratione Patris; & est perfectio respectu essentia, est enim bona, & conveniens respectu essentia, cum enim essentia essentialiter postulet esse in tribus personis; paternitas est conveniens essentia, ut constituat Patrem; & Filiatio ut constituat Filium, & Spiritio passiva, ut constituat Spiritum Sanctum.

39. Dices ex Pate. Vazquez, illa disput. 122. num. 22. si loquamur de perfectione, quæ est passio entis, & consistit in integritate rei; vnam tantum esse perfectionem in Deo: omnia enim, quæ in Deo (inquit) sunt, nostro modo intelligendi, sive essentia, sive relationes, ad hanc integritatem, & perfectionem, seu bonitatem pertinent. Quamvis autem qualibet relatio, seu persona per se dicatur res, & tres relationes tres res in Deo dicantur, non tamen dicuntur tres bonitates, & perfectiones: quia omnes hæc sunt idem cum essentia, cum qua vnus integrant Deum, & perficiunt; ex quo vna sola integritas resultat. Et quamvis in rebus creatis composita ex pluribus rebus distinctus sint plures perfectiones, sicut etiam integritates partiales; in Deo tamen esse non possunt, quia omnia cum essentia sunt idem; ac proinde non habent aliam integritatem præter illam, quam cum ipsa constituunt. Hæc Vazquez.

40. Sed contra primo, quia licet si sumatur perfectio pro cumulo omnium prædicatorum, quæ rem perficere possunt; quatenus perfectum idem sit, ac illud, cui nihil deest eorum, quæ postulat ut bene se habeat; vnica tantum sit perfectio in Deo, coalescens ex essentia, & attributis, & relationibus, quia omnia hæc requiruntur ut Deus habeat omnia, quæ exigit, & ut vndequaque bene se habeat; tamen ut notat ipse Vazquez ibidem num. 2. *Alio modo perfectio dicitur quidquid ad integritatem alicuius pertinet, & ipsum integrat, & perficit; ut ei consentaneum, & conveniens.* Et quamvis hic Author ibi dicat perfectionem hoc secundo modo sumptam non esse passionem entis: *Nihilominus (subdit ipse) cum nihil sit in Deo, quod ei non maxime conveniat, nihil erit, quod non sit perfectio illius hoc secundo modo.* Ex quibus verbis contra ipsum deduco, paternitatem, & g.

in eodem sensu esse perfectionem Dei, quo intellectus, ut ratione nostra distinctus à voluntate, est perfectio Dei; & quo singula attributa, ut ratione nostra distincta ab alijs, sunt perfectio Dei. Quis autem dicat, intellectum ut præcisum à voluntate, & reliquis attributis, non esse perfectionem Dei, eo quod intellectus non est integritas omnium, quæ Deum perficiunt? Ergo sicut intellectus, voluntas, iustitia, misericordia, æternitas, potentia, sunt perfectio Dei, in eodem sensu paternitas, ut distincta realiter à filiatione, erit perfectio Dei, quia sicut singula attributa ingrediuntur ad constituendam integritatem Dei, ita ingreditur paternitas, & hoc, & nihil aliud intendunt Theologi, dum dicunt, relationes rationis sui esse perfectionem: non enim significare volunt, paternitatem ut distinctam realiter à filiatione, esse totam integritatem, & perfectionem Dei: sicut dum dicunt, iustitiam esse formaliter perfectionem Dei, nolunt significare, iustitiam, ut distinctam per rationem à misericordia, esse totam integritatem & perfectionem Dei: solum enim significare volunt, misericordiam, esse perfectionem inadæquatam. Et quamquam in Deo proprie non dentur integritates absolutæ partiales partialitate rei; quia vnum attributum non distinguitur à parte rei ab alio: dantur tamen integritates relative partiales partialitate distinctionis realis; quia quilibet persona pertinet ad integritatem Dei; & quilibet persona non est tota integritas Dei: licet non sint partiales partialitate in completionis; quia quilibet persona, ut dista ab alia, est substantia cõpletissima. Vnde sicut certum est, dari in Deo plures perfectiones absolutas ratione nostra distinctas; quia certum est, Deum verè, & realiter perfici per sapientiam, per iustitiam, per misericordiam, & reliqua attributa; ita certum est, dari in Deo plures perfectiones relativas realiter inter se distinctas. Si enim vnaquæque relatio, ut distincta realiter ab alia, est perfectio manifestè sequitur, esse plures perfectiones, sicut sunt plures relationes.

41. Nec satisfacit Pater Vazquez, dum num. 21. ait; ut aliquid sit perfectio alicuius rei, illo posteriori modo, necessarium esse, ut ab ea realiter distinguatur: *Quia eo (inquit) est perfectio illius, quod illam perficit, & integrat; nihil autem seipsum realiter perficit, sicut nihil seipsum realiter constituit.* Non, inquam, satisfacit, ut enim optimè notat P. Suarez lib. 3. cap. 9. numer. 13. hæc est mera equivocatio; Identitas namque perfectionis cum subiecto, non tollit, quod talis perfectio verè, & realiter subiectam perficiat: immo quo intimius

vnitur perfectio cum perfectibili; eo melius perficit: vnde vnio per identitatem realem nequit tollere rationem perfectionis realis. Sapientia enim vere perficit Deum realiter; & à parte rei, & sic de alijs attributis; ac pròinde sapientia vere, & realiter constituit Deum sapientem, & quamvis quod sapientia distinguatur à naturà divina, sit solum per rationem, tamen quod perficiat, & constituat sapientem, est vere, & realiter à parte rei: & sicut perfectio, quæ est passio entis, vere perficit ens, cuius est passio, quamvis non distinguatur nisi per rationem ab illo; ita sapientia, iustitia, misericordià, & cetera attributa realiter perficiunt Deum, quamvis à Deo non distinguantur realiter. Pariter ergo paternitas, v. grat. erit realis perfectio Dei, illumque realiter perficiet, quamvis à Deo non distinguatur nisi per rationem: vnde distinctio est rationis, perfectio vero, & constitutio est realis. Vnde falsissimum est, nihil seipsum realiter perficere: nam paternitas vere perficit Patrem, à quo non distinguitur: & Deitas vere perficit, & constituit personas, à quibus realiter non distinguitur.

42 Urgeturque & confirmatur nostra probatio. Nam sicut in Deo multiplicantur personæ, necesse est, vt multiplicentur perfectiones relativæ. Ideo enim multiplicantur personæ, quia ratio divinæ personalitatis in divinis non est alia nisi ratio formalitatis formaliter relativæ, & consequenter oppositæ. At in divinis perfectio relativa non est alia nisi ratio formalitatis formaliter relativæ, & consequenter oppositæ alteri formalitati. Ergo etiam multiplicantur perfectiones relativæ. Vnde sicut propter oppositionem relativam, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, nec esse, nec concipi possunt vna quedam persona; ita propter eandem oppositionem perfectio relativa Patris, & perfectio relativa Filij, & perfectio relativa Spiritus Sancti, nec esse, nec concipi possunt vna quedam perfectio relativa.

Quidquid autem à Petre Vazquez dicitur ad excludendam pluralitatem perfectionum relativarum; posset arripi à Sabellianis ad excludendam pluralitatem personarum: sicut enim Pater Vazquez ideo dicit, tres relationes esse vnã perfectionem totalem, quia pertinent ad perfectionem transcendentalem, & integritatem Dei; hæc autem Dei integritas, & transcendentalis perfectio est vnã per summã identitatem cum essentia: similiter Sabelliani dicere possent, ex relationibus divinis consurgere vnã tantum personam, quia divinæ relationes Patris, & Filij,

& Spiritus Sancti pertingent ad integritatem Dei, quam constituunt; hæc autem integritas est vnã propter summã identitatem cum essentia: ergo ex ijs relationibus consurgit vnã tantum persona, quæ simul sit Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Sicut ex tribus relationibus, quarum qualibet est formaliter perfectio relativa, consurgit iuxta Vazquez vnã perfectio relativa, quæ est perfectio relativa Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

43 Quare discursus Patris Vazquez insufficiens est; quia tam relationes ipsas; quam relativas perfectiones considerat. Similitè, secundum vnã tantum communem rationem essendi *In*, hoc est per solam comparisonem ad essentiam, cum quæ omnes sunt idem omnino; cum tamen eodem possint, ac debeant considerari secundum aliam propriam rationem essendi *Ad*, per comparisonem ad terminos; quibus opponuntur; sub qua ratione formali realiter multiplicantur; & sicut constituunt plures personas relativas; ita pariter constituunt plures perfectiones relativas.

44 Hinc ad hominem hunc Authorem impugno; ille enim ea disp. 122. numer. 20. dicit, perfectionem, & bonitatem realem esse hic accipiendam pro integritate rei, seu pro re, cui in suo esse nihil deest. Ac qui totum hoc, si accipiatur vt contractum, seu determinatum ad rem formaliter relativam, & consideretur non per ordinem ad essentiam, cui non opponitur, sed per ordinem ad oppositum terminum, multiplicatur in divinis. Siquidem Patri, & Pater est, & quatenus distinctus realiter à Filio, nihil deest vt sit perfectissima persona, & est integra persona distincta realiter ab aliâ. Ergo si relationes addunt perfectionem relativam ad essentiam, vt P. Vazquez concedit; necesse est, vt perfectio relativa multiplicetur; sicut est necesse vt multiplicentur personæ; quia necesse est, vt multiplicentur integritates personales. Vnde sicut tres personæ comparatæ ad essentiam sunt vnus integer Deus; & vnã integritas absoluta, ita comparatæ inter se, sunt plures integræ personæ, & multæ integritates relativæ.

45 Et sanè cum accepta perfectione, seu bonitate, pro convenientia vnus ad aliud, P. Vazquez ea disp. 122. numer. 23. fateatur, in pluribus personis divinis plures bonitates reperiri; frustra contendit, has esse bonitates rationis, non reales; quia convenientia eius ad seipsum est per rationem tantum. Frustra inquam, quia vt supra dicebamus cum P. Suarez; hæc mera equivocatio est: quia licet relatio convenientiæ sit rationis tan-

rum; liquidem eiusdem ad seipsum non datur vera relatio: fundamentum illius relationis reale est: verè enim & realiter illa bonitas reddit bonum subiectum, in quo est. Etsi enim relatio realis postulet distinctionem realem à termino, quia nihil potest esse principium reale, vel causa sui ipsius: tamen perfectio realis non postulat distinctionem realem à subiecto, quid perficit; alioqui sapientia divina non perficeret realiter Deum, neque redderet realiter sapientem. Quia ergo unaquæque relatio est perfectio relativa, & unaquæque distinguantur realiter ab alia; & perfectio realis non requirit distinctionem à subiecto, quod perficit verè & realiter; consequens est, ut in Deo: dentur tres perfectiones reales; sive unaquæque perfectio relativa solum formaliter perficiat personam, quam refert, sive singulæ perficiant extensivè essentiam, quam non referunt.

46 Nec intelligibile est, quod quælibet relatio prout distincta virtualiter ab essentia, & secundum id quod addit ad essentiam, sit formaliter perfectio relativa; & nihilominus quod tres relationes sint unica tantum perfectio relativa. Illa enim perfectio relativa ex solis relationibus ut distinctis ab essentia confurgit, ac proinde includit tres relationes ut realiter inter se distinctas: implicat autem ut perfectio confurgens ex tribus relationibus ut realiter distinctis, sit una numero prædicabilis de singulis personis (prout necesse est ut asseratur à Patre Vazquez; nam si unaquæque persona est non solum perfectio absoluta, sed perfectio relativa, & non est perfectio relativa distincta à perfectione relativa alterius, erit perfectio relativa identificata cum perfectione relativa alterius.) cum enim una persona non sit tota Trinitas, quia una persona non est tres personæ; implicat ut una persona sit perfectio illa relativa, quæ confurgit ex tribus relationibus: ergo si semel relationes addunt perfectionem ad essentiam, ex tribus relationibus nequit constari unica perfectio realis relativa; sed triplex debet confurgere: quamvis eorum à perfectione relativa Patris, & à perfectione relativa Filij, & à perfectione relativa Spiritus Sancti possit abstrahi conceptus communis perfectionis relativæ, sicut à tribus personis abstrahitur conceptus communis personæ; hæc non est unitas realis, sed rationis; & in re multiplicatur, sicut multiplicantur in re personæ.

47 Confirmatur, quia in perfectione relativa includitur verus transcendentalis numerus rerum: ex numero autem rerum distinctarum, ut tales sunt, non conficitur


unum nisi vel compositione, vel collectione, vel omnino per accidens. Ergo cum relationes divinæ ut distinctæ, non faciant unum per compositionem, solum constituunt collectionem quandam perfectionum relativarum. Ergo non datur unica perfectio personalis, & relativa, quæ prædicetur de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto; sed in illis datur multiplex perfectio, & de Patre non prædicatur eadem numero perfectio relativa, quæ prædicatur de Filio, sed alia numero distincta. Dixi ex numero rerum distinctarum, ut tales sunt, non confici unum; quia personæ divinæ ut sunt unum in essentia, non ununtur in perfectione personali, sed tantum in essentiali. Vnde constat, tres divinas personas, sicut sunt unus Deus, & triplex persona, ita esse unicam perfectionem absolutam, & triplicem relativam. Ac proinde licet relationes divinæ comparatæ cum essentia, sint una entitas, una integritas, & una perfectio; comparatæ tamen inter se, & cū personis, quas constituunt, sunt plures entitates, plures integritates, & plures perfectiones: Pater enim est integra persona; & similiter Filius, & Spiritus Sanctus, prorsusque implicat, dari in Deo tres entitates actuales, quin dentur tres perfectiones relativæ. Nam perfectio integritatis, à qua res denominatur perfecta transcendentaliter, non potest non convenire cuilibet entitati actuali, prout actualis est: nam contradictionem involvit, in re existere aliquam actualem entitatem sine aggregatione omnium, quæ necessaria sunt ad constitutionem talis entitatis: vnde perfectum, & bonum dici solent prædicatæ transcendentalia omnium rerum. At relationes divinæ secundum proprium conceptum sunt actuales entitates ratione distinctæ ab essentia: ergo necessario sunt perfectæ perfectione entitativa ratione diversa à perfectione essentiae; ut enim docet D. Thom. 1. part. quæst. 4. art. 1. ceteris aliquid est perfectum, quatenus est in actu. Vnde implicat, ut res includat aliquid in actu ratione

diversum, quin etiam sit perfectio

à perfectione ratio:

ne diversa.

(o)



SECTIO QUINTA.

Propositur præcipua ratio, qua Scotus contendit, relationes divinas ratione sui non dicere perfectionem: Et instatur, ostendendo, quod sicut cum eo quod essentia sit entitas infinita, componitur quod relatio addat entitatem relativam, ita cum eo quod essentia sit perfectio infinita, componitur quod relatio addat perfectionem relativam.

§. I.

48 **S**UBTILIS DOCTOR SCOTUS Quodlibet 5. in solutione ultimi argumenti existimat divisionem entis in finitum, & infinitum non esse divisionem entis adæquatam, sed potius esse subdivisionem entis, quod prius dividendam esset in ens quantum, & non quantum, & rursus ens quantum infinitum, & finitum. Unde superiori membro posset addi tertium membrum, nempe ens, quod nec finitum est, nec infinitum. Pro qua sententia præter Scotum citat Eximius Doctor disp. 28. Metaph. sect. 2. num. 4. Lychothum. Ly autem quantum accipitur ab Scoto non solum de ente quanto quantitate formali, seu molis; sed de ente quanto quantitate virtuali, seu quantitate virtutis, & perfectionis. Unde finitum, & infinitum, (inquit Subtilis Doctor) conveniunt præcise enti in se habenti quantitatem aliquam perfectionalem: talis autem quantitas non convenit entitati, nisi quæ potest esse totalis vel partialis inter essentias: quantitatem enim comparatam ad aliam statim oportet excedere, vel excedi, & esse partiale, vel totale. Paternitas autem, ut Paternitas, non potest esse inter entitates totalis, nec partialis. Unde Scotus ibi sic pronuntiat. Dico ergo breviter quod Paternitas nec formaliter est finita, nec formaliter infinita.

49 Antequam Scotus eo Quodlibet 5. probeat relationem ratione sui non dicere perfectionem, art. 1. explicat sensum questionis, & dicit sensum esse, An relatio formaliter, hoc est secundum suam entitatem propriam, quæ est entitas ad alterum, sit infinita intensivè infinite illius entitatis, hoc est, an entitati propriæ huius Paternitatis, sit infinitas intensiva modus per se intrinsecus, ita per se intrinsecus, quod non tantum ratione alicuius alterius, quod sit realiter illi entitati idem, sed non includendo aliquam entitatem, nisi istam, immò circumscribendo quodlibet præter istam ad alterum, adhuc esset entitas illa, quæ est

ad alterum, infinita intensivè in seipsa. Postea art. 3. statuit principia, quibus probatur, relationem ratione sui non dicere perfectionem, & sic formatur ratio. Si relatio ratione sui diceret perfectionem, vel diceret perfectionem finitam, vel infinitam. At ratione sui, nec finitam, nec infinitam perfectionem dicit, quia ratione sui nullam dicit perfectionem. Quod ratione sui non dicat finitam, supponitur tanquam certum, & facile suadetur: quia si ratione sui diceret perfectionem finitam, non posset identificari cum essentia infinita: finitum enim, & infinitum nequeunt inter se realiter identificari. Quod autem ratione sui non dicat infinitam perfectionem, probat Scotus triplici medio, seu ratione. Primam desumit ex entis infiniti unitate: secundam ex eius communicabilitate; tertiam ex eius simplicitate, & incompositibilitate. Siquidem ens infinitum intensivè est (inquit) unicum, implurificabile, & non artatum, sed communicabile, & cuiuscumque incompabile.

50 Primam rationem sic format: Non possunt esse plura realiter distincta, & formaliter infinita. At plures sunt relationes originis realiter distincta, ergo non sunt formaliter infinita. Nec per consequens aliqua illarum, quia qua ratione una, & qualibet alia. Maiorem probat primò sic. Infinito nihil deficit entitatis eo modo quo possibile est illud haberi in uno, sed omnem perfectionem simpliciter possibile est, realiter, & per identitatem haberi in uno summè perfecto. Infinitum ergo habet in se realiter, & per identitatem omnem perfectionem simpliciter, sed non habet in se realiter illud, quod realiter est distinctum ab eo: ergo ab infinito nulla perfectio simpliciter, sive nullum perfectum simpliciter potest esse realiter distinctum, esset autem perfectio simpliciter distincta realiter, si esset aliud infinitum realiter distinctum.

51 Quod autem possibile sit omnem perfectionem simpliciter per identitatem haberi in summè perfecto, probat Scotus sic: Quia nihil est summè perfectum, cui deficit aliqua perfectio simpliciter, quod probatur, quia nulla perfectio simpliciter est impossibilis alteri perfectioni simpliciter. Perfectio enim simpliciter est melior in quolibet quam non ipsa, hoc est quam quodlibet incompabile sibi, ut constat ex doctrina Anselmi. Si autem non posset qualibet perfectio simpliciter haberi in summè perfecto, hoc sanè foret propter aliquam incompabilitatem earum, ergo possibile est om-

nem perfectionem simpliciter per identitatem haberi in summe perfecto.

52. Verum hoc argumentum Scoti multum probat; siquidem vel nihil probat, vel probat, relationes ratione sui nullam dicere entitatem superadditam entitati essentiae; quia nec possunt dicere entitatem finitam, nec infinitam. At planum est, relationes divinas secundum esse illud, propter quod una distinguitur ab alia, dicere entitatem realem, ut evincunt ea, quae adducit Falsolus q. 28. ar. 1. à num. 12. etsi enim relatio divina sumpta secundum esse ad communissimum, abstractum à relatione reali & rationis, non dicat entitatem; tamen dicit entitatem secundum esse ad abstractum à relatione reali creata & increata; & multo magis secundum esse ad contractum ad relationem divinam. Sicut enim relatio increata habet esse in specificum & differentiale per ordinem ad essentiam divinam, quatenus ex conceptu suo postulat identificari cum natura divina; ita habet esse ad specificum per ordinem ad terminum divinum. Paternitas enim divina realiter distinguitur à filiatione divina: ergo distinguitur ratione alicuius realitatis actualis, seu ratione alicuius entitatis realis; implicat enim dari distinctionem realem sine multiplicitate entitatum realium. Vnde inintelligibile mihi est, quod docet noster Pallavicinus in libello de Trinit. num. 385. nimirum, si praedicatur illud, quod inter producentis & productum est principium distinctionis, addatur enti infinito nihil entitatis illi adiungere: nam ens infinitam habet per se omnem entitatem, & omnem perfectionem: quare nihil superaddit pertinens ad complementum illius, & ad esse in; sed addit purum esse ad, hoc est respectum ad alium. Qui respectus secundum se, & supra esse in non dicit ullam entitatem: nam ens vel est aliquid absolutum, hoc est substantia; vel aliquid inherens ipsi absoluto, hoc est accidens. Id vero, quod nec est substantia, nec inheret substantiae, sed est merus respectus ad aliquid aliud, non habet rationem entis. Haec ad verbum Cardinalis Pallavicinus.

53. Inintelligibile, inquam, hoc assertum mihi est: ut enim inquit noster Eximius Doctor lib. 3. de Trinit. cap. 9. n. 15. *Incredibile est, mysterium Trinitatis, ut tale est, nullam perfectionem ponere in Deo. Cur enim esset illa multiplicatio personarum in ente summe perfecto, si illarum, quatenus tales sunt, nulla est perfectio?* Quod si hoc est incredibile, multo incredibilius est, relationes divinas nullam entitatem addere ad essentiam: ad quid enim infinita fecunditas essentiae ad intra, si ad intra nequit super-

addi aliqua entitas ratione nostra distincta ab entitate essentiae? Quomodo Filius est entitas vere producta, si in Filio nulla est formalitas, quae vere producat? Nulla autem erit formalitas, quae vere producat, si filiatione secundum id, quod addit ad essentiam, non sit formaliter entitas: nam essentia non producit; ac proinde Filius non producit, quia producat essentia: ergo producit, quia producit filiatione; ergo filiatione sui est entitas: nam productio ad entitatem terminatur, ut late ostendi sect. 1. & 2. si ergo filiatione non est ratione sui entitas superaddita entitati essentiae, Filius non erit entitas vere producta. Sanè Pater est entitas vere producens; quia fide sanctorum est, Patrem vere producere Filium. Denominatio autem producentis ut quod nequit cadere nisi supra entitatem realem. Pater vero non denominatur productus ratione essentiae, quasi essentia producat; sed ratione paternitatis, quam Pater importat in recto. Ergo paternitas est formaliter entitas realis secundum id, quod superaddit ad essentiam.

54. Quapropter sicut esse in proprio accidentis distinguitur realiter à substantia, cui accidens inheret: ita esse in proprio paternitatis distinguitur virtualiter intrinsecè ab essentia divina, in qua subsistit paternitas, & cum qua constituit Patrem, ac proinde paternitas superaddit ad essentiam non purum esse ad, sed esse ad, & esse in: etsi enim possumus praescindere paternitatem divinam ab essentia, & illam considerare, quatenus est paternitas, quin consideremus, quatenus est Deus; non tamen possumus illam praescindere ab ordine ad essentiam. Paternitas enim secundum id, quod superaddit ad essentiam, non potest praescindere ab eo quod sit relatio divina exigens ratione sui identificari cum essentia, ac proinde ratione sui, & ut distincta virtualiter intrinsecè, vel per rationem ab essentia, dicit ordinem ad essentiam: ordo autem ille est esse in proprio relationis divinae: ergo quamvis possumus praescindere relationem ab essentia, non tamen possumus praescindere illam ab ordine ad essentiam, ac proinde ab omni esse in. Sicut licet accidens possit realiter separari à substantia, non tamen potest separari ab ordine ad substantiam; ut cernitur in accidentibus Eucharisticis, quae separata sunt à substantia; & ut sic separata exigunt ex natura rei inherere substantiae; haec enim exigentia est omnino identificata cum accidenti.

55. Vnde contra Scotum infero, quod sicut cum eo, quod essentia sit entitas, simpliciter infinita, componitur, quod relatio superaddat aliquam entitatem ad essentiam, nimirum

nimirum entitatem relativam; ita enim eo quod essentia sit simpliciter infinita componitur, quod relatio superaddat aliquam entitatem ad essentiam.

§. II.

Ratio Scoti solum probat, relationem non superaddere essentiae perfectionem infinitam in genere entis, non autem superaddere perfectionem infinitam in proprio genere relationis, v. g. in genere paternitatis.

¶ **I**AM Respondeo, illam Scoti rationem solum probare, relationem non superaddere essentiae perfectionem infinitam in genere entis; quia perfectio infinita in genere entis debet claudere omnem perfectionem, illamque continere vel formaliter, vel saltem eminenter, quia ut ipse ait art. 1. illius quodlibeti, sicut si daretur actu infinitum in genere quantitatis molis, deberet continere totam quantitatem, quia aliqua quantitas illi deesset, vel illi posset superaddi: ita si aliquid sit infinitum quantitate perfectionis in genere entis, debet continere totam perfectionem possibilem haberi ab uno in genere entis; ac proinde debet continere omnem perfectionem sine imperfectione. Sicut enim infinitum in quantitate molis est illud, cui nihil quantitatis deest; ita infinitum in perfectione erit illud, cui nihil perfectionis deest; sed omnem perfectionem secum habet identificatam: quod non potest competere paternitati ut distinctae ab essentia; quia sic distinguitur realiter à filiatione, ac proinde non potest secum identificare perfectionem filiationis. Id autem soli Deo Vno & Trino competit, quia Deus identificat sibi omnem perfectionem tam absolutam quam relativam; ac proinde Deus, quatenus Deus, est infinitus in genere entis formaliter vel eminenter; quia, quatenus Deus, includit formaliter omnem perfectionem absolutam; & exigit secum identificare omnem perfectionem relativam, & per illam vel intensivè vel saltem extensivè perficitur. Quare paternitas est infinita solum in genere paternitatis; quia in illo genere non est possibilis perfectior paternitas; & quamvis non possit identificari cum filiatione, postulat ex se identificari realiter cum essentia, quod sufficit ut in genere paternitatis sit infinita; licet non sit satis, ut sit infinita in genere entis; quia quod est sic infinitum, debet habere secum identificatam omnem perfectionem cuiuslibet lineae.

¶ **Et contra Scotum ex eius doctrina**

arguere possumus ad hominem. Nam ipse in 1. dist. 8. q. 4. inde probat, attributum misericordiae differre ab attributo iustitiae, quamvis unaquaeque illarum sit infinita, quin infinitas cuiusque non extrahit eam extra suum genus, sed in suo genere reddit infinitam, ita ut infinita perfectio iustitiae non contineat in se infinitam perfectionem misericordiae. Patet ergo poterit paternitas esse infinita perfectio in genere paternitatis absque eo quod contineat infinitam perfectionem filiationis. Male ergo Scotus arguit, dum inde probat, paternitatem non esse formaliter perfectionem, quia deberet esse perfectio infinita, ac proinde in se contineret perfectionem filiationis, quod repugnat.

¶ **Hinc distinguenda est illa Scoti propositio ex num. 50. Non possunt esse plura realiter distincta & formaliter infinita in genere entis, concedo maiorem in genere proprio peculiari, v. g. paternitatis, nego maiorem & concessa minori, distinguo similiter consequens: Ergo relationes non sunt formaliter infinitae in genere entis, concedo consequentiam in genere peculiari nego.** Ad probationem maioris distinguo illam propositionem, *Infinito nihil deficit entitatis, eo modo quo possibile est illud haberi in uno; infinito simpliciter in omni genere, seu in genere entis, concedo antecedens; infinito in aliquo genere determinato, v. g. paternitatis, nego antecedens; & distinguo similiter consequens: Ergo infinitam habet in se realiter & per identitatem omnem perfectionem; infinito in genere entis, concedo consequentiam; infinito in tali genere determinato, v. g. relationis, nego consequentiam.* Itaque relatio, ut praecisa ab essentia, non est infinita simpliciter & in omni genere, sed secundum quid, & in genere determinato. Et ita docent Eximius Doctor, Pater Arrubal; P. Valentia, & P. Fasolus eos referens q. 28. ar. 2. num. 149. & Amicus disput. 19. num. 208. absolute vero quaelibet relatio realiter est infinita simpliciter, quia quaelibet relatio est Deus.

¶ **Vnde divisio illa entis ut sic in quantum & non quantum; si intelligatur de quanto quantitate perfectionis, est commentitia; quia unumquodque eo modo quo est ens in actu, eo modo est quantum quantitate perfectionis & bonitatis; cum bonitas sit passio entis non minus quam veritas. Vnde sicut haec esset divisio commentitia, ens aliud verum, aliud non verum; ita & illa, ens aliud bonum, aliud non bonum; cum omne ens, quatenus ens, sit bonum, sicut verum: & praeterea illa divisio petit principium, & supponit quod erat**

erat probandum; nempe relationes divinas ut distinctas ab essentia nullam habere quantitatem perfectionis superadditam perfectioni essentiae; ut ex ipsis Scotistis notavit Māstrius tom. 1. disp. 7. quæst. 1. art. 1. num. 2. affirmans; Scotistas utentes pro presenti questione illa sua divisione entis in quantum, & non quantum, manifestè principium petere, ut potè affumentes ut verum id, quod in hac questione vertitur in dubium, nimirum, præter ens quantum & perfectum dari ens non quantum, & huiusmodi ens esse relationes divinas præcisas ab essentia, quod constantissimè negant, omnes Doctores affirmantes, relationes ratione sui dicere perfectionem; cum id inde potissimè probent, quia relationes superaddunt entitatem actualem ad essentiam; seu actualitatem realem; quæ non potest non esse aliqua perfectio.

SECTIO SEXTA.

Solvitur secunda ratio Scoti, ubi exponitur definitio perfectionis simpliciter simplicis tradita ab Anselmo, & ostenditur, relationes esse perfectiones simpliciter simplicis.

60 **S**ECUNDAM Rationem petit Scotus à communicabilitate perfectionis infinite, ut vidimus num. 49. & eam sic proponit eo Quodlib. 5. 5. secunda ratio: *Omnis perfectio simpliciter est communicabilis; omne infinitum intensivè, est perfectio simpliciter: ergo omne infinitum intensivè est communicabile. Nulla autem proprietas personalis est communicabilis, quia est formalis ratio incommunicabiliter existendi: ergo nulla proprietas personalis est infinita intensivè. Cætera constat, maiorem primi syllogismi, nempe quod omnis perfectio simpliciter, sit communicabilis, probat Scotus quia iuxta Anselmum in Monologio cap. 14. & in Profologio cap. 15. *Perfectio simpliciter est, quæ in quolibet habente ipsam melius est ipsam habere, quam non ipsam habere.* Et ut communiter exponitur, *perfectio simpliciter simplex est ea, quæ in quolibet melior est ipsa, quam non ipsa.* Dicit autem Scotus, illam Anselmi definitionem duplici indigere expositione. Primo namque, ait, *ut non ipsum, non esse accipiendum pro negatione, ut sit sensus, melius est ipsum, quam sua negatio contradictoriè opposita: quia sic quodlibet positivum est perfectio simpliciter, quia quodlibet positivum est melius sua negatione contra-**

dictoriè opposita. Sed intelligi ibi non ipsum pro quocumque sibi incompensabilis, etiam positivè, ut sit sensus: perfectio simpliciter est in quolibet melior quocumque sibi incompensabili. Secundo, dicit, *ut quocumque, non esse accipiendum pro quocumque naturas, sed pro quocumque supposito, non intelligendo, ut est natura talis, vel talis, sed absolute accepto, ut est tale suppositum, præscindendo rationem naturæ, cuius est suppositum.* Hoc patet, inquit, quia *aut sic considerato, ut habet naturam auri, vel suppositio considerato ut subsistens est in natura auri, non est melius non aurum, quam aurum, quia incompensabile, ut incompensabile, non est alicui melius, destruit enim entitatem ipsius; immo melius sic est aurum esse aurum, quam quocumque incompensabile nature auri.* Hinc concludit Scotus, *seculum propositionis Anselmi esse hunc: Perfectio simpliciter est talis, quod in quocumque supposito absolute considerato secundum rationem suppositi, non determinando naturam, in qua, vel cuius sit suppositum, melius est ipsum, quam non ipsum, hoc est quam quocumque incompensabile ipsi.*

61 Ex hac doctrina Anselmi sic explicata, inquit Scotus, necessario inferri nullam perfectionem simpliciter esse incommunicabilem: *Quia quod est formaliter incommunicabile, est formaliter incompensabile cuilibet alteri, considerando etiam illud sub ratione suppositi, non includendo naturam, cuius est illud.* Quod probat: *Quia quod repugnat alicui, cum ut sibi repugnat destruat ipsum; ut sic non est melius ipsum quam non tale; quod autem est de se incommunicabile, repugnat cuilibet etiam sub ratione suppositi; ergo non est melius illi, etiam ut consideratur sub ratione suppositi, quam non ipsum.* Ergo vera est illa maior, nimirum, quod nulla perfectio simpliciter est formaliter incommunicabilis. Eandem doctrinam tradit brevius in 1. dist. 8. quæst. 1. ad primum ubi explicans, definitionem Anselmi, inquit: *Illam descriptionem debet sic intelligi, quod perfectio simpliciter est melius non tantum suo contradictorio: ita enim quicquid positivum est melius, & simpliciter perfectius sua negatione; immo nulla negatio est perfectior aliqua formaliter: sed intelligitur sic melius ipsum, quam non ipsum, id est quolibet suo incompensabili, & tunc debet intelligi hoc, quo dicitur, in quolibet est melius, considerando quolibet præcise in quantum suppositum, non considerando in qua*

natura illud suppositum subsistat & considerando enim aliquod in quantum subsistit in aliqua natura, potest aliqua perfectio non simpliciter esse melior sibi, quam incompensabilis, ut est in tali natura, quia repugnat tali naturae; tamen ei, in quantum precise subsistens, non repugnat, sed si hoc modo consideretur illam habere, erit simpliciter perfectius ens, quam si haberet quodcumque sibi incompensabile.

62. Et huic explicationi definitio- nis traditae ab Anselmo consonat illa, quam exhibet Caietanus in tract. de ente & essentia cap. 2. q. 3. ubi docet, propterea ab Anselmo dici, quod perfectio simpliciter simplex est illa, quae in vnaquoque melior est ipsa, quam non ipsa; quia in vnaquoque re considerata sub ratione entis melior est ipsa, quam oppositum & incompensabile ipsius: ut considerata equo, non ut equo, sed ut ente, melius esset ipsi intelligere quam quaevis alia perfectio huic repugnans, & incompensabilis: licet equo considerato ut equo, non sit melius intelligere quam non intelligere, quoniam intelligere destruit naturam equi; nulla autem perfectio, quantumvis maxima, potest melior esse supposito, cuius est destructiva. Consonat, inquam, haec explicatio explicationi Scoti: nam Caietanus considerat vnumquodque suppositum sub ratione entis; Scotus vero sub ratione communi suppositi, praescindendo ab eo quod sit suppositum talis vel talis naturae. Et hinc deducit, paternitatem non esse perfectionem simpliciter; quia considerato Patre, non ut Patre, sed ut supposito, non melius est ipsi esse Patrem, quam esse Filium; quia in Deo non melior est persona Patris, quam persona Filii. Vnde deducit, paternitatem divinam non esse perfectionem, quia in quocumque supposito considerato sub ratione suppositi non melior est paternitas, quam filianio ipsi opposita, & incompensabilis.

63. Verum neque haec secunda Scoti ratio intentum concludit. Primo namque Eximius Suarez lib. 3. de Trinit. cap. 10. n. 4. dicit, duplicem esse perfectionem: *Vna est, inquit, quae vocatur a Theologis simpliciter simplex, quam definit Anselmus esse illam, quae in qualibet melior est ipsa quam non ipsa. Alia vero est perfectio non simpliciter simplex, & in hoc secundo ordine collocandam censeo perfectionem relativam, quatenus talis est. . . . Duplici enim ex capite provenit, quod aliqua perfectio non sit simpliciter simplex eo modo, quo ab Anselmo definita est, & ab Scholasticis communiter recipitur. Primo propter imperfectionem, vel limitationem, quam habet adiunctam,*

& hoc convenire non potest perfectioni existenti in Deo. Secundo ex oppositione, quam habet cum alia equali perfectione. Nam hinc fit, ut ambae relationes inter se oppositae non possint simul convenire eidem personae, & consequenter etiam fit, ut neutra sit melior in omni ente, seu persona, quam opposita. Atque ita neutri competit definitio perfectionis simpliciter simplicis. Quod inveniri non potest in perfectione absoluta, quia non includit oppositionem. Huiusmodi Eximius Deo & or, cuius doctrinam frequentes sequuntur posteriores Theologi.

64. Et stando huic doctrinae ad rationem Scoti propositam in initio huius sectionis num. 60. in forma responderi potest, distinguendo maiorem: *Omni perfectio simpliciter, est communicabilis, & sit perfectio simpliciter simplex, concedo maiorem; si sit precise perfectio simpliciter, seu perfectio carens omni imperfectione, nego maiorem; & distinguo minorem: Omne infinitum intensivè, est perfectio simpliciter, si sit infinitum intensivè in genere entis, seu in omni genere, concedo minorem; si sit infinitum intensivè in genere aliquo determinato, videlicet in genere entis relativi, subdistinguo: est perfectio simpliciter simplex, nego minorem; perfectio simpliciter vtrumque, id est perfectio depurata ab omni imperfectione, concedo minorem; & distinguo consequens: Ergo omne infinitum intensivè, est communicabile; si sit infinitum simpliciter, & in omni genere, concedo consequentiam; si sit solum infinitum intensivè cum addito diminvente, & limitante, nimirum in genere determinato, nempe in genere relativo, nego consequentiam; & concessa minori subsumpta, nego ultimam consequentiam: vel distinguo vlt. consequens: Ergo nulla proprietatis personalis est infinita intensivè simpliciter & absolute, & in omni genere, seu in genere entis, concedo consequentiam; in determinato genere, nepe in genere relationis, v. g. paternitatis, nego. Paternitas namque divina, quatenus distinguitur virtualiter ab essentia, & secundum id quod ad essentiam superaddit, superat infinitè quantumque aliam paternitatem; quamvis enim species paternitatis crecant in infinitum, nulla potest aequare paternitatem divinam; unde illa continet unitè in vna simplicissima formalitate relativa perfectionem dispersam per infinitas paternitates perfectiores, & perfectiores sine fine: ac proinde est infinitè perfecta in suo genere: ut enim rectè dicit Ocham in 1. dist. 19. q. 1. lit. O. *Ex se est perfectior omni creatura, & ex se est res, cui repugnat omnis imperfectio; & quia est paternitas divi-**

divina, licet quatenus paternitas divina distincta virtualiter ab essentia, illam non includat; includit tamen ordinem ad essentiam cum qua exigit identificari, & impræcise indubitanter importat esse ad relatè ad terminum, nempe ad filiationem, & esse in relatè ad essentiam. Et in ipso esse ad specificè sumptò, & quatenus distincto ab omni ad creato, formalissimè involvitur respectus ad divinitatè; quia paternitas, v. ralis, est relatio & respectus ad filiationem divinam, seu ad filiationem exigentem ratione sui identitatem cum divina essentia. Vnde licet relationem divinam possimus concipere vt præcisam à natura divina, non tamen possumus concipere vt præcisam ab omni ordine ad naturam divinam; sic enim solum conciperemus illam secundum prædictam genericam, sibi communia cum relatione reali creata, sub quo conceptu relatio divina præcise indit à finitate, & infinitate.

65. Sed ne solutionè alligemus doctrinæ illi distinguenti inter perfectionè simpliciter simplicem, & perfectionè sine imperfectionè, & dicenti perfectionem sine imperfectione latius patere, quam perfectionem simpliciter simplicem; quia perfectio sine imperfectione ambit sub se perfectionem absolutam, quæ est perfectio simpliciter simplex, & perfectionem relativam, quæ præcisè est simpliciter perfectio; admittamus, ab Anselmo in illa definitione comprehensam esse omnem perfectionem sine imperfectione, vt docent octo graves Doctores apud Fasolum illis subscribentem quest. 28. art. 2. num. 157. ac proinde admittamus, idem esse perfectionem sine imperfectione, ac perfectionem simpliciter simplicem; & concedamus, relationes divinas superaddere perfectionem simpliciter simplicem ad essentiam. Et hoc toto admissò, dico, argumentum Scoti non concludere intentum, nec ex definitione tradita ab Anselmo posse persuadari, paternitatem v. g. non esse perfectionem simpliciter simplicem.

66. Ratio est, quia falso Scotus assumpsit ab Anselmo dici, de conceptu perfectionis simpliciter simplicis esse, quod in vnoquoque supposito, quatenus suppositum est, sit melior ipsa quam non ipsa. Anselmus enim, vt bene docent Vazquez disp. 122. n. 10. Fasolus q. 28. art. 2. n. 157. & q. 4. ar. 2. num. 4. Ruiz disp. 30. sect. 9. à num. 5. præsertim no. 10. solum docet, perfectionè simpliciter simplicem esse illam, quæ in vnoquoque individuo per se subsistente, quatenus individuum per se subsistens est, est melior quam alia cum ipsa impossibile in vno individuo. Individuum autem per se subsistens, licet in creatis sit suppositum, non tamen in divinis. Ra-

tio est, quia cum individuum per se subsistens sit substantia singularis completa, per se existens; & omnis substantia singularis creata, de vno solo sit prædicabilis; quia ob suam limitationè nequit eadem numero substantia creata identificari cum pluribus suppositis realiter distinctis; sanè hoc ipso quod substantia illa sit completa, id est non indigens unione ad aliam substantiam neque ad existendum neque ad operandum, & aliunde sit per se existens, id est non existens in alio digniori, cui tribuantur eius operationes; hoc ipso est persona; vt late ostendo tom. 3. disp. 27. sect. 5. At in divinis datur substantia singularis completa & per se existens, quæ non est formaliter suppositum; immò hic numero Deus, qui, quatenus hic numero Deus, est communis tribus personis; non solum enim datur Deitas in abstracto communis tribus suppositis, sed Deus in concreto; nam hic numero Deus, quatenus hic numero Deus, nihil relativum includit; datur enim in Deo substantia absoluta præter tres substantias relativas; vt cum Doct. Angelico; cum Subtili, & Eximio Doctore sæpe probò tom. 3. vnde quamvis hic homo sit suppositum formaliter, quatenus est hic homò; tamen hic numero Deus, quatenus hic numero Deus, non est suppositum. Quapropter paternitas divina est perfectio simpliciter simplex, quia huic numero Deo, quatenus est individuum per se existens, melius est esse Patrem quam non esse Patrem, seu melius quam esse aliam perfectionem impossibilem cum eo quod sit Pater; quia intra Deum nulla datur perfectio impossibile cum eo quod Deus sit Pater; nam Deum esse Filium, non impedit Deum esse Patrem, imò ad hoc essentialiter requiritur. Ac proinde quando Anselmus dicit, perfectionem simpliciter simplicem esse illam, quæ in vnoquoque melior est ipsa quam non ipsa, hoc non debet intelligi respectu cuiuslibet personæ, vt in qualibet melior sit ipsa quam non ipsa; sed respectu naturæ singularis completæ per se subsistentis, cuius est perfectio. Naturæ autem divinæ melior est paternitas, quam non paternitas; & similiter melior est filiatio, & spiratio passiva, quam non filiatio, & non spiratio. Omnis enim substantia habens in se aliquid impossibile cum eo quod sit Pater, est formaliter imperfecta; sicut est imperfecta omnis substantia habens in se aliquid impossibile cum eo quod sit intellectiva, & immaterialis.

67. Præterea quavis permitteremus, definitionem Anselmi accipiendam esse respectu cuiuslibet personæ, adhuc paternitas erit perfectio simpliciter simplex; quia melior est paternitas, quam omnis alia forma incō-

possibilis in Patre cum paternitate. Nam in
tra Deum nihil est impossibile cum Pa-
tre. Est enim paternitas sit opposita relative
filiationi, non est tamen impossibilis cum
filiatione; nam cum eo quod Pater non sit Fi-
lius, optimè componitur quod Filius sit in
Patre; & Pater in Filio; non est autem incō-
possibile cum aliquo illud, quod propriè est
in illo. Quare omnino repugnat relationem
divinam secundum propriam entitatem rela-
tivam esse perfectionem; & nō esse perfectio-
nem simpliciter simplicem; ut enim inquit
Anselmus in monologio cap. 14. aliquanto
post medium: *Nefas est putare, quod substā-
tia summa natura sit aliquid, quo melius
sit aliquid modo non ipsum.* Atqui substantia
summa naturæ est Pater v.g. imò ipsamet pa-
ternitas. Ergo nefas est ex Anselmi sententia
putare, quod esse Patrem; vel paternitas, vel
quævis alia relatio in Deo, non sit perfectio
simpliciter simplex. Quod testimonio vltus est
Gregorius Ariminensis in 1. dist. 19. q. 1. ar-
t. 11. aliquanto ante finem contra Aureolum as-
serentem, relationem divinam secundum suam
entitatem relativam esse perfectionem; & ta-
men non esse perfectionem simpliciter sim-
plicem.

SECTIO SEPTIMA

Solvitur tertia ratio Scoti.

88 **S**COTVS Eo quodlibeto 51 §. Tertio
arguitur, inde probat relationem
divinam, ratione sui nō dicere per-
fectionem, ac proinde ratione sui non esse in-
finitam: quia omnis perfectio simpliciter ne-
cessario est idem realiter cum omni eo, quod
secum est compossibile in eodem supposito,
ita ut non solum in recto, & prout existens in
tali subiecto vel supposito, sed etiā in abstra-
cto prædicetur de perfectione secum compos-
sibili in eodem supposito. Quia enim in Pa-
tre existit essentia, quæ est infinita, non so-
lūm est verum dicere, *Pater est Deus*, sed
Paternitas est Deitas. Si ergo paternitas &
spiratio activa ratione sui sunt perfectio, &
vnaquæque est perfectio infinita, non solum
hæc erit vera, *Pater est spirans*; sed etiam
hæc: *Paternitas est spiratio*. Quandoquidem
ubi vnum extremum est infinitum, per abstra-
ctionem à supposito non tollitur ratio suffi-
ciens, ob quam debet esse idem cum omni cō-
possibili secum in eodem supposito; nam ra-
tio identificandi secum ea, quæ cum ipso cō-
possibilia sunt in eodem supposito; non est
præcisè identitas subiecti seu suppositi; illa
enim sufficit quidem, ut vna perfectio prædi-

ctetur de alia in concreto; & verè dicatur, *ge-
nerans est spirans*; sicut verè dicimus, *albu-
m est dulce*, vel *album non est musicum*: quia
albedo & dulcedo, seu albedo & musica sunt
idem in subiecto, seu quia habent idem subiect-
tum; non tamen sufficit; ut vna prædicetur
de alia in abstracto, & verè dicatur, *generatio
est spiratio*; sicut in exemplo posito identitas
subiecti non sufficit, ut verè dicatur, *albedo
est dulcedo*, albedo est musica: sed propter
identitatem in supposito & quasi subiecto, &
ratio sufficiens identitatis vnius cum alio cō-
possibili secum in eodem supposito, infinitas
vnius extremi: quia hoc ipso, quod vnum ex-
tremum sit infinitum, est incapax faciendi cō-
positionem cum alio compossibili secum in
eodem supposito; quia cum omne totum sit
maius sua parte, si infinitum componeret to-
tum simul cum alio, daretur aliquid maius in-
finito; & sic iam infinitum non esset infinitum.
Vnde omnis perfectio infinita debet esse vna
simplicissima res simul cum omni alia per-
fectione secum compossibili in eodem sup-
posito, ac proinde debet de illa prædicari nō
solum in concreto, sed in abstracto. Tum sic
at hæc propositio est falsa: *Paternitas est
spiratio*: si enim hæc esset vera, etiam esset
vera ista: *Generatio est spiratio*; siquidem
paternitas est formaliter generatio. At ista est
falsa, *Generatio est spiratio*: ergo & illa;
ergo nec paternitas, nec spiratio est infinita;
nam si esset infinita, ratione infinitatis posset
generatio de spiratione prædicari. Quod au-
tem illa propositio, *Generatio est spiratio*;
sit falsa, non probat Scōtus, sed ibi supponit
probari autem potest; quia si generatio est
spiratio: ergo idem est generare ac spirare;
ergo idem est terminus genitus, & spiratus.

89 Verum hoc argumentum ineffi-
cax est: quia verissimum est, paternitatem
esse spirationem, non quidem passivam, sed
activam. Sicut enim hæc est vera: *Pater est
spirator*; ita hæc est vera: *Paternitas est spi-
ratio*. In divinis enim omnia sunt, vnum ubi
non obviat relationis oppositio. Pater autem
non producit spiratorem; nec paternitas pro-
ducit spirationem activam, sed sicut Pater &
Filius sunt vnum principium Spiritus Sancti,
seu vnus spirator; ita Pater & Filius sunt vni-
ta spiratio; siquidem certum est ex definitio-
ne Concilij Florentini, Spiritum Sanctum ex
Patre simul & Filio *tanquam ex vno princi-
pio, & vnica spiratione procedere*. Quia
propter illa propositio, *Generatio est spi-
ratio*, distinguenda est; est spiratio activa, con-
cedo; est spiratio passiva, nego: siquidem *spi-
ratio passiva idem est formaliter ac proprie-
tas personalis Spiritus Sancti*; hæc autem, cez-
liter

Itē distinguitur à paternitate, & consequenter à generatione activa: & realiter distinguitur etiā à generatione passiva, id est à filiatione. Illa autem probatio à nobis adducta, in favorem Scoti, *Si generatio est spiratio, id est erit generare ac spirare*, distinguenda est: idem erit ex parte principij generantis & spirantis, concedo: ex parte termini geniti & spirati, nego: quia terminus genitus distinguitur realiter à termino spirato; non præcisè quia est genitus, sed quia est genitus, & simul est spirans, ut expolui disp. 8. ubi cum communi Theologorum contra Scotum probavi, Spiritum Sanctum non distinctum iri realiter à Filio, si ab ipso non procederet: ut autem distinguatur termini inter se, non requiritur, quod productio activa unius distinguitur realiter à productione alterius.

SECTIO OCTAVA.

Ex eo quod ratio ratione sui dicat perfectionem, non sequitur, quod aliqua perfectio sit in Patre, quæ non sit in Filio, neque sequitur unam personam seorsim esse minus perfectam, quam omnes simul.

S. I.

Proponitur difficultas:

POTISSIMUM. Fundamentum, quo ab inconvenienti videntur Thomistæ, & Scotistæ contra nostram sententiam, est, quia si paternitas v.g. sit perfectio relativa superaddita perfectioni absolute essentia; aliqua perfectio erit in Patre, quæ non sit in Filio & Spiritu Sancto: & similiter aliqua erit in Filio, quæ non sit in Patre, nempe filiatio: & pariter de Spiritu Sancto: tum enim proprietas personalis distinguens unam personam realiter ab alia, sit in ipsa, & non in alia personâ, quia Pater non est Filius, nec Filius est Pater: sanè si proprietas personalis est perfectio, quælibet persona habebit suam peculiarem perfectionem, quæ careat alter. Imò in Patre & Filio habentur plures perfectiones, quam in Spiritu Sancto, quia in Patre & Filio dantur plures relationes, siquidem in Patre & Filio præter relationes personales, seu constitutivas personæ, nempe præter paternitatem & filiationem, datur ratio non constitutiva personæ, nempe spiratio activa: in Spiritu autem Sancto sola datur proprietas personalis, atque adeo unâ sola ratio. Ergo si ratio ratione sui est perfectio, persona habens plures relationes, habebit plures perfectiones, ac proinde erit perfectior, quam

alia, quia persona pluribus gaudens perfectionibus, perfectior est. Rursum tres personæ simul sumptæ, erant quid perfectius, quam quælibet seorsim. Hoc autem est contra Patres, præsertim Augustinum, qui lib. 6. de Trinitate cap. 7. inquit: *Neque quoniam Trinitas est, ideo triplex putandus est. Alioquin minor erit Pater solus, aut Filius solus, quam simul Pater & Filius.* Idem docet lib. 8. in proemio, & lib. 15. cap. 3. & serm. 38. de tempore circa medium, & epist. 66. ad Maximianum ante medium, dicens: *Hæc Trinitas unus est, eiusdemque nature, atque substantia, non minor in singulis, quam in omnibus, nec maior in omnibus, quam in singulis, sed tanta in solo Patre, vel in solo Filio, quanta in Patre simul, & Filio, & tanta in solo Spiritu, quanta simul in Patre Filio, & Spiritu S.* Neque enim Pater, ut habere Filium de seipso, minus seipsum: sed ita genuit de se alterum se, ut totus maneret in se, & esset in Filio tantus, quantum & solus. Similiter & Spiritus Sanctus integer de integro, non procedit, unde procedit: sed tantus cum illo, quantum ex illo: nec minuit eum procedendo, nec auget hærendo.

71. Quam Augustini doctrinam secuti sunt posteriores Patres Latini, ut Fulgentius lib. 13. ad Maximinum cap. 7. Anselmus in Prologo cap. 23. & Bernardus epist. 190. ad Innocentium col. 2. Item secuta sunt Concilia posteriora Augustino. Unde Tolentianum VI. in professione fidei sic habet: *Trinitas nec minor in singulis, quam in omnibus, nec maior in omnibus, quam in singulis personis manet.* Similiter Concilium Tolentianum XI. in professione fidei: *Nec minoratur in singulis, nec augetur in tribus: nec amplius, quam totæ tres personæ unus Deus enuntiantur.* Secuti insuper omnes Scholasticæ eam M. in 1. distinct. 19. & cum Divo Thoma 1. p. q. 42. ar. 4. in fine, quæ etiam testis videtur ex Symbolo Athanasij, in quo dicitur: *In hac Trinitate nihil prius ac posterius, nihil maius, aut minus, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.*

S. II.

Prima huius difficultatis enodatio, affirmans, essentiam eminenter continere perfectionem relationam, ac proinde per illas non potest fieri formaliter, nec constituere aliquid in seipso perfectius.

72. **H**ANC Difficultatem bifariam componunt nostræ sententiæ Auctores. Primum namque noster Eximius Doctor lib. 3. de Trinitate cap. 10. n. 7.

respondet, in quolibet persona esse eminenter, & consequenter absolute & simpliciter, perfectiones proprias aliarum personarum: quia in qualibet persona est formaliter essentia divina; hæc autem, licet ut præcisa à relationibus illas non includat formaliter, includit tamen eminenter, tum quia includit formaliter omnem perfectionem simpliciter simplicem; tum quia est radix virtualis relationum: ac proinde includit eminenter perfectionem propriam relationum. Unde licet in vna persona sit formaliter aliqua perfectio, quæ formaliter non est in alia; nam in Patre est paternitas, quæ formaliter non est in Filio: tamen in vna persona non est formaliter aliqua perfectio, quæ simpliciter & absolute non sit in alia; quia nimirum in Filio est essentia divina eminenter continens paternitatem; ac proinde ratione essentia Filii continet perfectionem relativam Patris, & perfectionem relativam Spiritus Sancti. Unde quælibet persona est infinite simpliciter perfecta, ac proinde non est quid absolute & simpliciter maius tota Trinitate simul, quam quælibet persona seorsum. *Ut enim res sit simpliciter perfecta* (inquit Eximius Suarez) & consequenter infinite perfecta absolute & simpliciter, satis est, quod formaliter contineat omnem perfectionem simpliciter simplicem, & eminenter omnem aliam. Sic enim Deitas ipsa ex solo conceptu essentia, est simpliciter perfectissimum ens, neque sit perfectius per adiunctam relationem: quia formalis perfectio non simpliciter addita ultra continentiam eminentialcm, non reddit perfectius, sicut humanitas adiuncta Verbo non reddit illud perfectius, quia tota perfectio humanitatis in Verbo ipso continetur.

74 Ad eandem solutionem recurrit P. Arrubal disp. 105. num. 29. Nam in qualibet, inquit, persona, quasi eminenter continetur perfectio relativam alterius, quatenus in qualibet persona est essentia absoluta, quæ propter suam infinitatem postulat quatuor relationes personales, quarum est prima radix identificata cum omnibus; et si illæ distinguantur inter se: quod sufficit, ut omnes perfectiones personales quasi eminenter dicantur convenire cuilibet personæ; si quidem illi conveniunt, quatenus Deus est, & quatenus est unum in essentia cum alia persona. Confusio autem dixit Arrubal quasi eminenter: quia eminenter absolute, & sine addito solum essentia divina continet perfectiones creatas, quæ iunctæ sunt imperfectionibus. Relativas autem perfectiones carentes omni imperfectione, solum continet quasi eminenter, vel, ut ita dicam, *quatenus*

lenter, inquit Arrubal: qui addit num. 32. ex eo quod proprietates personales addant perfectionem relativam ad essentiam, minimè sequi, plus esse perfectionis in omnibus personis, quam in vna: & Trinitatem esse perfectiorem, quam sit quælibet persona: redditque rationem: Nam quælibet, inquit, persona habet formaliter, vel quasi eminenter omnem perfectionem, etiam relativam, quæ sine imperfectione potest perfici ratio communis entis. Quod discrimen notandum est, inquit, inter perfectionem absolutam, & relativam simplicem, caretem omni imperfectione: nam perfectio absoluta simplex necessario est perfectio simpliciter, & melior videlicet, quam opposita, & ideo formaliter convenire debet perfectio simpliciter: perfectio vero relativam, quamvis per se ab omni imperfectione, non est perfectio simpliciter, id est non melior quam opposita; nam habere potest aliam relationem sibi æqualem; & ideo saltem formaliter potest deesse, illi videlicet, quod habet alteram perfectionem oppositam æqualem.

75 Hinc negat, simpliciter plus esse perfectionis in tribus personis, quam in vna. Significatur enim, inquit, in hac locutione, perfectionem intensivè crescere propter Trinitatem perfectionum relativarum, quod falsum est: nam licet in tribus personis sint plures perfectiones relativæ, quam sint formaliter in vna persona, prout respectiva est: non tamen sunt plures in omnibus, quam in vna, saltem eminenter, aut etiam quatenus est Deus conveniens in natura cum alijs personis. Unde etiam constat, non esse plus perfectionis in persona, quæ includit essentiam & relationem formaliter, quam in essentia præcise sumpta: nam in essentia prout sic eminenter includitur perfectio relationum. Hactenus Arrubal: & hæc solutio est satis communis inter Authores defendentes, relationes addere perfectionem aliquam ad essentiam.

III.

Premittitur autem genuinam difficultatis solutionem, essentiam formaliter perfici per relationes; & Deum, ut Trinum, esse quod intensivè perfectius, quam Deum, ut præcisum à relationibus.

76 **I**N hac doctrina ego difficultatem non modicam sentio, quia quamvis essentia, ut præcisa à relationibus, sit summè perfecta in ratione entis absoluti; non tamen in genere entis, prout ens præcisio dicitur à relativo & absoluto; sed infra latitudinem entis

entis Deus, quatenus Deus, perficitur per Trinitatem personarum; sicut intra latitudinem entis absoluti perficitur formaliter per intellectum, & volitionem, & per omnia attributa; si enim per conceptus nostros concipiamus naturam divinam præcisè ut substantiam intellectivam, non concipimus illam ita perfectam; ac dum concipimus illam ut intellectivam & insuper ut actu intelligentem & amantem; ac proinde natura divina, ut actu intelligens & amans, est intensivè perfectior, quam ut præcisè potens intelligere & amare. Pari-ter ergo intra latitudinem entis Deus, ut Trinitus, est perfectior intensivè, quam Deus præcisè consideratus, ut Deus, secundum perfectiones absolutas; quia, ut Trinitus, includit aliquam perfectionem sine omni imperfectione, quam non includit præcisè, ut Deus. Quare nobis cum P. Vazquez, cum P. Ruiz, & Fatolo, dicendum est, non minus ad Dei perfectionem attingere relationes, quam attributa, & Deum, seu naturam divinam formaliter perfici per relationes non minus, quam per attributa; ac proinde quid intensivè perfectius esse intra genus entis essentiali, ut subsistentem in relationibus, quam præcisè consideratam secundum solam prædicatam absolutam; sicut intra genus entis absoluti perfectior est essentia simul cum attributis, quam essentia præcisè sumpta. *Quia* (ut inquit optimè P. Vazquez disp. 122, n. 3.) *sicut melius est Deo esse sapientem, quam non esse sapientem; ita melius est Deo esse Patrem, Filium, & Spiritum S. quam non esse. Illud autè, quod melius est alicui rei, quam negatio illius, non potest non esse perfectio rei: quod enim alicui melius est, illi perfectius est: melius enim & perfectius idem sunt, sicut bonum & perfectum.* Unde supra sect. 6. ostendimus, relationem divinam secundum id, quod superaddit ad essentiali, esse perfectionem simpliciter simplicem, & ei cõpetere definitionem traditam ab Anselmo, iuxta quam perfectio simpliciter est illa, *quæ in unoquoque est melior ipsa, quam non ipsa, id est quam alia incompossibilis cum ipsa in eodem singulari subsistente.*

77 Ratio autem à priori, cur relatio simul cum essentia sit quid intensivè perfectius, & maius simpliciter, quam essentia scorsim, est: quia ut optimè inquit Scotus quodlib. 5. in 3. art. 5. *Ad argumentum principale: Infinitas in entitate dicit totalitatem in entitate; & per oppositum finitas suo modo dicit partialitatem.* Et ut inquit ibidè ar. 1. §. *Ex hoc sequitur: Infinitum intensivè dicitur illud, cui nihil deest, & quod excedit omne finitum ultra omnem perfectionem determinabilem.* Ergo infinitum perfectionis in genere entis

includere debet formaliter omnem perfectionem possibilem sine imperfectione intra genus entis; ac proinde debet includere non solum omnem perfectionem absolutam, sed omnem perfectionem relativam; quia debet habere totalitatem perfectionis intra genus entis; ac proinde in omni genere. Ergo debet formaliter habere omnem perfectionem sine imperfectione; quia melius est illi habere quamlibet perfectionem sine imperfectione, quam habere perfectionem aliam oppositam alicui perfectioni sine imperfectione, & cum illa incompossibilem in eodem individuo subsistente. Sola enim perfectio immixta imperfectioni potest in eodem individuo, seu natura completa & per se existente, esse incompossibilis cum perfectione nullam dicente imperfectionem.

78 Hinc relationes non proprie continentur in essentia eminenter; sed solum in illa existunt formaliter. Solæ creaturæ sunt, quæ continentur eminenter in Deo; quia quidquid est perfectionis in creaturis, reperitur formaliter in Deo, seclusis imperfectionibus; at quod est perfectionis relativæ in relationibus, non reperitur formaliter in essentia, ut distincta ab ipsis. Unde perfectiones creaturæ simul cum Deo constituunt plures perfectiones quoad numerum; quia in binario Dei & creaturæ plures perfectiones reperiuntur, quam in Deo: non tamen constituunt aliquid intensivè perfectius; tum quia nequeunt Deum perficere; tum quia creaturæ oriuntur ab ente infinite perfectio in omni genere; ac proinde oriuntur ab ente includente totalitatem perfectionis, & per consequens impotente crescere in perfectione: unde creaturæ simul cum Deo non sunt quid maius, quam Deus solus; quia finitum additum infinito non facit maius, in eo nimirum genere, in quo est infinitum illud, cui additur; unde si illud, cui additur, est infinitum in omni genere, in nullo genere potest facere maius cum illo cõplexu: ergo cõplexu ex Deo & creatura solum est maius extensivè & quoad numerum perfectionum; non tamen absolute & intensivè.

79 Hinc non tenet paritas adducta à P. Suarez de humanitate assumpta à Verbo, quæ cum Verbo non facit aliquid maius, quam sit Verbum secundum se. Verbum enim supponitur perfectum infinite in omni linea, & in omni genere, ac proinde non potest crescere: ac relationes licet supponant per conceptus nostros essentiali infinite perfectam in genere perfectionis absolutæ, non tamen in omni genere, & in genere entis ut sic: ac proinde essentiali possunt perficere; ens enim summum & infinitum in ratione entis est illud, quod formaliter includit omnem perfectionem sine imperfectione possibilem intra genus entis. Er-

go cum intra genus entis sit possibilis, imo necessario existens perfectio relativa, omni carens imperfectione, hanc debet formaliter includere ens infinite perfectum: ac proinde Deus non concipitur ut infinite perfectus in omni genere, quousque concipitur, ut Trinus.

80 Præterea, essentiam perfici formaliter per relationes, persuadet efficaciter ex Patribus P. Ruiz disp. 29. lect. 3. cuius hic est titulus: *Sine relationibus imperfectus esset Deus, non solum in quantum Pater, sed etiam in quantum Deus, & subinde non esset Deus.* Ibiq; adducit testimonia Athanasij, Nisseni, Nazianzeni, Cyrilli Alexandrini, Basilij, Epiphaniij, & Ambrosij. & lect. 4. cuius titulus est: *Divinitas ipsa, & absoluta substantia, fuisset imperfecta, si definissent relationes.* Ut enim inquit. Cyrillus Alexandrinus lib. 2. thelauri cap. 1. *Non potest esse perfecta Deitas, nisi Filium habeat, & fructum ex se patriat: neque potest Deus creator esse absque Filio, per quem omnia fiunt.* Et ut inquit Athanasius orat. 3. contra Arianos prope initium: *Si non sit Filius, quomodo creator esse dici poterit? siquidem in sapientia omnia fiunt, sine quo nihil fieri potest.* Idque satis clarè docet Hilarius lib. 12. de Trinit. in medio, dū ait: *Quantum Filio temporis, ne semper Filius fuerit, abnegabitur, statim Patri deest, ne Pater semper sit; ut licet semper Deus, non tamen & Pater in ea fuerit infinitate, qua Deus est.* Quibus verbis clarè docet, Deū non esse infinitum in genere entis præscindēdo à relationibus: siquidem si careret relatione Patris pro aliquo tempore, non solum pro eo tempore non foret Pater, sed non foret Deus infinitus. Idem docet Damascenus, dum orat. 37. contendit Deitatem futuram imperfectam sine Spiritu S. *Quæ Deitas, si imperfecta? Perfecta autem quomodo erit, in qua ad perfectionem aliquid desideretur? Desideratur enim, si sanctitate careat. Hanc porro, quomodo habere queat, nisi Spiritum habeat?*

81 Vnde quamvis Deus foret sine creaturis, non esset minus perfectus, quam modo est; neque nūc datur aliquid simpliciter maius, quam tunc daretur. At si existeret sine relationibus, foret minus perfectus, quā modo est, non solum arguitivè, sed formaliter. Ut enim inquit Athanas. orat. 2. in medio: *Creatura ab o condita si non sunt in rerum natura, non deminuant conditorem: proles autem, si non coeternaliter coexistat cum Patre, detrimentum adfert perfectitudini illius substantiæ.*

82 Idiplum quod ex Patribus asseruit Ruiz, asserit quoque Facolus quæst. 28. art. 2. num. 129. postquam enim asseruit reliquos

non solum esse perfectiones personarum, sed etiam essentia, sic subiungit: *Hanc essentia divina perfectionem à personalibus relationibus provenientem, expressè significant Patres docentes, Deum absque relationibus futuram imperfectum. Quo dicto, duo evidenter importantur: & ipsas relationes esse aliquas perfectiones, quarum nimirum absentia redderetur Deus imperfectus. & ipsum Deum perfectionem aliquam habere à relationibus; cuius enim formæ absentia res aliqua redditur imperfecta, eiusdem præsentia perfecta reddatur necesse est.* Idque probat ex ijs, quæ quæst. 27. art. 2. a num. 57. adducit ex Patribus, qui ut contra Arianos probarent divinitatem Filij, arguebant ex hoc absurdo, quia sequeretur, *Deum æterno tempore fuisse sine ratione, sine virtute, sine sapientia.* Et; ut addit Athanasius, *lucem splendore caruisse, & fontem veluti sterilem exaruisse.* Vide quæ supra astulimus lect. 3. num. 32.

83 Ratio autem à priori, cur essentia perficiatur per proprietates personales, seu relationes, est; quia essentia, seu natura divina per suam personalitatem formaliter habet, ut per se subsistat incommunicabiliter, & habeat rationem personæ perfectissimæ; ac proinde ut sit terminata substantialiter, & omnino completa in genere substantiæ; unde habetur in divinis perfecta fecunditas, nam sine personalitatibus nulla intra Deum esse productio nulla processio. Quare cum non minus sit perfectio Dei, quod sit fecundus ad se communicandam ad intra, quàm quod sit intelligens, & volens; & in ratione fecundi constituatur formaliter per relationes; consequens est, ut non minus perficiatur per relationes, quàm per intellectionem & volitionem. Sicut enim est perfectio Dei esse intelligentem & volentem; ita est eius perfectio, esse potentem generare, & esse spiratorem potentem spirare.

§. IV.

Soluntur obiectiones contententes essentiam divinam non perfici formaliter per relationes.

84 **D**ICES Primò: ex eo quod essentia divina perficiatur relationibus sequi, Patrem indigere Filio, ac Spiritu Sancto, & dependere ab illo, quia Pater indiget omni forma, quæ eius essentia perficitur. Vnde Pater non producit Filium ex fecunditate, sed ex indigentia, ut scilicet sua ipsius essentia sit omnino perfecta. Respondeo negando sequelam: quamvis enim ex negatione Filij sequatur imperfectio Dei Patris non solum arguitivè, sed formaliter; non sequitur indi-

indigentia; quoniam illud est propriè indigens; quod in seipso & à seipso non habet aliquid requisitum ad suam perfectionem; sed illud accipere debet ab aliena substantia; & essentia distincta. At verò Deus, & persona Patris realiter in seipso, & à seipso quid ditatiue continet quidquid ad sui perfectionem requiritur, non solum tanquam constitutum Dei aut Patris, sed etiam tanquam terminus, & fructus, & Verbum; ut explicat præclare P. Ruiz disp. 29. sect. 5. n. 10. Quare in eodem sensu, quo Pater indiget intellectione ut sit intelligens, & æternitate, ut sit æternus; ita indiget Filio & Spiritu Sæcto, ut sit summè perfectus in omni genere: hæc autè non est indigentia imperfectionem importans, quia non tam est indigentia, quam exigentia. Vnde P. Ruiz disp. 10. sect. 2. late probat, unam relationem divinam non dependere propriè ab alia, sed illam exigere. Quare non solum Pater non dependet à Filio; quamvis sine illo nequeat habere complementum suæ perfectionis; sed neque Filius propriè dependet à Patre, à quo accipit esse; ut explicat S. Thomas 4. contra gent. cap. 14. ad nonam rationem, quia dependetia unius ab alio importat distinctionem in essentia; quæ distinctio in divinis locum non habet; & ideo quævis in creatis intellectio dependet à substantia intelligente, non tamen in Deo; quia essentia intellectio in Deo non distinguitur ab essentia substantiæ intelligentis, quia sicut à seipso habet esse, ita à seipso habet intelligere, & eius intelligere est eius esse, & essentia. Et ideo licet Filius totum suum esse & perfectionem accipiat à Patre; nihilominus (inquit Ruiz disp. 29. sect. 5. n. 11.) non indiget Patre, quia totum accipit ut proprium ac debitum suæ quidditati. Quod confirmat, quoniam exigentia propter quam unum sine alio non potest existere, nec est, nec infert indigentiam, sed aliquando reperitur sine illa. Quemadmodum scientia visionis Dei exigit existentiam veritatum contingentium in aliqua differentia temporis, sed tamen propriè loquendo non indiget.

85. Quare hæc duo inter se rectè cohererent, nempe Patrem producere Filium ex fecunditate; & tamen essentiam formaliter perficere per filiationem. Producit enim ex fecunditate; quia habet essentiam includentem formaliter omnem perfectionem absolutam; hinc enim provenit, quod essentia exigat essentialiter relationes, cum quibus realiter identificetur. Si enim essentia nõ esset ratione sui infirmitè perfecta in genere perfectionis absolute, non exigeret relationes, quibus comunicetur formaliter omnis perfectio absoluta; & à quibus formaliter perficiatur in genere entis. Et

quamvis diceremus, Deum seu naturam divinam non esse intensivè perfectiorem in genere entis simul cum relationibus; quàm secundum se; nihilominus negari nequit, essentiam perficere extensivè saltem, per relationes; omnis enim natura exigens aliquam entitatem positivam sibi intrinsecam; per illam perfici debet, quia illam exigit, quia sibi conveniens est, & quia melius sibi est illam habere, quàm illa carere. Et sanè cum natura velit sibi relationes; illas sibi vult, quia sunt sibi convenientes & bonæ; ergo per illas saltem extensivè augetur perfectio, bonitas, & amabilitas essentia; est enim amabilis Filius; non solum quia Deus, sed quia Filius; & consequenter ratione filiationis habet amabilitatè peculiarem virtualiter distinctam ab amabilitatè, quam habet ratione essentia. Et ideo Nazianzenus orat. 13. de patre in medio ait hæc: *Deo quidnam maius, aut præstabilius erit, quàm Filij Patrem esse, quod quidè gloriæ accessio est, non decessio.* 86. Dices secundò, essentiam non perficere formaliter per relationes, quia alioquin essentia generaret, & generaretur, spiraret, & spiraretur, & consequenter referretur realiter quia effectus formalis generationis activæ est reddere generantem & generationis passivæ reddere genitum. Respondéo negando sequentiam; quia quamvis non sit perfectio essentia; ut quatenus essentia generet & generetur; quia id est omnino impossibile, siquidem essentia essentialiter postulat esse idem cum Filio, & cum Patre; generans autem & genitum ex conceptu suo postulant distinctionem realem; tamen est perfectio essentia; quod sit Pater generans, & Filius genitus; & quod per relationem constituatur in ratione personæ, & subsistentis incommunicabiliter. Vnde relatio quatenus relatio, & generatio, solum habet denominare personam, illamque referre; habet tamen respectu naturæ illam terminare, & complere, & constituere in ratione personæ. Sic filiatio, seu subsistentia personalis Filij, quamvis ex conceptu suo sit relatio, & communicetur atque uniat humanitati Christi, illam non denominat genitam à Patre æterno, nec illam denominat relatum; & tamen denominat personatam, & sanctam, & sustentatam à Verbo: ac proinde non comunicatur humanitati sub conceptu relationis, & generationis passivæ, sed sub conceptu personæ, & subsistentia.

87. Idque optimè explicat P. Ruiz disp. 30. sect. 5. n. 14. *Nam arbor perficitur fructu, & sibi unito, & in ipsa manente; intellectus creatus perficitur verbo mentis, producto, per intellectioem, & manente in ipso intellectu.* Ergo à fortiori Pater perficitur

„ Filio : quippe qui factus est, virtualiter
 „ productus & quidditative postulans coniugi
 „ cum sua radice, seu principio, & est Verbum
 „ productum per actionem immanentem intel-
 „ lectus Paterni: ergo Pater ad sui perfectio-
 „ nem quidditative postulat intra seipsam, &
 „ in se continere perfectionem filiationis, non
 „ tanquam constitutivam suae personae, sed
 „ tanquam decus & ornamentum suae personae.

88. Quod amplius explicat n. 15. *Nam*
 „ mater, in quantum mater est, perficitur, or-
 „ naturque Filio, quem in utero gestat, vel in
 „ sinu pendentem ab ubere. Magis autem per-
 „ ficretur, si Filium aduherentem perfectum,
 „ & nulla prorsus perfectione destitutum, sem-
 „ per aequaliter generans, mater gestaret, sine
 „ onere ac deformitate secum inseparabiliter
 „ coniunctum. Sed Aeternus Pater emittenti-
 „ ri quadam ratione complectitur vitam genera-
 „ tivam Patris & matris, ut ex Patribus pro-
 „ bat idem Ruiz disp. 4. lect. 5. n. 2. ob qua
 „ rationem Scriptura tractans de generatione
 „ divina, tribuit Patri quaecumque patri- &
 „ matri conveniunt in humana generatione:
 „ qualia sunt non modo generate, sed etiam
 „ concipere, parturire, ex utero generare,
 „ & in sinu habere, & dare Filio vitam. Ergo
 „ Pater Aeternus perficitur Unigenito, qui est
 „ in sinu Patris. Ioan. 1. & quem ex utero
 „ ante Luciferum genuit, Psal. 109. ac semper
 „ actualiter generat, semper in utero continen-
 „ dum, quia nec incrementum, nec lumen, nec
 „ aliquid perfectionis desideratur in utero.

89. Dices tertio ex nostro Antonio
 Perez 1. p. pag. 479. n. 106. naturam divinam,
 seu Deitatem non perfici formaliter relationibus
 divinis. Nam Deitas sibi per seipsam, & non
 per aliud, sive realiter, sive virtualiter distin-
 ctum coniungitur. At perfici nihil aliud est, quam
 Deitati coniungi: ergo Deitas per se solam per-
 ficitur formaliter: ergo non per relationes. Ita
 vero perficitur per Deitatem, quia per Deitatem
 & esse Deitatis Deitati coniunguntur. Verum
 hoc argumentum multum probat, probat nimirum
 naturam divinam, quatenus a nobis distin-
 guitur ab attributis, & concipitur, ut radix
 attributorum, non perfici formaliter per ac-
 tributa; nam natura divina, quatenus est po-
 tens intelligere, & apprehenditur a nobis ut
 intellectiva radicaliter, non appropinquat sibi
 ipsi per intellectionem actualem, nec per ullum
 attributum; & tamen per omnia perficitur.

90. Quare solum de rebus creatis
 realiter distinctis a Deo verificatur, quod per-
 ficiantur per hoc quod appropinquant, & con-
 iungantur primo enti, seu Deo, quatenus est
 summe perfectus in omni genere; appropin-
 quant autem magis vel minus per imitatio-

nem; & participationem formalem divinita-
 tum perfectionum; est enim creatura perfe-
 ctior, quae in pluribus praedicatis convenit
 cum Deo, & per gratiam erit summe perfecta,
 natura rationalis, quae physice coniungatur &
 uniatur cum Deo, ut unita est humanitas Chri-
 sti. Quamvis autem natura divina non appropin-
 quet sibi ipsi per relationes, nihilominus
 per illas formaliter perficitur, quia Deo, qua-
 tenus Deus est, melius est esse Patrem, quam
 esse aliquid impossibile cum eo quod ipse
 se sit Pater, & similiter melius est ipsi esse Pa-
 trum, & Spiritum Sanctum. Respectu autem
 cuiuscumque entis illud est perfectio; per quod
 melius se habet unumquodque ens, quatenus
 ens, quam per formam sibi oppositam. Prae-
 terea unumquodque perficitur per id, quod
 exigit, ut sit omnino integrum & perfectum:
 Deus autem, ut sit ens omnino integrum &
 perfectum, exigit omnes relationes suas, quae
 necessariae sunt, ut sit Trinus; ergo per illas
 perficitur. Prorsusque repugnat relationes
 esse ratione sui perfectiones, quin Deus illas
 necessariis exigens, per ipsas perficiatur in ge-
 nere trinis; ita ut cum omnibus illis sit unum
 ens summe perfectum in omni genere.

§. V.

*Ideo, quamvis relationes ratione sui dicant
 perfectionem, nulla est perfectio in una
 persona, quae non sit in alia; neque omnes
 tres personae simul sunt quid perfectius
 quam una; quia in qualibet persona sunt
 omnes personae, illam perficientes, quate-
 nus omnes perficiunt naturam
 divinam.*

91. **R**ATIO Est, quia quamvis Pater non
 sit Filius; tamen paternitas est in
 Filio, quia Filius est Deus, & qua-
 tenus Deus, perficitur per paternitatem, per
 filiationem, per spirationem activam, & per
 passivam, & dum Filius accipit à Patre essen-
 tiam, non accipit illam nudè sumptam, sed ut
 summe perfectam in tota latitudine entis, ac
 proinde ut perfectam non solum perfectionibus
 absolutis, sed perfectionibus relativis. Unde
 Filius perficitur per Patrem, & Pater per
 Filium, & Spiritum S. & Spiritus S. per Patrem,
 & Filium. *Quamvis enim Patri (inquit Ruiz
 disp. 30. lect. 9. n. 16.) non sit melius, ipsum
 Patrem esse Filium, & Spiritum S. nubi-
 lominus Patri melius est, Filium & Spiritum
 S. esse immanentes intimè in Patre tan-
 quam terminos ab eo vitaliter productos.*

92. Unde quamvis paternitas non sit
 in Filio substantivè, quidditative, & consti-
 tuti-

autivè, seu vt Filium constituat in esse Patris; est tamen in Filio adiectivè, aut extra essentialiter, & perfectivè, & vt Filium reddat summè perfectum in genere entis: quia Filius est Deus summè perfectus, in Deo autem, quatenus summè perfectus, involvuntur omnes perfectiones non solum absolutæ, sed etiam relativæ; ac proinde in Filio est paternitas, vt perficiens naturam divinam Filij, per quam vt summè perfectam constituitur Filius summè perfectus; est enim summè perfectus, quia est Deus, & Deus est summè perfectus omni genere perfectionis. Vnde paternitas est in Filio, non quatenus Filio, sed quatenus Deo, id est non ratione filiationis, sed ratione Deitatis, quam paternitas necessariò comitatur ubicumque sit. Neque vt Filius sit summè perfectus, requiritur, vt Filius, quatenus Filius, sit omnis perfectio, per quam redditur summè perfectus, nam Filius perficitur per omnem perfectionem, per quam perficitur essentia ipsius, nempe natura divina; quod enim est perfectio naturæ, est perfectio personæ, quæ subsistit in illa natura; natura autem divina perficitur per paternitatem: ergo Filius, quatenus Filius, perficitur per paternitatem: & tamen Filius, quatenus Filius, non est paternitas, siquidem Filius non est Pater. Ergo vt Filius sit summè perfectus, non debet esse omnis perfectio, per quam perficitur. Aliud enim est subiectum vel suppositum aliquod habere aliquam perfectionem, & per illam perficere aliud est, suppositum esse illam perfectionem.

93 Itaque Pater dedit Filio paternitatem, quamvis non dederit Filio esse Patrem: vt enim definit Concilium Florentinũ in litteris vnionis, *Omnia quæ Patris sunt, ipse Pater vnigenito Filio suo gignendo dedit, prater esse Patrem.* Cũ autem excepit esse Patrem, non excepit paternitatem; alioqui Pater non esset in Filio; quod est cõtra illud Christi Ioan. 14. *Ego in Patre, & Pater in me est:* & cõtra illud eiusdem Ioan. 16. *Omnia, quæ habet Pater, mea sunt.* Solum ergo excipit denominationem Patris, quã non habet Filius; non quia non habeat in se ipso simpliciter paternitatem; sed præcisè quia non habet ratione filiationis per identitatem cum paternitate, quam identitatem propriè significat hæc propositio, *Filius est Pater,* sed habet per identitatem cum natura divina, quæ est paternitas. Itaque Filio deest quidem esse Patrem, non deest tamen paternitas; & Patri deest esse Filium, non tamen deest filiationis. Non enim deest alicui suppositio, quod in ipso est; ac de fide est, Patrem esse in Filio, & Filium in Patre; ergo nec Filio deest Pater,

nec Patri Filius. Ergo nec paternitas deest Filio; nec filiationis deest Patri. Verissimum ergo est, paternitatem esse in Filio, & filiationem in Patre. Ergo paternitas est in Filio perficiens naturam Filij; & filiationis est in Patre perficiens naturam Patris.

94 Ex eo ergo quod paternitas sit aliqua perfectio relativæ, non sequitur quod aliqua perfectio sit in Patre, quæ non sit in Filio; sed solum sequitur, Patrem, quatenus Patrem, identificare secum aliquam perfectionem, quam non identificat secum Filius, quatenus Filius: quia licet paternitas non sit filiationis, paternitas tamen est in Filio. Nec sequitur, personam identificantem secum plures relationes esse perfectiorem alia persona identificante secum vnã tantum, videlicet Patrem identificantem secum paternitatem & spirationem activam, & Filium identificantem secum filiationem & spirationem activam, esse perfectiorem Spiritu Sancto, qui solum identificat spirationem passivam; quia licet Spiritus Sanctus non identificet secum spirationem activam, perficitur tamen per illam, & in se illam habet; quia Spiritus Sanctus est Deus summè perfectus, Deus autem in ratione summè perfecti constituitur non solum perfectiones absolutas, sed per omnes relativæ. Nec ex eo quod dentur in Deo tres perfectiones relativæ inter se realiter distinctæ; sequitur, vnã personam esse minus perfectã seorsim, quàm omnes simul; quia eũ omnes personæ sicut in singulis, omnes perficiunt singulas; ac proinde singulæ sunt æquè perfectæ ac omnes; quia singulæ sunt vnus Deus infinite perfectus in omni genere, seu, qui est infinite perfectus in omni genere. Pater ergo est vnus ens infinite perfectus in omni genere; & Filius est hoc idem vnus ens infinite perfectus, & similiter Spiritus Sanctus: quia Pater est vnus Deus infinite perfectus in omni genere; & Filius est hic idem Deus, & similiter Spiritus; & hoc est quod Christus Dominus dixit: *Ego & Pater vnum sumus, vnum scilicet ens infinite perfectum omni genere perfectionis, tam absolutæ, quàm relativæ; & hoc est quod dicit Ioannes: Et hi tres vnum sunt.* Hoc etiam est, quod Apostolus prædicat ad Colosens. 2. *In Christo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter,* quia in Christo inhabitat verbum, in quo est omnis plenitudo divinitatis, quia scilicet in Verbo non solum est divinitas, sed ratione divinitatis sunt in Verbo omnes divinæ personalitates, quibus divinitas completur: & ideo Hilarius lib. 3. de Trinit. col. 2. aiebat: *Pater in Filio, quia ex eo Filius; Filius in Patre, quia non aliunde quod Filius. Vnigenitus*

nitus in Ingenito; quia ab Ingenito Unigenitus. Ita in se invicem; quia ut omnia in Ingenito Patre perfecta sunt; ita in Filio Unigenito perfecta sunt. Et propterea col. penult. concludit: Patrem in Filio, & Filium in Patre esse, plenitudo divinitatis in utroque perfecta est. Ergo iuxta Hilarium ideo plenitudo divinitatis est perfecta in qualibet persona; quia in qualibet persona non soluta est divinitas præcisa à personalitatibus, sed divinitas cum omni complemento suarum personalitatum. Quamvis enim personalitates non sint de conceptu & essentia naturæ divinæ, seu Deitatis, sunt tamen de complemento, perfectione, & integritate Deitatis: unde verificari non potest, in vnaquaque persona esse totam plenitudinem divinitatis, quin in qualibet persona sint ratione essentiæ omnes personæ complentes & perficientes naturam divinam in ratione entis summi, habentis omnem perfectionem sine imperfectione.

95 Eadem de causa Cyrillus lib. 3. thesauri cap. 1. inter principium & medium aiebat: *Nihil habet alter, quod alter non insit, nisi quod hic Pater, ille Filius est. Sed Pater habet paternitatem; ergo paternitas est in Filio; non quidem ut Filius sit Pater, sed ut Filius compleatur & perficiatur per Patrem; & Augustinus 5. de Trinit. cap. 14. Est Filius, inquit, hoc omnino quod Pater; non tamen est Pater; quia nimirum Filius est unum ens infinite perfectum omni perfectione tam absoluta quam relativa, ac proinde est unum ens perfectum divinitate & quatuor relationibus; & hoc unum ens est ipse Pater; quamvis Pater non sit Filius. Quod egregie explicat S. Thomas in caput 16. Ioan. lect. 4. post medium dicens: *Simpliciter concedimus, quidquid habet Pater, habet Filius; non tamen quod eodem ordine habeat Filius, quo Pater habet; nam Filius habet sicut ab alio accipiens; Pater vero sicut alius datus. Pater ergo à se habet quod sit unum pns infinite completum omni genere perfectionis sine imperfectione; ac proinde quod sit unum ens completum vna essentia; & tribus personalitatibus; & Filius à Patre habet, quod sit illud ipsum ens ita completum.**

96 Quare verissimum est, quod eruditissimus P. Ruiz dicit disp. 30. in ipso titulo capitis sexti, *Circumfessio personarum, in vicem immanentium, omplet in vnaquaque persona plenitudinem perfectionis.* Quod roro eo capite, & cap. 5. ex Patribus probat: & idem præstat diligentissimus Patrum & Theologorum observator Falolus qj.

ad. ar. 2. à num. 136. vsque

ad 149.

§. VI.

Solvuntur obiectiones contendentes; per circumfessionem vnius personæ in alia; non rectè saluari; nullam perfectionem esse in vna persona, quæ non sit in alia.

97 **O**BJICIENS PRIMUS: *Esse Patrem est aliqua perfectio; sed hæc perfectio non est in Filio; quia Pater gignendo dedit Filio omnia, quæ sunt in Patre præter esse Patrem, ut definitum est in Florentino; ergo Pater non dedit Filio esse Patrem; ergo aliquam perfectionem non dedit Filio; ergo aliqua perfectio est in Patre, quæ non est in Filio. Ergo si semel relationes ratione sui dicitur perfectionem, aliqua perfectio erit in Patre, quæ non est in Filio; ac proinde in Patre non erit omnis perfectio, seu plenitudo perfectionis. Respondet: distinguo maiorem; esse Patrem est aliqua perfectio, respectu Dei, & respectu primæ personæ, concedo maiorem; respectu cuiuscunque personæ, nego maiorem, & distinguo minorem; esse Patrem non est in Filio, ratione filiationis concedo, ratione Deitatis nego minorem, & consequentiam; nam in Filio est Deitas, & hic numero Deus, Deus autem habet hanc perfectionem *essendi Patrem*, quia Deus est Pater, & Filius, & Spiritus S. Vnde cum in Filio sit Deus, & in Deo sit hoc quod est *esse Patrem*, in Filio ratione Deitatis est hoc quod est *esse Patrem*; ac proinde in Filio est omnis perfectio; quamvis Filius non sit Pater.*

98 Quod explicatur: Pater dedit Filio esse Deum; nam Filius est *Deus de Deo*; sed esse Deum est esse Patrem & Filium & Spiritum S. ergo Pater dedit Filio, quod, quatenus Deus, sit Pater & Filius & Spiritus S. non tamen sequitur, quod Pater dederit Filio *esse Patrem*; nã in ipso conceptu dantis, & accipientis exprimitur distinctio Filij à Patre in ratione personæ; ac proinde exprimitur, quod Filius non sit Pater, ac proinde, quod Pater non dederit Filio *esse Patrem*. Vnde licet Pater & Filius sint unum ens infinite perfectum in omni linea, iuxta illud Christi, *Ego & Pater vni sumus*; non tamen sunt vnus, sed vnus, & alius, quia sunt personæ distinctæ.

99 Obijciens secundus: Pater est integer Deus, seu integrè Deus; at Pater non est tres relationes; ergo tres relationes non sunt de integritate Dei; ergo in conceptu Dei, ut integrè perfecti omni genere perfectionis, non includuntur relationes; ergo independentè à circumfessione divinarum personarum explicandum est, quomodo Patri nulla desit perfectio; quia nimirum Pater includit essentiam, quæ eminentè continet filiationem, per quæ formaliter non proficitur Deus. Rel-

100 Respondeo, Patrem esse integrum Deum, quia per identitatem est hic numero Deus, qui Deus completur per omnes relationes, & per illas constituitur in ratione summè perfecti; si enim aliqua ex illis per impossibile deficeret, licet tunc Pater foret Deus, non tamen foret Deus summè perfectus, & completus omni genere perfectionis: sicut si per impossibile deficeret vnum attributum manente natura divina, Pater tunc foret Deus, non tamè foret Deus summè perfectus in omni linea perfectionis absolutæ. Sicut enim Deus perficitur per attributa, ita perficitur per relationes: quia sicut Deo melius est esse misericordem, quam non esse misericordem, esse sapientem, quam non esse sapientem; ita melius est Deo esse Patrem, quam non esse Patrem, esse Filium, quam non esse Filium, & esse Spiritum Sanctum, quam non esse Spiritum Sanctum. Unde licet Pater de facto sit Deus integer & completus, non est Deus integer & completus præscindendo ab eo, quod in Patre ratione essentia sit filiatio, & spiratio passiva completæ & integratæ naturam Patris. Ac proinde præscindendo à circumfessione omnium personarum in qualibet, non potest explicari quod: quælibet persona sit Deus summè perfectus & completus in omni linea, & in genere entis. Quare ideo de facto Pater est Deus summè perfectus, quia in Patre ratione essentia sunt omnes relationes, completæ naturam Patris. Unde Arhanasius oratione 2. contra Arianos propriis ad medium, quæ ad principium divinitatis unitæ, & integram vocat, si habeat Filium, sed *non integram*, si aliquando non habuit Filium. Et Dionysius cap. 2. de divinis nominibus sub initium sub hoc nomine, *Tota, perfecta, integra, plenæque divinitate*, intelligit tres personas, simul sumptas, ut evidens est ex contextu, & S. Thomas in commentario lect. 1. col. 2. prope medium exponit esse integrum & perfectum. Unde cum perfectum illud sit, cui nihil deest ex ijs, quibus bene se habet, præsertim quæ postulantur ab ipsis naturis, ut vidimus lect. 4. n. 36. necessario sequitur, Deum non fore perfectum & integrum, atque omnino completum, si illi deficeret aliqua relatio ex his, quæ eius natura postulat, & cum quibus bene se habet, quales sunt paternitas, filiatio, spiratio activa, & passiva. Ergo Pater non esset perfectus, & integer Deus, si ratione divinitatis non existerent in Patre omnes personalitates perficientes, integrantes, & completæ naturam Patris. In ratione entis summè perfecti.

101 Hinc in forma ad argumentum ex num. 99. respondeo, concessa majori, &

minori, negando consequentiam: quæ non sequitur ex præmissis. Ex eo enim quod Pater non sit tres relationes, non sequitur quod tres relationes non sint in Patre integrantes, completæ, & perficientes naturam Patris; nam ex eo, quod Pater non sit Filius, non sequitur, quod Pater non sit, vnum cum Filio, iuxta illud: *Ego & Pater vnum sumus*, ac proinde non sequitur, quod Pater non sit vnum summè perfectum in omni linea, ac proinde summè perfectum in genere relativo, ac proinde ens completum per tres personas, quod est esse *Deum vnum, & Trinum*.

102 Obijcies tertio: forma essentialiter alicui repugnans, nullum effectum potest illi præstare; sed filiatio essentialiter repugnat Patri; ergo non potest illi aliquem effectum præbere, & consequenter non potest illum perfectum constituere. Imprimis concessa majori, potest negari minor: non enim repugnat alicui id, quod ex se postulat esse vnum cum illo. Ac filiatio & Filius ex se postulat esse vnum cum Patre, iuxta illud Christi, *Ego & Pater vnum sumus*. Ergo filiatio non repugnat essentialiter Patri. Aliud enim est opponi relative, & consequenter distingui; aliud opponi essentialiter. Non enim opponitur, quæ in eadem substantia & essentia communicat. Essentialiter assensus repugnat dissensui, & amor odio, & gratia peccator & calor summus ex natura rei repugnat summo frigori; & ideo neque amor potest perficere odium, nec dissensus assensum, nec calor frigus, nec gratia peccatum. At Filius non opponitur hoc modo Patri; sed solum relative, quia Filius nequit esse Pater: hoc autem non sufficit, ne perficere possit Filius Patrem: nam etiã accidens distinguitur essentialiter à substantia, & nihilominus illam perficit.

103 Deinde, concessa majori, potest distingui minor. Filiatio repugnat Patri, quatenus Pater est, admitto minorem; quatenus Deus est, nego minorem. Unde solum infertur, quod filiatio non possit perficere Patrem, quatenus Pater est, seu ratione paternitatis non autem quod nequeat ipsum perficere, quatenus Deus est, seu ratione Deitatis. Patri enim melius est habere essentiam, quæ simul sit filiatio, seu esse Deum, qui sit Filius, quam esse Deum, qui non foret Filius. Nos autem hoc præcipue intendimus, nempe quod quælibet persona perficiatur per omnes relationes, factum quatenus est Deus.

104 Obijcies quarto: quia si Filius perficeretur formaliter per paternitatem, faceret vnum cum ipsa, sicut omne subiectum vel quasi subiectum facit vnum cum forma, per quam perficitur; ac non vnum per identi-

tatem, cum Filius realiter distinguatur à paternitate: ergo per compositionem, & quidem realem, cum extrema componentia sint realiter distincta. At huiusmodi compositio divine simplicitati repugnat: ergo repugnat, Filium formaliter perfici per paternitatem.

Respondeo, hoc argumentum ad summum probare, Filium, ut Filium, non perfici ratione filiationis per paternitatem, ita ut subiectum, vel quasi subiectum immediate suscipiens denominationem perfecti per paternitatem, sit Filius, quatenus Filius, seu ipsa filiationis: non probare tamen, quod non perficeretur Filius, quatenus Deus: nam Filius absolute est unum cum Patre, ut patet ex illo, *Ego & Pater unum sumus*: quidquid autem perficit & complet naturam Filij tanquam proprietas postulata ab illa natura, & illi intrinseca, Filium perficit: Unde in forma distinguo maiorem: si Filius perficeretur per paternitatem faceret unum cum ipsa, vel quatenus Deus, vel quatenus Filius, id est vel ratione essentiae, vel ratione relationis, concedo maiorem; præcisè quatenus Filius, seu ratione filiationis, nego maiorem: & nego, quod non faciat unum cum paternitate, licet enim non faciat unum cum paternitate Filius, quatenus Filius, & ratione filiationis, facit tamen unum cum paternitate, quatenus Deus, & ratione Deitatis, sub qua ratione est unum per identitatem cum Patre: sicut enim hæc duo inter se coherent secundum fidem, nempe Filium esse realiter distinctum à Patre, & tamen esse unum cum illo: quia licet Pater & Filius non sint unus, sunt tamen unum: ita coherent, Patrem esse distinctum realiter à Filio, & tamen facere unum cum Filio unitate essentiae, & unitate entis simpliciter, quia Pater & Filius sunt unum ens simpliciter, à quo omnia entia dependent.

Secundo ex abundantia, & quasi disputandi gratia, respondeo, Filium perfici formaliter per paternitatem, quatenus Filium, id est ratione filiationis: ita ut filiationis formaliter perficiatur per paternitatem, & paternitas per filiationem. Pro quo supponenda sunt duæ veritates conclusiones, quas ex Patribus & Theologis latissimè probant. P. Didacus Ruiz disp. 107. sect. 3. P. Palóus qu. 41. art. 7. Job. f. à num. 16. & P. Aldredo disp. 8. de Trin. sect. 14. Nam Ruiz pro titulo illius sectionis ponit hæc conclusionem: *Qualibet persona secundum se totam est in alia tota persona. Quam conclusionem huiusmodi explicat: Duae partes continent dogma propositum in titulo: prima est, totus Pater est in Filio, ita ut non solum essentia, sed etiam relatio, seu proprietas paternitatis sit in*

Filio, & Spiritu Sancto: idemque vicissim intelligatur de Filio, & Spiritu Sancto. Secunda pars est, Pater est in toto Filio, ita ut non solum sit in essentia Filij, sed etiam in relatione, seu proprietate filiationis: idemque vicissim intelligatur de Patre & Spiritu. Et utraq; partem latissimè probat apertis Patrum testimonijs.

106. Solus autem sequentes statuit conclusiones: primam num. 6. sic: *Una persona in alia esse dicitur, non solum secundum essentiam, secundum quam identificatur in re cum alia, sed etiam secundum personam, secundum quam ab alia realiter distinguitur. Ita omnes: & videtur aperte contineri in verbis Scripturæ dicentis, Pater est in Filio, Filius est in Patre. Secundam num. 8. sic: Sicut qualibet persona tota, & secundum essentiam, & secundum relationem, est in alia: ita aperte est in alia tota, & secundum essentiam, & secundum relationem. Hoc expressè docere censendi sunt Patres, qui non solum dicunt, totas personas esse in alijs simpliciter, sed etiam in alijs totis. Tertiam num. 10. sic: Cum dicitur una persona esse in alia, debet intelligi formaliter, & reduplicatiuè, ita ut non solum is, qui est v.g. Pater, sit in eo, qui est Filius, sed etiam ipsa formalis paternitas sit in ipsa formali filiatione: & consequenter Pater, ut Pater, sit in Filio, ut Filio reduplicatiuè.*

107. Et has conclusiones & veritates videtur expressè docere Ecclesia in hymno feria secundæ ad laudes: *In Patre totus Filius, & totus in Verbo Patris.* Item Nyssenus lib. de differentia essentiae & hypostasis: *Totus quoque Filius in Patre manet, ac totum rursus in se Patrem habet.* Et Cyrillus lib. 3. thesauri cap. 1. *Perspicuum est, totum Patrem esse in toto Filio, & totum Filium in toto Patre.* Denique, ut alios omittam, Augustinus lib. 6. de Trin. cap. 10. in fine, ut æqualitatem inter divinas personas probaret, dixit: *Singula sunt in singulis, & omnia in singulis: & singula in omnibus, & omnia in omnibus, & unum omnia.*

108. Supposita veritate harum conclusionum, apertum est, paternitatem habere aliquam veram & propriam unionem cum filiatione, & filiationem cum paternitate. Quomodo enim verificabitur, Filium, quatenus Filium, esse in Patre, quatenus Patre, quin detur aliquod verum unionis vinculum, & colligatio aliqua intima inter filiationem & paternitatem? Et laudari illam unionem, suadet: nam Filius est verbum Patris, verbum autem meum ita procedit à persona intelligente,

gentē; & ab illa exit, vt maneat in illa; licet enim quod procedit ab alio per actionem transeuntem, & ab illo exit per motum localem, non maneat in illo; tamen quod ab alio procedit vitaliter, & per actionem immanentem, in illo proprie manet, & quamvis Verbum Divinum, quia est substantia per se subsistens, non maneat in suo principio, vt manet Verbum creatum, scilicet tanquam accidens inhaerens substantiæ, quia accidens non est ens simpliciter, sed entis ens, & non est sui, sed substantiæ; manet tamen verè, & proprie, tanquam quid adsans intrinsicè Patri, & in illo insidens: & quamvis Verbum Divinum sit oppositum, & sit sui, eique tribuantur operationes producendi Spiritum Sanctum, & creandi omnia; tamen ita est sui, vt simul sit aliquid Patris, illi intimè coniunctum.

109 Ex his facilè est defendere, Filium formaliter perfici per paternitatem; & è contra, Patrem per filiationem, vt asserunt prædicti Doctores. Et ideo P. Alderetq. tom. 2. de Incarnat. pag. 341. num. 9. in fine, expresse affirmat, vnam relationem divinam formaliter perficere aliam, & idem docet in tomo de Trinitate disp. 8. sect. 14. num. 6. Probaturque, quia vna relatio non est extrinseca, sed est intrinseca alteri, vt modo constitit; & aliunde est ipsi conueniens; Patri enim bonum est habere Filium, in quo sibi bonè placeat; & Filio bonum est habere Patrem, cui placeat; & in quo sibi bonè placeat. Quid autem est bonum alicui, & ipsi intrinsecum, præsertim si sit ab ipso exactum, ipsum perficit. Et idcirco Athanasius in Oratione contra Sabellij gregales aliquando ante medium dixit: *Perfecta paternitas in Filio subsistit*. Et sermon. 4. contra Arianos aliquando post principium: *Est Filius in Patre, quatenus intelligere conceditur, & quod quidquid est Filius, id vniuersum sit proprium; hoc est incunum substantiæ Patris*. Et Cyrillus lib. 2. Thesauri aliquando ante medium: *Nihil proprium vni est, quod alteri non insit; excepta solum Patris, & Filij appellatione*. Et hoc est, quod S. Thomas lect. 4. in cap. 16. Ioannis dicebat: *Quidquid habet Pater, habet Filius, non tamen eodè ordine; nam Filius habet sicut ab alio accipiens; Pater vero sicut alij datus*. Itaque Pater dat Filio filiationem, ipsam producendo; dat essentiam, illam communicando per identitatem filiationis cum essentia; dat paternitatem, illam communicando, non quidè per identitatem cum filiatione, sed per intrinsecam vniionem cum filiatione; nam hoc ipso quod paternitas, & filiatio ita inter se reali-

ter distinguantur relative, vt sint vnu quoad omnia absoluta; ita inter se distinguuntur, vt sint immediate inter se vnita ratione vnius essentiæ, vt vinculi, & vniionis copulantis inter se ea, quæ sunt idem cum ipso, seruat eorum distinctione relativa.

110 His positis, ad argumentum propositum num. 104. respondeo, distinguendo sequelam maioris, *Si Filius perficeretur formaliter per paternitatem, faceret vnum cum ipso; vnum vnitate personali, nego maiorem; vnum vnitate in genere entis, concedo maiorem; iuxta illud, Ego, & Pater vnum sumus*. Et distingo illam minorem: *At non vnum per identitatem*, inter se, concedo minorem; *per identitatem*, cum tertio, nego minorem; vel paulo aliter; *per identitatem*, penes relativa, concedo minorem; penes absoluta, nego minorem; & nego consequentiam. Ex eo enim quod Pater, & Filius non faciant vnum per identitatem, penes relativa, neutiquam inferitur, quod penes relativa faciant vnum per compositionem; datur enim medium, nempe facere vnum per identitatem cum tertio; quæ identitas cum tertio est intima vniio relativorum inter se, seruans distinctionem relativam, & excludens veram compositionem. Vt enim duo aliqua prædicata inter se realiter distincta, faciant vnum per compositionem, requiritur quod neque penes prædicata relativa, neque penes prædicata absoluta, & essentialia inter se identificentur; ac proinde requiritur, quod non sint idem cum vno tertio: vt contingit in relationibus divinis, quæ ita inter se sunt distincta penes prædicata relativa, vt penes omnia absoluta sint omnino idè. Non enim faciunt compositionem inter se illa, quorum essentia, & perfectiones omnes absolute sunt omnino idem huiusmodi enim distincta non comparantur per modum actus, & potentia, ita vt vnum prædicatum sit subiectum recipiens, & alterum forma informans; sed comparantur vt duæ substantiæ relative per se subsistentes, & sibi invicem assistentes intrinsicè, & se mutuo perficientes sine vlla potentialitate, & imperfectione. Hoc enim ipso, quod quælibet relatio divina existat ratione sui identitatem realem cum essentia infinita, æterna, & imensa, est essentialiter determinata; vt sit intimè præsens in omni loco, & tempore alteri relationi existenti etiam identitatem realem cum eadem essentia.

111 Dices, hoc pacto, vnam relationem non vniiri immediate alteri, sed solum mediante essentia. Respondeo medium identificatum cum extremis, non impedire vniionem

nam immediatam extremorum inter se. Nam natura divina immediate videtur humanitati Christi, illamque sanctificat, ex communi sententia Theologorum; quia licet non uniat formaliter ratione sui, sed ratione subsistentia Verbi, in qua facta est unio, tamen subsistentia Verbi medians inter naturam humanam, & divinam, non est distincta realiter à natura divina, sed sunt realiter idem. Et hac de causa non solum est verum dicere: Verbum est incarnatum, sed divinitas est incarnata; & Deus factus est homo. Non tamen potest dici, quod Pater sit incarnatus; quia videlicet Pater distinguitur realiter à Filio, qui ratione filiationis formaliter immediate est incarnatus. Et sicut verum est dicere, quod Pater, & Filius sunt unum in essentia, quia habent essentiam eandem utriusque personae communem; ita natura divina, & humana in Christo sunt unum in persona; quia nimirum persona eadem Verbi subsistit in duplici natura, divina scilicet, & humana, in divina quidem necessario, & essentialiter; in humana vero contingenter, & per gratiam factam humanitati; in divina per identitatem realem, in humana per unionem.

112 Quare quamvis ex eo quod in Deo duo predicata sint idem cum uno tertio, non sequatur, illa esse idem inter se, quando predicata illa sunt relativa, & habent inter se oppositionem producentis, & producti; tamen ex eo, quod duo predicata divina inter se relativè opposita, sint idem cum uno tertio, nempe cum divina natura, rectè sequitur, esse immediatè unita, & colligata inter se, utpotè mutuo inseparabilia quoad existentiam, quoad durationem, quoad ubi-cationem, & quoad intrinsecam existentiam unus in alio. Nam hoc ipso, quod sint idem unum tertio, debent habere omnem illam conjunctionem, quae componitur cum eo, quod unum procedat ab alio. At cum eo quod unum procedat ab alio rectè componitur, quod unum intimè sit unitum cum illo, & in illo existat; licet non componatur quod unum sit idem cum alio; ergo quae sunt idem unum tertio debent saltem esse unita inter se. Quae unio immediata est, quia non intervenit medium distinctum realiter ab extremis.

Quod confirmatur; quia quamvis inter materiam, & formam mediet unionis modus, illa immediate ununtur inter se, quia videlicet esse extrema illa distinguantur à modo unionis, quia quodlibet seorsim, & utrumque simul est separabile à modo unionis; modus tamen unionis cum sit omnino inseparabilis ab illis extremis, est quodammodo idem cum illis; & sepe à Patre Suárez

dicitor modus unionis esse idem cum extremis; ergo à fortiori quamvis inter unam personalitatem, & aliam distinctam mediet essentia divina; quia tamen non solum personalitates identificantur cum essentia, sed essentia cum personalitatibus, quia sunt mutuo inseparabilia, quoad existentiam, quoad locum, & quoad tempus, & mutuo se perficiunt, quia essentia perficit relationes omni genere perfectionis absolute, & relationes perficiunt essentiam perfectione propria suae lineae, & illam complent tanquam proprietates ab illa petuae, & ipsi bonae, & convenientes; ideo essentia non impedit unionem immediatam eorum inter se.

113 Addo, ipsas relationes, ut distinctas virtualiter ab essentia, & quatenus ut sic distinctae identificantur secum virtualiter ordinem ad essentiam, ita ut esse ad illarum sit innino in-praeindibile ab esse in proprio illarum, ut supra explicui num. 54. esse immediate inter se unitas; quia filiatio per seipsam habet procedere à paternitate, & in paternitate manere, tanquam in principio immanentè operante, & paternitas per seipsam habet producere filiationem, & esse illi intimè coniunctam, tanquam termino à se virtualiter producto. Non ununtur autem ad faciendam unam personam; sed ad faciendum unum ens infinite perfectum in omni genere, & ut sit inter se omnino aequalis, non solum intensivè, sed etiam extensivè. Quod non possent habere, nisi una relatio perficeretur per aliam à se realiter distinctam, non minus, quam per seipsam. Nam si una relatio solum perficeretur per predicata, secum realiter identificata; perfectior, saltem extensivè esset paternitas, & filiatio, quam spiratio passiva: nam paternitas non solum perficitur per seipsam, & similiter filiatio, sed etiam unaquaque ex illis perficitur formaliter per spirationem activam, cum qua realiter identificatur; spiratio autem passiva in illa sententia non perficeretur formaliter per spirationem activam, à qua realiter distinguitur; ergo saltem extensivè, esset minus perfecta, quam paternitas, & filiatio. Atque adeo Spiritus Sanctus non esset aequè perfectus tam intensivè, quam extensivè; ac proinde personae divinae non essent omnino aequales in perfectione; sed Pater esset extensivè perfectior, quam Spiritus Sanctus, & similiter Filius: quod est absurdum, & à nemine potest concedi.

114 Obijcies quintò, intellectio quatenus intellectio non potest formaliter perficere nisi illud suppositum, quod constituit formaliter intelligens; vade si ponatur

In lapide, omnino materialiter erit in lapide, quatenus intellectio, quia quatenus intellectio, illud non perficit, cum lapidem non reddat intelligentem: ergo filiatio, quatenus filiatio, solum potest perficere illud suppositum, quod constituit Filium; & similiter, paternitas solum potest perficere illud suppositum, quod constituit Patrem; ergo nec filiatio perficit formaliter Patrem, nec paternitas Filium. Verum hoc argumentum, quod formatum à Recentioribus concedentibus, essentialiam saltem extensivè perfici per relationes, multum probat; quia videlicet probat; filiationem, ut filiatio est, non perficere essentialiter, quia filiatio non facit in genere causæ formalis ut essentia sit Filius, seu ut essentia sit genita; essentia enim quatenus essentia nec generatur, nec generat, & Filius non importat in divinis in recto essentialiam tanquam subiectum denominationis Filij, sed in recto importat relationem, & de obliquo naturam. Ideo enim in Deo multiplicantur personæ, hoc ipso quod multiplicentur relationes, quia personæ divinæ importat in recto relationem. In creatis autem, quia personæ creata importat in recto naturam, & de obliquo modum subsistentiæ, non multiplicantur personæ, quin multiplicentur naturæ; una enim natura cum triplici modo subsistendi, non est triplex persona, ut latè ostendo tom. 3. quia non est triplex subsistens incommunicabiliter, sed unum subsistens triplici subsistentia; sicut una substantia cum triplici albedine non est triplex album.

115 Ad argumentum ergo in forma, concedo antecedenti, nego consequentiam. Antecedens enim est verum ratione materiæ. Intellectio enim quatenus intellectio, est actus vitalis, ac proinde ex conceptu intellectiois, potest provenire ab intrinseco à substantia vivente; ac proinde illam solum substantiam potest denominare intelligentem, à qua postulat immanentem produci. Unde cum non postulet oriri à lapide, immò postulet non oriri à lapide; nec lapis postulet producere intellectioem aliquam, neque ad illam inclinari; intellectio quatenus intellectio non est bona lapidi, nec illi conveniens; ac proinde quatenus intellectio, nequit lapidem perficere. At filiatio quatenus filiatio, est bona Patri; quia bonum; & conveniens est Patri gignere Filium; ac proinde quatenus filiatio; Patrem perficit; tanquam fructus perficit arborem, ut explicuimus supra num. 87. & 88. & similiter paternitas est bona Filio; quia bonum, & conveniens est Filio habere Patrem; ac proinde paternitas perficit Filium, sicut radix perficit fructus;

Pater enim est in Filio tanquam intrinsecum, principium vitæ Filij, cum Pater sit fons, & origo divinitatis: Nam sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso. Ioann. 5. neque Filius potest habere vitam in semetipso, nisi illam accipiat à Patre, ut à principio sibi intrinseco; & in quo manere debet; essentialis enim est Filio divino semper esse in sinu Patris, per quem suum ornatur, & perficitur.

116 Obijcies sextò: vnaquæque persona per se sumpta est integra, & perfecta persona, quatenus distincta realiter ab alia; Pater enim Aternus, quatenus distinctus realiter à Filio, est perfecta, & integra persona; ergo vna persona divina quatenus distincta ab alia, est persona infinite perfecta. At quatenus distincta ab alia, non includit aliam; ergo quatenus non includens aliam, est infinite perfecta; ergo in ratione infinite perfectæ solum includit per personalitatem propriam & essentialiam; ergo infinita perfectio personarum explicanda est præscindendo à circumfessione aliarum personarum in vnaquæque. Respondeo distinguendo antecedens, vnaquæque persona est perfecta, & integra persona, ut distincta ab alia; præscindendo ab eo, quod persona, à qua distinguitur, existat in ipsa tanquam complens ipsius naturam, & perficiens per inexistentiã ipsam personam in ratione entis; nego maiorem; est perfecta persona, quatenus distincta ab alia; habens tamen illam per immanentiam intrinsecam in seipsa tanquam complementum suæ perfectionis; concedo maiorem; & similiter, distinguo consequens. Quia vna persona divina quatenus distincta ab alia, est infinite perfecta; præscindendo ab eo, quod habeat in se intrinsece immanentem personam, à qua distinguitur; nego consequentiam; includendo personam à se distinctam, ut immanentem in ipsa, & complementem naturam ipsius, concedo consequentiam. Nam si per impossibile maneret sola prima persona cum sua personalitate, & omnibus prædictis absolutis; & deficerent reliquæ personalitates, tunc prima persona non esset æquè perfecta, ac nunc est, sed intra genus entis esset imperfecta; ut constat ex dictis num. 100. & numer. 101.

117 Obijcies septimò, ex Godoy disp. 97. §. 12. num. 268. si Pater perficeretur filiatione, perficeretur per aliquid à se realiter distinctum. Hoc autem repugnat, quia perfici per aliquid realiter distinctum à perfectibili, importat imperfectionem; nam realiter perfectibile est in potentia reali ad perfectionem à se realiter distinctam, & conse-

guenter comparatur ad illam, sicut potentia ad actum. & ex utroque fit realis compositio. Confirmatur, quia si Pater posset perfici formaliter per perfectionem à se realiter distinctam, posset esse sapiens per sapientiam generatam, quod est contra Augustinum, & omnes Theologos, ut vidimus disp. 2. sect. 4.

118 Respondeo primo, hoc argumentum non impugnare conclusionem à nobis precipue intentam, nempe quod relationes superaddant perfectionem relativam ad essentiam, & quod quælibet persona perficiatur formaliter per omnes perfectiones relativas. Ad hoc enim salvandum satis est, quod Pater, quatenus Deus, perficiatur per relationem Filij; Pater enim verè perficitur per omne id, quo ipse natura formaliter redditur perfectior, sive intensivè, sive dumtaxat extensivè.

119 Sed age admittamus, Paternitatem formaliter perfici filiatione, ut supra à num. 109. dicebamus cum P. Ruiz, Fasolo, & Alderete: hoc admisso, respondeo, tunc solum perfectibile per aliquid à se distinctum realiter, dicere imperfectionem, quando distinctio vnius ab alio oritur ex limitatione essentia vnius, quæ ex se non habet omnem perfectionem absolutam; quia tunc comparatur ad perfectionem à se distinctam, tanquam potentia receptiva ad actum: secus quando ea, quæ distinguuntur realiter, sunt perfectissimè vnum in essentia, & solum distinguuntur relative propter oppositionem producentis, & producti, tunc enim perfectibile non recipit perfectionem, à qua perficitur; utrumque enim iam perfectibile, quam perficiens, sunt per se subsistentia, & mutuo se perficiunt, quia propter summam identitatem, quam habent cum eadem essentia, sunt mutuo in existentia, & mutuo se perficiunt, & exornant. Hoc pacto licet omne producibile ab alio habente diversam naturam, essentialiter sit imperfectum, quia hoc ipso eius essentia est limitata, & dependens; tamen ex terminis producibile ab alio, non dicitur imperfectionem; quia potest aliter esse præcise penes relationem, & non penes naturam: nam producti ab alio, & per productionem accipere eandem numero naturam, quam habet produciens, non solum non est imperfectio, sed potius arguit summam perfectionem in principio producente, & in termino producto, unde ex eo quod paternitas perficiatur per filiationem, & filiatio per paternitatem, non sequitur, quod faciant compositionem, ut explicui num. 110.

120 Ad confirmationem respondeo, negando sequelam. Nam ex eo, quod

Pater reddatur sapiens sapientia generata, sequitur, naturam divinam non esse ratione sui infinitam in genere perfectionis absolutæ: quia sequitur illam ratione sui, & à se, solum esse intellectivam in actu primo: non autem intelligentem in actu secundo, ac proinde sequitur, redocendum esse ad actum intelligendi ex vi alicuius intelligentis in actu, quod sit prius ipsa: implicat enim ex terminis, ut substantia, quæ ex se solum est potens intelligere, redocatur ad actum intelligendi nisi ex vi intelligentis in actu; ex terminis enim prius est intelligens in actu, quam intelligens in potentia, sicut prius est ens in actu, quam ens in potentia; ut demonstravi tom. 1. disp. 1. num. 4. ex D. Thomæ 1. Contrag. cap. 162 & disp. 2. sect. 4. late probavi naturam divinam à se esse formaliter intelligentem, & amantem, prorsusque repugnare principium aliquid verum, etiam virtuale respectu intellectus, & volitionis divinæ. Unde cum prorsus repugnet dari aliquid intelligens actu prius Deo, repugnat Deum esse sapientem, & intelligentem vnicè per intellectum productam realiter: Quod absurdum minimè sequitur ex eo quod Paternitas perficiatur formaliter per filiationem.

121 Adde, ex eo, quod Pater solum redderetur sapiens formaliter, & intelligens per Filium à se productum, manifestè sequitur, Patrem non genuisse Filium voluntariè, & sponte, & quia voluit; quod est aperte falsum, ut docent omnes Theologi: cum D. Thomæ quest. 41. art. 2. Essi enim Deus non genuerit voluntate, hoc est libere libertate indifferentiæ, sicut voluntate produxit mundum; ac proinde licet genuerit necessario necessitate opposita libertati indifferentiæ, non tamen genuit necessario necessitate opposita voluntarietati, & spontaneitati, Pater enim voluit generare Filium, & sicut semper generat, ita semper vult generare. Unde generatio est voluntaria voluntate concomitante, & quodammodo etiam voluntate præcedente, ut principio, ut ex Patribus, & Scholasticis, probat P. Ruiz disp. 93. sect. 2. ut enim inquit Athanasius Orat. 4. contra Arianos: *Sicut P. volens, cupitorque est sua essentia; ita quoque Filius, qui substantia illi proprius est, non est illi in vivo superinductus.* Et Clemens Romanus lib. 7. constitut. cap. 422 in symbolo recitanda à baptizandis, dicit: *Unigenitum ante sæcula volente Patre genitum*, vel ut alij legunt: *Beneplacito Patris genitum.* Nec solum Pater complacet quasi speculative in Filio ut iam genito; sed in eo signo, in quo intelligitur potens generare, & summè determinatus ad generandum per

per intellectum, intelligitur volens generare, volitione scilicet practica, & aliquo pacto precedente. Filium, ex quo evidenter inferatur, Patrem pro priori ad Filium esse actu intelligentem, & sapientem; quia implicat pro priori ad Filium esse actu amansum. Filij existentiam; & non esse actu cognoscensum. Tum volitio necessario debeat esse, & dicitur. Ratione cognitionis. Quod plane esset falsum, si Pater solum esset sapiens. Sapiencia genita, quia sicut ante Filium non intelligeretur sapiens, & actualiter cognoscens, ita nec intelligeretur volens; ergo ex eo, quod Pater perficiatur per Filium a se realiter distinctum, minime sequitur, quod sit sapiens. Sapiencia genita, quia a se non habeat formaliter sapientiam, sed eam producere debeat, ut sit formaliter sapiens.

SECTIO NONA

Solvitur fundamentum Thomistarum de hoc sumptum à magnitudine, quæ in

Deo non multiplicatur.

112 **E**X Hoc capite arguit Godoy disp. 78. §. 3. num. 19. In Deo non sunt concedendæ tres magnitudines etiam relativæ. At si relationes ratione sui dicerent perfectionem, concedendæ essent in Deo tres magnitudines relativæ; ergo relationes ratione sui non dicunt perfectionem. Sequelam minoris probat Godoy. Primo, nam iuxta D. Thom. quæst. 42. à num. 4. magnitudo Dei idem est, ac perfectio Dei. Secundò, quia ideo tres magnitudines negantur in Deo, ne alicui ex divinis personis aliqua magnitudo desit, & ne in magnitudine summe non adæquentur; at idem est inconveniens, quod alicui personæ aliqua perfectio desit, & quod in ratione perfectionis summe non adæquentur: ergo eadem ratione, qua in Deo tres magnitudines negantur, debent etiam tres perfectiones in illo negari. Antecedens verò probat ex Augustino pluribus in locis, præcipue lib. 5. de Trinitate cap. 8. ubi ita loquitur: *Quemadmodum Deus est Pater, Filius Deus est, & Spiritus Sanctus Deus est, non tamen tres Deos dicimus, sed unum; ita Magnus Pater, Magnus Filius, Magnus Spiritus Sanctus, non tres Magni, sed unus Magnus.* Et ad finem capitis: *Sicut non dicimus tres essentias; sic non dicimus tres Magnitudines, sed unam essentiam, & unam magnitudinem.*

absolutè, & simpliciter, & sine addito determinante prolatam, supponere pro perfectione absoluta, quatenus habet identificatam se cum omnem perfectionem sine imperfectione; seu pro ente summe perfectò, cum quò sunt vnum omnia divina; nomen enim perfectionis divinæ, cum non determinatur, & restringitur ad supponendum determinate pro aliquo genere, & linea perfectionis, supponit pro cumulo omnium perfectionum, quatenus inter se adiunguntur in vna essentia. Nam cum perfectum iuxta nominis Etimologiam nihil aliud sit, quam quod est admodum & consummate factum, & quasi perfectum, augente scilicet particula, per, significationem, ut sæpe solet, prout notat ex D. Gregorio, & Thomas 1. part. quæst. 4. art. 1. hoc nomen perfectum, impositum est ad significandum id, cui nihil deest, ut docet Aristot. 5. Metaph. cap. 6. unde quamvis in Deo non sit illud, à quo est impositum nomen; illud tamen, ad quod significandum imponitur, propriissime reperitur in Deo, cui nihil deesse potest. Unde in Deo est simpliciter vna bonitas, & vna perfectio, quia Deus est vnum ens infinite bonum, & infinite perfectum. Vnde inquit D. Thom. 1. part. quæst. 4. art. 1. corp. *Bonum dicitur rationem perfectis, quod est appetibile; & per consequens dicitur rationem ultimi.* Unde id, quod est ultimo perfectum dicitur bonum simpliciter; quod autem non habet ultimam perfectionem, quam debet habere, quamvis habeat aliquam perfectionem, in quantum est actus non tamen dicitur perfectum simpliciter; nec bonum simpliciter, sed secundum quid. Cum ergo Deus sit vnum ens ultimo perfectum, & in eo omnes perfectiones sint vnum quid simpliciter infinitum, nam hi tres, Pater scilicet, & Filius, & Spiritus Sanctus, vnum sunt; ac proinde sunt simpliciter vna bonitas, & vna perfectio. Quia tamen id, cui nihil deest, constituitur per multas formalitates, seu per multa prædicata, inter se, vel realiter, vel ratione nostra distincta; id quod est vnum perfectum, & vna perfectio, vnum bonum, & vna bonitas simpliciter, & absolute loquendo; potest cum addito dominante, & determinante dividi in multas perfectiones, vel bonitates partiales, vel quasi partiales, quarum quælibet dicatur perfectio, & bonitas inadæquata. Sic ergo quamvis in Deo vna tantum sit simpliciter, & absolute loquendo Magnitudo, Bonitas, & perfectio; nimirum consummata, & complectens omnia, quæ Deo intrinsecè convenire possunt; possunt tamen dici multe perfectiones, multe Bonitates, multe Magnitudines, cum illo ad-

dito diminūente, restringente; & determinante, relative; unde sicut in Deo cum eo quod tres personæ sint inter se realiter distinctæ, componitur optimè quod sint simpliciter *unum* iuxta illud; *Ego & Pater unum sumus*, & illud; *Et tres unum sunt*, ita cum eo quod tres personæ sunt tres perfectiones relative, tres bonitates relative, tres magnitudines relative, tres entitates relative, tres existentia relative, componitur optimè, quod simpliciter, & absolute loquendo omnes tres divinæ personæ non sint nisi *vna* bonitas, *vna* magnitudo; *vna* entitas, & *vna* existentia; quia illud additum *relative* determinat, limitat, & contrahit rationem perfectionis complectentem omnem lineam, & omnem gradum perfectionis; ad certum, & determinatum genus, quod in Deo est secundarium; si sumatur ut prædictum ab essentia.

125 Nam essentia est infinite perfecta simpliciter in omni genere perfectionis absolute; & per seipsam summè felix, & summè beata; neque exigit relationes ut sit summè perfecta, sed quia est sic perfecta, & ex redundantia perfectionis, ut scilicet habeat, cui suas absolutas perfectiones communit; & relationes eatenus sunt perfectæ infinite in suo genere, quia ratione sui exigunt identitatem cum essentia, qua exigentia exclusiva non essent infinite in suo genere; unde relationum magnitudo est secundaria, & per ordinem ad essentiam, estque proinde magnitudo secundum quid, si præcindamus relationes ab essentia, & earum magnitudinem per conceptus nostros comparemus cum magnitudine, quam habet essentia secundum se ut præcisa à relationibus. Et idem est de alijs prædicatis, videlicet de bonitate, existentia, & entitate. Hæc ergo est ratio cur D. Thom. quæst. 42. art. 4. initio corporis dixerit: *Magnitudo Dei non est aliud quam perfectio nature ipsius*. Et ad secundum, ut explicet, quo pacto Filius sit æqualis Patri in magnitudine, inquit: *Magnitudo in divinis significat perfectionem nature, & ad essentiam pertinet, & ideo æqualitas in divinis, & similitudo secundum essentialia attenditur*. Ideo ergo licet Magnus sit Pater, & Magnus Filius, & Magnus Spiritus Sanctus, non sunt tres Magni, sed vnus Magnus, quia omnes tres personæ sunt vna essentia & vnus Deus, qui in se formaliter includit omnem perfectionem absolutam, & necessàrio secum affert omnem perfectionem relativam possibilem sine imperfectione, per quam, vel intensivè, vel saltem extensivè perficitur, & constituitur infinitum formaliter in tota latitudine entis. Et ideo prædicatum Dei, & rec-

ni, immensū, omnipotentis, existentis, Magni, & similia; quæ sunt absoluta, non multiplicantur, quamvis multiplicentur personæ habentes illa prædicata: quia ut explico late tomo 3. disp. 2. 4. non solum forma in abstracto est communis; sed individuum per se existens, quod ab illa forma absoluta primo, & per se denominatur. Nam Deus idem est ac habens Deitatem, omnipotens idem, ac habens omnipotentiam, Magnus idem, ac habens magnitudinem: denominatio autem habentis hæc prædicata absoluta cadit in recto supra essentiam, quæ primo, & per se non est alterius à se virtualiter distincti, nisi terminum relationis, sed sui. Deitas enim habet subsistentiam absolutam, & ratione illius est habens seipsam, habens omnipotentiam, & reliqua omnia prædicata absoluta: ideoque concreta illa non multiplicantur, non præcise, quia non multiplicatur forma habita, sed quia non multiplicatur subiectum, vel quasi subiectum habens per se primo formam. Quamvis enim Pater, v. g. habeat Deitatem, omnipotentiam, & similia, denominatio habentis non multiplicatur; quia non cadit supra Patrem, quatenus Pater est re-duplicativè, sed supra Patrem quatenus Deus est. Denominatio autem relative cadunt in recto supra relationes, & ideo multiplicantur ad multiplicationem relationum; & ideo sunt tres personæ, tres subsistentes incommunicabiliter, vnus producens, & alter productus; vnus generans, & alter genitus; duo spirantes, & vnus spiratus. Quia ergo denominatio habentis existentiam de se est absoluta, & præcindens à relatione, & denominatio habentis omnipotentiam, & similes; ideo non possunt dici absolute & sine addito tres existentes, tres omnipotentes, &c. sed solum cum hoc addito, *relative*, vel tres existentes adiectivè, & secundario.

SECTIO DECIMA

Soluntur argumenta recentis Scriptoris

126 **O**BIICIT Præterea nobis Sapiensissimus M. Aguirre supra laudatus initio huius disputationis, tom. 2. Theologiæ S. Anselmi (quem Salmanticæ edidit anno 1681. sub eodem prælo, & eisdem caracteribus, quibus tunc tomus iste excudi cepit) disp. 37. num. 12. *In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositis*. Atqui penes bonitatem seu perfectionem, nulla est inter personas oppositio relativa: ergo bonitas, seu perfectio non multiplicatur simpliciter, ac recipiatur

in divinis. Maior constat ex Patribus, & Concilij. Minorem probat, quia iuxta fidem personæ divinæ non opponuntur penes essentiā, cum ea sit planè communis tribus verè, & per identitatem. Unde quilibet illatum in Concilij dicitur PERFECTVS DEVS. Et ergo neque opponuntur, quoad bonitatem, seu perfectionem aliquam in toto genere entis. Probat consequentiam: quia essentia divina per seipsam, & ex suo conceptu formali est omnis bonitas, & perfectio de genere entis; cum consistat in ratione entis à se, quæ in suo conceptu formali excludit omnem dependentiam, limitationemque; ac proinde plenitudinem bonitatis, & perfectionis in omni genere claudit absque ullo defectu perfectionis, bonitatisve intra totum genus entis: ergo sicut personæ divinæ nullatenus opponuntur in essentia, ita neque in vlla bonitate, ac perfectione intra totum genus entis.

127. Urget eandem rationem num. 13. Ideo tres personæ nullam subeunt pluralitatem perfectionū attributivā, vt eternitatis, immensitatis, sapientiæ, &c. quia quoad illas nullatenus opponuntur: ideo autem non opponuntur in ijs, quia conveniunt in vna numero essentia, quæ per seipsam, & absque vlla distinctione reali, aut virtuali intrinseca, est eternitas, immensitas, sapientia, &c. Atqui eadem divina essentia per seipsam, & absque vlla distinctione virtuali intrinseca est omnis bonitas, seu perfectio de genere entis: est enim de suo conceptu formali ens à se, ac proinde essentialiter excludit omnem dependentiam à qualibet causa, omnemque subinde limitationem, à qua sola potest provenire quilibet defectus, sive privativus, sive negativus perfectionis intra totum genus entis: ergo tres personæ divinæ nullam subeunt pluralitatem alicuius bonitatis, aut perfectionis intra totum genus entis.

128. Verum hoc argumentum eadem forma probabit, relationes divinas non addere ratione sui aliquam entitatem, vel realitatem ad essentiam, quod est aperte falsum; nam vt hic author num. 15. merito pronuntiat, essentia divina ob suam fecunditatem exigit distinctionem realem trium personarum, ac subinde tres res, & tria entia relatiua. Sequela probatur, reperendo formam argumenti; nam sicut penes bonitatem, & perfectionem, simpliciter talem, non opponuntur relationes; quia omnes sunt vnum summum bonum, & vnum summè perfectum; ita non opponuntur penes entitatem simpliciter talem, quia omnes sunt vnum ens primum, neque enim dantur multa prima entia. Sicut ergo hoc non obstante admitti debent

tres entitates cum hoc addito relatiua; ita admitti debent tres bonitates, & tres perfectiones cum hoc addito relatiua; entitas enim actualis, & realitas actualis, qualis est relatio, est formalissimè bonitas, & perfectio: cum bonitas, & perfectio sit proprietas meræ physice entitatis, sicut & unitas, unde proprie implicat multiplicari entitates actuales; quin multiplicentur bonitates, ittes enim relationes quatenus sūt tres entitates actuales, sūt bonæ personæ, & ipsi essentia; bonū enim essentia est id, quod ipsa ratione sui exigit, & ratione sui est amabile, & appetibile id, quod ratione sui exigit identificari cum Deo.

129. Hinc in forma ad argumentum ex num. 126. concedo maiorem; & distinguo minorem; Penes bonitatem, seu perfectionem, nulla est inter personas oppositio relatiua; penes bonitatem, & perfectionem absolutam, sive simpliciter talem; concedo minorem; penes bonitatem, & perfectionem relatiuam, nego minorem: ad eius probationem concedo antecedens, & nego consequentiam; quia in genere entis, & sub eius amplitudine comprehenduntur, non solum perfectiones, & bonitates absolutæ, inter se identificatæ; sed perfectiones, & bonitates relatiuæ inter se distinctæ, & identificatæ cum perfectionibus absolutis. Nec illa consequentia bene probatur: est enim essentia divina per seipsam, & in suo conceptu formali sic omnis bonitas, & perfectio de genere entis absoluti, & per seipsam, & in suo conceptu formali exigit omnem perfectionem relatiuam secum realiter identificare; tamen in suo conceptu formali non includit omnem perfectionem de genere entis; sicut in suo conceptu formali non includit omnem entitatem de genere entis, quia non includit formaliter entitatem relatiuam paternitatis, v.g. siquidem sub conceptu formali essentia est per identitatem in Filio, & in eodem non est per identitatem paternitas. Nec ex eo quod essentia divina consistat in ratione entis à se, & in suo conceptu formali excludat omnem dependentiam, limitationemque, inferri potest, quod in suo conceptu formali includat formaliter plenitudinem perfectionis, & bonitatis in omni genere: sed solum sequitur, quod includat formaliter omnem perfectionem absolutam carentem imperfectione, & quod exigit omnem perfectionem relatiuam, vel quod illam eminenter contineat: sicut iisdem non sequitur, quod in suo conceptu formali includat omnem entitatem carentem imperfectione intra genus, & latitudinem entis; quia entitas essentia quantumvis sit infinita, non includit in suo conceptu

ceptu formali existentiam paternitatis; v. g. quatenus paternitas est; quia entitas essentialiter formaliter inclusa in eius conceptu identificatur realiter eorum filiatione; cum quatenus non identificatur entitas relativa filiationis; ex quo necessario sequitur; illam entitatem relativam non includi formaliter in entitate essentiali; quatenus est entitas essentialis. Neque ex eo quod essentia sit formaliter ens a se excludens omnem dependentiam ab omni causa, & omnem limitationem; inferri potest, ut iam dixi, quod excludat perfectionem a relatione, ut distincta virtualiter ab essentiali; immo necessario inferitur; relationes formaliter perfectionem dicere in conceptu suo; quia ex eo quod essentia sit ens a se, sequitur ipsam exigere relationes inter se realiter distinctas, quae quatenus sic distinctae, sunt bonae, & appetibiles ratione sui ab essentiali; quia quatenus sic distinctae, sunt omnino necessariae, ut natura divina existat in pluribus personis; & sit omnia completa in genere entis; omnis autem formalitas complens naturam divinam; intra latitudinem entis, bonitas, & perfectio est; ratione sui appetibilis, & estimabilis, & in qua Deus necessario complacet. Et Verbum ratione suae proprietatis personalis est representatio producta, ut ostendi disp. 21. & denominatio representationis productae non cadit supra representationem essentialem; sed supra relativam, quae est imago, in qua Pater videtur suas perfectiones; neque enim solum denominatur producta relatio quatenus est ad aliud, sed quatenus est hypostasis Filij; & imago Patris: ut enim inquit Augustinus 7. de Trinit. cap. 1. *Omnis essentia, quae relative dicitur, est aliquid, excepto eo, quod dicitur.* Unde cap. 3. sic inferri: *Si Pater non est aliquid ad se, non est omnino, qui relative dicatur ad aliud.* Ergo Pater, ut Pater, est aliqua perfectio, quae relative dicitur ad Filium; & Filius ut Filius, est aliqua perfectio, quae relative dicitur ad Patrem: ergo multiplicantur perfectiones, & bonitates relativae.

130. Secundo, idem auctor num. 16. arguit contra nos ex doctrina Anselmi, & aliorum Patrum assertentium, tantam esse perfectionem, & aequalitatem divinarum personarum, ut nulla ex his sit perfectior alia, neque duae, aut tres simul sint aliquid melius, aut maius, quam singulae seorsum acceptae, quae Patrum assertio nequit salvari, si relationes ratione sui superadderent perfectionem ad essentialiam. Verum huic argumento abunde a nobis satisfactum est, tota lect. 8. praesertim §. 5. & 6. per circummissionem unius personae in alia, ut cuius qualibet per-

sona, non minus perfecte alias, quam seipsam. Omnes enim relationes, sunt in essentiali eadem; illi ubi personae per identitatem; & illam reddunt perfectam omni genere perfectionis. Unde cum in quolibet persona sit essentiali eadem, ut identificans secum omnes perfectiones relativae, quamvis eas perfectiones relativae non identificaverit se, quia identitatem illas secum, quin eas considerat inter se; & cum in omnibus simul nihil aliud sit, quam essentia cum omnibus relationibus; sic consequens, ut in omnibus simul non sit aliquid maius, aut perfectius, nec intentius, neque extensivius, quam in qualibet seorsum. *131. Non Adiutat. Sapientissimus Magister namque 3. Quia per se loquendo, inquit, ex terminis, dicuntur, melius, ac praestantius est in quolibet vel habere aliquam perfectionem identificatam re ipsa, quam distinctam, quanto melius, ac praestantius est habere rationem partem, & simplicis actus, quam mixtivarum coalescentis ex activis, & passivis. Sicutur in divinis sunt tres perfectiones relative identificate re ipsa cum essentiali, & cum tribus personis distinctae tamen in re a quolibet persona seorsum; melius, ac praestantius erit cum essentiali, tum triplex persona, quam una sola. Sed respondeo facile ex dictis tota lect. 8. distinguendo illam propositionem: Melius, ac praestantius est in quolibet vel habere perfectionem identificatam re ipsa, quam distinctam. Habere identificatam cum essentiali sua, quam distinctam ab essentiali sua; concedo: habere identificatam cum personalitate sua, potius quam distinctam; sub distinguo, quando personalitas est entitas absoluta, concedo; quando est relativa, ut contingit in Deo, nego.*

132. Itaque argumentum solum probat, omnes personas simul, fore perfectiores qualibet seorsum, si personalitates, sicut sunt inter se realiter distinctae, ita forent distinctae realiter ab essentiali; quia tunc resultaret per compositionem totum quoddam maius qualibet parte seorsum, quia essentia tunc multiplicaretur, sicut multiplicantur personalitates, & in qualibet persona daretur essentia distincta ab essentiali alterius. Et quamvis fingeremus, eandem naturam numero existere realiter in tribus personalitatibus ab ipsa realiter distinctis; sequeretur idem inconveniens; quia hoc ipso, quod natura distingueretur a personalitatibus, esset finita, & similiter personalitates; entitas autem finita unita duabus vel tribus finitis facit quid maius, quam unita cum una tantum entitate finita. At ubi persona una habet naturam realiter identificatam cum alijs personis a se distinctis, non minus

minus perficitur per alias personas, quam per seipsum; quia ipsius naturæ & essentiæ non minus bonæ sunt alię personalitates, quam propria. Natura enim Patris *Æterni* non minus compleitur, & perficitur per filiationem, quam per paternitatem; æquè autem bonum est ali-cui supposito, quod æquè perficit naturam ipsius. Quare una persona illius naturæ est æquè perfecta, ac omnes simul, quia quilibet persona perficitur per omnes personalitates identificatas cum ipsius natura, & alię personæ non minus perficiunt ipsam, quam ipsa perficiatur à seipsa.

133 Et comparando etiam immediate filiationem cum paternitate, in qua per circumfessionem inexistit; Pater non minus gaudet de filiatione, quam de paternitate, neque minus bona est Patri filiatio manens per circumfessionem in ipso quatenus Patre, quam ipsa paternitas; & quavis distincta à Patre, non minus connexa est cum Patre, quam ipsa paternitas; ac proinde non minus Patrem exornat, & perficit, quam paternitas. Sic si fingamus duas substantias, alteram identificantem secum gratiam habitualementem; alteram habentem gratiam habitualementem distinctam sibi ita inherentem, ut neque substantia à gratia, neque gratia à substantia per ullam potentiam separari posset, non minus sanctificaretur posterior per gratiam distinctam, quam prior per gratiam identificatam.

134 Arguit tertio, n. 26. quia iuxta doctrinam Patrum, in divinis personis unica est Magnitudo, Maiestas, Dignitas, & Bonitas, sicuti una est essentia: ergo est unica perfectio in ipsis, non triplex. Sed ad hoc argumentum satis diximus tota sect. 9. à num. 122.

135 Arguit quarto, n. 30. ex verbis symboli S. Athanasij, in quibus de Christo dicitur: *Perfectus Deus, perfectus homo*. Similiter: quæ à Concilijs, & Patribus quilibet ex divinis personis, dicitur, *Perfectus Deus*, vnde Anselm. in Monol. cap. 14. aliàs 43. inquit: *Est autem perfecte summa essentia Pater, & perfecte summa essentia Filius. Pariter ergo Pater perfectus per se est, & pariter perfectus Filius per se est, sicut vierque sapit per se*. Hoc autem esset falsum, si relationes superadderent perfectionem aliquam ad essentiam, ergo non superaddunt. Probat minorem, quia Filius nequit esse perfectus Deus, nisi à divinitate sibi communicata secundum omnem ipsius perfectionem. Si autem paternitas v.g. ex proprijs affert perfectionem relativam, hæc proculdubio perficeret in sensu formali divinitatē. Cumque paternitas non communicetur Filio, ut fide sanctū est, neque divinitas perfecte Filio communicabitur, proindeque non erit perfectus Deus.

136 Imprimis huic argumento facile

respondebunt, qui cum nostro subtili Antonio Perez supra citato, n. 89. defendunt, divinam essentiam, neque intensivè, nec extensivè perfici formaliter relationibus, quia continet eminentissimè perfectionem omnium relationum, estque in se ita infinitè perfectā, ut eius perfectio nequeat formaliter augeri, atque adeo relationes non exigit, ut per eas perficiatur, sed ut eas infinitè perficiat. Facile, inquam, respondebunt, unamquamque personam habet essentiam divinam ut summè perfectā, & quamvis Filius non habeat paternitatem, nullam perfectionem essentialiter illi deficere, quia paternitas perficit formaliter Patrem, non autem essentiam. Atque adeo dicent, personam quamlibet esse extensivè perfectiorem, quam sit essentia secundum se, quia includit infinitam perfectionem essentialiter, & insuper perfectionem paternitatis, & ab utraque perficitur.

137 Secundo, qui cum P. Suarez dicant, essentiam ratione sui continere eminenter perfectionem relationum, & esse infinitè intensivè perfectam ratione sui, & solum extensivè perfici per relationes: respondebunt, unamquamque personam esse perfectam Deum, quia unaqueque habet summam essentiam, quæ intensivè nequit esse perfectior; & quavis careat personalitate sibi relativè opposita, non propterea desinet esse perfectum Deum, quia Deus in ratione perfecti Dei constituitur dumtaxat per prædicata essentialia.

138 Nos vero iuxta principia, stabilita sect. 8. §. 4. à n. 76. ubi probavimus essentiam formaliter perfici per relationes, & intra genus entis intensivè crescere eius perfectionem per relationes; ad argumentum ex n. 136. Respondemus negando sequelam minoris: ad eius probationem dicimus, Filium non posse esse perfectum Deum nisi à divinitate sibi communicata secundum omnem ipsius perfectionem; asserimus tamen divinitatem communicari Filio cum omni sua perfectione, atque adeo dicimus, Filio non solum communicari essentiam, sed etiam paternitatem; essentia namque in Filio non est denudata paternitate, sed in Filio habet omnes suas relationes, & per illas perficitur, nam de fide est, *Patrem esse in Filio, & Filium in Patre; iuxta illud Christi: Ego in Patre, & Pater in me est*: vnde licet fide sanctū sic Patrem non esse Filium, fide tamen sanctum non est, sed planè falsum, paternitatem non communicari Filio: nam certum est, Patrem, quatenus Patrem esse in Filio, atque adeo in Filio esse paternitatem, non quidem constituti- vè, & substantivè, sed perfectivè, & adiectivè, & per intimam circumfessionem, ut explicui sect. 8. toto §. 5. à num. 91. certum etiam est, nihil habere Filium, quod non sit sibi communi-

catum à Patre, unde in qualibet persona est essentia cum omni sua perfectione, tam absoluta, quam relativa; atque adeo verissimum est, quod dicit Anselmus: *Est perfecte summa essentia Pater, & similiter Filius.* Licet enim Pater non sit omnis perfectio per quam perficitur essentia, est tamen essentia perfecta per omnem perfectionem, tam absolutam, quam relativam quas omnes perfectiones essentia secum deferit ad omnes, & singulas personas; nec enim in vlla persona est denudata, & carens aliqua relatione. Idque satis perspicue docuit ident Anselmus in Monologio cap. 57. aliàs 59. *Iocundum est intueri in Patre, & Filio, & utriusque Spiritu, quomodo sint in se invicem tanta equalitate, ut nullus alium excedat.* Et post pauca: *Est enim totus Pater in Filio, & communi Spiritu, & Filius in Patre, & eodem Spiritu, & idem Spiritus in Patre, & Filio.*

SECTIO VNDECIMA.

Solvitur ultimum argumentum. Vbi in relationes divinae, quatenus praecise ab essentia, sint inter se aequales.

139 **D**ENIQUE Opposit nobis Godoy disp. 78. num. 26. coiplo quod paternitas perfectio relativa sit, realiter à filiatione distincta, est perfectio realiter distincta à perfectione filiationis, & conseqüenter aequales esse non possunt, quia ut communis Philosophia tradit, duae species, seu duo essentialiter distincta, non possunt inter se adaequari; sed necessario debet inter illas intervenire excessus; asserente Philosopho, *species esse sicut numeros, inter quos coiplo quod intercedat essentialis distinctio, aequalitas in ratione numeri intercedere nequit; Ergo Pater ut Pater, & Filius ut Filius in perfectione adaequari non possunt, coiplo quod relationes perfectiones dicant non convenientes omnibus personis formaliter: inaequalitas enim formarum in suis concretis relucere, est necesse.* Huc utque ille author?

140 Cystovatus in Damascenum lib. 1. cap. 11. videtur concedere paternitatem secundum propriam perfectionem relativam dicere maiorem perfectionem, quam dicat formaliter filiatio: & hoc modo intelligit Damascenum, & alios Patres Graecos dicentes, *Patrem esse maiorem Filio, non natura, sed dignitate personali.* Quod non potest esse contra aequalitatem simpliciter, quia Filius ratione essentiae eminenter continentis relationes, absolute est aequè perfectus, ac Pater: Et hanc sententiam secutus est P. Fasolus quaest. 28. art. 2. dub. 5.

tam postquam num. 144. asseruit: *Personalitates, ac relationes, etiam si considerentur prout inter se realiter distinctae, modo accipiuntur adaequate secundum totum id, quod vere sunt in re ipsa esse simpliciter dicendas inter se aequalis omnino perfectionis.* Et postquam ibi dixit: *hoc à nullo bono Theologo posse negari.* Postea num. 145. hanc statim conclusionem: *Eadem divinae relationes, si considerentur tantum ut realiter distinctae inter se, & non considerentur ut identificantur cum essentia, sed considerentur ut ab ea omnino praecise mentaliter, dici non possunt aequalis omnino perfectionis.* Et iterum quaest. 47. art. 1. num. 11. & 13. asserit, relationes ut praecise ab essentia, esse inaequales, & dissimiles. Additque, Patres adeo clarè, ac frequenter favere huic dicendi modo, ut ingenuus Theologus, qui eos attentè legit, & non suum, sed eorum sensum sequi vult, non possit hinc dicendi modum abijcere. Et illo priori loco num. 146. ait, se potissimum ad hoc asserendum motum fuisse gravissima, & communissima Patrum autoritate, qui illud Christi Joan. 14. *Pater maior me est,* exponunt de Filio Dei secundum se, & non ut incarnato, ut ipse expendit quaest. 27. art. 1. num. 49. Magister verò sententiarum apud Fasolum q. 42. art. 1. num. 11. ait, divinas relationes, ut praecise ab essentia, nec esse aequales, nec inaequales, neque similes, neque dissimiles. Ut patet ex eius verbis adductis à Fasolo ibi num. 9. nam postquam Magister dixit: *Personas aequales esse propter unitatem essentiae, & similes propter essentiae simplicitatem.* Sic tandem concludit: *Non ergo secundum quod Filius est genitus à Patre, aequalis, vel inaequalis est Patri, nec similis, vel dissimilis; sed aequalis, & similis secundum substantiam.*

141 Melius tamen loqueretur, qui diceret, relationes secundum proprias rationes, nec aequales, neque inaequales esse, sed diversas, quia suo modo sunt diversarum rationum, & ea, quae comparantur in ratione aequalis, vel inaequalis, oportet, ut habeant quantitatem eiusdem rationis. Neque illa duo immediate opponuntur respectu omnium, quae distincta sunt; nam licet, & superficies, neque aequales dici possunt, neque inaequales; & hunc discurrendi modum sectari debent quotquot aiunt, relationes ratione sui nullam dicere perfectionem, neque imperfectionem. Cum enim teste Philosopho 5. metaph. *Aequalia sint, quorum quantitas est una;* & quantitas alia sit molis, alia perfectionis: sanè relationes, ut praecise ab essentia, neque aequales, neque inaequales erunt, si ratione sui nullam dicunt perfectionem, seu quantitatem virtuaalem. Verum cum haec sen-

tentia efficaciter sit impugnata in tota hac disputatione; dicendum necessario est, relationes ut præcisas ab essentia, vel æquales, vel inæquales esse; quia si omnino conveniunt in quantitate perfectionis, erunt æquales; si discrepant, erunt inæquales.

142. Mihi verissimum apparet, relationes divinas esse omnino æquales; non solum quatenus sunt idem cum essentia, & quatenus unaquæque illarum perficitur per omnes vicissim, sed etiam comparando paternitatem nudè sumptam cum filiatione, & quatenus est perfectio relativa distincta ab illa. Ratio est, quia quamvis præscindamus relationes ab essentia, non possumus præscindere illas ab ordine ad essentiam. Quia relationes divinz, si concipiuntur ut relationes divinz, & non tantum secundum conceptum genericum, in quo conveniunt cum relationibus creatis, debent concipi, ut exigentes ratione sui identitatem cum essentia; sub quo conceptu habent in genere relationis perfectionem infinitam, in hoc autem conceptu filiatio equalis est paternitati. Non enim minoris perfectionis est in filiatione, quod ratione sui sit passiva acceptio essentia; quam in paternitate, quod ratione sui sit datio, & communicatio essentia. Quamvis enim in creatis melius sit dare, quam accipere, in Deo tamen melius non est: tantæ enim perfectionis est in filiatione, quod sit entitas producta cum identitate ad naturam divinam, quanta est in paternitate, quod sit entitas producens cum identitate ad naturam, ut iam explicui disp. 10. sect. 11. pag. 148.

143. Fundamentum autem illud illiusstrisimi Godoy ex num. 139. debile est. Primo, quia etiam in creatis falsum est non posse reperiri substantias specie diverlas, quin sint inæquales: nam distinctio specifica attenditur penes dissimilitudinem, & per hoc præcise, quod substantiæ habeant proprietates, & operationes dissimiles, sunt diverla: possunt autem esse tales, quamvis omnibus pensatis non magis estimabilis sit una quam alia: nec vlla est ratio, quæ persuadeat, omnes species debere esse sicut numeros diverlos, qui hoc ipso sunt inæquales. Secundo, quia illud Philosophi propriatum intelligitur de essentia, quæ neque est esse diverla, quin sint inæquales; species enim essentiam significat; non autem de relationibus, quatenus distinctæ sunt. Tertio, quia quidquid sit, ad illud pronuntiatum verum sit in creatis; in Deo verum esse non potest, quia cum relationes divinz totam suam perfectionem sentiant per ordinem ad essentiam, cum qua ratione sui exigunt identificari, implicat, ut habeant inæqualitatem; siquidem in exigenda essentia omnino conveniunt quando quidem

omnes exigunt identitatem realem cum eadem numero essentia. Quod si dicas, hoc pacto relationes divinas non poni æquales secundum esse ad, sed secundum esse in. Respondeo, relationes divinas, si concipiuntur ut divinz esse omnino in præscindibiles ab omni esse in, ut explicui in hac disput. dum. 54. quod si concipiamus illas secundum esse ad commune relationibus creatis, & increatis, sub illo conceptu præscindunt ab æqualitate, vel inæqualitate. Paternitas vero sumpta ut distincta ab essentia divina, & concepta, ut paternitas terminata ad filiationem increatam, necessario dicit ordinem ad naturam divinam, & nequit ab hoc ordine præscindere, licet præscindat ad ipsa essentia, & divinitate, quatenus est perfectio absolutissima infinite perfecta. Et propterea admittendæ sunt tres existentia relative, quia unaquæque relatio habet suum proprium esse in, ac proinde suam propriam existentiam distinctam realiter ab existentia relativa alterius. Ut enim inquit Caietanus 1. p. q. 28. art. 2. §. In resp. Relatio realis fundata in substantia habet proprium esse in, & proprium esse ad, & cum constet, quod esse in est eius actualis existentia, constat quod genus generalissimæ relationis est forma havens propriam existentiam.

SECTIO DVODECIMA.

Aliqua illationes ex dictis circa multiplicationem predicatorum divinarum.

144. **E**X Dictis in hac disputatione constat manifestè, dari tres existentias relativas, ut probavi num. 8. quod latè probat Exim. Doct. lib. 3. cap. 5. & reddit rationem num. 8. quia existentia nihil aliud est, quam actualis entitas, vel si ita loqui velimus, nihil aliud est, quam actualitas ipsius entitatis; at tres proprietates personales, ac divinz, sunt tres entitates æquales realiter inter se distinctæ, & ratione ab entitate essentia: ergo sunt tres existentia relative realiter inter se distinctæ, & ratione ab existentia essentia. Constat similiter, dari tres bonitates, seu perfectiones relativas, & tres veritates relativas transcendentales. Licet loquendo absolute, & sine addito illo determinante relative, unica sit Dei existentia, unica bonitas, & unica perfectio.

145. An in Deo dentur tres res? Circa hoc, omnes fatentur, tres personas esse, & posse dici tres res, inquit Exim. Doct. lib. 3. cap. 6. n. 2. & ita loquitur S. Thom. 1. p. q. 392. art. 3. ad tertiam, dicens: Hoc nomen, Res, secundum quod pertinet ad relationem pluraliter predicari de divinis personis. Idem docet

docet Anselm. lib. de Incarnat. Verbi cap. 3. redditque rationem, *Solemus enim dicere rer quidquid aliquo modo dicimus esse aliquid; qui autem de Deo Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum dicit; aliquid dicit. Probaturque hoc ipsum P. Suar. Quia unaquaque persona est aliqua res simpliciter, & absolute, quia est aliqua substantia veras, & realis & distinguuntur realiter, quia sunt tres res.*

146 Si autem quæras, an in Deo dentur tria entia? S. Thom. circa hoc nomen ens scrupulosius loquitur in 1. dist. 25. art. 4. non enim vult ut concedamus tria entia, sicut tres res & reddit rationem, quia ens dictum est ab esse: ergo non possunt esse plura entia. At Exim. Doct. cō cap. 6. n. 4. *Nihilominus veram, inquit, censeo, tres personas esse tria entia realia. Quia revera illæ duæ voces, Ens, & res, licet fortasse habeant Etymologias diuersas, tamen quoad rem significatam sunt synonyma, & idem conceptus memis illis correspondet, ut constat ex usu, & communi modo concipiendi. Idque confirmat, quia ens non significat de formali ipsum esse, sed entitatem quamcumque: vnde cum in Deo multiplicentur entitates, hoc ipso multiplicentur entia.*

147 Mihi fatius videtur, omnia hæc nomina, *ex* *stantia*, *Bonitas*, *perfectio*, *res*, *existentia*, *ens*, non posse absolute, & sine addito in Deo dici pluraliter; quia omnes divinæ personæ sunt absolute, & simpliciter vñ ens, vñum existens, vñum bonum, vñum perfectum, vna res, vna existentia, vna bonitas, vna perfectio, & vna entitas. Vt ergo pluraliter dici possint, addendum est additum determinans, & restringens ad relationes, ac proinde dici poterunt tria entia relativa, tres bonitates, tres res, tres entitates relative.

148 Sed quæres, an dici possint tres essentia relative? Ratio dubitandi, quia cum dentur tres divinæ personæ, & personæ quatenus distinctæ possint defini, & definitio sit oratio explicans essentiam rei, videtur posse admitti tres essentias relativas, sicut admittuntur tres existentia relative. M. Banez 1. p. q. 29. art. 3. inmediate ante dubium scripsit: *Quod hæc propositio, in Deo sunt tres essentia relative, posset aliqua ratione concedi.* At P. F. solus q. 30. art. 1. n. 27. hoc cum Zumei acriter impugnat. Et eruditissimus Ruiz disp. 24. sed. 2. ex doctrina Patrum late probat, tres divinas personas non esse tres essentias, sive naturas. Potissima ratio est (inquit sect. 3. num. 1.) quoniam *essentia* quavis formatione vocis esse videatur abstractum entis; attamen significatione non parum discrepat ab adæquato abstracto entis. Hanc autem significationem contulit vius Philosophorum, & Theologorum,

apud quos, *Essentia*, sive *essentia*, vel *natura* proprie significat quidditatem abstractam à singularibus differentiis, & consequenter abstractam certam à suppositivitate, seu personalitate, quæ supervenit singularibus differentiis.

149 Et hæc doctrina traditur à D. Thom. 1. p. q. 29. art. 2. in quo inquiri: *Virum persona sit idem quod hypostasis, substantia, & essentia.* Nam ad tertium hæc habet: *Dicendum, quod essentia proprie est id, quod significatur per definitionem. Definitio autem complectitur principia speciei, non autem principia individualia. Et ideo hypostasis, & persona addit supra rationem essentia principia individualia.* Quare licet in Deo multiplicentur personæ, atque relationes, & entitates relative, non tamē multiplicatur essentia; quia personalitates, & relationes sunt principia individualia, per quæ personæ, quæ in essentia conveniunt, & vñ cuius unaquaque persona est Deus, essentialiter differens ab alia substantia, quæ Deus non est, distinguuntur, realiter inter se, non quidem specificè, sed individualiter, neque penes naturam, & essentiam, sed penes relationem, quæ est proprietas individualis uniuscuiusque personæ. Vt enim docet idem D. Thom. 1. p. q. 28. art. 2. corpore, essentia, & relatio in Deo licet sint idem re, differunt secundum rationem, quia *in relatione importatur respectus ad suum oppositum, qui non importatur in nomine essentia.*

150 Quapropter sicut in homine necesse dicit esse duplicem essentiam, alteram naturæ humanæ, alteram humanæ substantiæ, seu personalitatis; ita nec in divinis licet admittere essentiam absolutam Deitatis, & essentiam relativam personalitatis. Essentia enim divina significat id, quo Deus constituitur formaliter in esse Dei, quod neque absolute, nec relative multiplicatur. Adde, quod apud Patres, & Concilia contra Arianos pro eodem usurpatur natura, & essentia. Atqui in Deo non possunt admitti tres naturæ relative; ergo nec tres essentia relative. Minor constat, ex edicto fidei edito à Iustin. quod extat in 2. tom. Concil. ante 6. Synodum; in quo edicto sic dicitur: *Nemo unquam ausus est, in Catholica Ecclesia dicere, quod sicut tres substantia, sic & tres naturæ sunt Sancta Trinitas. Tres enim naturas in Sancta Trinitas, solus Arius ausus est dicere.* Quæres iterum, an tres personæ dici possint tres substantia? Respondeo ex D. Thom. 1. p. q. 29. art. 2. corp. secundum Philosophum 5. Metaph. substantiam sumi dupliciter: *Vno modo dicitur, inquit, substantia quidditas rei, quam significat definitio: secundum quod dicimus, quod definitio significat substantiam rei. Quam quidem substantiam*

tantiam, Græci vñiam vocant, quod nos essentiam dicere possumus. Alio modo dicitur substantia subiectam, vel suppositam, quod subsistit in genere substantiæ. Quare si substantia sumatur pro vñia, seu essentia, in Deo vna tantum substantia datur. Si autem substantia sumatur pro supposito, quod Græci hypostasim vocant, & in rationali natura idem est, ac persona; in Deo sicut dantur tria supposita, sicut tres personæ, vel tres hypostases, ita in Deo dantur tres substantiæ: Sed quia nomen substantiæ, quod secundum proprietatem significationis respondet hypostasi, æquiuocatur apud nos, cum quandoque significet essentiam, quandoque hypostasim, ne possit esse erroris occasio, maluerunt (Patres, ac Theologi) pro hypostasi transferre subsistentiam, quam substantiam, vt inquit D. Thom. ibid. ad secundum, vnde sicut apud Græcos in Deo datur vna vñia, & triplex hypostasis; ita apud Latinos datur vna essentia, & triplex subsistentia, seu persona. Nomen verò substantiæ est æquivocum apud Latinos, & nunquam potest concedi triplex substantia in Deo, quin addatur aliqua particula exprimens personalitatem, & relationes; vt si dicitur: datur triplex substantia personalis, vel triplex subsistentia, id est, triplex hypostasis, vel persona.

151 Absolutè autem loquendo, & sine aliquo addito determinante, vel explicante, tres personæ non sunt triplex substantia, sed tantum vna, vt probat ex Concilijs, & Patribus P. Ruiz disp. 23. sect. 2. vnde Concilium Toletanum vndecimum in professione fidei volum. 2. pronuntiat: *Nec sicut tres personas, ita tres substantias predicamus, sed vnam substantiam, & tres personas.* Et ratio est, quia nomen substantiæ non significat relationem, & oppositionem cum alio, sicut nomen persona, hypostasis, & suppositum. Vnde licet absolutè dicamus tres personas, nec possumus dicere, quod in Deo datur vna tantum persona; tamen absolutè non possumus dicere, quod dantur tres substantiæ in Deo; possumus vero dicere, quod in Deo datur vna tantum substantia.

SECTIO VLTIMA:

Ex dictis in tota disputatione infertur, non magis essentiam esse de conceptu relationum, quam relationes sint de conceptu essentia.

152 **E**XIMIVS Doct. P. Franciscus Suarez disp. 28. Metaph. sect. 2. n. 10. asserit, relationem divinam, v. grat. Paternitatem, quantumvis præcise, ac formaliter concipiatur à nobis, esse ens simpliciter

infinite, quia nunquam potest præscindi, vel abstrahi, quin in suo obiectivo conceptu includat essentialiter totam essentiam perfectionem. Quamquam enim, inquit, mens nostra dicatur præscindere paternitatem in abstracto ab essentia, ex parte conceptus formalis, seu expressæ considerationis, quia nimirum per illum actum mens non considerat paternitatem vt includentem essentiam, nec essentiam vt in relatione inclusam, nihilominus non potest ita præscindi, vel excludi essentia ex parte conceptus obiectivi paternitatis, quin in illo essentialiter includatur, ita vt si mens reflectatur, & consideret, quid in illa paternitate concepta includatur, necessario inueniat, ibi includi essentialiter totam diuinitatem, & infinitatem, quia diuinitas est de conceptu omnium, quæ in Deo sunt. Hæc ibi. Quod etiam docet. 1. p. lib. 17. de essentia Dei cap. 12. Addit vero, relationes non esse de conceptu essentia; & lib. 4. de Trinitate cap. 5. hoc latè probat. Porissima autem ratio est, quia quid est de essentia Dei, seu de conceptu formali essentia; diuinæ, est de essentia singularum personarum, & de conceptu formali illarum: sed tres relationes non sunt de essentia, seu conceptu formali singularum personarum: ergo nec sunt de essentia Dei, seu de conceptu formali essentia. Et cap. 7. num. 5. late probat, diuinam naturam essentialiter includi in relationibus ipsis, nec posse ab eis præscindi eo modo, quo relationes ab ea præscinduntur. Quare in hac sententia Pater & paternitas non differunt nisi ex modo significandi, sicut ens, & entitas, Deus, & Deitas, quia quid quod includitur in conceptu formali obiectivo Patris, includitur etiam in conceptu paternitatis. Et hanc sententiam P. Suarez quoad vtrâque partem sequitur P. Ruiz. Quoad primam, quod scilicet essentia elaudatur in quidditativa ratione personalitatis, disp. 13. quoad secundam vero disp. 14. sect. 1.

153 Mihi vero, eodem modo philosophandum videtur in essentia respectu relationum, ac in relationibus respectu essentia. Sicut enim paternitas in abstracto sumpta, & vt à nobis concipitur expressè, quin concipiamus essentiam, nequit præscindi ab ordine ad essentiam, quia vt sic concepta exigit identificari realiter cum essentia: ita è conuerso essentia diuina, quantumvis concipiatur expressè præscindendo à relationibus; nihilominus non potest præscindi ab eo, quod exigit essentialiter identificari cum tribus personis, quia hoc ipso quod concipiamus illam, vt infinitam, si reflectamus supra hanc infinitatem, comperiemus illam essentiam ratione sui formalissimè exigere esse in tribus personis, quia debemus concipere

pere illam ut secundam, & infinito communis
 capilem. Et si enim relationes ipsæ virtualiter
 intrinsecè distinguantur ab essentia tamen exi-
 gentia relationum ab essentia nullo pacto di-
 stinguuntur, quia essentia per se ipsam exigit re-
 lationes. Nec eget ratio, qua nititur P. Suarez;
 et si enim essentia sit in Filio, & in eodem non
 sit paternitas constitutivè, id est, identificans
 sibi filiationem; est tamen in Filio perfectivè,
 seu identificans sibi essentiam Filij; & ubicumque
 que existit essentia, existunt omnes relationes,
 ut identificata cum ipsa, quamvis existant cum
 ordine inter se. Essentia enim est identitas sui
 cum relationibus, non tamen est identitas earum
 inter se, unde prorsus implicat essentiam
 existere in aliqua persona, quis in eadem per-
 sona existant omnes relationes, ut identificatas
 cum essentia, quamvis non omnes ibi existant
 identificata cum illa persona, ut latè supra ex-
 posuimus explicantes circuminsersionem per-
 sonarum. Ac proinde sicut paternitas, v. gratia
 nullibi existit, quin ibi habeat secum identifi-
 catam essentiam; ita essentia nullibi existit,
 quin ibi habeat secum identificatam paternita-
 tem, filiationem, spirationem activam, & pas-
 sivam: ergo si essentia est de conceptu relatio-
 num; debent relationes esse de conceptu essen-
 tiæ. Vtrumque aurem absolutè asserunt Aureo-
 lus, Bañez, Valentia, & Zumel apud Fasolum,
 quæst. 28. art. 2. dub. 4. nem. 93.

154 Ego vero conveniens cum P.
 Suarez, & P. Ruiz, & cum communi sententia
 apud Fasolum ibidem dub. 3. à num. 58. in eo
 quod relationes non sint de conceptu essentia;
 pariter sentio, essentiam non esse de conceptu
 relationum, cum P. Vazquez disp. 121. cap. 2.
 Molina quæst. 28. art. 2. disp. 6. concl. 4. Bec-
 ano cap. 2. quæst. 5. Zuñiga disp. 3. dub. 15. &
 16. & cum Fasolo quæst. 28. art. 2. toto dub. 4.
 à num. 91. referente pro hac sententia sexde-
 cim Doctores. Rationem insinuavi in hac disp.
 sect. 1. num. 12. quæ ulterius confirmatur. Pa-
 ternitas enim quatenus distincta realiter à fi-
 liatione, & distincta virtualiter intrinsecè ab
 essentia, solum dicit in suo conceptu formali
 obiectivo illud prædicatū, ut cuius distinguitur

realiter à filiatione, non autè illud ratione cuius
 est idem cum filiatione; sed ratione essentia est
 idem cum filiatione: ergo paternitas, ut distin-
 cta realiter à filiatione, non includit formaliter
 essentiam; sed præcise includit prædicatū re-
 lativum, ut cuius distinguitur realiter ab illa.

155 Quare licet paternitas, ut distin-
 cta à filiatione, sit prædicatū divinum, non
 tamen ut sic distincta, est formaliter ipsa divina
 natura, seu Deitas: sed dicitur prædicatū di-
 vinum, quia ratione sui exigit identificari cum
 divinitate, seu Deitate; & est aliquid existens
 intra Deum, ut constat ex dictis, sect. 2. num.
 12. Hæc pro dignitate præbare, non est nostri
 instituti: solum placuit illa insinuare, quia iux-
 ta hunc discurrendi modum, facilius intelligen-
 tur, quomodo relationes ut distinctæ ab essen-
 tia, dicant perfectionem. Quamquam P. Suarez
 hoc ipsum sufficienter explicet; nam in eius
 sententia licet essentia non possit excludi à re-
 latione, quia in illa formaliter implicite inclu-
 ditur; nihilominus potest præcise à nobis consi-
 derari, quid habeat paternitas divina secundum
 id tantum, quod intelligitur addere ultra abso-
 lutam perfectionem essentia; & ita in illa sen-
 tentia paternitas secundum id, quod explicite
 dicit, addit perfectionem relativam ad perfe-
 ctionem absolutam essentia; & secundum id,
 quod implicite imbibit, dicit perfectionem es-
 sentia. Unde relatio secundum illud explici-
 tum in sententia Patris Suarez dicit perfectio-
 nem infinitam in aliquo genere determinato;
 nempe in genere relativo: at vero secundum
 implicitum dicit perfectionem infinitam in
 omni genere, seu in genere entis; ut ipse ex-
 plicat ea disp. 28. metaph. sect. 2. num. 11. In
 nostra vero sententia licet relatio realiter sum-
 pta sit infinita in omni genere, tamen sumpta
 formaliter quatenus distincta realiter ab alia
 relatione, & distincta per rationem præscinden-
 tem ab essentia, non dicit perfectionem infi-
 nitam in omni genere; sed infinitam in
 suo genere. Et hæc sufficiant pro hac
 gravissima controversia, & pro
 toto tractatu de Tri-
 nitate,

INDEX ALPHABETICVS

RERVM, QVAE CONTINENTVR

IN HOC TOMO, IN QVO, QVIA PAGINAE TRACTATVS

de Trinitate non continentur cum paginis tractatus de Prædeterminatione, littera *P.* magna, significat tractatum de Prædeterminatione, littera vero *p.* parva, significat paginam: littera vero *T.* significat tractatum

de Trinitate: littera *N.* numerum marginalem.

A.

Actio:

Actio meritoria est tota à gratia, & tota à libero arbitrio, *P.* p. 83. n. 252.

Actio elicita à voluntate ex vi præfinitionis antecedentis scientiam mediam non subderetur dominio ipsius, *P.* p. 153. num. 49.

Vt cognitio applicet potentiam ad actionem externam, non requiritur affectus voluntatis determinatè illam subsequens, *P.* p. 79. n. 47.

Actio productiva cuiuslibet debet esse inconnexa cum merito, & carentia meriti, *P.* p. 110. n. 63.

In creatis actio physica est de conceptu intelligentis, *T.* p. 26. num. 109.

Actio generativa in Deo est idem virtutè cum paternitate, *T.* p. 139. n. 65. & p. 157. n. 42 disp. 11.

Actus:

Actus intellectus, qui constituit prædeterminationem, assignatur, *P.* p. 13. n. 41.

Actus præfinitus necessariò evenit necessitate consequentiæ, non consequentis, *P.* p. 19. n. 22.

Actus pravus cadit sub Dei providentiâ permissentem, non præfinitentem, *P.* p. 37. n. 101.

Actus existens præter intentionem Dei, non ideo est casualis respectu ipsius, *P.* p. 38. n. 102.

Omnis actus salutaris propriè hostis est, quatinus principalis sit effectus gratiæ, *P.* p. 83. n. 252.

Perfeciissimè Dei dominium supra actus liberos creature solum petit esse immediatum in influendo, & mediatum in determinando, *P.* p. 104. n. 321. & 322.

Deus amat necessitatè eliciendi actum bonum vel malum, quin amet disjunctivè actum bonum, & malum, *P.* p. 113. num. 38.

Nec datur, nec dari potest actus intrinsicè, & essentialiter liber, nò tamen repugnat actus essentialiter necessarius, *P.* p. 124. à nu. 79.

Duobus modis potest impediri existentia actus liberi divini, *P.* p. 155. num. 57.

Duobus tantum modis assignari potest

prioritas inter ipsos actus liberos Dei, *P.* p. 210. n. 68.

Trinitas personarum non est prior prioritate à quo respectu actum liberorum, *P.* p. 245. n. 2. Imperium efficax antecedens non coheret cum indifferentia proxima ad actum imperatum, *P.* p. 300. n. 29. & 30.

Auxilium gratiæ vincit, & determinatè inclinat in actum honestum, & vincit in illum influere potest, *P.* p. 66. n. 197.

Amor, Amor.

Repugnat Deum amare futuritionem conditionatam peccati, *P.* p. 113. num. 38.

Deus amat necessitatè eliciendi actum bonum vel malum, quin amet disjunctivè ipsum actum bonum & malum, *P.* ibid.

Non stat libertas ad amorem, quin voluntas habeat, vel pro libito habere possit carentiam decreti cum amore connexi, *P.* p. 142. n. 12.

Repugnat voluntatè liberè amare, quin amor oriatur ab omnipotentia, ut pro prioritate indifferenti ad concurrentem, vel non concurrentem, *P.* p. 147. n. 30.

Ante voluntatè conferendi auxilium congruè necessariò debet præcedere maior alius quis amor Dei erga hominem, cui conferuntur auxilia efficacia, *P.* p. 257. num. 51.

Vt aliquis amor sit efficax, præter connexionem cum obiecto, requiritur vis determinandi ad existentiam illius, *P.* p. 318. n. 66. & 67.

Amor angelicus, & humanus differunt intra propriam lineam amoris, *T.* p. 47. n. 8.

Amor divinus productus intra Deum est Deus, quatenus est à natura divina media voluntate, *T.* p. 49. n. 12.

Non amat Deus necessariò possibilis, licet ea necessariò cognoscat, *T.* p. 85. n. 59.

Et si Deus necessariò amaret possibilis, non propter Spiritus Sanctus per se procederet ex eorum amore, *T.* p. 86. num. 63.

Stat bene possibilitatem creaturæ amari, quin creatura ipsa ametur, *T. p. 86. n. 63.*

Licet Filius, & Spiritus Sanctus necessario accipiant amorem liberum, non tamen necessario, sed liberè amant, *T. p. 88. n. 3. & 4.*

Angelus.

Dei perfectioni non derogat, quod Angelum peccantem ad poenitentiam excitare non possit, *P. p. 29. n. 71.* Angeli dum seipso intelligunt, formant Verbum in eandem, *T. p. 15. n. 59.*

Agens.

Eadem formalitas potest esse libera respectu duplicis agentis: respectu unius positivè, & respectu alterius negativè, *P. p. 164. n. 89.*

M. Aguirre.

Eius argumenta contra perfectionem relativam superadditam absolutæ, dissolvuntur, à *p. 207. ad 212.*

Anselmus.

Definitio perfectionis simpliciter simpliciter ab ipso tradita, explicatur, *T. p. 185. à n. 60.* Iuxta ipsum omnis necessitas, quæ causa est, ut noster actus sit, tollit libertatem, *P. p. 240. n. 3.* Optima similitudine explicat, cur homo non possit de bono suo opere gloriari, *P. p. 88. n. 68.*

Auxilium.

Specialitas auxilij, sine quo finaliter perseverare non possumus, iuxta Tridentinũ, in quo consistat, *P. p. 23. num. 41.* Auxilia physicè equalia, sunt inæqualia in ratione gratiæ, & beneficii, *P. p. ibid.* Quamvis omnia auxilia prævideantur inefficacia, adhuc Deus potest voluntatem convertere, relinquendo libertatem sufficientem ad meritum, *P. p. 50. n. 72.* Quomodo intelligendum sit, Deum non posse liberè convertere voluntatem ex suppositione quod omnia auxilia appareant incongrua, *P. p. 50. n. 75.* Auxilium gratiæ vnicè, & determinatè inclinat in actum honestum, & vnicè in illum influere potest, *P. p. 66. nu. 1897.* Omnipotentissima Dei potestas ad faciendum ut voluntas liberè se exerceret, est potestas exercenda per auxilia indifferentia, & non prædeterminantia, *disp. 3. n. 105. & 106. n. 136. & 187. 146. & seq. & 166.* Nullum est auxilium inefficax, quod non redderetur efficax, si Deus circumstantias mutaret, *P. p. 100. n. 311.* Deum non posse convertere voluntatem per auxilium a determinatè negando omne aliud, est impotentia solum consequens, nec indecens, *ibid.* Scientia media de inefficacia auxilij nullam aufert Deo potentiam, quam antea habebat, *P. p. 101. n. 314.* Repugnat metaphysicè eventus, in quo voluntas prævideatur dissensura omnibus auxilijs collectivè, *P. p. 107. n. 6.* Aliqua infallibilitas fundatur in collectio-

ne auxiliorum, quæ non fundatur in singulis, *P. p. 108. nu. 12.* Eo modo, quo auxilia sunt indifferentia, & inconnexa, collectio etiam indifferens est, & inconnexa, *P. p. 111. n. 24.* Ex eo quod voluntas possit resistere singulis auxilijs, non rectè deducitur posse videri resistens singulis, *P. p. ibid. n. 27.* Voluntatis est metaphysicè necessitata, ut appareat in sua conditionato consentiens infinitis auxilijs, *P. p. 121. n. 69.* Deus cum eodem numero auxiliorum potest convertere liberè voluntatem, quando, quomodo, & ubi voluerit, *P. p. 128. à n. 5.* Ita dat Deus ex vi providentiæ generalis auxilia, quæ futura sunt efficacia, ut illa dedisset, quævis futura fuissent inefficacia, *P. p. 199. à n. 30.* Deus in distribuendis auxilijs vi voluntatis generalis, non attendit ad eorum congruitatem, *P. p. 203. n. 45. & 46.* Motivum intrinsecum voluntatis conferentis auxilium congruum ad perseverandum; non est eius congruitas, sed divina bonitas, *P. p. 208. n. 56. & p. 329. n. 105.* Directio scientiæ mediæ non est necessaria, ut collatio auxilij congrui sit speciale beneficium, *P. p. 247. à n. 91.* Licet scientia mediæ de congruitate auxilij augeat beneficium, tamen scientia de incongruitate, illud non minuit, *P. p. 249. n. 222.* Deus conferens duobus hominibus auxilia omnino equalia, & pari effectu cum ignorantia eventus secuturi, adhuc maius beneficium conferret operanti, quam non operanti, *P. p. 249. n. 23.* Scientia mediæ nequit non habere prioritatem, à quo respectu decreti conferentis auxilium congruum, *P. p. 251. n. 301.* Abusus auxilij prævisi, per scientiam mediæ retrahit ab eius collatione, *ibid. n. 31.* Ante voluntatem conferendi auxilium congruum necessariò debet præcedere maior aliquis amor Dei erga hominem illum, cui confertur auxilia efficacia, *P. p. 257. nu. 51.* Intentio efficax operationis honestæ non præcedit priori decretum eligens auxilium congruum ad obtinendum illum finem, *ibid. n. 52.* Pro ductio auxilij congrui nequit esse essentialiter connexa cum operatione, *P. p. 304. à num. 32.* Repugnat auxilium vnicè pendere à præfinitione efficaci non complexa operis, *P. p. 308. n. 22. & 24.* Repugnat voluntatem collativam auxilij coexistere cum scientia congruitatis, quin ab illa oriatur, *P. p. 329. n. 104. & 105.* Obiectum decreti applicantis omnipotentis est collatio auxilij sufficientis, & negatio prædeterminantis, *P. p. 355. nu. 191.* Repugnat voluntatem collativam auxilij sufficientis ad rectè operandum esse essentialiter connexam cum existentia peccati, *P. p. 375. n. 51.* *V. Electio.*

Augustinus.

Iuxta Augustinum gratia efficax non consistit

ſiſt in prædeterminatione phyſica, ſed in motu vitali præparante voluntatem, *P.* p. 32. n. 80. & p. 33. nu. 83. Collocatur, ab ipſo in vocatione congrua, *ibid.* p. 90. n. 276. Celebris definitio prædeſtinationis ab ipſo tradita, latè exponitur, *P.* à p. 3. in illis verbis, *Præſcientia, & præparatio, &c.* loquitur de præſcientia abſoluta, *ibid.* p. 4. Iuxta Auguſtinum ideo bona voluntas noſtra libera eſt donum Dei, quia ante illam præcedit vocatio gratuita, *P.* p. 105. n. 325. Nec agnoſcit mediū inter vocationē & conſenſum noſtrum liberū, *ibi.* & p. 79. n. 238. & p. 67. nu. 199. Iuxta Iplum repugnat metaphyſicè eventus, in quo nullum appareat per ſcientiam mediam auxilium congruum ad faciendum vt voluntas noſtra liberè convertatur, *P.* p. 107. n. 7. Nunquam Auguſtinus hanc retractavit propoſitionem, *Vt velimus ſuum eſſe voluit, & noſtrum: ſuum, vocando; noſtrum, ſequendo;* vt illi imponit Pſeudo Philaletes, *P.* p. 78. à n. 235. Aliquando docuit, fidem non eſſe donum Dei; & hoc poſtea retractavit, & acriter conſutavit, *P.* p. 81. n. 243. Loſigois Auguſtini locus, vnde conſtat gratiam non eſſe ab intrinſeco efficaciæ, ſed in noſtra poteſtate eſſe eius efficaciæ impedire, *P.* p. 67. nu. 199. Quomodo iuxta Auguſtinum Deus benè operantes à non operantibus diſcernat, *P.* p. 87. n. 267. Deus iuxta Auguſtinum non vult, ſed tantūm permittit vt fiat actus peccati, *P.* p. 46. n. 126. Nunquam retractavit ſententiam de vocatione congrua, *P.* p. 89.

B.

Beatus

Beati, dum Deum vident, produciunt verbum mentis, *T.* p. 15. n. 56. Beati in Verbo vident creaturas; non ita in Spiritu Sancto, *T.* p. 25. num. 104.

Beneficium.

Conſenſus liber circa obiectum honeſtum non eſt novum beneficium diſtinctum à collatione actus primi, & vocationis congrue, *P.* p. 105. nu. 324. Deus conferens Petro auxilium, quod prævidet congruum, maius beneficium illi confert, quam Paulo, cui confert ſimile auxilium, prævidens non fore efficacem, *P.* p. 201. n. 37. & p. 23. à n. 42. Directio ſcientiæ mediæ non eſt neceſſaria, vt collatio auxilij congrui ſit ſpeciale beneficium, *P.* p. 247. à n. 9. Licet non ſit beneficium ſine animo benefaciendi, ſtat tamen maius beneficium ſine animo magis benefaciendi, *P.* p. 249. n. 20. Licet ſcientia mediæ de congruitate auxilij augeat beneficium, tamen ſcientia de incongruitate illud non minuit, *P.* p. 249. nu. 21. Vide verbo *Auxilium.*

Bonum, Bonitas.

Repugnat, quod voluntas ita deſerat bonum honeſtum, vt eſſet illud deſertura ob quamcumque tentationem minoram, & minorem, *P.* p. 129. n. 9. Implicat, voluntatem creatam amare ſine actione phyſica, per quam tendat in bonum cognitum, *T.* p. 26. n. 109. Sola bonitas divina eſt motivum intrinſecum voluntatis conferentis auxilium congruum ad perfeverandum, non eius congruitas, *P.* p. 208. n. 56. & p. 329. n. 105. Bonitas transcendentalis quid? *T.* p. 178. à n. 36. Hæc multiplicatur in Deo, ſicut multiplicantur relationes, *ibi.* p. 177. tota ſect. 4.

C.

Cauſa, Cauſo.

Quæ Deus cauſat, prædeſtinat, *P.* p. 2. n. 3. Nulla cauſa creata impedire poteſt, ne Deus obtineat, quæ efficaciter vult, *P.* p. 93. num. 286. Cauſa prima debet immediatè influere in omnes res creatas, non tamē illas omnes immediatè determinare, *P.* p. 105. nu. 323. Scientia mediæ non eſt ſimpliciter cauſa operis, ſed ſolūm ſecundūm quid, *P.* p. 259. n. 60.

Chriſtus.

Deus in decreto mittendi Chriſtum cognovit, an eſſet venturus Adamo non peccante, *P.* p. 136. nu. 33. De fide eſt, Chriſtum non pro ſolis Prædeſtinatis mortuum fuiſſe, *P.* p. 198. num. 27.

Caramuel.

Hic ingenioſus author ſententiam Soris tatis non penetravit, *P.* p. 63. nu. 186.

Circumſeſſio vnius perſonæ in alia

In qualibet perſona ſunt omnes per circumſeſſionem, *T.* à p. 196. Quamvis relationes dicant perfectionem, nulla eſt perfectio in vna, quæ non ſit in alia, quia in qualibet perſona ſunt omnes perſonæ illam perfectientes, quatenus perficiunt eius eſſentiā, *ibi.* à p. 197. ad 204. Perſona ſecundūm ſe tota eſt in alia tota perſona; & ita paternitas eſt in filiatione, & e contra, *T.* p. 200. n. 105.

Cognoſco, Cognitio.

Deus ob eminentiam ſui intellectus eſt eſſentialiter determinatus ad cognoſcendum; quid faceret voluntas creata poſita ſub quantumque conditione, *P.* p. 98. nu. 300. Deus in determinatione præſenti ſuæ voluntatis cognoſcere poteſt, quid ipſe eſſet decreturus in alijs circumſtantijs, *P.* p. 135. n. 32. Deus in decreto mittendi Chriſtum cognovit, an eſſet venturus Chriſtus, Adamo non peccante, *P.* p. 136. nu. 33. Poteſt aliquid eſſe medium cognoſcendi ſub conditione incompoſibili cum eius eſſentiā, *P.* p. 138. nu. 422. Vt cognitio applicet potentiam executivam ad actionem externam, nõ requiritur affectus

voluntatis determinatè illam subsequutus, *P.* p. 179. n. 47. Cognitio creata iuxta mentem *D. Thom.* est actio productiva verbi à se realiter distincti, *T.* p. 16. à n. 63. Probabilis est cognitionem in creatis esse ipsam verbum, *T.* p. 26. n. 109. Ex cognitione totius Trinitatis procedit Verbum Divinum, *T.* p. 67. n. 5. Cognitio ista non est abstractiva, sed entitativa, *T.* p. 69. n. 13. In signo priori ad productionem Verbi Deus non cognoscit personas ut productas, aut extituras, *T.* pag. 69. n. 14. Verbum Divinum procedit ex cognitione possibilem, *T.* p. 71. n. 2. Dei essentia conneditur essentialiter cum cognitione ut representante in actu secundo possibilem, *T.* p. 75. n. 20. & 21. Deus habet relationem transcendentalem ad creaturas passibiles, *T.* p. 76. n. 23. Si Deus non connederetur essentialiter cum cognitione possibilem, non procederet Verbum ex tali cognitione, *T.* p. 78. n. 33. Tribus modis potest Deus cognoscere possiblem, *T.* p. 78. n. 34. Si nullum obiectum reale creatum cognosceret Deus, nec etiam cognosceret aliquid impossibile, *T.* p. 79. n. 36. Deus non cognoscit possiblem in seipsis, *T.* p. 83. n. 54. & 55. Verbum Divinum non procedit ex cognitione possibilem in seipsis, *T.* p. 83. à n. 54. Verbum Divinum non procedit ex ulla cognitione futurorum contingentium, *T.* p. 91. n. 14.

Collectio.

Potest aliqua potentia impedire singula extrema alicuius collectionis, quin possit totam collectionem, *P.* p. 109. n. 16. Potest collectio aliqua necessario existere, licet singulae eius partes libere existant, *P.* p. 109. n. 17. & pag. 110. n. 20.

Concretum.

Spitator est concretum resultans ex inspiratione activa in recto, & Deitate de obliquo.

Constitutivum.

Quomodo constituentur personae divinae; an per proprietatem absolutam, an per relativam; explicatur, *T.* p. 158. tota lect. 3.

Conversio, Converso.

Absurdum non est, quod Deus facere non possit, ut convertatur homo in aliquibus circumstantiis, in quibus homo potest seipsum convertere, *P.* p. 27. n. 60. Non est idem Deum posse libere convertere hominem, & hominem posse libere convertere seipsum, ibidem n. 61. Potestas convertendi voluntatem non est explicanda per potestatem praedeterminandi, *P.* p. 29. n. 66. & 67. Licet omnia auxilia praeviderentur inefficacia, adhuc posset Deus convertere hominem relinquendo ipsi libertatem sufficientem ad meritum, *P.* p. 50. n. 72.

Perfectio Dei est, non repugnare metaphy-

sice eventum, in quo nequeat voluntatem libere convertere, *P.* p. 30. n. 74. Quid sit Deus non posse libere convertere voluntatem ex suppositione, quod omnia auxilia appareant incongrua, *P.* p. 30. n. 74. Scientia media conditionatae conversionis non tollit, quominus potentia praefiniendi conversionem praefinitione infallibili, cui nemo resistere potest, vincte fundetur in omnipotentia, & sapientia Dei, *P.* p. 94. n. 287. Simpliciter dici potest impossibile esse, quod Deus non possit facere ut voluntas libere convertatur, licet huius rei detur solum impossibilitas moralis, *P.* p. 100. n. 308. Deum non posse convertere voluntatem per auxilium A. determinate, est impotentia solum consequens, *P.* p. 100. n. 311. Deus cum eodem numero auxilio convertere potest voluntatem quando, quomodo, & ubi voluerit, *P.* p. 124. à n. 50.

Creaturas, Crea.

Possibilitas creaturarum non est aliquid positivum, aut negativum distinctum ab omnipotentia, *T.* p. 71. à n. 4. Repugnante quantumque creatura, per locum intrinsicum sequeretur, Verbum Divinum, vel non per mansurum, vel non eiusdem rationis, *T.* p. 74. n. 14. Stat bene possibilitatem creaturae amari, quin creatura ipsa ametur, *T.* p. 86. n. 63.

D

Decretum, Decernoi.

Repugnat Deum decernere decreto executivo collationem auxilij; quin ante decretum noverit, quem sit sortiturum effectum, *P.* p. 20. n. 25. Decretum applicativum omnipotentiae nequit esse indifferens in amando, sed solum in convertendo, *P.* p. 36. n. 98. Indifferentia decreti non impedit quominus ex divina dispositione, & providentia existat amor praedicti; *P.* p. 37. n. 99. Decretum indifferens supponit necessario scientiam mediam, *P.* p. 42. n. 114. Negari nequit decretum indifferens applicativum omnipotentiae, *P.* p. 44. n. 121. & p. 51. à n. 146. Decretum causans determinationem voluntatis, non ideo est determinans, aut praedeterminans, *P.* p. 50. n. 142. Decretum, quo Deus praeparat suum concursum, non est proprie conditionatum, sed tantum improprie, & quasi conditionatum, *P.* p. 52. à n. 150. Hoc decretum quo sensu sit absolutum, *P.* p. 55. n. 158. Decretum indifferens non tollit perfectissimum dominium supra voluntatem nostram, *P.* p. 57. à n. 166. Decretum indifferens quomodo determinetur ad concurrendum, *P.* p. 60. à n. 176. Deus in determinatione praesenti suae voluntatis dignoscere potest, quid ipse esset decrederus in alijs circumstantiis, *P.* p. 135. n. 32. In decreto mittendi Christum cognovit Deus

an esset venturus Christus; Adamo non peccante, *P. p. 136. n. 33.* Decretum antecedens connexum cum amore, est impedimentum odij, & carentiæ amoris, *P. p. 142. num. 13.* Bifariam impediri potest existètia divini decreti, *P. p. 143. nu. 16.* Voluntas subiacens decreto antecedenti connexo cum amore, nō habet potestatem determinandi omnipotentiam ad odium, *P. p. 147. nu. 29.* Decretum antevergens scientiam mediam non coheret cum potentia proxima indifferenti ad actum, *P. p. 151. n. 41.* Pro priori ad scientiam mediam nullum potest Deus contipere decretū liberum, *P. p. 153. nu. 51.* Quodcumque decretum antecedens scientiam mediam, nequit dependere quasi à priori ab operatione nostra libera, sive absolute, sive conditionate, *P. p. 155. num. 55.* Repugnat Deo decretum efficacis finis ab ipso ponendi, quod eiusdem executivum non sit, *P. p. 169. nu. 9.* Ut effectus sit Deo perfecte voluntarius, non requiritur decretum determinate amans eius existètiā, *P. p. 178. n. 44.* Deus habet decretum efficacis conditionatum dandi omnibus gloriam, sub conditione, quod decedant in gratia, *P. p. 191. n. 5.* Ex decreto absolute, & efficaci dandi Petro gloriam, nequit oriri cominatio seræ privandi ipsum gloria sub conditione impœnitentiæ finalis, *P. p. 208. nu. 58.* Decretum efficacis dandi gloriam est ordine causalitatis posterius decreto dandi merita, *P. p. 210. n. 68.* Decretum efficacis gloriæ præcædens à circumstantia coronæ, si sit ita præcæsum, ut nec postulet dari homini potentiam merendi, nec postulet, ut potentia merendi coniungatur cum meritis, omnino repugnat cum causalitate meritorum, *P. p. 238. à num. 37.* In hac providentia potuit Deus decernere numerum determinatum electorum, prius ratione statuendo numerum formalem, quàm materiale, *P. p. 243. n. 9.* Decretum collativum auxilij indifferentis essentialiter supponit scientiam mediam eventus reipsa futuri, *P. p. 250. n. 25.* Scientia media nequit nō habere prioritatē à quo respectu decreti conferentis auxilium congruum, *P. p. 252. n. 39.* Sine decreto essentialiter supponente scientiam mediam possunt salvari omnia, quæ in suo decreto ordinavit P. N. Claudius, *P. p. 253. n. 37.* Intentio efficacis operationis honestæ non præcedit decretum eligens auxilium congruum ad obtinendum talem finem, *P. p. 257. n. 52.* Ut salvetur libertas decretum collativum auxilij necessariò debet esse indifferens, *P. p. 267. nu. 1.* Voluntas creata inducere nequit in Deum decretum aliquod executivum auxilij, *P. p. 268. n. 5.* Decretum indifferens exequens auxilium est principium

immediatum consensus, *P. p. 276. num. 33.* Præter decretum indifferens non requiritur aliud concomitans immediate liberum Deo pro exercitio actus boni, *P. p. 282. n. 14.* Stat decretum executivum auxilij essentialiter esse immediate liberum Deo, & nihilominus existere vi imperij efficacis antecedentis, *P. p. 352. nu. 190.* Obiectum decreti applicantis omnipotentiam est collatio auxilij sufficientis, & negatio prædeterminantis, *P. p. 355. nu. 193.* Trinitas personarum non est prærequisita ad existètiā decretorum; *T. p. 89. à num. 6.*

Destino.

Huius verbi multiplex significatio, *P. p. 12. num. 1.*

Determino, Determinatio.

Decretum causans determinationem voluntatis non ideo est determinans, aut prædeterminans, *P. p. 50. n. 142.* Deus determinat voluntatem quoad individuum, & determinatur ab illa, quoad speciem actus, *P. p. 61. nu. 181.* Repugnat, Deum determinare voluntatem in eo sensu, quo voluntas determinat Deum, *P. p. 63. n. 188.* Deus in determinatione præsentis suæ voluntatis dignoscere potest quid ipse esset decreturus in alijs circumstantijs, *P. p. 135. n. 32.* Voluntas subiacens decreto antecedenti connexo cum amore, non habet potestatem determinandi omnipotentiam ad odium, *P. p. 147. nu. 29.* Deus non potuit à se, & ex se nulla supra occasione ex malitia hominum, vel Angelorum, antecederet determinare numerum salvandorum, *P. p. 243. num. 6.*

Deus.

Deus, ut Trinus, est quid intensivè perfectius, quàm Deus, quatenus præcisè est quid absolutum, *T. p. 190. n. 76.*

Dicere, Dicitio.

Quomodo inter se comparantur intelligere & dicere, *T. p. 145.* Defenditur sententia Scoti, ibi.

Distinctio, Distinguo.

Inutilis non est modus investigandi rationem formalem distinctionis Filij à Spiritu S. ex aliqua hypothèsi impossibili, *T. p. 97. à n. 6.* Si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, nec ab illo realiter distingueretur, *T. p. 100. n. 27.* Pater per paternitatem distinguitur nō solum à Filio, sed etiam à Spiritu Sancto, *T. p. 103. n. 41.* Filius per suam filiationem formaliter distinguitur à Spiritu Sancto, *T. p. 103. num. 44.*

Discerno.

Homo se discernit in eodem sensu, quo se determinat ad bene operandum, *P. p. 87. num. 266.*

Discretio.

Discretionis radix non est ex nobis; *P.* p. 72. nu. 215. Quo pacto gloriari possit homo de sua discretione, & honesta operatione, *P.* p. 87. num. 267. Quomodo non possit homo gloriari de bono opere; explicat Anselmus optimâ similitudinè, *P.* p. 88. n. 68.

Dominium.

Dominium perfectissimum Dei supra arbitrium creatum stat abique potestate prædeterminandi, *P.* p. 57. n. 168; & p. 104. n. 321. Perfectissimum Dei dominium supra actus liberos creaturæ solùm petit esse immediatum in influendo, & mediatum in determinando, *P.* p. 104. à num. 321. & p. 58. n. 169. Dominium Dei supra actus malos est perfectissimum, licet nequeat esse illorum inductivum, sed tantum permissivum ibid. Perfectum Dei dominium everteretur, si possibilis esset metaphysicè eventus, in quo voluntas videretur dissentire omnibus auxilijs, *P.* p. 107. nu. 8. Perfectum Dei dominium supra voluntatem creatam facit, ut repugnet metaphysicè eventus, in quo Deus non possit facere, ut voluntas liberè convertatur, *P.* p. 122. n. 71. Perfectum dominium Dei supra voluntatem ut contentivam alicuius actionis determinatæ, non petit ut Deus possit in omni eventu facere, ut voluntas ponat talem actionem, *P.* ibid. Actio elicita à voluntate creata ex vi prævisionis antecedentis sciëntiam mediam, non subderetur dominio ipsius, *P.* p. 153. nu. 49. Non tollitur perfectissimum Dei dominium supra voluntatem nostram per decretum indifferentem, *P.* p. 57. à n. 166.

Donum.

Fides est verè, & propriè donum Dei, *P.* p. 79. n. 237. Non aliam agnovit D. Augustinus prædestinationem, quam quæ necessariò colligitur ex eo quod initium fidei sit Dei donum, *P.* p. 223. n. 124.

*E.**Effectus.*

Ut effectus aliquis sit Deo perfectè voluntarius, non requiritur actus determinatè amans eius existentiam, *P.* p. 178. nu. 44. *V. Prædestinatio.* Duobus modis intelligi potest, quod motio voluntatem præmovens infallibiliter consequatur suum effectum, *P.* p. 31. nu. 78.

Electio.

Electio efficax ad gloriam omnino independentem à scientia media everteret libertatè, *P.* p. 13. n. 4. Ex vi collectionis infinitæ auxiliorum indifferentium nequit Deus efficaciter eligere ad gloriam sine scientia media, *P.* p. 20. n. 15. Perfectio divini intellectus, & divinæ providentiæ postulat, ut ante omnem electionem liberam cognoscat omnem verita-

tatem contingentem conditionatam, *P.* p. 153. nu. 1. Electio medij potest esse intentio effi-
cax finis, *P.* p. 187. n. 72. Deus verè, & propriè elegit homines ad gloriam ante absolutam prævisionem meritorum, *P.* p. 193. Electio efficax absoluta non est essentialiter prærequisita ad salutem, *P.* p. 204. n. 48. Duplex genus electionis statuit D. Augustinus, *P.* p. 220. à nu. 110. Prædestinatio Augustiniana hominum ad gloriam non importat electionem absolutam, & efficacem ad gloriam ante merita absolutè prævisa, *P.* p. 226. nu. 137. Electio efficax ad gloriam est cõpossibilis cù potestate proxima libera ad damnationem, *P.* p. 229. n. 10. Repugnat electio materialis, seu amans medium propter se, quin illud amet, ut utile ad finem, *P.* p. 31. à num. 38. D. Augustino cum Pelagianis nulla fuit controversia de electione ad gloriam ante prævisa merita, *P.* p. 229. n. 103.

Eligo, Electus.

Deus verè & propriè elegit homines alios quos ad gloriam ante absolutam prævisionem meritorum, *P.* p. 192. n. 7. Deus non elegit omnes Prædestinatos ad gloriam ut coronam electione antecedenti omnino absoluta, *P.* p. 193. n. 10. De lege ordinaria Deus non eligit efficaciter ad gloriam, nisi post prævisa merita, *P.* p. 206. nu. 52. Beata Virgo electa fuit efficaciter ad maternitatem, & gloriam ante merita absolutè prævisa, *P.* p. 241. num. 484. In hac providentia potuit Deus decernere numerum determinatum electorum, prius ratione statuendo numerum formalem, quam materialem, *P.* p. 243. nu. 9. Deus non potuit à se, & ex se, & nulla sumpta occasione ex malitia hominum, vel Angelorum, antecedenter eligere determinatum numerum salvandorum, *P.* p. 243. n. 6. Supposito peccato originali, potuit Deus determinatum numerum hominum eligere in gloriam, reliquis relictis in massa perditionis, *P.* p. 243. n. 7. In hac providentia non habet Deus voluntatem antecedentem eligendi tot, & non plures ad gloriam, ibid. n. 8. Prædestinati non sunt antecedenter omnino absolutè electi ad gloriam, *P.* p. 244. nu. Deus supposita scientia media non præfinit efficaciter prævisione formali omnia bona quæ sunt ab Electis & Reprobis cum omnibus suis circumstantijs, *P.* p. 256. num. 47.

Error.

Errores Semipelagianorum, quales fuerint? *P.* p. 77. n. 230.

Essentia, vide Principium. & Potentia.

Ex eo quod essentia divina sit forma, à qua Pater redditur similis Filio, non sequitur debere esse formam, à qua redditur potens generari.

nerare, *T. p. 132. tota sect. 5.* Si essentia divina sit de conceptu relationum, etiam relationes debent esse de conceptu essentiae, *T. p. 213. n. 153.* Absolute nec essentia est de conceptu relationum, nec relationes respectu essentiae, *T. p. 214. n. 154.* An essentia divina contineat eminenter relationes? Proponitur sententia affirmans, *T. p. 189. à n. 73.* Essentia perficitur formaliter per relationes, etiam intensivè in genere entis, *T. p. 190. à n. 76.* Non possunt admitti tres essentiae relativæ; licet admittantur tres existentiae, *T. p. 212. n. 148.*

Eventus.

Eventus provisos, & efficaciter à Deo intentus inevitabilis est à nobis, *P. p. 19. n. 21.* Decretum collativum auxiliij indifferentis essentialiter supponit scientiam mediam eventus reipta futuri, *P. p. 250. n. 25.*

F

Facio.

Deus facit, ut faciamus, *P. p. 67. n. 198. 202. & 210.* Quo pacto faciat Deus ut faciamus, *ibid.* Idem est apud Augustinum aliquid fieri Deo vocante, ac fieri Deo inspirante, *P. p. 81. n. 246.* Quidquid Deus libere vult ut fiat, potuit non fieri, *P. p. 173. n. 26. & 175. num. 34.*

Facunditas, facundus.

Non est de conceptu Filij accipere fecunditatem ad producendum aliud suppositum vivens, *T. p. 38. n. 42.*

Fides est.

Fides est vere, & proprie donum Dei, *P. p. 79. n. 237.* Non aliam agnovit Augustinus predestinationem, quam quæ necessario colligitur ex eo, quod initium fidei, & perseverantia sit donum Dei, *P. p. 223. n. 124.*

Filius.

In Filio non reperitur duplex intellectio, vel virtualiter, vel formaliter distincta, *T. p. 9. n. 28.* Filius ratione suæ proprietatis personalis est similitudo intentionalis, in qua omnia representantur, *T. p. 24. n. 102.* Non est de conceptu Filij accipere fecunditatem ad producendum aliud suppositum vivens, *T. p. 38. n. 42.* Filius simul cum Patre constituit unum principium quo, & quod Spiritus Sancti, *T. p. 41. n. 50.* Est de conceptu Filij habere perfectam, & adæquatam similitudinem cum suo principio in omni proprietate substantiali, *T. p. 43. n. 56. & p. 42. n. 54.* Ideo Verbum præ Spiritu Sancto est Filius, quia ratione suæ proprietatis personalis est similitudo per se subsistens producta ad representandam essentiam, & perfectiones sui principij producentis, *T. p. 88. n. 3. & 4.* In Filio non reperitur aliqua substantia relativæ contin-

gens, *T. p. 92. n. 18. & 19.* Pro priori ad generationem Filij non cognoscit Pater formaliter futura, licet eum illò formaliter loquatur de futuris, *T. p. 94. n. 27. & 28.* Inutilis non est modus investigandi rationem formalem distinctionis Filij à Spiritu Sancto ex aliqua suppositione, vel hypothesi impossibili, *T. p. 97. à n. 6.* Si Spiritus Sanctus non procederet realiter à Filio, nec ab illo realiter distingueretur, *T. p. 100. n. 27.* Filius per suam filiationem formaliter distinguitur à Spiritu Sancto, *T. p. 103. n. 44.* Quomodo Filius procedat per intellectum, licet intellectio essentialis non sit principium quo, *T. p. 142. tota sect. 10.*

Finis.

Deus nequit efficaciter intendere finem nobis liberum, ex directione scientiæ nobis non liberæ, *P. p. 114. n. 41.* Repugnat intentio efficax finis, à qua agens non possit intrinsicè moveri ad exequenda media, *P. p. 364. à n. 13.* Electio medij potest esse intentio efficax finis, *P. p. 187. n. 72.*

Futuritio, futurum.

Non est contra libertatem actus, quod sit necessario futurus in statu conditionato sub aliquo auxilio vage, *P. p. 114. n. 42.* Omnes futuritiones conditionatæ liberæ, sunt simul cognoscibiles, *P. p. 154. n. 52.* Pater pro priori ad generationem non cognoscit formaliter futura, licet de illis formaliter loquatur eum Filio, *T. p. 94. n. 27. & 28.* Licet verbum non procedat ex scientia futurorum, est tamen verbum futurorum, *T. p. 94. n. 32.*

G

Generatio.

Generatio bifariam sumitur, *T. p. 30. n. 12.* Pro priori ad generationem Filij non cognoscit Pater formaliter futura, licet de illis formaliter loquatur cum Filio, *T. p. 94. n. 27. & 28.* Generatio activa consistit adæquatè in paternitate, *T. p. 139.* Cor in divinis generatio dicatur opus naturæ, *T. p. 154. n. 110.* In divinis generatio activa, & passiva realiter distinguuntur, *T. p. 157. à n. 4.* Et hæc est sententia D. Thomæ, & Bellarionis Patriarchæ, *ibid. p. 158. tota sect. 3.* Ostenditur à ratione, *ibid. p. 164. à n. 30.*

Gloria.

Licet intentio antecedens gloriæ, sit immediatè executiva gloriæ, potest esse necessaria nova voluntas executiva supponens merita, *P. p. 180. n. 51.* Quod intentio antecedens gloriæ sit actus elicited à liberalitate, non sufficit ut collatio externa gloriæ sit absolute liberalis, *P. p. 182. n. 55.* Potest Deus in executione conferre gloriam propter merita, quin habeat voluntatem executivam conceptam intuitu meritorum, *P. p. 183. n. 57.* Ex de-

creto efficaci dandi Petro gloriam nequit oriri seria conminatio privandi ipsum gloria sub conditione impenitentiae finalis, *P. p. 208. n. 58. & p. 215. n. 90.* Ex mente D. Augustini nemo eligitur ad gloriam ut coronam nisi ex praevisione meritorum, *P. p. 221. n. 116.*

Supposito peccato originali potuit Deus determinatum numerum hominum eligere ad gloriam, reliquis relictis in massa perditionis, *P. p. 243. n. 7.* In hac providentia non habet Deus voluntatem antecedentem tot, & non plures eligendi ad gloriam, *P. p. 243. n. 8.* vide electio.

Glorior.

Quo pacto gloriarī possit homo de sua discretione, *P. p. 87. n. 267.*

Gratia.

Gratia non datur homini, quia futurus est Sanctus, sed ut sit Sanctus, *P. p. 25. n. 53.* Gratiae efficacia non per praedeterminationem, sed per voluntatis praeparationem explicanda est iuxta Augustinum, *P. p. 32. n. 80. & p. 33. n. 83.* Gratia determinat voluntatem, & simul determinatur ab illa, absque ulla contradictione, *P. p. 67. n. 201.* Gratia non est pedissequa arbitrii, sed e contra, *P. p. 71. n. 212.*

Non solum gratia adiuvans, sed & excitans & praeveniens est necessaria ad honeste operandum, *P. p. 86. n. 262.* Quod gratia sit principium indifferens, non tollit quominus possit esse causa, quod actus fiat, *P. p. 88. n. 270.* Quo sensu dicenda sit gratia indifferens, ibid. Gratia est initium omnis meriti, *P. p. 90. n. 275.* Gratia efficax collocatur à D. Augustino in vocatione congrua, ibid. n. 276. Voluntas conferendi gratiam praedeterminatione meriti salutare, *P. p. 221. n. 116.* vide auxilium. Bonus usus gratiae praecitus non meriti, sed ad summum congruitas est, ob quam Deus, vel gratiam conferre bene videtur, *P. p. 71. n. 224.* Bonus usus gratiae non nobis, sed Deo tribuenti vires supernaturales ad illum imputandas est, *P. p. 88. n. 69.* Id ipsum declarat exemplum D. Anselmi, ibid. n. 268.

Gubernatio, governo.

Gubernatio distinguitur à praedestinatione, *P. p. 7. n. 38.*

I

Ignorantia.

Duplex est ignorantia, alia antecedens, & concomitans alia, *P. p. 38. n. 4.* Ignorantia antecedens causat involuntarium, ibid. Ignorantia concomitans non est causa effectus, ibid.

Illustratio.

Per illustrationem intellectus, & inspirationem voluntatis movet Deus hominem ad consentium salutarem, *P. p. 83. n. 251.* vide Praeparatio, Gratia.

Impedimentum, impedio.

Carentia impedimenti antecedentis est necessaria ad potestatem ponendi actum, cuius est exercitium, *P. p. 143. n. 15.* Decretum antecedens conexum cum amore est impedimentum odij, & carentiae ipsius amoris, *P. p. 142. n. 15.* Duobus modis potest impediri existentia actus liberi divini, *P. p. 155. n. 97.*

Imperium.

Imperium quid sit iuxta mentem D. Thomae, *P. p. 9. n. 5.* Possibile est imperium intellectus distinctum ab apprehensione, & iudicio, *P. p. 10. n. 16.* Imperium Thomisticum, nec in Deo, nec in nobis necessarium est ad operis executionem, *P. p. 11. n. 22. & p. 187. n. 69.* Imperium efficax antecedens non cohaeret cum proxima indifferentia ad actum imperatum, *P. p. 300. n. 29.* Stat decretum executivum auxilij essentialiter esse immediate liberum Deo, & nihilominus existere vi imperij efficacis antecedentis, *P. p. 352. n. 190.* Praedestinatio nequit consistere in imperio Thomistico, *P. p. 11. n. 22.* Consistit tamen in imperio practico, quo divinus intellectus, supposita intentione efficaci perducendi homines ad gloriam per haec media, ordinat ut illa executioni mandentur, *P. p. 42. num. 10.*

Impositura.

Impositurae Pseudo Philalethis contra scientiae mediae Patronos, dissolvuntur, *P. p. 653. num. 195.*

Infinium.

Repugnat infinitum in actu existere à parte rei, *P. p. 109. n. 16. & 17.*

Initium.

Initium salutis non libero arbitrio, sed Deo vocanti tribuendum est, *P. p. 73. n. 217.*

Intellectio.

In Verbo divino non est duplex intellectio virtualiter, aut formaliter distincta, *T. p. 9. n. 29.* Intellectio activa, & passiva nullam inter se distinctionem habere possunt, *T. p. 11. n. 37. & 38.* Repugnat, intellectum intelligere per intellectiorem ab extrinseco infusam, *T. p. 26. n. 109. & 267. n. 110.* Intellectio possibile, vide, *Cognitio.* Intellectio nequit dici ratio, sub qua Pater tendit in Verbum, & non in Spiritum Sanctum, *T. p. 34. n. 27. & 29.* In creatis actio physica est de conceptu intelligentis, quavis intellectio non sit actio, *T. p. 26. n. 109.* Quomodo inter se comparantur intellectio, & ratio, *T. p. 145.*

Intellego.

Deus ita est ex se completissimus in omni linea, ut à rebus creatis nullam scientiam accipere possit, *P. p. 98. num. 299.* Fruus est intelligens in actu, quam intelligens in potentia,

ria, *T. p. 8. n. 24.* In creatis actio physica est de conceptu intelligentis, quamvis intellectio non sit actio, *T. p. 26. num. 109.* Repugnat intellectum intelligere per intellectioem ab extrinseco infusam, *T. ibid. & p. 27. n. 110.* Passivum intelligi, quo constituitur Verbum divinum, non est quid absolutum, sed relativum, *T. p. 53. n. 25.* Angeli dum seipso intelligunt, formant verbum mentis, *T. p. 154 n. 56. vide Cognosco.*

Intellectus.

Perfectio intellectus divini postulat, ut ante omnem electionem liberam cognoscat omnem entitatem contingentem conditionatam, *P. p. 153. n. 51.* Intellectus absolutus non est principium quo Verbi, *T. p. 122. per totam disp. 10.* Et tamen Verbum procedit per intellectum verè & propriè, *ib. p. 142. tota sect. 10.* Præter intellectum absolutum datur in Deo intellectus notionalis, & qualis sit, *T. p. 143.* Cur præter intellectum absolutum datur notionalis, cuius munus non sit intelligere, sed esse virtutem producendi Verbum, in quo Pater intelligit, *T. p. 144. à n. 78.*

Antendo, intentio.

Nequit Deus efficaciter intendere finem nobis liberum ex directione scientiæ nobis non liberæ, *P. p. 114. nu. 41.* Licet intentio antecedens gloriæ sit immediatè executiva gloriæ, necessaria esse potest alia voluntas executiva supponens merita, *P. p. 180. num. 5.* Quod intentio antecedens gloriæ sit actus elicitus à liberalitate, non sufficit, ut collatio externa gloriæ sit absolutè liberalis, *P. p. 182. n. 55.* Intentio ista propter diversum modum tendendi ad multiplicem virtutem spectare potest, *ibid. n. 56.* Potest Deus conferre gloriæ propter merita ex vi solius intentionis antecedentis, *P. p. 183. n. 57.* Intentio efficax finis potest esse electio mediocrum, *P. p. 187. nu. 73.* Intentio efficax necessariò præcedere non debet electione mediocrum, *P. p. 188. n. 73.* Intentio efficax operationis honestæ non præcedit pro priori decretum eligens auxilium congruum ad obtinendum talem finem *P. p. 257. n. 52.* Repugnat intentio efficax finis, à qua agens non possit intrinsecè moveri ad exequenda media, *P. p. 364. num. 19. & p. 366. à num. 17.*

Iustificatio.

Iustificatio, & merita interrupta per peccata sunt effectus prædestinationis, *P. p. 385. n. 33. & 14.*

L.

Liberalitas.

Ut aliquis actus non sit elicitus à liberalitate, non sufficit quod ipse non sit debitus, *P. p. 181. n. 52.* Quod intentio antecedens glo-

ria sit actus elicitus à liberalitate, non sufficit ut collatio externa gloriæ sit absolutè liberalis, *P. p. 182. n. 55.*

Libertas.

Ad libertatem requiritur, quod voluntas se ipsam determinet, & non determinetur ab alio, *P. p. 18. n. 18.* Libertas Prædestinati non coheret cum electione efficaci ad gloriæ, nisi suppositio electionis sit consequens, *P. p. 19. n. 22.* Voluntas liberè converti posset à Deo libertate sufficienti ad meritum, etiamsi omnia auxilia præviderentur inefficacia per scientiam mediam, *P. p. 50. n. 72.* Libertatis variaz acceptiones, *P. p. 85. n. 257.* Non est necesse, ut id, quod est liberam creaturæ, subiciatur libertati immediatæ Dei, *P. p. 102. n. 317.* Non est contra libertatem actus, quod sit necessariò futurus in statu conditionato sub aliquo auxilio vagè, *P. p. 114. n. 42.* Necessitas metaphysica vaga in ordine ad statum conditionatum non pugnat cum libertate in statu absoluto, *P. p. 119. num. 63.* Libertas non est intrinseca, & essentialis actibus voluntatis, *P. p. 124. num. 79.* Licet non repugnet actus essentialiter necessarius, repugnat tamen essentialiter liber, *ibid. num. 80. & 81.* Ad libertatem requiritur ut voluntas possit coniungere carentiam actionis cum omnibus præquisitis ad agendum, *P. p. 140. à nu. 4. & p. 142. à num. 12.* Neque scientia visionis, nec scientia media libertatem lædunt, *P. p. 261. n. 66.* Ut salvetur libertas à necessitate, decretum collativum auxilij necessariò debet esse indifferens, *P. p. 267. num. 1.* Ad libertatem requiritur, quod voluntas possit impedire omnem suppositionem essentialiter connexam cum existentia actus, *ibid.* Si libertas sit essentialis actibus, præfinitio efficax non coheret cum nostra libertate, *P. p. 293. num. 3.* Gratia ab intrinseco efficax libertatem exertit, vide *Gratia, Auxilium.*

M.

Magnitudo.

In Deo una duntaxat datur magnitudo, simpliciter & absolutè talis; dantur tamen tres magnitudines relativæ, *T. à p. 205. tota sect. 10. & 11.*

Martyr.

Martyr non potest licitè intendere absolutè finem supponentem peccatum Tyranni, ac proinde nec martyrium, *P. p. 379.* Desiderium non impediendi sui necem, si Tyrannus velit illam inferre in odium fidei, potest esse absolutum, *ibid.*

Meritum.

Merita prævisa sub conditione auxilij indifferentis nequeunt esse ratio prædestinandi, *P. p. 24. n. 49.* Usus gratiæ præcitus non

bet rationem meriti, sed finis, *P. p. 25. n. 53.* Meritum purè conditionatum nequit exercere causalitatem meritoriam, *P. p. 77. n. 231.* Potest Deus exequi gloriam propter merita, quin concipiat voluntatem executivam glorię intuitu meritorum, *P. p. 183. n. 57.* Ante absolutam prævisionem meritorum efficaciter elegit Deus homines ad gloriam, *P. p. 192. nu. 7.* Actio productiva hominis nequit esse essentialiter connexa cum eius merito, aut cū carentia meriti, *P. p. 210. num. 63.* Regnum cælorum nõ est paratum iustis nisi ob eorum merita prævisa, *P. p. 214. nu. 87. & p. 221. n. 116.* Voluntas conferendi gratiam præcedit omne meritum salutare, *P. p. 221. n. 116.* Decretum efficax glorię ita præcindens à circumstantia coronę, vt nec postulet dari homini potentiam merendi, nec postulet vt potentia merendi coniungatur cum meritis, omnino repugnat cum causalitate meritorum, *P. p. 238. à n. 37.* B. Virgo electa fuit efficaciter ad maternitatem, & gloriam ante absolutam prævisionem meritorum, *P. p. 241. nu. 48.* Merita interrupta per peccatum sunt effectus prædestinationis, *P. p. 385. n. 13. & 14.* Quamvis omnia auxilia præviderentur inefficacia, adhuc posset Deus voluntatem convertere, relinquendo libertatem sufficientem ad meritum, *P. p. 50. n. 71.* Gratia est initium omnis meriti, *P. p. 90. n. 275.* Voluntas conferendi gratiam præcedit omne meritum salutare, *P. p. 221. n. 116.*

Motio, Movere.

Duobus modis intelligi potest, quod motio voluntatem præmovens infallibiliter consequatur suum effectum, *P. p. 31. n. 78.* Motio, per quam Deus facit nos velle, intentionalis est, eique resistere possumus, *P. p. 86. num. 264.* Bonum penitentię dupliciter movere potest, Deum ad permittendum peccatum, *P. p. 378. n. 60. & 61.*

N.

Natura.

Natura divina per se, & propter se communicatur Spiritui Sancto, *T. p. 6. à nu. 15. & p. 56. nu. 36.* Natura sub conceptu & nomine proprio naturę reperitur æquè in Filio, in Spiritu Sancto, *T. p. 37. à nu. 37.* Natura sub conceptu naturę nequit constitui per paternitatem, aut filiationem, *ibid. num. 16.*

Necessitas.

Necessitas vaga in ipsis rebus fundatur, *P. p. 112. n. 29.* Deus amat necessitatem elicendi actum bonum, vel malum, quia amet disiunctivè actum bonum, & malum, *P. p. 113. nu. 38.* Datur necessitas futurationis conditionis peccati, Petri, non tamen futurationis causæ, *P. p. 114. n. 43.* Necessitas mora-

lis peccandi in aliquo instanti fortius vitæ nõ arguit necessitatem peccandi in ultimo, ex suppositione quod peccatum non sit in prioribus, id tamen arguit necessitas physica, *P. p. 117. nu. 56.* Necessitas vaga in ordine ad statum conditionatum, non pugnat cum libertate in statu absoluto, *P. p. 119. n. 63.* Datur necessitas metaphysica, vt voluntas appareat in statu conditionato consentiens infinitis auxilijs, *P. p. 121. nu. 69.* Actus præfinitus necessariò evenit necessitate consequentię, non consequentis, *P. p. 19. n. 21.*

O.

Omnipotentia.

Non est imperfectio omnipotiencie quasi subijci voluntati creatę ex libera determinatione ipsius Dei, *P. p. 45. nu. 124.* Omnipotentia simpliciter sibi subordinat arbitrium creatum, *P. p. 50. num. 141.* Omnipotentia summa Dei potestas flexendi hominum corda rectè salvatur independenter ab omni physica prædeterminatione, *P. p. 92. num. 281.* Soli omnipotiencie tribuendum est, quod nemo resistere possit Dei voluntati, *P. p. 94. num. 287.* Voluntas subiaccens decreto antecedenti connexo cum amore, non habet potestatem determinandi omnipotentiam ad odium, *P. p. 147. n. 29.* Omnipotentia subijcit voluntati creatę concursum externum, quem exhibet voluntati, *ibi. n. 30.* Repugnat voluntati libere amare, quin amor oriatur ab omnipotencia vt pro priori indifferenti ad concurrendum vel non concurrendum, *P. p. ibid.* Declaratur in quo consistat, Deum applicare suam omnipotentiam creaturis ad operandum, *P. p. 355. à n. 193.* Decretum applicativum omnipotiencie non est indifferens in amando, sed solum in concurrente, *P. p. 36. n. 98.* Negari nequit decretum indifferens applicativum omnipotiencie, vide *Decretum.* Omnipotentia Dei est possibilitas creaturarum, *T. p. 71. à n. 4.* Potentia generativa pertinet ad omnipotentiam Patris iuxta August. *T. p. 114. nu. 20.* Et tamen Filius est omnipotens, quamvis nequeat generare, *ibidem, & p. 114. tota sect. 3.* Potentia generativa comprehenditur sub omnipotentia, *ibid.* Vt aliqua persona sit omnipotens, satis est, quod habeat essentiam identificantem secum potentiam ad producendum omnia, quę non repugnant absolute produci, *T. p. 116. n. 29.* Potentia generativa pertinet ad omnipotentiam Patris, non tamen ad omnipotentiam simpliciter, iuxta S. Thomam, *T. p. 116. n. 30.*

Operatio.

In operatione gratiæ aliquid est propriè nostrum, *P. p. 83. n. 252.* Operatio meritoria est tota à gratia, & tota à libero arbitrio, *ibid.*

ibid. In omni sua operatione duplicem explicat voluntas inclinationem, *P. p. 131. n. 18.* Quodcumque decretum antecedens scientiam mediam nequit dependere quasi à priori ab operatione nostra libera, nec absolute, nec conditionare, *P. p. 154. n. 55.* Intentio efficax operationis honesta, non præcedit pro priori decretum eligens auxilium congruum ad obtinendum talem finem, *P. p. 257. n. 52.* In quo consistat Deum applicare suam omnipotentiam creaturis ad operandum, *P. p. 355. à n. 193. vide, Decretum.* Trinitas personarum non est per se requisita ad operationes ad extra, *T. p. 89. n. 7. & 8.*

Operor.

Deus non potuit intendere perversitatem universi resultantem ex eo, quod alij bene, alij prave operentur, *P. p. 113. n. 34.* Voluntas nostra potest facere, ne Deus unquam viderit illam operantem, aut operaturam, *P. p. 151. num. 41.*

Origenes.

An personæ divinæ constituantur & distinguantur per Origenes, *T. p. 159. tota sect. 3. à n. 9. ad 29.*

P

Pater, paternitas.

Pater simul cum Filio constituit unum principium quo & quod respectu Spir. Sancti, *T. p. 41. n. 50.*

In Patre non reperitur subsistentia aliqua relativa contingens, *T. p. 92. n. 18. & 19.* Pater loquitur formaliter cum Filio de futuris, quia pro priori ad generationem cognoscat formaliter futura, *T. p. 94. n. 28. & 27.* Pater per paternitatem distinguitur non solum à Filio, sed etiam à Spiritu Sancto, *T. p. 103. n. 41.* Pater non est potentior Filio, quamvis hic non possit generare, *T. p. 112. cum sequentibus.* Reditur amplior huius ratio *p. 115. à n. 114.* Quomodo paternitas sit tota ratio producendi Filium, quamvis non præcontineat totam eius perfectionem, *T. p. 141.* An hæc prædicatio sit vera: *Paternitas generat,* ibid. *p. 155. n. 114.* In creatis denominatio Patris involvit existentiam Filij, secus in Deo, *T. p. 163. n. 127.* Paternitas in Deo sub munere relationis prædicamentalis supponit Filium, ibid. *n. 28.*

Peccatum.

Deus conturrit ad actum peccati quasi invitatus, *P. p. 46. n. 124.* Peccata excluduntur à prædestinatione, *P. p. 2. n. 3.* Attenta hominum natura, necessarium moraliter fuit, ut aliqui peccarent, *P. p. 112. n. 32.* Repugnat Deum ex se amare futuritionem conditionatam peccati, *P. p. 113. n. 38.* Voluntas necessitata moraliter ad peccandum in aliquo ex decem diebus, non est necessitata ad peccandum in decimo ex suppositione quod omnia peccata vitaverit in novem prioribus diebus, *P. pag.*

116. n. 53. Supposito peccato originali potuit Deus determinatum numerum hominum eligere ad gloriam, reliquis relictis in massa perditionis, *T. p. 243. n. 7.* Non potest Deus præfinire penitentiam ante peccatum absolute prævisum, *P. p. 361. à n. 2.* Repugnat, voluntatem tollativam auxilij esse essentialiter connexam cum peccato, *P. p. 375. n. 51.* Bonum penitentiae dupliciter movere potest ad peccatum, *P. p. 378. n. 60. & 61.*

Deus non posset permittere peccatum, nisi prævideret, quæ bona occasione peccati colligere posset, *P. p. 378. à n. 61.* Permissio activa peccati distinguitur à permissione passiva eiusdem, *P. p. 381. n. 69.* Permissio peccati, ut connexa cum peccato nequit esse effectus prædestinationis, *P. p. 383. n. 6.* Permissio peccati secundum se potest esse effectus prædestinationis, *P. p. 384. n. 8.* Deus iuxta Augustinum non vult ut fiat actus peccati, *P. pag. 467. n. 126.*

Perfectio, perfectum.

Relationes divinæ ratione sui dicunt perfectionem, *T. p. 170. tota disp. 12.* Perfectio relativa multiplicatur in divinis, ibid. *p. 177. tota sect. 4.* Quid sit bonitas, & perfectio transcendentalis, ibid. Ex eo quod relationes dicant perfectionem, non sequitur, aliquam perfectionem esse in Patre, quæ non sit in Filio, *P. p. 189. tota sect. 8.* Quid sit perfectio simpliciter simplex iuxta Anselmum, *T. p. 185.* Relationes ratione sui sunt perfectio simpliciter simplex, ibid. Omnes personæ simul non sunt quid perfectius, quam quælibet scorsum, *T. p. 196.*

Permissio, permitto.

Permissio activa peccati distinguitur à permissione passiva eiusdem, vide, *peccatum.*

Perseverantia.

Voluntas, qua Deus vult nobis vitam æternam ante prævisionem perseverantiæ, est conditionata, *P. p. 207. n. 53.*

Persona.

Vna persona secundum se totam, est in alia tota, *T. p. 200. à num. 105.* Et vna personalitas divina habet veram unionem cum alia, ibid. *num. 108.* Nec propterea facit compositionem cum illa, ibid. *num. 119.* Quæ incommunicabilitas sit de conceptu personæ, *T. p. 162. à n. 22.* Persona creata importat in recto naturam, & de obliquo perfectitatem, *T. p. 59. n. 45.* Personarum divinarum æqualitas quomodo explicanda, *T. p. 148.* Id, in quo genitus evadit similis generanti, non debet esse id, quo agens agit tanquam virtute proxima, ibid. *p. 151.* Quomodo propria sit personæ divinæ alienam posse terminare naturam, *T. pag. 177. n. 25.* Persona di-

importat in recto relationem, & de obliquo naturam, *I. p. 177. (per errorem 75.) n. 127.*

Quomodo divinæ personæ constituantur principaliter per relationes, quam per origines, *I. p. 159. à n. 12.*

Sub quo conceptu relatio constituat personam in divinis, *ibid. p. 160. à num. 14.*

Licet in creatis ideo Pater sit Pater, quia genuit; in Deo tamen e contra, ideo prima persona generat, quia est Pater, *ibid. n. 18.*

Persona divina quatenus distincta ab alia, non constituitur, proprietate absoluta, sed relativa, *ibid. p. 163. n. 26.*

Persona divina importat relationem, non sub munere relationis prædicamentalis, sed relationis transcendentalis, *ibid. pag. 162. n. 24.* Personarum æqualitas inde sumenda, quod in qualibet persona sunt omnes personæ, & illam formaliter perficiunt, *7 p. 196. ad 204.* Et ideo una non est minus perfecta, quam omnes simul, *ibid.*

Pœnitentia.

Dei perfectioni non derogat, quod Angelum peccantem ad pœnitentiam excitare non possit, *P. p. 29. n. 71.*

Non potest Deus præfinitæ pœnitentiam ante peccatum absolute prævisum, *P. p. 361. à num. 2.*

Bonum pœnitentiæ dupliciter movere potest ad permittendum peccatum, *P. pag. 378. num. 60. & 61.*

Possibilitas, possibile.

Possibilitas creaturarum, non est aliquid distinctum ab omnipotentia, *T. p. 71. à n. 4.*

Deus nequit constitui in ratione absolute potentis per aliquam possibilitatem se tenentem ex parte creaturarum, *T. p. 72. n. 7.*

Dei essentia connectitur essentialiter cum cognitione, ut repræsentante in actu secundo possible, *T. p. 75. n. 20. & 21.*

Tribus modis potest Deus cognoscere possible, *T. p. 78. n. 34.*

Deus non cognoscit possible in seipsis, *T. p. 83. n. 54. & 55.*

Spiritus Sanctus non procedit ex amore possible, *T. p. 85. n. 59.*

Non amat Deus necessario possible, licet necessario cognoscat, *ibid.* Stat bene possibile creaturæ amari, quin creatura ipsa ametur, *T. p. 86. n. 63.*

Potentia.

In Deo dantur potentie notionales vere, & realiter tales, *I. p. 109. à n. 4.*

Potentiam generandi esse solam essentiam, aut solam intellectum, falsum est, *I. p. 119. num. 7.* Alioqui qualibet persona divina dicitur potens generare, *ibid.*

Potentia generativa pertinet ad omni-

potentiam Patris, non tamen ad omnipotentiam simpliciter, *T. p. 116. n. 30.* Potentia notionalis in divinis consistit adæquate in relativo, *T. à p. 118. tota disp. X.* Quomodo exponendi sunt Authores constituentes potentiam notionalem adæquate in absoluto, *T. p. 116. tota sect. 1.*

S. Thomas in aliquibus locis constituit potentiam generativam in relativo, *T. pag. 125.*

Primum caput probandi, potentiam notionalem consistere adæquate in relativo, ab auctoritate Patrum, *T. p. 122. sect. 2.* Secundum, quia alioqui essentia generaret, *ibid. p. 126.* Tertium, quia principium quo est vere, & proprie principium, *ibid. p. 128.*

Quartum, quia Pater, & Filius producent Spiritum Sanctum per spirationem activam tanquam principium quo, *ibid. p. 134.* Quintum, quia paternitas est generatio activa per se subsistens, *ibid. p. 139.* Sextum, quia Pater non generat quatenus est Deus, sed quatenus est Pater, *ibid. p. 140.* Potentia producendi ad extra consistens in absoluto, non est perfectior potentia producendi consistente in relativo, *T. p. 150.*

Potens.

Deus non constituitur absolute potens per possibilitatem se habentem ex parte creaturarum, *T. p. 71. n. 7. & 8.* Cur Filius non sit minus potens, quam Pater, licet non sit potens generare, *T. p. 115. tota sect. 3.*

Prædestinatio.

Peccata omnia excluduntur à prædestinatione, *P. p. 2. n. 3.* Prædestinationis variaz acceptiones, *P. p. 1. n. 1. & n. 4.* Prædestinationis explicatio tradita ab antiquis Theologis, *P. p. 2. n. 7.*

Prædestinationis declaratio tradita à D. Augustino, *P. p. 3. n. 8.* Prædestinatio nihil aliud est, quam gratiæ destinatio, ut ab æterno existens in cognitione divina, *P. p. 4. à n. 14.*

Prædestinationis definitio tradita à D. Thoma, *P. p. 5. n. 23.* Prædestinatio in quo differat à providentia, *ibid. n. 25. & p. 103. n. 318.*

Prædestinatio est actus immanens intellectus, vel voluntatis divinæ, *P. p. 7. n. 38.* Prædestinatio ista est æterna, & distincta à gubernatione, *ibid.* Prædestinatio consistit in imperio pratico, quo divinus intellectus, supposita intentione efficaci producendi homines ad gloriam per hæc media, ordinat ut illa executioni mandentur, *P. p. 9. n. 10.* Prædestinatio consistere nequit in imperio Thomistico, *P. p. 11. n. 22.* Prædestinatio Theologicè sumpta importat formaliter actum intellectus, & voluntatis, *P. p. 12. n. 34.* Prædestinatio formaliter versatur circa media, & supponit ratione nostrâ intentionem finis, *P. p. 13. n. 40.*

Assignatur actus intellectus, per quem con-
stituitur prædestinatio, *P. p. 13. n. 42.*

Prædestinatio independens à scientia me-
dia non coheret cum potestate antecedenti
libera ad imperseverantiam finalem, *P. p. 15;*
num. 4.

Prædestinatio nequit dependere à meri-
tis nostris, ex eo, quod ad illam necessaria sit
scientia media, *P. p. 25. n. 51.* Prædestinatio-
nis certitudo rectè conciliatur cum libertate
independentem à physica prædeterminatione,
P. p. 92. n. 282. Eam certitudinem conciliat
Augustinus per scientiam mediam, *P. ibid.*
num. 283.

Prædestinatio est certa, non solum cer-
titudine præscientiæ, sed etiam certitudine
ordinis, & causalitatis, *P. p. 200.* Præde-
stinatio proprie accepta versatur immediate,
& formaliter circa media gratiæ, quibus ho-
mines infallibiliter obtinent finem gloriæ, *P.*
p. 216. n. 95.

Non aliam agnovit Augustinus prædestina-
tionem, quam quæ necessario colligitur ex eo
quod initium fidei, & perseverantia sit do-
num Dei, *P. p. 223. n. 124.*

Prædestinatio Augustiniana hominum ad
gloriam non importat electionem absolutam,
& efficacem ad gloriam ante merita absolute
prævisa, *P. p. 226. n. 137.*

Prædestinationis effectus.

Declarantur conditiones requisitæ ut ali-
quid sit effectus prædestinationis, *P. p. 38;*
num. 1.

Permissio peccati ut connexa cum pec-
cato nequit esse effectus prædestinationis, *P.*
p. 383. n. 6.

Permissio peccati secundum se potest esse
effectus prædestinationis, *P. p. 384. n. 8.* Me-
rita interrupta per peccatum sunt effectus
prædestinationis, *P. p. 385. n. 13.*

Prædestino.

Verbum, *prædestino*, unde derivetur, *P. pag.*
1. n. 1. Omnia dicuntur à Deo prædestinari
ab æterno, quæ sunt in tempore, *P. pag. 1.*
num. 3.

Deus prædestinat omnia, quæ causat, *P.*
p. 2. n. 3.

Deus ab æterno prædestinavit aliquos ho-
mines, & Angelos ad gloriam, *P. p. 6. n. 34.*

Prædestinatus.

Prædestinatus in sententia Thomistarum
nequit habere potentiam liberam ut damnetur,
P. p. 16. n. 8.

Repugnat casus, in quo homo salvetur quin
sit prædestinatus, *P. p. 7. num. 57.*

Prædestinati non sunt antecedenter omni-
no absolute electi ad gloriam, *P. pag. 244.*
num. 10. & *p. 193. n. 19.*

Voluntas salvandi omnes est communis
prædestinatis, & reprobis, *P. p. 196. n. 23.*

De fide est Christum non pro solis præ-
destinatis mortuum fuisse, *P. p. 198. n. 27.*

Prædeterminatio.

Physica prædeterminatio non coheret cum
libertate, *P. p. 139. n. 1.* vide, *Auxilium*
gratia prædeterminans.

Prædetermino.

Potestas prædeterminandi non est necessa-
ria ad salvandum perfectum Dei dominium
supra voluntatem creatam, *P. p. 92. n. 282.*

Quod Deus non possit prædeterminare ad
actum liberum, non tollit quominus Deus ma-
gis habeat in sua potestate voluntas homi-
num, quam ipsi suas, *P. p. 58. à n. 169.*

Prædicata divina.

Quomodo in Deo multiplicentur prædica-
ta; an sicut dantur tres res, dentur tria en-
tia, tres existentia, &c. *P. pag. 211. num.*
vide v. *Essentia.*

Præfinitio.

Deus potest præfinitio cuiuscumque salu-
tem, simul decedendo relinquere illum in ma-
nu consilij sui, *P. p. 93. n. 286.*

Potestas præfinitendi conversionem homi-
nis præfinitio infrustrabili, cui homo resi-
stere nequeat, fundatur in omnipotentia, &
sapientia Dei, *P. p. 94. n. 287.*

Potentia proxima præfinitendi absque ab-
surdo constituitur per scientiam medianam, *P.*
pag. 98. n. 302.

Voluntas nostra potest privare Deum po-
testate proxima præfinitendi per quancum-
que determinate præfinitioem, *P. pag. 162;*
num. 79.

Deus supposita scientia media non præfi-
nit efficaciter præfinitioem formali omnia
bona, quæ sunt ab electis, & reprobis cum
omnibus suis circumstantijs, *P. pag. 256;*
num. 47.

Non potest Deus præfinitioem poenitentiam
ante peccatum absolute prævisum, *P. p. 361;*
à num. 2.

Præfinitio.

Præfinitio efficax necessario præcedit om-
ne opus honestum, *P. pag. 37. num. 100. &*
pag. 349. n. 181.

Præfinitio efficax, qua talis, non est suppo-
silio antecedens, sed consequens, *P. pag. 40;*
num. 108.

Voluntas creata habet impotentiam ante-
cedentem frustrandi præfinitioem efficacem
at solum habet impotentiam consequentem
impediendi, *P. p. 94. n. 299.*

Præfinitio efficax independens à sci-
entia media in essendo non posset non esse
agens ab illa in operando, *P. p. 100. n.*

Præfinitio efficax independens à scientia media adhuc in essendo, evertit libertatem, *P.* p. 141. à n. 7.

Præfinitio antecedens scientiam mediam necessario inferat aliquid physice immutans voluntatem, rapiendo illam ad agendum, *P.* pag. 131. n. 49. Carentia præfinitionis efficacis ad consentum, necessario præsupponi debet ad dissentium, vel saltem inducibilis esse debet per ipsum dissentium, *P.* p. 157. n. 61. & pag. 159. à n. 67. Aliqua præfinitio Dei est necessaria, & prærequisita ad actum salutarem, *P.* p. 252. n. 35. & p. 349. n. 181. Sine præfinitionibus essentialiter supponendis scientiam mediam possant salvari omnia, quæ R. P. N. Claudius ordinavit in suo Decreto, *P.* p. 253. à n. 27. Præfinitio concomitans determinationem causæ secundæ, independens tamen à scientia media, evertit libertatem, *P.* p. 279. à n. 2. Præfinitio efficax simplex, nequit esse essentialiter requisita ad agendum, *P.* p. 283. à n. 18. Præfinitio simplex etiam si admittatur, nequit esse principium immediatum operis, *P.* p. 289. n. 47. Si libertas sit essentialis actibus, præfinitio efficax non coheret cum ipsa libertate, *P.* p. 293. n. 3. Præfinitio efficax nequit supponere essentialiter volitionem oblativam concertus, *P.* p. 295. n. 11. & 12. Repugnat auxilium vice pendere à præfinitione efficaci non complexa operis, *P.* p. 308. num. 22. & p. 350. n. 184.

Distinctio præfinitionis formalis à præfinitione virtuali, *P.* p. 335. n. 227. Quæcumque præfinitio non immutans principia proxima indifferentia, coheret cum libertate, *P.* p. 341. n. 146. Absolute probabilius est, quod non repugnet præfinitio simplex, ex se, & ab intrinseco efficax, dependens à scientia media, *P.* p. 351. à n. 186. Quo pacto concordanda sit talis præfinitio cum libertate, *P.* p. 352. à num. 189.

Præscientia.

Præscientia, de qua loquitur Augustinus in definitione prædestinationis, non est conditionata, sed absoluta, *P.* p. 3. à n. 9. Præscientia identitatis, quod præparatio, *P.* p. 4. num. 16.

Principium, Vide, Potentia.

Pater, & Filius sunt unum principium quo quod respectu Spiritus Sancti, *T.* pag. 41. 50. Nulla scientia contingens potest esse principium quo Verbi, *T.* p. 91. à n. 14. Principium quo spirandi debet esse aliquid commune Patri, & Filio, *P.* p. 96. n. 3. Omne principium constitutivum debet esse eodem modo distinctivum, *T.* p. 102. à n. 37. Principium quo in divinis consistit adæquate in causis, *T.* à p. 116. tota disp. 10. Quomodo

explicent Doctores sententiam affirmativam principium quo in divinis consistere in absoluto, *T.* p. 116. tota sect. 1. Principium quo debet distingui realiter à termino, *T.* p. 128. tota sect. 4. Non est de conceptu principij quo, ut in eo terminus assimilatur principio producenti, *T.* p. 151.

Procedo.

Verbum Divinum procedit ex cognitione totius Trinitatis, *T.* p. 71. n. 2. Verbum per se non procedit ex vlla scientia contingenti, *T.* p. 91. n. 14. Nec procedit ex cognitionem possibilem in seipsis, *T.* p. 83. à n. 54. Si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, nec ab illo realiter distingueretur, *T.* pag. 100. n. 27.

Processio.

Processio in Divinis quid, & quotplex? *T.* p. 1. n. 1. & p. 3. n. 10. Processiones Divinæ non sunt immediate per naturam, præcendendo ab intellectu, & voluntate, *ibid.* n. 2. Processiones Divinæ servant inter se ordinem originis, *T.* p. 3. n. 11. & 12. Spiritus Sanctus ex vi formali suæ processions accipit intellectionem, *T.* p. 5. n. 8. & 9. Quomodo Filius procedat per intellectum, quamvis hic non sit principium quo, *T.* p. 142. tota sect. 10. Ex eo, quod processiones in divinis sint per intellectum, & voluntatem, non sequitur, quod productio activa in divinis consistat in intellectione essentiali, & volitione, *T.* pag. 168. à n. 41.

Productio.

Productio activa, & passiva realiter debent distingui in divinis, *T.* p. 91. n. 14. & p. 132. n. 65. & p. 157. tota disp. 11.

Promissio.

Promissio est duplex, alia interna, & externa alia, *P.* p. 331. n. 114. Voluntas creata constituta in actu primo indifferenti, potest impedire promissionem externam Dei de sua conversione, *P.* p. 331. n. 111.

Proprietas.

Proprietas relativa in divinis quomodo comparetur proprietati individuali increatis, *T.* p. 154. n. 112.

Providentia.

Providentia quid? Et in quo differat à prædestinatione, *P.* p. 5. à n. 24. Providentia comparatur ad prædestinationem tanquam genus ad speciem, *P.* p. 6. n. 27. Providentia importat actum intellectus, *P.* p. 12. n. 36. & actum voluntatis, n. 38. Providentia Dei efficax essentialiter supponit ad omnem operationem honestam, *P.* p. 37. n. 100. Actus malus cadit sub Dei providentiam permittentem, non præficientem, *P.* p. 37. n. 101. Providentia non debet esse efficax circa finem, *ibid.*

sed satis est quod sit efficax circa media, P. p. 6. n. 32. Providentia Dei, quantum est ex parte ipsius, eo tendit ut omnes salventur, P. pag. 112. n. 78. B. fariari potest aliquid dici effectus providentiæ communis, P. p. 186. num. 20.

Prudentia.

Tres actus pertinent ad prudentiam; consilium, iudicium, imperium, P. p. 9. n. 8. Munus prudentiæ quale sit, P. p. 12. n. 37. Providentia est pars principalis prudentiæ ibid. num. 36.

R

Relatio:

Spiratio activa est relatio superaddita paternitati, & Filiationi; ab eis virtualiter distincta, T. p. 40. n. 48. Relatio similitudinis Filij ad Patrem est realis, T. p. 60. n. 47. Deus dicit relationem transcendentalem ad creaturas posibles, T. p. 76. n. 23. Licet relationes per se necessariæ sint ad operandum ad intra, non tamen ad operandum ad extra, T. p. 89. n. 7. & 8. Relatio in divinis est tota ratio agendi ad intra, T. p. 122. tota disp. 10. vide ver. *Potentia, & principium.* An relationes divini ratione sui dicant perfectionem, T. à p. 169. per totam disp. XII. Probat se sententia affirmans ibi à p. 170. Impugnatur dictam Caietani affirmantis, subsistentiam formaliter inclusam in personalitate Verbi, nec esse finitam, nec infinitam; secus relationem, in quantum est relatio, T. p. 177. (per errorem 175.) n. 26. Impugnantur rationes, quibus Scotus probat, relationes divinas ratio ne sui non dicere perfectionem; T. pag. 182. ad 189. Relationes non superaddunt ad essentiam perfectionem infinitam simpliciter, & in omni genere; sed infinitam in genere relativo, T. p. 184. à n. 56. ad 60. Relationes formaliter perficiunt essentiam, & in genere entis intensive augent eius perfectionem, T. p. 190. ad 196. Omnes relationes sunt in quavis persona per circuminseccionem, illam perficientes, & inde petenda est omnimoda æqualitas perfectionis in divinis personis, T. pag. 196. ad 204.

Reprobis.

Voluntas salvandi omnes est communis prædestinatis, & reprobis, P. p. 196. num. 23.

Nullus reprobis apparenter conqueri potest de Deo, quod minus sincere, & serio procuraverit eius salutem, P. p. 200. n. 34.

Resisto.

Nulla voluntas creata resistere potest divini, P. p. 93. n. 286. Soli omnipotentis tribuendum est, quod nemo resistere possit divini voluntati, ibid. n. 287. Voluntas creata resistere posset Deo volenti salvum facere, nisi

eius potestas superemineret voluntati; P. p. 95. n. 291. Quod voluntas resistere potest auxilijs, non probat posse videri resistere singulis, P. p. 111. n. 27.

S

Salus.

Salutis initium non libero arbitrio, sed Deo vocanti tribuendum est, P. p. 72. n. 217. Non omnes, qui salutem consequuntur, illam consequuntur ex vi voluntatis generalis, P. p. 206. n. 51.

Sapientia.

Personæ divini non sapiunt sapientia aliqua formali vere producta, T. p. 7. à num. 21. In Verbo Divino non datur duplex sapientia virtualiter distincta, T. p. 9. n. 26.

Scientia.

Scientia media est essentialiter necessaria ad negotium prædestinationis, P. p. 14. n. 2. Etiam in sententia negante electionem ad gloriam scientia media est necessaria ad prædestinationem, P. p. 21. à num. 29. Scientia media ex parte hypothesis solum respicit constitutiva potentiam proximam, P. p. 22. n. 36. Necessitas scientiæ mediæ ad prædestinationem, non facit hanc dependere à nostris meritis, P. p. 25. n. 51. Licet scientia media præcedat collationem auxilij, non tamen consensum, P. p. 43. n. 116. Scientia media subijci libertati suo Creatori, P. p. 84. num. 259. Scientia media exigens ad libertatem observandi præceptum potentiam peccandi, non destruit libertatem indifferentiæ, nec libertatem à servitute peccati, P. p. 85. n. 259.

Sententia de scientia media, ac indifferentia auxiliorum est expressa D. Augusti, P. p. 89. n. 274. D. Augustinus in conciliando certitudine prædestinationis cum libertate scientia supponit scientiam mediam, P. p. 34. n. 284. Qualis debeat esse scientia media, debet præcedere decretum efficax salvandi hominem, P. p. 94. n. 287. Quantumvis scientia media præcedat tale decretum omnipotentis tribuendum est, quod non possit Dei voluntati resistere, ibid. Per non ab alio, sed à se habet scientiam, & tunc proprie libera voluntati, P. p. 97. n. 299. Non tamen libera voluntati, ibid. 300. Scientia media non est proprie libera voluntati, P. p. 98. n. 301. Deum reddi proxime potentiam non est rationem nostram liberam perducendam ad salutem, ibid. n. 302.

Scientia media à nulla entitate proprie dependens, ibid. Scientia media inefficacia auxilij nullam affert Deo libertatem, quam antecedenter habebat, P. p. n. 314. Stat bene, voluntatem impedire singulas formalitates scientiæ mediæ



INDEX ALPHABETICVS;

a auxiliorum, quin possit totam collectionem impedire, *P.* p. 109. n. 16. Pro priori ad scientiam mediam nullum potest Deus concipere decretum liberum, *P.* p. 153. num. 51. Si quod decretum posset concipere Deus ante scientiam mediam, non posset dependere quasi à priori ab operatione nostra, neque absolute, neque conditionate, *P.* p. 154. n. 55.

Scientia mediæ reflexa cum libertate non exaret, *P.* p. 163. à n. 83. Directio scientiæ mediæ non est necessaria, ut collatio auxiliij congrui sit speciale beneficium, *P.* p. 247. n. 9. Esto scientia mediæ de congruitate auxiliij angeat beneficium, scientiæ tamen de incongruitate illud non minuit, *P.* p. 249. n. 22. Decretum collativum auxiliij indifferentis essentialiter supponit scientiæ mediæ eventus respectu futuri, *P.* p. 250. n. 25. Scientia mediæ nequit non habere prioritatē à quo respectu decreti conferentis auxiliium congruum, *P.* pag. 251. n. 30. Scientia mediæ abusus auxiliij reprehendit ab eius collatione, *ibid.* n. 31. Sine prætransitionibus essentialiter supponentibus scientiam mediam possunt salvari omnia, quæ in suo decreto ordinavit R.P.N. Claudius, *P.* p. 253. à n. 37.

Scientia mediæ, nec est antecedens simpliciter, nec simpliciter causa operis, sed solum secundum quod, *P.* p. 259. à n. 60. Datur maiora prioritas in diverso genere inter scientiam mediam consentus, & consensum ipsum, *P.* p. 261. n. 65. Scientia mediæ libertatem non lædit, *ibid.* n. 66. Solum in statu absoluto convenit voluntati creatæ potestas impediendi scientiam mediam, *P.* p. 262. num. 69. Non proprie illam determinat, nec proprie impedit, *ibid.* n. 70. Deus necessarius, & cum uttemperatone, & quasi subordinatione ad lectionem liberam voluntatis creatæ determinat ad scientiam mediam, *P.* p. 270. n. 13. Repugnat voluntatem collativam auxiliij coexistere scientiæ congruitatis, quin ab illa oriatur, *P.* p. 329. n. 104. Scientia mediæ ad quid necessaria, & inventa fuerit, *P.* p. 345.

bum Divinum non procedit ex (eu conditionata, *T.* pag. 91.

non procedat ex scientiarum, est tamen futurorum, *T.* p. 94. n. 32.

Scutus:

quantur rationes, quibus probat, relatione sui non dicere perfectionem, ad 189. Eius sententia de dicitur, *T.* p. 145.

Similitudo, similis.

ntia est forma, à qua Pater redditur filio, non tamen à qua redditur potens, *P.* p. 132. tota sect. 5. Id in quo ge-

nitus evadit similis generanti, non debet esse id, quo agens agit tanquam virtute proxima, *T.* p. 151.

Species.

Beati producent speciem expressam Dei, quem vident, *T.* p. 15. à n. 56. Idque ostenditur ex eo quod de facto vivatur ipsis essentia divina per modum speciei impræfixæ, *ibid.* p. 16. num. 60.

Spiratio.

Spiratio activa est relatio realis superaddita paternitati, & filiationi, ab eis virtualiter distincta, *T.* p. 40. n. 48. Spiratio activa est virtualiter distincta ab amore essentiali, *ibid.*

Spirator.

Pater & Filius non sunt duo spiratores, sed unus spirator, *T.* p. 40. n. 49. Spirator est concretum resultans ex spiratione activa in recto, & Deitate de obliquo, *T.* p. 41. n. 51.

Spiritus Sanctus.

Spiritus Sanctus ex vi formali suæ processions accipit intellectionem, *T.* p. 5. num. 84. Spiritui Sancto primo, per se, & propter se communicatur natura, seu essentia, *T.* pag. 64. n. 15. & p. 56. n. 36. Spiritus Sanctus procedit formaliter ut persona divina, *T.* pag. 564. n. 36. Spiritus Sanctus non procedit ex amore possibilem, licet Verbum procedat ex cognitione eorumdem, *T.* p. 85. à num. 59.

Licet Spiritus Sanctus necessario accipiat à Patre, & Filio volitionem liberam, non tamen necessario, sed libere amat, *T.* p. 88. n. 34. Utiles est modus investigandi rationem formalem distinctionis Filij à Spiritu Sancto, supponendo, vel procedendo ex hypothesi impossibili, *T.* p. 97. à n. 6. Si Spiritus Sanctus non procederet à Filio, nec ab illo realiter distingueretur, *T.* p. 100. n. 27. Pater per paternitatem distinguitur non solum à Filio, sed etiam à Spiritu Sancto, *T.* p. 103. n. 41. Filius formaliter per suam filiationem distinguitur à Spiritu Sancto, *T.* p. 103. n. 44.

Subsistentia.

Nec in Patre, nec in Filio reperitur aliqua subsistentia relativa contingens, *T.* pag. 924. n. 18. & 19.

T

Tentatio.

Non est absurdum, dari necessitatem physicam, ut homo peccet in statu conditionato sub aliqua ex infinitis tentationibus vage, licet absurdum foret ita necessitari in statu absoluto, *P.* p. 114. n. 43. Voluntas est necessitata moraliter ad succumbendum alicui ex multis tentationibus longo tempore occurrentibus, vage, & confuso, nulli tamen determinate, *P.* p. 116. n. 52. Repugnat quod voluntas ita deferat bonum honestum, ut esset illud

illud desertura ob quaecumque tentationem
minorem, & maiorem, *P. p. 129. n. 9.*

S. Thomas.

Iuxta ipsum, ad libertatem requiritur, quod
voluntas creata non determinetur ab alio, *P.*
p. 139. & 140. & ibid. p. 18. à n. 17.

Et quod possit resistere omni motioni gra-
tiae prævenientis, *ibid. p. 18. n. 18.*

Ad explicandam prædestinationis infalli-
bilitatem recurrit ad multitudinem auxilio-
rum, quibus Deus pulsatur voluntarè, *P. p. 20. n. 24.*

In quo collocet gratiam efficacem, *P. pag.*
58. n. 169.

Trinitas.

Trinitas non est prior prioritate à quo
respectu actuum liberorum, *T. p. 245. n. 2.*

Verbum Divinum procedit ex cognitione
totius Trinitatis, *T. p. 67. n. 5.*

Trinitas Personatum non est prærequisita
ad existentiam decretorum liberorum, *P. pag.*
89. à num. 6.

Nec item est requisita ad operandum ad
extra, *ibid. Opera tamen ad extra commu-
nia sunt toti Trinitati, T. p. 90. n. 13.*

Trinitas Personarum addit tres bonitates
relativas ad essentiam; & perficit, non solum
extensivè, sed intensivè Deum in genere en-
tis, *T. pag. 177. tota sect. 4. & pag. 182. tota
sect. 8.*

V.

Verbum Divinum.

Verbum in Deo non est dicendum essen-
tialiter, sed tantum personaliter, *T. p. 4. n. 3.
& p. 6. num. 11. Verbum Divinum quoad suam
propriètatem personalem est de genere repræ-
sentativo, T. p. 4. num. 5.*

Verbum procedit potius per intellectum,
quam per voluntatem, explicatque vim intel-
lectivam, & non affectivam, *T. p. 5. num. 7. &
p. 142. à n. 14.*

Verbum Divinum non est formalis intelle-
ctio producta, qua Personæ Divinæ intelli-
gant, *T. p. 7. à num. 21. Vera ratio cur se-
cunda persona præ tertia sit Verbum, T. pag.*
23. num. 97.

Beati in Verbo vident creaturas, & non in
Spiritu Sancto, *T. p. 25. n. 104. Speciali ra-
tione defenditur, secundam personam præ ter-
tia esse Verbum, T. p. 18. n. 13.*

Passivum intelligi, quo constituitur Ver-
bum Divinum, non est quid absolutum, sed re-
lativum, *T. p. 53. n. 26. Intellectio nequit di-
ci ratio sub qua Pater tendit in Verbum, &
non in Spiritum Sanctum, T. pag. 54. n. 27.
& num. 29.*

Ideo Verbum præ Spiritu Sancto est Filius,
quia ratione suæ proprietatis personalis est si-
militudo per se subsistens producta & repræ-

sentandum essentiam; & perfectiones à
principij producentis, *T. p. 59. à n. 44.*

Verbum Divinum procedit ex cognitione
totius Trinitatis, *T. p. 67. n. 5. Verbum Di-
vinum procedit etiam ex cognitione possibili-
um, T. p. 71. num. 2.*

Deficiente possibilitate cujuscumque crea-
turæ, per locum intrinsecum sequitur, Ver-
bum, vel non permanens, vel non eiusden-
rationis, *T. p. 74. num. 14.*

Si Deus non connecteretur essentialiter
cum cognitione possibilem, Verbum Divi-
num non procederet ex tali cognitione, *T. p.*
78. à num. 33.

Verbum non procedit ex cognitione possi-
bilibus in seipsis, *T. p. 83. à num. 54.*

Verbum Divinum non procedit ex cog-
nitione futurorum contingentium, *T. pag. 91.
num. 14.*

Ut Verbum Divinum sit futurorum Ver-
bum, non debet ex eorum notitia procedere,
T. p. 94. num. 32.

Verbum iuxta Patres Græcos per se requi-
ritur ut Deus intelligat, quamvis non intell-
gat per ipsum tanquam per formam intell-
gendi, *T. p. 144. n. 79. & 80.*

Verbi productio quocumque sit intellectu
relativa, *T. p. 147.*

Verbum creatum.

Beati dum Deum vident, & Angeli &
seipsos intelligunt, producant Verbum ut
tis, *T. p. 15. num. 56.*

Cognitio creata iuxta mentem D. Th.
est actio productiva Verbi mentalis, ab
cognitione realiter distincti, *T. p. 16.*

Probabilius tamen est verbum cre-
atum non esse realiter distinctum à cognitio-
ne, *p. 26. num. 109.*

Visio, video.

Si possibilis esset substantia, cui e-
ralis esset visio Dei, non posset Deus
illi suum concursum ad se videndum,
355. num. 194.

Beati dum Deum vident, formant
mentis, *T. p. 15. num. 56.*

Visio beatifica est similis, & re-
ratio expressa producta à intellectu B.
p. 16. num. 60.

Beati in Verbo vident creaturas, &
Spiritu Sancto, *T. p. 25. num. 104.*

Deus non videt possibilia in seipsis,
83. num. 54.

Vocatio.

Ex solo Dei beneplacito pender, q
potius, quam alteri tribuatur vocati-
qua novit Deus hominem persevera-
p. 25. num. 54.

In vocatione cog. consistit

197

INDEX ALPHABETICVS,

12, 7. pag. 33. num. 83. Vocatio idem est spiratio, P. p. 82. n. 248.

Nomine vocationis intelligenda est interna, & non externa ibid. n. 50.

Vocationis internæ, & externæ explicatio, P. p. 86. num. 274.

B. Augustinus non disputando, sed asserendo collocavit gratiam efficacem in vocatione congrua, P. p. 9. n. 276.

Est in potestate hominis sufficienter vocati

reddere vocationem efficacem, P. pag. 91. num. 283.

Deus per vocationem congruam, & non per physicam prædeterminationem facit, vt voluntas libere, & laudabiliter se exerceat, disp. 3. à num. 84.

Vocatio secundum propositum nihil aliud est iuxta mentem D. Augustini, quam vocatio congrua, P. pag. 25. num. 134.

ERRATA NOTABILIORA CORRIGENDA IN TRACTATV DE PRÆDESTINATIONE.

P. significat Paginam, N. Numerum, L. Lineam.

PAG. 11. num. 26. lin. 3. vt potest electionem; lege, vt post electionem. p. 17. n. 12. l. 7. vt eli coniungendo; lege, vt eliciat coniungendo. p. 20. n. 24. l. 9. post taliter facere, lege, potest aliter facere. p. 21. n. 32. l. 17. perfectissime providentia, lege, providentis. p. 25. n. 45. l. vt. sed ego lege, sed ego elegi. p. 46. n. 128. octo lin. ante finem odium obit, lege, odit. p. 49. n. 136. l. penult. approbat per nulla capita, lege, per non nulla. p. 69. n. 206. l. 13. dominis arbitrium, lege, hominis trium. p. 81. n. 243. l. 7. non error, lege, nam error. p. 114. n. 40. l. 14. quodnam, lege, quodnam. p. 136. n. 34. l. 7. hic &, lege, hic; & nunc. p. 140. n. 5. l. 8. in supposito, lege, in suppositione. p. n. 11. l. 24. affectus quidam sensus amoris, lege, affectus quidam amoris. p. 155. n. 57. l. 40. & ovis, hoc non foret de conceptu primæ potentia libera, lege, & quamvis hoc non foret de conceptu primæ potentia libera vt sic; foret tamen de conceptu primæ potentia libera. p. 164. n. 89. l. 7. pro libito ideat, lege, valeat. p. 174. n. 31. l. 4. libitè non ito, lege, libere volito, vel libere volito. p. 187. l. 13. post enim, lege, potest enim. p. 264. n. 78. l. 7. assentiat, lege, non assentiat. p. 169. n. 8. l. 5. intialiter, lege, & intentionaliter. p. 272. n. 20. l. 27. coronam gloriam, lege, coronam gloria. p. n. 26. l. 26. intendit, lege, sic enim tendit. p. 273. in fin. l. penult. & libera; lege, & libera opes. p. 336. l. 3. in titulo quod componitur, lege, quod non componitur. p. 336. n. 131. l. 28. quæ illo sit effectus, lege, quæ intentio sit affectus. p. 336. n. 131. l. 34. tota efficacia illius intentionis sit, lege, tota efficacia illius intentionis sit. p. 336. n. 132. l. 44. minus post quod, lege, per quod. p. 331. in fin. ego efficaciter volo quantum est ex me, vt eliciat talem amorem, lege, ego efficaciter, vt Petrus eliciat amorem, & quia id volo efficaciter, volo quantum est ex me, vt eliciat talem amorem. p. 340. n. 143. l. 6. per se potest intentivam, lege, per se potest intentivam. p. 340. n. 143. l. 22. deo collatum est consensus ad vtrūque; lege, oblativū concursus ad vtrūque. p. 341. n. 148. l. 13. coherens, lege, conversionem. p. 356. n. 195. in fin. eam partem caloris, lege, eam partem ignis. p. 340. l. 36. deest hæc particula. non impedire. p. 375. n. 50. l. 7. quia posset, lege, quia si posset. p. 342. l. 2. intendere penitentem; lege, intendere penitentiam. p. 386. n. 19. l. 23. sub scientia tili ex illo sequuntur, lege, sub scientia utilitatis ex illo sequuntur.

ERRATA NOTABILIORA CORRIGENDA IN TRACTATV DE TRINITATE.

PAG. 13. lin. 25. vel intentio spiratoris a vel elici communicandum est innatens ad ta, vel intentio spiratoris, tendens ad communicandum amorem, est innata, vel elicit. p. 15. l. 1. prima col. inordinatus, lege, non ordinatus. p. 26. n. 109. l. 16. si ab intrinseco, lege, si ab extrinseco. p. 34. n. 23. l. 6. intra id naturæ, lege, intra lineam naturæ. p. 41. n. 51. in fin. Spiritum Sanctum, lege, Spiritum Sanctum. p. 42. n. 54. l. 34. ita divina suo principio, lege, ita de se est, esse similem nature. p. 167. n. 39. paulo ante fin. pro hoc tantum, lege, pro hoc instanti. p. 174. n. 16. in 2. col. lege, hic rursus. p. 177. n. 51. l. 8. cum sit pars, lege, cum sit pars. p. 204. n. 121. l. 3. à te tractum, lege, à te tractum. p. 206. n. 125. l. 33. quia ante, lege, quia in se.

demptis, vel correctis, correspondet suo originali. Salmanticæ die 18. Octobris, anno 1686.

Magist. D. Petrus Mendez Varrion,
Corrector Universitatis.

FINIS.